

2 400 40  MADE IN SPAIN

del collegio de la compania de Jesus de Granada.


B^a
R-6658

THEOPHYLACTI
Bulgariae Archiepiscopi, in quatuor
Euangelia enarrationes innume-
ris penè locis per Phil. Mon-
tanum Armenterianum
denuò recognitæ &
restitutæ

Item in minores aliquot prophetas, Abacuc, Io-
nam, Naum, & Osee.

*Premisse sunt Philip. Montani Armenteriani epistole due: una dedicatoria, in
qua de operis utilitate agitur, & a' ijs quibusdam non parum ad r. etiam Eccle-
siae restitutionem pertinentibus: altera est ad candidum
lectorem de recognitionis necessitate.*

Accessit rerum & uerborum memorabilium Index
locupletissimus.



BASILEAE, APVD IOANNES HER-
uagios, Anno 1554.

Cum gratia & priuilegio imperiali ad quinquennium.



REVERENDO IN CHRISTO PATRI D^e

CLAVDIO DODEO, RHEDONVM EPISCOPO VIGILAN-
tissimo Philippus Montanus S. P. D.



VVM à priscis usq; seculis morem huncperdurare uideam, ut studiosi lucubrationes suas præcellenti cuiquam uiro dedicent, opere præciū me facturū existimauī, ornatissime præsul, si hos nostros qualescuncq; labores, Celsitudinis tuæ auspicijs in publicū emitterem, ut tua sublimis illa Celsitudo, cum summa humanitate coniuncta, gratiam ipsis, & beneuolentiam conciliaret. Apud quos enim nō uehementer gratiosum fuerit, Claudij Dodei nomen, qui præter stemmatum claritatem, in hoc christianissimo Galliarum regno, ob singularem prudentiam, ad intima regni consilia sit accitus, ac libellis supplicibus præfectus? Et deinde post uarias maximis de rebus, nomini suo pulchrè respondēs, non minus prudenter quàm sceleriter peractas legationes, Episcopali dignitate ornatus, hisce nunc proximis mensibus, quum de reipub. Christianæ summa agendum esset, à Rege christianissimo delectus sit, qui in primis ad Ecclesie uarijs, heu nimium hæresibus dissectæ, alijsq; deiectæ, seriā tandem restitutionem, reditintegrationemq; Tridentum mitteretur? Sed quid multis opus est, quum ex his & huiusmodi functionibus, cuius perspicuum esse possit, quàm præclarè ac bene sis de reipub. meritis, cuius utilitati quū noster hic quoq; sudet labor, eum ut maiori cum fructu ad studiorum manus perueniat, tuæ illi gratiosæ dignitati dedicamus: ac fore speramus, ut præclarum hoc opus, obuijs, quod aiūt, ulnis suscipias. Tibi enim, reuerende præsul, tuiq; similibus, qui gregi uobis commisso, salubre pabulum quæritis, non potest hic autor non uehementer placere, ut qui nec prolixitate sit molestus, nec breuitate obscurus, sed cōmoda quadam breuitate abstrusos noui Testamenti locos, arcanaq; mysteria doctè admodum ac dilucidè explanat. Illinc etiā multa quæ ad morū integritatē, & rectā ecclesie cōstitutionem faciant, scite depromens: ut est illud quod Marci tertio, & Lucæ sexto dicit: quod Dominus ordinaturus apostolos ascenderit in montem ad orandū, ibiq; fuerit pernoctans in oratione Dei, nos docens ut ipsum imitemur & discamus, quod nos, quādo quempiam ordinaturi sumus in spirituale ministeriū, prius seruenter oremus, ut nobis reueletur quis idoneus sit, ut ne communicemus peccatis alienis. Hoc Theophylacti, uel Christi potius ac Pauli documentum, si rectè obseruetur, abunde, ni fallor, satis fuerit ad Ecclesie, de qua nūc agitur, compediariam instaurationem. Si enim iuxta Pauli præscriptum, nemini manus citò imponantur, sed huiusmodi uiri maturè deligantur, alijsq; præficiantur, qui morum probitate sibi commissis præluccant, eosq; sapientiæ sale condiant (lucem enim mundi, et salem Christus uocare uidetur, quos Paulus dicit *ἐνεργητικὸς καὶ διδασκαλικός*, hoc est, qui crimine uacent, & docere ualeant) qui uidelicet in episcopatu, quod & ipsum nomen ab inspiciendo & prouidendo dicitur, non opes, sed opus desiderant, nec ut præsent, sed ut prosint: hoc est, non quæ sua sunt, ut habet Paulus, quærant, sed quæ Iesu Christi, ac

Dodeus sic
ue Doro-
theus Do-
din, quasi
donum Dei
uel à Deo
datus.

Prudens
Theophylacti
est eruditio

1. Tim. 5.

Cōpendia-
ria Eccle-
siae instau-
ratio.

Matth. 5.

1. Timot. 5.

Et ad Tit. 1.

Philip. 2.

sti, ac boni pastoris fungantur officio. Taliū utiq; uocem oues agnoscent, eosq; in uia uirtutis, uita proba, sanaq; doctrina praelucen- tes, haud graua- rim sequetur. Atq; ita facile pessum ibūt hæreses omnes, quæ ob quorun- dam improbitatem, ecclesiæ decreta, parum quidem prudenter, obnixè ta- men contemnunt. Alioqui si lux in tenebras uertatur, ipsæ tenebræ quan- ræ? aut si sal infatuatus fuerit, ad quid ualet ultra nisi ut proijciatur foras, & cõculceretur ab hominibus? Equidem certè plerosq; nunc Prælatos con- temni, ac uelut conculcari ob insulsam improbitatem audimus: quæ qui- dem Ecclesiæ aduersarijs, ansam clamandi, auctoritatemq; apud turbam tribuisse uidetur. Non est tamen cur illinc iustum suis sectis patrocinium uenientur. Nam uerè catholicis ista quoq; uehementer displicent. Quis enim uir cordatus æquo animo ferre possit, ut in equorum, auium, canū, brutorum scilicet animalium gubernatore magnus habeat, delectus, ani- marum autem precioso Christi sanguine redemptarū, ut cura cuius impe- rito & improbo temere demandetur? & nōnunquam in sanguinis aut mu- lierculæ gratiam, puerulo, cui pauca lapa ma concredere nolis, multa ta- men committantur hominū milia? Attamen quod intolerabile uidetur, ueluti parum onusto indies alia atq; alia illi aggerūtur onera. An non ista quamuis absurda passim tamen fieri uidemus? Aded animalis homo nō quantum illic oneris incumbat, sed quantum illinc honoris aut commodi contrahat, expendere solet. Ad ista tam absurda quid dicemus? nonne hic luce clarius quod queritur Christus filios huius seculi prudentiores esse filijs lucis in generatione sua? Quis enim barbarus aut obscurus homin- cio usq; aded desipit, ut in mediocribus etiam & caducis mercibus transue- hēdis nauis gubernaculum, ignauo cuiquam & imperito committat? Nos autem, filij lucis scilicet, ad sacrosanctæ Christi ecclesiæ, atq; animarum im- mortalium, & ad Dei imaginem formatarum gubernaculū, ineptissimos nescio quos homines, ne dicam infantes, admittimus, aut etiam admo- uemus, ac ueluti inuitos nonnunquam protrudimus, ab illis sanctis patri- bus longissimè dissidentes, qui in Niceno concilio & alijs stauerunt, ne quisquā sacris initiaretur, nisi prius ipsius explorata esset uita & eru ditio, quemadmodum prudentes decebat dispensatores. Quid autem ualeant uulgares istæ dispensationes, alij uiderint. Paulus quidem certè palam pro- fitetur sibi datam esse potestatem ad ædificationem, & non in destructio- nem: alioqui non fidelis esset dispensator, sed dissipator perfidus, ut Bern- hardi uerbis utar. Sic nimirum peccatis alienis communicātes, atq; *καλὴν νεο- τότην* quod aiunt, siue *πίστεως πορεύσασθαι* adijcētes amicis nostris bellè scilicet prospicimus, cum ipsorum ac nostro atq; aliorū summo periculo & scan- dalo. *πίστεως γὰρ ὁ πίστεως*, ut est in prouerbio, *καὶ ἡ χάρις ἐστὶν σύμβολον*, quibus cer- tē magis expediret, ut habet ueritas, si suspensa ad collum mola asinaria in profundum maris demergerentur. utinam tandem aliquando, licet sero, ferriē tamen metuamus Domini uocem, exclamantis: *Ug mundo à scanda- lis*, audiamusq; quod apud Ioannem ait Dominus se ouium esse ostium, ut uidelicet qui ad Christum non respiciens, per illud in ouile non ingre- diatur, sed aliunde ascēdat, à Christo fur & latro iudicetur. Quotuisquisq; autem istorū sit qui Christi gloriam, ouium q; utilitatem potius sectetur, quam

Matth. 6.
Matth. 5.

Attendant,
qui sibi aut
suis sacerdo-
tia procur-
rant.

Matth. 10.

Ibidem.
Ioan. 10.

quam carnis & sanguinis uanos nescio quos affectus sequatur, ipse uide- rit. caueatq; ne si è Christi & orationis domo, negotiationis domum aut speluncam latronum faciat, ipse ueluti flagello è funiculis contexto tan- quam canis sacra profanans, turpiter à sacris profligandus sit. Quando em̄ quæso te, placidum illum ac mitem alioqui Christum ita indignatum le- gimus, tantaq; usum feueritate, quanta in eos qui templi religionem, cul- tumq; diuinum in turpe lucrum uerterent? Vsq; aded ipsum offendunt, qui rebus sacris ad suum quæstū abutuntur, aut sub religionis prætextu, fucata uē pietate pecuniarum æstuant auiditate. quod etiam perspicuum facit horrendum illud Ananiæ & Sapphiræ exemplum. Vehementer ita- que gregi christiano ac multis nominibus, nec minus gregis quam pasto- rum aut sacerdotum gratia expetendum, ut ad ipsius curam longè quidē pauciores, sed multo præstantiores deligantur. Qui enim fieri potest, ut in tanta improborum hominum ad sacerdotium uelut ad ocium temere profilitium turba debitus honor, auctoritas uē ut plebem ad officium re- uocent, in eoq; contineant, idonea retineatur? Nam quum isti passim cui- uis commisceantur hominum generi, & Deo scilicet militantes, negocijs secularibus, Paulo reclamante, sese implicent, imò ad fordidā quæuis ple- ricq; sese deiciant, an non in ipsos quadrat Dauidicum illud: *Commixti* sunt inter gentes, & didicerunt opera illorum, & factum est illis in scanda- lum? Scandalum autem præ tanta multitudine uitare uix queunt, ne dicā præ impudentia non quærunt: ueruntamen expendant, quæso, quid ibi- dem mox subiungat Dauid: *Contaminata est terrā in operibus eorum,* & fornicati sunt in adinventionibus suis, & iratus est furore Dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam. Sed his deploran- dis iā nō est locus. Quod si igitur ad functiones publicas nō ambiosi isti qui non mittente Domino miris ipsi currunt modis: sed implorato prius spiritus afflatu, & apostolico more cum ieiunijs & orationibus deligan- tur uiri morum probitate & prudenti eruditione commendati, iuxta Pau- li & Niceni concilij præscriptum, qui ad apostolorum exemplum oratio- ni & ministerio uerbi instantes, & charitate flagrantes, non per mercena- rios, nescio quos, sed ipsi super gregem Domini sibi commisso, tanquam pro eo rationem reddituri, & animam pro anima posituri diligenter uigi- lent, ac seipso iuxta Paulum præbeant in omnibus exemplum honorū operum, in doctrina, in integritate, &c. sperandum est fore, ut totus Chri- stianorum orbis *σὺ θεῶν*, breui melius habeat iuxta illud Malachiæ, *Lex ue- ritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius: in pace & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. labia enim sa- cerdotis custodiunt scientiam, &c.* ubi multa de bonis & malis sacerdoti- bus, cui cõsona scribit noster Theophylactus in Luc. 12. caput, ibi, *Quis- nam fidelis dispensator et prudens?* atq; etiam Chrysostomus in Matth. caput. 21. Sicut de templo, inquit, omne bonum egreditur, ita de tem- plo omne malum procedit. si enim sacerdotiū integrum fuerit, tota flore- bit ecclesia. Attendant ergo & bene expendant ecclesiæ pastores, quanto in discrimine uersentur. Quemadmodum enim Dan. 12. qui ad iustitiani erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates, ut habet

Matth. 23.
Ioan. 8.

Act. 5.

Sacerdo-
tum turba
uitanda.

2. Tim. 2.
Psal. 105.

Hebr. 13.
Act. 13.

Hebr. 13.
Ezech. 3.
et 33.
Ad Tit. 2.

Malachi 2.


EPISTOLA DEDICATORIA.

Daniel atq; etiam Christus. Qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum: sic contra à regno excludendos ait illos Dominus, quorum iustitia non abundauerit plusquam scribarum & Phariseorum. Scribæ autem & Pharisei, ut alia interim omittamus, super cathedram Moyfi sedentes, etiamsi non facerent quæ docebant, docebant tamen. dicunt enim, inquit, & non faciunt. At istos Christi seruatoris cathedrâ perditè occupantes (de improbis loquor, qui scribis illis deteriores non solum non faciunt, sed ne docent quidem) quò tandè deturbandos putabimus? Iudicium enim, inquit Sapiens, durissimum in his qui præsumunt, fiet. Interim tamen, quæ ipsorum est imprudentia non minor quam impudentia, in ocio ac delicijs agentes, sibi placent. Paulus quidem, secundum legem, admittit, ut qui altari deseruiunt, cum altari participant: ita & Dominum ordinasse dicit, ut qui euangeliû annunciant, de euangelio uiuere queant. Qui autem euangelium non annunciat, nec altari seruit, qua tandè quæso ratione de illis uicturus est? uicturus est, dico, ne quid deterius addam à quo abhorret animus, quodq; execratur, omnes quiquidè homines sunt uocabulo digni. Sic enim parta τοῖς κακοῖς τοῖς κακῶς. ut interim sileam, quod sacerdotia malè & improbè accumulata, ineptis & auaris uendant aut locent, non ijs qui ouium Christi maiorem curam sint habituri, sed qui ouium duplici detrimento, copiosiore sint pecuniam numeraturi. Verum, quorsum me rapit iustus heu nimium animi mei dolor? scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me: Equidem certè, uix calamum hic continere possum, quum illi sacerdotijs malè congerendis & cumulandis nullum faciant modum neq; finem, ac proinde diuitias bonitatis Dei contemnentes, thesaurizent sibi irâ in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Quandoquidem quum singula singulis & quidem idoneis committi debeant, nunc pleraque singulis parum idoneis conferantur, eaq; incompatibilia, ut uocant, uoce etiam ipsa, eorum impudentiam redarguente. Ad eò cæca est quorundam auaritia, nec minus execrabilis ambitio. Sed transuersum calamum cohibebo, & Dominum mensis, ex intimis animi mei affectibus precabor, ut quum mensis multa sit, & operarij pauci, bonos operarios in messem suam mittere dignetur, qui uidelicet, quæ conueniunt, ea faciant, ipsi & doceant, ut pulchrè docet noster Theophylactus Lucæ 17. & ultimo, ibi, Potens opere & sermone coram Deo & omni populo. Ad huius itaq; celebris autoris editionem propero, quæ quo emendatior prodibit, tanto tibi fat scio, studiosisque omnibus gratior erit. quod ut nunc fieret, sedulo pro uiribus adnisi sumus. Tuq; igit humanitatis fuerit, mi patrone, modis omnibus obseruande, pium tui clientuli, in rebus sanctissimis, conatum boni consulere. ἀρετὴ γὰρ οὐ μεγαλοῦ καὶ τὸ βέλημα μόνου. Beneuale. Lutetia è museo nostro Tornaceni. 3. Calen. Nouemb. 1545. in priori quidem recognitione: secunda uerò Theophylacti in quatuor euangelijs emendatio facta est anno Domini 1552.

PRAEFA-

PRAEFATIO IN EVANGELIA, CANDIDO

Lectori, Philippus Montanus.



OB uarios typographorum quorūdam titulos, quibus solum facere emptoribus solent, quum nullis aut paucis admodum locis, mutatis & correctis, ne dicam corruptis, plerisque tamen emendatis, quamplurima restituta & addita, & huiusmodi alia quamplurima magnificè in speciem iactat, ut emptores splendidis huiusmodi uerbis allecti, iacturam ipsi reuera faciant. Ne igitur, candide Lector, in hoc quoque opere, tale quid contigisse suspiceris, commodū esse duxi, pauca quaedam haud temerè à nobis mutata, è primis potissimum capitibus indicare, è quibus de reliquis coniecturam facere possis, si forte illa cōferre graueris. Et ne longius abeamus, ex Matthæi cap. 1. pauca perstringamus, nam in Theophylacti præfatione plura adiecimus quàm quæ cōmode hic inseri possint. In locum itaq; illum (Filij Abrahæ) sic habebat prior editio, Quare appositus Dauid filij Abrahæ: quū Romanus codex ad hunc modum habeat, τίνος ἐνεκεν προστάξε τὸν δαυὶδ τὸν ἀβραάμ, hoc est, cur ipsum Dauid Abrahæ præposuit? quam lectionem meliorem esse probant sequētia, et quæ in eundem locum scribit Chrysostomus. Interpres legisse uidetur προσέταξε, &c. Et paulo post ubi Matthæus scribit Iudam genuisse gemellos illos, Phares & Zaram de Thamar, ita prius habebatur: Et alius prior natus est. Deinde is, qui manum præmiserat, uocatus est Phares, quod est dissectio: locus etiam manifestè corruptus: quum is qui manum præmiserat, uocatus sit Zaram, ut patet Genesis 38. & mox etiam ex hoc ipso Theophylacto. Sic itaq; legendum est: Et alius prior natus est, deinde is qui manum præmiserat, uocatus est itaq; qui prior natus est, Phares, quod est, dissectio, pūcto scilicet facto post, præmiserat: ut ibi, natus est, subintelligas: & deinde addatur, Vocatus est itaq; &c. Item non ita multo post, illic, Omnes igitur generationes, &c.] sic habebatur: In tres ordines distribuit generationes, ut monstraret, quod Iudæis nihil profuerit, licet iudicibus fuerint subditi usq; ad Christum: etiā hic locus mutilus est ac multū deprauatus, quandoquidè iudicū tantū mentionem faciat, qui ad tres illos ordines siue reserdecades, respondere non possunt. Græca autem in adeò manifestis erratis hic adscribere nihil opus esse puto, ne frustra lectorem oneremus, è quibus sic locū hunc restituiamus. In tres ordines distribuit generationes, ut monstraret quod Iudæi, siue à iudicibus gubernarentur, ut qui usq; ad Dauid: siue à regibus, ut qui usq; ad transmigracionem: siue à sacerdotibus, ut qui usq; ad Christum: nihil tamen ad uirtutem profecerunt, &c. quam lectionem ueram ostendunt tum præcedentia, quod ait: Propterea generationes in tres ordines distributas: tum mox sequentia, de uero & iudice & rege & sacerdote Christo, quam etiam sententiam habet Chrysostomus, quæ ferè noster Theophylactus sequitur, eodem hoc primo capite, ibi: Ne timeas] ex una annotatione duas faciens, &, accipe, pro, accipere, ponens sententiam turbat: quod & paulo post diuersa ratione facit, duas annotationes in unam contrahens, ut interim sileam de dictionibus multis passim omisis, & alijs non paucis multum deprauatis: quæ facile deprehendet, qui uel unum caput hoc primum & præfationem cum prior editione conferre uolet, capite autem octauo, ibi, Hæc autem dicebat quasi pigeret eum comitatus eius, græca sic habent, ταῦτα δὲ ἐλεγεν ὡς ἂν πάσῃ αὐτὸν μεταβληθέντα ἀκολουθεῖν, hoc est, hæc autem dicebat quò persuaderet illi ut mutatis moribus sequeretur, capite item sequenti, multa erant omissa, & quaedam malè uersa: ut illud in fine capituli, messem uocat multitudinem ministerij quo egebant: quum græca sic habeant, θερισμὸν ἀνομάζει τὸ πλῆθος τὸ χηρῶν τῆς θεραπείας, id est, messem uocat multitudinem curationis egentem. Et cap. 15. ibi, Ad Iudæos qui sunt oues quæ perdididerant ea quæ illis concredita erant, Græcè sic legimus, εἰς τὸς ἰουδαίους, οἱ ἀπολωλότα εἰσι πρόβατα ἀπὸ καί: ας τὸν ἐμπισθέντων αὐτοῦ, hoc est, ad Iudæos qui sunt oues perditæ eorum uitio quibus fuerant concredita, siue commissa. Nam græci, quemadmodum actiue dicunt, committo tibi hanc rem: sic & passiuè, tu es commissus hanc rem, pro, commissam habes, qua etiam locutione græca utuntur nonnunquam poetæ latini, ut hora, de senibus auaris: læuo suspensi loculos tabulamq; lacertæ, pro suspensos loculos & tabulam

fuspensam habentes, In hoc etiam capite, ut in alijs precedentibus & sequentibus, permulta fuerant prorsus omiffa, quaedam inuerfa, multumq; deprauata, sed ad alios euangelistas properans, illud unum ex Matthæo adijciam, quod habetur cap. 21. de turbis simplicibus, Neq; inquit, inuidebant Christo, neq; opinionem indignam de Christo habebant, ideo & nunc prophetam illum dicunt: nunquam autem, si sine articulo dicatur, &c. quum græca longè secus habeant, *ὅτι ἐφθόνου τῶ χριστῷ, ὅτι πάλιν τὴν προφητείαν περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν, ὃ ἰδὼν καὶ νῦν προφήτην αὐτὸν λέγουσι, μὴ ποτε δὲ, ἐπεὶ μετὰ τὸ ἔρθεν φασὶν ὁ προφήτης, δυνάσται νομῆσαι ὅτι ἔστι ὁ προσδοκώμενος προφήτης.* hoc est, neq; inuidebant Christo, neq; rursus cōuenientem de ipso habebant opinionem. Ideo & nunc Prophetam ipsum dicunt, nisi fortè, quandoquidem cum articulo dicitur ὁ προφήτης, id est, propheta ille, possit intelligi quod iste sit qui expectabatur propheta. Ad quæ pulchrè quadrant reliqua. Lapsus occasione dedit, opinor, quod *μὴ ποτε δὲ*, uerterit, nunquam autem: ad quod cætera aptare cupiens, totam inuertit sententiam: quum *μὴ ποτε* hoc loco non sit negantis, sed addubitanter decernentis, pro, fortasse, aut, nisi fortè. qua in significatione frequenter accipit noster hic Theophylactus, ut capite huius 13. ibi, *μὴ ποτε δὲ* uertebat, absit autem: quum fortasse autem, dicere debuisset, quod bis eodem capite facit, malè reijciens quæ Theophylactus admittit. Matthæi etiam uigesimo secundo, & Marci decimoquinto, &c. eodem modo accipiuntur. Sed quid his immoror, quum nullum omnino caput sit in quo non multa sint restituta: uideo itaq; ne in his prolixior fuerim. Ideoq; ex reliquis euangelistis pauciora perstringam. Marci primo Iudæos notans qui scripturas negligebant, sic inquit: *ἀλλ' ὅκ ἐγνώριον αὐτοὺς, ὅδ' ἠρένουν*, id est, sed ipsi non excolebant eas, nec scrutabantur: prius autem scriptum erat, Sed nō ipsi colebant agros, neq; inquirebāt. Et paulo antè hic negatio, neq; omiffa sensum contrarium exprimebat. Et ne diutius immorer, si quis totum hoc caput primum excutere uelit, deprehendet multa omiffa, & non pauca corrupta, sicut & capite proximè sequenti, ut ex multis indicem, ubi ait, quod David fugiens à facie Saulis, gladium Goliath ablatum obtulit Domino: quum legendū sit, Gladium Goliath oblatum Domino, abstulit, ut habet Græca, eisq; astipulatur historia primo Regum uigesimo primo. Initio item sequentis capituli locus planè deprauatus contrariam reddebat sententiam. Sed ad Lucam propero, cuius caput primum & secundū multis scatebant mendis, ut & proximè sequens: ubi præter multa omiffa, fortasse quaedam fuerant non satis intellecta, ut quod *ὅσον ὄπω* uertat, quantum nunquam: cum uertendū esset, mox, aut, paulopost, ut sensus sit, mox à prædicatione Ioannis prædicaturum esse Dominum. Eodem lapsu corrupta fuit sententia cap. decimo octauo, ubi *ὅσον ὄπω* uerterat, nondum, quum sensus postulet, ut mox, siue paulopost dicatur. Capite autem decimoquarto, ubi declarat per eum qui iuga bouum emerit, significari eum qui circa terrena esset occupatus, spiritualem cœnam negligere, adfert Sapientis auctoritatem ad hunc modum. Quid calumniatur, qui alteri præualet: Sed quid quæso istud ad propositum: ubi græca sic habent, *τί σοφιδίσεις τοι ὁ κρατῶν ἀρότρας*, id est, in quo sapiens erit qui tenet araturum: quemadmodū habemus Ecclesiastici tricesimo octauo, secundū Septuaginta quos hic, ut alij græci, sequitur, quod quidem proposito pulchrè conuenit: aratro enim iuga bouum admouentur. Sic & cap. uigesimo secundo secundum Septuaginta legendum est, Et roborentur in eo omnes filij Dei, Deut. tricesimo secundo. Eodem uigesimo secundo capite multa etiam alia emendata uidere licet, deniq; ut ex primo etiam Ioannis capite quaedam depromamus, ibi, Et lux in tenebris lucet: declarans lucem in tenebris lucere, sic posuerat: Nam & in morte factus est quasi fuisset uictus, ita ut cogeret hinc illum emigrare, &c. Vbinam, quæso, lux in morte hic lucere, & uires suas exerere dicatur: proinde sic ad exemplar græcum restituiimus. Nam & ipse mortuus sic mortem superauit, ut & eos quos prius aborsperat, cogeret ipsam euomere. Similis sententiā habetur 1. ad Cor. decimoquinto, ibi, Postremus hostis destruetur mors. Et paulo post Ioannem præcursorem, de sua natiuitate sermonem habere, dicere uidetur, & multa alia hoc eodem cap. non satis conuenientia. Initio item secundi cap. de uirgine matre loquens, ait: Habens opinionem suæ erga illum potestatis, Hæc uerba sonare uidentur, quod ipsa sibi eam potestatem

testatem esse in Christum arbitraretur, ut imperare posset, ut aquam in uinum cōuerteret, quum græca longè diuersum sensum præ se ferant, nempe: quod uirgo magnā concepisset de Christi potestate opinionem ex his quæ & in ipsius conceptione & natiuitate eueniunt, &c. Quod autem ibi statim sequitur, ut oraret Deum, pro orare, eum. Item, & ex animo, pro, & examine, & huiusmodi multa, scribæ potius aut typographo, quàm interpreti imputanda, lectoris industria emendari potuissent. Cæterum ubi nono cap. docet per Ezechielem, dicens: Patres comederūt, &c. quaedā illie prætermiffa contrariam admittentiam, ut & capite sequenti, ubi pro, cognoscunt enim, legendum est, Non enim cognoscunt, ut habet græca, alioqui glossa cum textu pugnaret. Sed quod eodè ca. pro Apostatis, Apostolos haberemus. Item quod pro, Ex ipso, scriptum esset, Ex Aegypto, unde etiā suspicor locum mirè fuisse corruptum, ubi de malis pastoribus & auarīs querebatur: non enim, inquit, quærebant utilitatem ex Aegypto, sed turpe lucrum. quum legi debeat, non enim quærebant populi utilitatem, sed ex ipso turpe lucrum. Ista inquam & eiusmodi pleraq; alia imprefori potius quàm interpreti ascribi possent, quod autem pleriq; in locis permulta fuerint omiffa, ex quibus sequentiā pendebant, non tantum dictiones aliquot dico, sed uersus permultos, atq; adeo paginas totas, quodq; sapiusculè negatio contra auctoritatem aut omiffa aut iniecta contrariam inducat sententiam, scribæ ne aut typographo, an interpreti, mutilo uel codici imputandum sit, aliorum esto iudicium. Mihi abundè satis fuerit, si fauente altissimo publicam studiorum utilitatem pro nostra quæ licentia mediocritate non nihil adiuuerimus. Interpres quidem certè Ioannis ultimo, codicem suum mutilum fuisse confitetur. Fieri tamen potest ut etiam ille quibusdam in locis nostro emendatior fuerit. Ideoq; quaedā intacta reliquimus, siue quod ad sensum bene quadrarent, siue quod non magni essent momenti, etiam si ad græcum nostrum codicem non omnino respondeant. Nonnunquam autem margini diuersam lectionem adiecimus, idq; potissimum quum utraq; defendi posset: priore quidem in contextu relicta, sed huiusmodi notis † 1 inclusa, penes lectorem iudicium relinquentes utrum sequi malit. Sed hæc fortasse dum morosis occurrere studemus apud tuam facilitatem nimium multa. Bene uale candide lector, & quæ pro nostro qualicumq; mediocritate in publicam utilitatem proferimus, boni quæso consule. Lutetia: è museo nostro Tornacensi 1545. & rursus 1552.

1
THEOPHYLACTI ARCHIEPISCOPI
BVLGARIAE; IN EVANGELIVM MATTHAEI ENAR-
RATIO; PRIVS QVIDEM AB OECOLAMPADIO LATINITATE DONATA,
nunc vero ad exemplar Graecum Romae impressum infuitis penè locis
per Ph. Montanum recognita.



AGNI quidem illi atq; divini uiri, qui ante datam Mosi le-
gem uixere, non ex literis & libris discabant, sed munda
præditi mente, spiritus illustratione illuminabantur, atq;
in hunc modū, Deo ipsis ore ad os colloquente, quæ Deo
placita erant, cognocebant. Tales erant Noe, Abraham,
Iob, Moses. At postquā deteriores facti sunt homines, &
indigni qui à spiritu sancto illustrarentur & docerentur,
concessit tandem misericors Deus scripturas, ut uel per il-
las, diuine uoluntatis essent memores. Ita & Christus apo-
stolis coram in sua persona locutus est, & spiritus sancti
gratiam misit doctoris. Verū, quoniam hæreses pullulaturæ erant, quæ mores no-
stros depascere uisum est, ut scriberentur Euangelia, quo discentes *Cur euangelia con-*
ex illis ueritatē, non ab hæresium mendacijs deciperemur, moresq; nostri non pror- *scripta.*
sus pessundarentur. Quatuor autē Euangelia nobis dedit, fortassis ideo, quia qua- *Cur qua-*
tuor uirtutes uniuersales ex eis discimus, fortitudinem, prudentiā, iustitiā, & tempe- *tuor-*
rantia: Fortitudinē quidem, quū dicit Dominus, Ne timueritis eos qui occidunt cor- *Matth. 10.*
pus, animā autē occidere non possunt: Prudentiā uerò, quando admonet, Estote pru- *Ibidem.*
dentes, ut serpentes: Iustitiā autē, quando docet, Sicut uultis ut faciant uobis homi- *Matth. 7.*
nes, ita & uos facite eis: Temperantiā quoq; quando affirmat, Omnis qui aspexerit *Matth. 5.*
mulierem, ut concupiscat eam, iam moechatus est eam in corde suo. Atq; etiā alia ra-
tione quatuor sunt Euangelia, propterea quod ista mundi sint columnæ. Mundi autē
in quatuor partes distributi, in orientē, occasum, septentrionē & meridiem, quatuor
etiā cōueniebat esse columnas. Et alia item ratione quatuor sunt Euangelia, quoniā
quatuor hæc complectuntur, dogmata, præcepta, minas & pollicitationes. & ijs qui-
dem qui dogmatibus crediderunt, ac præcepta seruauerunt, futura bona pollicentur:
ijs uerò qui dogmatibus nō crediderunt, aut præcepta nō custodierunt, futura cōmi-
nantur supplicia. Euangelium autem dicitur, eo quod nunciet nobis res prosperas,
& bene se habentes, hoc est bona: nempe remissionem peccatorū, iustitiā, reditum
in caelos, adoptionem in filios Dei. Nunciat autem, quod facile & gratis hæc accepi-
mus, neq; nostro labore affecti simus hæc bona, neq; ea ex nostris acceperimus bo-
nis operibus, sed gratia & misericordia Dei talia bona consequuti simus. *Euangeliū quid. Nota differentiā meritorum et gratiæ.*

Secundum Mattheū,] Quatuor sunt Euangelistæ, quorū duo, Matthæus & Ioan-
nes, ex numero & choro duodecim sunt: Marcus uerò & Lucas, ex septuaginta. Erat
autē Marcus discipulus & comes Petri, Lucas uerò Pauli. Igitur Matthæus omnium pri-
mus scripsit Euangelium Hebraico idiomate, ad eos qui ex Hebræis crediderant
post octo annos assumpti in caelos Christi. Porro Ioannes hoc ex Hebraica lingua
in Græcam, ut ferunt, interpretatus est. At Marcus post decem annos assumpti Chri-
sti, ex ore Petri edoctus, scripsit: Lucas autē post 15. annos. Deniq; Ioannes rerum diui-
narum peritissimus post 32. annos. Referunt enim, quod post mortē illorum supersti-
ti allata fuerint tria Euangelia, ut uideret ea atq; iudicaret, num illa uerè cōscripta fuis-
sent. Ioannes autē, quum ea uidisset, & ueritatis gratia cōprobasset, adimpleuit quæ
cūq; ab alijs prætermissa fuerant: & quæ succinctius alijs dixerant, ipse fufius in suo
Euangelio tradidit. Propterea & à diuinitate explicanda inuitū fecit, eo quod alijs nul-
lam fecerunt memoriā quod uerbū Dei extiterit ante secula, de quo ipse diuine pro-
didit, ut ne putet uerbū Dei purus homo, hoc est, absq; deitate esse. Matthæus enim
de sola substantia Christi in carne differēs, ad Hebræos scribebat, quibus sufficiebat
discere q; ex Abrahā & Dauid natus esset Christus. Nam qui ex Hebræis credide-
rit, cōtentus est, si certior fiat, ex Abraham & Dauid natum esse Christum. Iam quid
a dicit

dicitis, an non sufficiebat unus Euangelista? Audi, sufficiebat quidem, sed ut uberius ueritas monstraretur, quatuor conscribere permisi sunt. Nam qui uideris quatuor, qui non in unum locum conuenerunt, neque confederunt simul, sed alijs & alijs in locis uita egisse, & de eisdem rebus quasi ex uno ore scripsisse, non admiraberis Euangelij ueritate: sed fateberis, quod ex spiritu sancto loquuti fuerint. Et ne mihi dicas, quod non consonent in omnibus. Vide enim, in quibus dissonent: num ille dixit, Natus est Christus, alius autem dicit, non aut alius quidem quod surrexerit, alius uero non. Absit. Concordes enim sunt in his, que magis necessaria & precipua. Igitur si in precipuis non sunt diuisi, quid miraris, si in minimis uideantur uariare: nam hac de causa, quod non in omnibus consonant, magis uera loquuntur. Alioqui suspecti haberi potuissent, quod inter se confederissent, & habito consilio mutuo scripsissent: nunc autem quum quod pretermisit hic, scripsit ille, hac sola est causa quare in quibusdam uariare uideantur. Et hac quidem sic se habent. Nos autem seriem contextus aggrediamur.

De concordia Euangelistarum.

CAPVT I.

Liber generationis. Quam ob causam non dixit, uisio, uel sermo, sicut prophetae, qui suos libros sic inscripserunt: Visio quam uidit Esaias, & sermo qui factus est ad Esaiam. Quæris ut discas quare: Prophetæ loquebantur ad duos corde & inobedientes, & ideo dicebant, Diuina est uisio, & sermo est ex Deo, ut timeret populus, & non contemneret dicta. Matthæus autem sermonem habebat ad credulos, gratos & obediens, & propterea nihil tale prædixit, quale prophetæ. Possem autem & aliud dicere, quod prophetæ mente uidebant ea quæ uidebant, spiritu sancto apparitionem faciente, & propterea uisiones uocabant. Matthæus autem non mentaliter, & per apparitionem Christum uidit, sed corporaliter cum eo fuit, & sensibilibus audijt eum, uidens eum in carne: & idcirco non dicit, Visio quam uidit, hoc est, apparitio: sed, Liber generationis.

Esaiæ 12.

Iesu. Nomen Iesu non est Græcum, sed Hebraicum, & interpretatur Saluator. Iesua enim salus apud Hebræos dicitur.

Christi qui dicebantur.

Christi. Christi dicebantur reges & sacerdotes. Inungebantur enim oleo sancto à cornu quod superponebatur capiti, & distillabat. Dicitur igitur dominus Christus, & ut rex, quia contra peccatum regnauit: & ut sacerdos. Obtulit enim semetipsum sacrificium pro nobis. In unctus autem est & ipse oleo uero & precipuo, nempe spiritu sancto. Quis enim alius habuit spiritum, ut Dominus? In sanctis enim gratia spiritus sancti efficax fuit, in Christo autem non operabatur gratia spiritus, sed Christus cum spiritu consubstantialis operabatur miracula.

Christus filius Dauid.

Filij Dauid. Quia dixerat Iesu, ideo ne putes quod de alio Iesu dicat, adiecit, filij Dauid. Erat enim & alius Iesus celebris, qui post Moysen ducatum populi Israel suscepit & militauit, sed is filius Naue dicebatur, non Dauid. Fuitque ante Dauid multis seculis: nec fuit ex tribu Iuda, de qua descendit Dauid, sed ex alia.

Psal. 133.

Filij Abraham. Quare ipsum Dauid Abraham præposuit? Quia apud Iudæos celebrior erat Dauid, & posterior fuit Abrahamo, regnoque clarior. Nam inter reges ipse primus Deo placuit, & promissionem accepit à Deo, quod ex semine suo surrecturus esset Christus, ea propter omnes Christum filium Dauid dicebant. Etenim seruabat Dauid uerum typum Christi. Sicut enim ipse post Saul reprobatus à Deo & odibilem, regnauit: ita & Christus postquam priuatus est Adam regno & principatus, quem habebat in omnia & animantia & dæmonia, incarnatus uenit & regnauit.

Quare ab Abraham genealogiam exordiat.

Abraham genuit Isaac. Ab Abraham incipit genealogia, eo quod ipse pater Hebræorum fuerit, & quod ipse primus accepit promissiones: quoniam in semine eius benedicendæ essent omnes gentes. Decenter autem ab hoc Christi generationem recenset. Christus enim est semen Abraham, in quo benedicti sumus omnes qui ex gentibus, qui prius eramus maledicti, Abraham autem interpretatur pater gentium: Isaac uero risus, gaudium. Non meminit autem Euangelista filiorum Abraham ex concubinis, ut puta Ismaelis & aliorum, eo quod Iudæi non ab illis descenderunt, sed ab Isaac.

Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Vides quod propter hoc mentionem fecerit Iudæ & fratrum eius, quod ab ipsis duodecim tribus descen-

Ascenderint. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Thamar autem Iudas desponderat uni filiorum suorum Her: illo autem sine liberis mortuo, sociauit eam Onan, qui & ipse filius eius: extincto autem & hoc propter malitiam suam, Iudas nulli amplius eam copulauit. At ipsa desiderans ex semine Abraham prolem depositis uestibus uiduitatis, uestem sumpsit scorti, & quasi scortum esset, rem habuit cum socero suo, concepitque ex eo duos pueros gemellos. Porro cum pareret, primus manum præmisit ex utero, quasi primū produciturus, & obstetrix coccineo funiculo protinus extentam pueri manum signauit, quo dignosci posset ut primogenitus: sed puer manum statim corripuit intra uterum, & alius prior natus est, deinde ille qui manum præmiserat. Vocatus est igitur qui prior natus fuerat, Phares, quod est dissectio: dissecuit enim naturalem ordinem. Qui autem corripuit manum, Zaram dicitur. Significat autem hæc historia sacramentum quoddam. Nam sicut Zaram ostendit quidem primum manum, & retraxit ita in sanctis qui erant ante legem & sub circuncisione, apparuit uita Christiana. Omnes enim illi non ex obseruationibus & mandatis legis iustificati fuerunt, sed quia Euangelicam uitam uixerunt. Et obserua quomodo Abraham patrem & domum propter Deum reliquit, & naturam abnegauerit. Considera Iob, Melchisedech, Vbi autem lex uenit, contracta est talis uita. Quemadmodum autem illic nato Phares, posterior iterum exijt Zaram: ita lege data, iterum apparuit uita Euangelica, quæ coccineo fasciculo, nempe sanguine Christi signata fuit. Propterea & Euangelista mentionem fecit duorum, quasi declarans natiuitatem illorum sacramentis plenam. Et aliter dicere potes: mentionem facit Thamar, tametsi non laudanda uideatur, eo quod dormiuerit cum socero: ut ostendat, quod Christus cum susceperit omnia propter nos: & hoc suscepit, ut tales habeat progenitores: immo ut per hoc ipsum quod ex eis natus est, eos sanctificaret: non enim uenit uocare iustos, sed peccatores.

Gen. 38.

Phares & Zares mysterium. Gen. 22.

Phares autem genuit Esrom, Esrom autem genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naason, Naason autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz ex Rachab. Rachab putant quidam Raab scortum, quæ exploratores Iesu Naue suscepit, seruauitque eos, & seruata est etiam ipsa. Mentionem autem facit eius, ut declarat quod sicut ipsa scortum fuit, ita & gentium congregatio, Fornicabantur enim in studijs suis, sed susceptis exploratoribus Iesu, apostolis inquam, omnes qui illorum crediderunt sermonibus, saluati sunt.

B

Booz autem genuit Obed ex Ruth. Ruth hæc alienigena fuit, coniuncta autem Booz: ita & ecclesia ex gentibus alienigena existens, & à testamentis extranea, oblita autem populi sui, & cultus simulacrorum, & diaboli cui iuncta erat, nupsit filio Dei.

1. Paral. 2. Ruth 4. Raab figura ecclesie.

Obed autem genuit Iesse, Iesse autem genuit Dauid regem, Dauid autem rex genuit Solomonem ex ea quæ fuit Urias. Hic quoque eius quæ fuit Urias, mentionem facit: ut doceat quod nemo debeat erubescere propter progenitores, sed dare magis operam uirtute sua illos clariores efficere: & quod omnes accepti sint Deo, etiam si scorto nati, modo uirtute sint præditi.

Ruth figura ecclesie. 2. Reg. 12. Propter parentes non erubescendum.

Solomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abia, Abia autem genuit Asa, Asa autem genuit Iosaphat, Iosaphat autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Ioathan, Ioathan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam, Ezechias autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Iosiam, Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in migratione in Babylonem. Migrationem in Babylonem, uocat captiuitatem quam postea tulere abducti simul in Babylonem. Et alias quoque belligerati sunt Babylonij, sed mediocriter eos afflixerunt: tunc autem penitus ipsos à patria sua migrare fecerunt.

1. Paral. 3. 2. Paral. 36.

At post transmigrationem in Babylonem, Iechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliacim, Eliacim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achin, Achin autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Matthan, Matthan autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariæ, ex qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Quare genealogiam Iosephi narrat &

1. Paral. 4.

Quare genealogia Ioseph, et non Mariæ ponitur.

Num. 36. fideoq; conueniebat deiparæ genealogiam recenseri.

Quomodo quatuordecim generationes, ubi tantum tredecim personæ.

Quare Maria desponsata.

Conuenire pro congressu, uel coire.

An Ioseph iustus uolens dimittere Mariam.

Huic opinioni non satis conuenire uidetur quod angelus ut metum eum liberet ait, quod natus est ex spiritu sancto esse. Quin ipse in

non deiparæ: quæ enim cõmunio Iosephi, & partus sine semine nati: neq; enim uerè erat pater Christi Ioseph, ut à Ioseph, Christi genealogia censeatur. Audi igitur, quòd uerè nullam communionem habet Ioseph cum natiuitate Christi, sed oportebat eam propter genealogiam matris Dei censerì. Verùm quia lex erat, mulierum genealogiam non ponere, propterea uirginis genealogiam non posuit, sed posita genealogia Iosephi, & huius genealogiam posuit. Erat enim lex, non ducendam uxorem ex aliena tribu, neq; ex aliena familia, hoc est cognatione, sed ex sua & cognatione & familia: atq; adeò quia talis erat lex, manifestum quòd & Iosephi genealogia posita, genealogiam colligat matris Dei. Nam ex eadem planè tribu & familia erat mater Dei. Nam si non fuisset, quomodo fuisset ei desponsata? Atq; ita obseruauit Euangelista legem præcipientem non ponendam mulierum genealogiam, & nihilominus posita Iosephi genealogia, genealogia matris Dei posuit. Virum autem Mariæ nominauit eum, iuxta cõmunem consuetudinem. Etenim mos est sponsum adhuc procum agentem, uirum dicere sponsam, etiam si nondum habitæ sint nuptiæ.

Omnes igitur generationes ab Abraham usq; ad Dauid; generationes quatuordecim: & à Dauid usq; ad migrationem in Babylonem, generationes quatuordecim: & à migratione in Babylonem usq; ad Christum generationes quatuordecim. In tres ordines distribuit generationes, ut monstraret quòd Iudæi siue à iudicibus gubernarentur, ut qui usq; ad Dauid: siue à regibus, ut qui usq; ad transmigrationem: siue à sacerdotibus, ut qui usq; ad Christum, nihil tamen in uirtutè profecerunt, & quòd opus haberent uero & iudice & rege ac sacerdote, qui est Christus. Nam postquam defecerunt reges, uenit Christus secundum prophetiam Iacob. Vbi autem sunt à demigratione Babylonica usq; ad Christum generationes quatuordecim, cum tredecim tantum personæ reperiantur: Si quidem in genealogia mulier recenseretur, possemus & Mariam connumerare, & cõplere numerum: nunc autem mulierem diximus ad genealogiam non pertinere, quomodo igitur soluitur hoc? Dicunt quidam quòd & demigrationem posuerit ceu personæ ordinem occupantem.

Iesu uerò Christi natiuitas sic erat. Nam ut desponsata est mater eius Maria Iosepho, I Quare Deus permisit ut ipsa desponsaretur, & omnino suspitionem daret hominibus quasi cognosceret eam Ioseph: ut haberet in aduersis curatore: nam hic in fuga in Aegyptum curam eius habuit & seruauit eam. Est & alia causa, ut latèret diabolus: propterea desponsata est. Diabolus enim cum audisset quòd uirgo uterum gereret, obseruauit uirgines, ut igitur deceptor decipiatur, desponsat semper uirginem Mariam: & figura quidem sit coniugij, non autem res ipsa.

Priusquam conuenirent ipsi, inuenta est uterum gerens ex spiritu sancto. Conuenire hic significat congressum. Priusquam enim congrederentur, concepit. Vnde & Euangelista obstupescit, & clamat: Inuenta est, quasi de re quadam admirabili dicens. Ioseph autem uir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit clam dimittere eam. Quomodo erat iustus Ioseph, cum lex præceperit adulteram traducere, hoc est denunciare & punire: ipse autem adumbraturus peccatum, & præuaricaturus legem, eam dimittere uoluerit? Soluitur autem hoc, primum quidem, quòd propter hoc ipsum iustus erat, nolebat enim crudelis esse, sed præ multa benignitate, misericordia eam prosequeretur, ostendens se superiorè lege, & iam super legalia mandata uiuentem. Deinde quia & ipse cognouit de spiritu sancto eam concepisse, propterea noluit traducere & affligere eam, quæ de spiritu sancto, non ex adultero conceperat. Vide enim quid dicat, quoniam inuenta est in utero habens. A quo inuenta est: à uiro, hoc est, innotuit: quòd ex spiritu sancto concepit. Vnde clam uoluit eam dimittere, & non audebat habere uxorem, quæ tantam habebat gratiam.

Hæc autem ipso cogitante, ecce angelus Domini in somno apparuit ei, dicens. Cum angeretur iustus, angelus ei assistit, docens eum quid faciendum. In somno autem apparet ei, quòd in fide multum esset firmus. Nam angelus quidem pastoribus ut agrestibus manifestè loquutus est, huic autem ut iusto & fideli, per somnum. Quomodo autem non crediturus esset, cum angelus doceret eum de ijs quæ ipse animo uersabat, & de ijs quæ nulli dixerat? Nam cum ipse cogitaret, & non loqueretur, assistit angelus.

Annot. Vxorẽ tuam] paulo post sequenti indicat istam sibi non multum placere, gelus

gelus. Merito igitur credidit ex Deo esse. Dei enim est scire quæ non effamur.

Ioseph filij Dauid. I Filium Dauid eum dixit, in memoriam reducens quod prædictum erat futurum Christum ex semine Dauid. Et hæc dicens, admonuit ut non discredere: sed cogitare: Dauid, qui promissionem acceperat de Christo.

Ne timeas accipere. I Ostendit hic quòd metuerit habere eam, ne forte offenderet Deum, uti adulteræ fouens. & aliter, Ne timeas, hoc est, tu quidem times adiungi illi, quia ex spiritu concepit, sed ne timeas accipere, hoc est, domi & intus tenere. Cogitatione enim & mente iam amandauerat eam.

Mariam uxorem tuam. I Hoc dicit, Tu quidem fortasse putas adulteram esse: ego autem tibi dico, quòd uxor tua sit: hoc est, quòd à nullo uitata, sed tua sit sponsa.

Quod enim in ea natus, ex spiritu sancto est. I Non enim solum libera est ab illicito coitu, sed & diuiniore quodam modo concepit, & propterea rectius gaudere debes.

Pariet autem filium. I Ut ne quis dicat, & unde tibi credam quòd ex spiritu sancto est: dicit de futuro quòd paritura sit filium. Nam si de hoc uerum dixerò, manifestum quòd & hoc quod ex spiritu sancto, uerum est. Non dixit autem, pariet tibi, sed simpliciter, pariet. Non enim peperit illi, sed toti orbì: neq; illi soli gratia facta est, sed in omnes effusa est.

Et uocabis nomen eius Iesum. I Tu uocabis, utpote pater, & curam gerens uirginis, neq; suspiceris Ioseph quòd quia à spiritu est conceptio, uirginem ideo dimittere debeas adiutorio destitutam, sed ministrabis ei in omnibus.

Is enim saluabit populum suum à peccatis suis. I Hoc loco interpretatur quid significet Iesus, nempe saluatorem. Ipse enim, inquit, saluabit populum suum: non solum Iudaicum, sed & gentilem, qui credere & fieri populus eius non adhibuerit. Quomodo autem saluabitur num ab hostibus: minimè, sed à peccatis suis: unde manifestum, Deum esse qui nascetur. Solius enim Dei est condonare peccata.

Hoc autem totum factum est, ut adimpleatur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem. I Ne putes, quod nuper hæc placere inceperint Deo, sed superiori bus seculis, & ab initio. Scis enim ò Ioseph prophetam: utpote in lege doctus, Et animaduerte quod dictum est à Domino. Nō autem dixit, dictum ab Esaiã, sed à Domino. Nō enim homo loquutus est, sed Deus per os hominis: unde fide dignum oraculum est.

Ecce uirgo prægnans erit. I Dicunt Hebræi, quod non habeatur in propheta, uirgo, sed adolescentula. Ad quod dicendum quòd in scriptura idem sit adolescentula & uirgo. Adolescentulã enim nominat incorruptã, quoniam nisi peperisset uirgo, quomodo futurum erat signum & admirabile? Audi enim Esaiã dicentem: Propter hoc dabit Dominus ipse uobis signum. Et statim addit, Ecce uirgo &c. Alioquin si non pareret uirgo, signum non esset. Deprauant igitur Hebræi sua malitia scripturã, & pro uirgine adolescentulã ponunt. Igitur siue adolescentula uocetur, siue uirgo, omnino uirginem intelligere oportet eam quæ paritura esset, ut & hoc sit miraculum.

Et pariet filium, & uocabunt nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. I Dicunt Hebræi, Quomodo igitur non uocatus est Emanuel, sed Iesus Christus? Dicendum itaq; quòd non dixit uocabis, sed uocabunt, hoc est opera eius demonstrabunt eum Deum esse, & nobiscum conuersari. Diuina enim scriptura ex operibus imponit nomina, sicut cum dicit: Voca nomen eius, uelociter prædare. Et ubi uocatus est tali nomine: Quia simul ut natus est Dominus, direptus & captiuus abductus est error, sic dicitur nominatus esse ab opere appellatione inuenta.

Excitatus autem Ioseph à somno, fecit ut iniunxerat sibi angelus Domini. I Vide animum alacrem, quomodo statim obedierit.

Et accepit uxorem suam. I Continuo eam nominat uxorem Iosephi, eiciens malam suspitionem, & docens quòd non alterius, sed illius fuerit uxor.

Et nō cognouit eam, donec peperisset. I Hoc est, nō habuit unquam rem cum ea. Hoc enim loco uerbū, donec, nō hoc manifestat, quòd nō cognouerit eam usq; ad partum, postea autem cognouerit, sed omnino nunquam eam cognouerit. Hoc enim habet scripturæ proprietates. Sic cum dicit, nō reuersus est coruus in arcã, donec auerteret terra, neq; enim postea rediit. Sic & alio loco, Vobiscum sum usq; ad consummationem seculi: igit

Iesus saluator et Deus.

Esaiã 7.

Esaiã testimoniũ de uirginis partu contra iudeos.

Velociter prædare. Esaiã 8.

Donec quã significet.

Gen. 8. Matt. 2.



post consummationem non erit nobiscum: Et quomodo: Tunc enim multo magis erit. Sic igitur & hoc loco, donec peperisset, intelligas, hoc est, neque ante partum, neque post partum cognouit eam. Quomodo enim contigisset sanctam illam, postquam ineffabilem partum cognouisset?

Filium suum primogenitum. Non quod alio quodam nato dicat eum primogenitum, sed simpliciter ut primum & solum natum. Christus enim & primogenitus est, ut primo natus: & unigenitus, ut non habens alium fratrem.

Et uocauit nomen eius Iesum. Ostendit hoc loco obedientiam Ioseph, quia quaecumque dixerat ei angelus, fecit.

CAPVT II.

Bethlehem. Quum autem natus esset Iesus in Bethlehem Iudaeae. Bethlehem interpretatur domus panis, Iudaea autem confelsio. Fiat igitur, ut nos nunc per confessionem fiamus domus panis spiritualis.

Herodes unde. In diebus Herodis. Meminit Herodis, ut tu discas quod defecerunt a tribu Iudaeae reges & principes, & necessariò uenit Christus. Herodes enim non erat Iudaeus, sed Idumaeus, Antipatri filius ex uxore Arabe. Cum autem defecissent principes, ex-

Gen. 49. statio gentium uenit, sicut Iacob praedixit.

Magi quare ueniunt. Regis. erat enim & alius Herodes Tetrarcha: & propterea ponit dignitatem regis. Ecce Magi ab oriente uenerunt Hierosolyma. Quare Magi ueniunt? In condemnationem Iudaeorum. Nam cum Magi, homines cultui idolorum dediti, crediderunt, quam postea defensionem praetexerunt Iudaei: Et alia causa est, ut gloria Christi magis effulgeat testimonium perhibentibus Magis, qui maxime aduersarij erant Deo, & obnoxij daemonibus.

Ab oriente. Et hoc ad condemnationem Hebraeorum pertinet. Illi enim per tantum spatium uenerunt: Hebraei uero Christum, quem apud se habebant, persequuti sunt.

Num. 24. Dicentes, Vbi est, qui natus est rex Iudaeorum? Ferunt illos Magos fuisse ex Balaam coniectore progenitos. Nam ut inuenerunt oraculum illius, Orietur stella ex Iacob, intellexerunt mysterium Christi, & idcirco natum adire uoluerunt.

Stella fuit angelica uirtus. Vidimus enim stellam eius in oriente. Quando audis stellam, ne talem putes illam, quales uidemus, sed diuinam uirtutem & angelicam in figura sideris apparentem. Nam quoniam astrologi Magi erant, propterea Dominus familiarij ipsis signo eos adduxit, sicut Petrum piscatorem a multitudine piscium ad nomen Christi uenatus est, & stupefcere fecit. Quod autem angelica uirtus fuerit stella, manifestum ex eo, quod & in die resurrexerit, & ad motum Magorum se mouerit, & ad quietem eorum quieuerit. Quin & a septentrionali parte, quae est Persidis, ad meridiem, in qua est Hierusalem, mouebatur. Nunquam autem stella a septentrione ad meridiem uertitur.

Et uenimus, ut adoremus eum. Videntur hi Magi magna uirtute praediti. Nam qui in aliena regione adorare uoluerunt, quomodo non in Perside ipsa magnalibertate praedicauerunt?

Herodes autem rex ut audiuit, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Herodes quidem turbatus est, ut alienigena, regno suo timens. sciebat enim quod illo indignus esset. Iudaei autem quare turbantur? oportebat enim gaudere potius, quod rex suus a Persidis regibus adoraretur, sed reuera insipiens res est malitia.

Scribae. Et congregatis omnibus pontificibus & scribis populi, interrogauit eos, ubi nascitur Christus. Scribae erant doctores populi, quales sunt quos nos dicimus grammaticos. Singulari autem Dei dispensatione interrogantur illi, ut confiteantur ueritatem, & ex hoc condemnentur, quod illum crucifixerunt, quem prius confelsi sunt.

At illi dixerunt ei, In Bethlehem Iudaeae. Sic enim scriptum est per Prophetam. Per quem Prophetam? Per Micheam. ille enim dicit,

Micheae 5. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Contempta enim erat, utputa parua: nunc autem quia ex ea prodijt Christus, celebris est. Omnes enim ex finibus terrae ueniunt, & sanctam adorant Bethlehem.

Matth. 2. Ex te enim egressurus est dux. Recte egressurus est, inquit, non in te manebit. Non enim mansit Christus in Bethlehem, sed ex ea postquam natus est exijt, & in Nazareth frequenter conuersatus est. Dicunt autem Iudaei quod hoc praedictum sit de Zorobabel, sed metum

tur

A tur manifeste. Etenim Zorobabel non in Bethlehem natus est, sed in Babylone. Vide enim nomen eius Zoro, significat semen et natiuitatem: Babel autem Babylona, hoc est, qui natus uel genitus est in Babylone. Sed et prophetia manifeste arguit eos, dicens: Egressus eius a principio, a diebus aternitatis. Cuius autem alterius egressus sunt ab initio, & a diebus aternitatis quam Christi: qui duos egressus habuit, hoc est natiuitates. Nam prima eius natiuitas, ab initio fuit a patre, secunda autem fuit a diebus seculi, principium sumens a matre Dei, quae in tempore fuit. Dicant igitur Iudaei, num Zorobabel ab initio fuerit: sed non habent quod dicant.

Micheae 5.

Qui pascet populum meum Israel. Pascet dixit, non tyrannidem exercebit, uel deorabit. Alij enim reges, non pastores, sed lupi sunt: Christus autem pastor, sicut ipse dicit: Ego sum pastor bonus. Populum Israel dicit, tam eos qui ex Iudaeis, quam qui ex gentibus crediderunt. Israel enim interpretatur, uidens Deum. Vnde omnes Deum uidentes, Israelitae sunt, etiam si ex gentibus nati sunt.

Christus pastor. Ioan. 10.

Tunc Herodes clam uocatis Magis. Clanculo illos uocauit propter Iudaeos. Suspicebatur enim quod Iudaei fortassis puerum facturi essent magni, & curaturi, ut feruent eum, utpote liberatorem suum, & propterea clam insidiatur.

Diligenter quaesuit ab eis tempus stellae quae apparuit. Hoc est, accurate didicit. Stella enim antequam natus esset Dominus, apparuerat Magis. quonia multum temporis in iter insumpserunt, ideo multo ante apparuit stella, ut adorarent eum adhuc in fascijs iacentem. Aliqui autem dicunt, quod cum Christo nato apparuerit stella, & Magi per biennium uenerunt, & non in fasciis inuenerunt puerum, neque in praesepio, sed in domo cum matre bimbum. Sed tu priorem sententiam ut meliorem habe.

Et missis eis in Bethlehem, dixit, Ite, & diligenter inquirete de puero hoc. Non dixit de rege, sed de puero: neque enim nomen ferre poterat: demonstrans quantum contra illum insaniret.

B Vbi uero repereritis, renunciate mihi, ut & ego ueniam, & adorem illum. At illi autem dico rege, profecti sunt. Ipsi quum dolo carerent, putabant & illum absque dolo loqui.

Et ecce stella, quam uiderant in oriente, praecessit eos. Occulta erat ad paruam tempus stella singulari dispensatione, ut Iudaeos interrogarent, & turbaretur Herodes, manifestiorque fieret ueritas. Ut autem ipsi egressi sunt a Hierusalem, iterum apparuit ducens eos, Vnde manifestum, quod stella erat uirtus diuina.

Donec progressa staret supra ubi erat puer. Et hoc rarum. Descendit enim stella a summitate, & terrae propior facta, ostendit eis locum. Nam si ex summitate apparuisset, quomodo certiores fieri potuissent de loco in quo esset Christus? Stelle enim multum locum comprehendunt. Vnde tu supra domum tuam uides lunam forte, & ego eandem uideo non nisi supra domum meam: & unicuique uidetur stare non nisi supra domum suam lunam uel aliam stellam. Vnde & illa stella non demonstrasset Christum, nisi descendisset, & quasi supra caput pueri stetit.

Visa autem stella, gauisi sunt gaudio magno ualde. Quod non aberrassent, sed inuenissent quod quaerebant gauisi sunt.

Et ingressi domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Mox quidem ut natus fuit, reclinauit uirgo puerum in praesepium, non enim tunc inuenerant domum. Verisimile autem est postea eos inuenisse domum, ubi & Magi inuenerunt eos. Ascenderant enim in Bethlehem, ut recenserentur illic, sicut & Lucas dicit. Multa autem concurrente multitudine ut censeretur, non habebant ad tempus domum, sed in spelunca natus est: deinde inuenta domo, uisus ibi est a Magis Dominus.

† Ios. 2. tibi derunt Luc. 2.

Et quum prociidissent, adorauerunt illum. Vide animae illustrationem. Pauperem uidebant, & adorabant. Multis enim argumentis didicerant quod esset Deus, ideo & ei offerunt munera ut Deo, & ut homini. Audi enim,

Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei dona, aurum, & thus, & myrrham. Aurum qui dem obtulerunt ei, ut regi. Aurum enim subditi regibus pendunt. Thus autem, ut Deo. Deo enim thus adolemus. Myrrham uero, ut degustaturo mortem. Nam Iudaei cum myrrha mortuos sepeliunt, ut corpus maneat incorruptum. Myrrha enim quum sicca sit, arefacit & exicat humiditatem, & non sinit innasci uermes, Vides Magorum fidem,

Quid per aurum, thus et myrrham.

quod & a prophetia Balaam didicerunt Dominum & Deum & regem esse, ac pro nobis moriturum. Audi autem prophetiam, Recubans, inquit, requieuit ut leo. Ecce regiam dignitatem per leonem significat, mortalitatem autem dum ait, recubans. Qui benedicunt te, benedicentur: ecce & deitatem, Sola enim Dei natura hanc benedictionis uirtutem habet.

Et oraculo accepto in somnis, ne reflecterentur ad Herodem, per aliam uiam redierunt in regionem suam. Vide consequentiam, primum Deus illos ad fidem per stellam adduxit: deinde quum uenerunt in Hierosolymam, docuit eos per Prophetam, quod in Bethlehem nascatur: & tandem per angelum. Et illi obediunt oraculo, hoc est diuino colloquio. Oraculo igitur accepto, & apparitione a Deo habita, imposuerunt Herodi, & non timuerunt ne forte se infectaretur, sed consili sunt uirtute nati, uerique testes fuerunt.

Digressis autem illis: ecce angelus Domini in somnis apparet Ioseph, dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius. Vidisti quam ob causam permiserit Deus desponsari uirginem? Hic enim apparet quod a Deo factum, ut diligentem eius curam Ioseph gereret. Non dixit autem, accipe uxorem tuam, sed matrem eius. Nam quoniam suspicio soluta fuit, & iustus per miracula in partu facta, compertum habuit ex spiritu esse omnia, non ultra uxorem eius illam nominat.

Et fuge in Aegyptum. Fugit & Dominus, ut credatur quod reuera homo sit, Nam si in manus incidisset Herodis, & non fuisset occisus, opinati fuissent in carnatu eum apparet. In Aegyptum autem fugit, ut & illam sanctificet. Duæ enim sunt regiones omnis nequitiae officinae, Babylon uidelicet, & Aegyptus. Babylonem per Magos suscepit adorantem: Aegyptum autem sua praesentia sanctificauit.

Babylon et Aegyptus officinae malorum.

Et esto illic, donec dixerō tibi. Esto pro eris illic, donec a Deo iussus fueris. Oportet enim nos nihil facere praeter diuinam uoluntatem.

Quaeritur enim est Herodes puerum, ut perdat illum. Vide incogitantiam hominis, qui laborat ut diuinam uincat uoluntatem. Nam si quidem non est ex Deo, quid times? In ex Deo est, quomodo perdes puerum?

Ille autem excitatus accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum, & fuit illic usque ad obitum Herodis: ut impleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem, Ex Aegypto uocaui filium meum. Dicunt Iudaei, quod propter populum dictum sit hoc, qui ex Aegypto per Moysen eductus sit. Dicimus itaque, & quid nouum, quod per figuram dictum est de populo, impletum autem uere in Christo? Deinde quis est filius Dei? populus? ne, qui adorauit idolum Beelphegor & sculpsit, an qui re uera est filius Dei?

Tum Herodes ubi uidit sibi illusum fuisse a Magis. Sicut Deus illulit Pharaoni per Moysen, sic Herodi per Magos: quoniam & Herodes & Pharaon puericidae erant. Pharaon masculos Hebræorum pueros in Aegypto occidit, Herodes autem in Bethlehem.

Iratu est uehementer, & misit ac interfecit omnes pueros qui in Bethlehem & omnibus confinjs eius a bimatu & infra, iuxta tempus quod percontatus erat a magis. Ostendit iram contra Magos, qui in nullo offenderat. Quare autem permitti sunt pueri occidi? Ut ostendatur Herodis malitia. Sed forte dices mihi, Et quid hoc? Num quid ut ostendat illius malitia, ideo iniuria fieri debuit pueris? Audi igitur quod non iniuria affecti sunt, sed coronas meruerunt. Omnis enim qui malum aliquid hic patitur, uel patitur ut peccata dissoluat, uel ut coronae augeantur, sicut & illi pueri magis coronati sunt.

Tunc impletum quod dictum est a Hieremia Propheta dicente. Ut ne quis putet quod inuito Deo facta sit puerorum interemptio, ostendit quod praenouerit & praedixerit.

Vox in Rhama audita est. Rhama locus fuit Palaestinae excelsus, nomen enim hoc excelsum significat: fuitque in sorte tribus Benjamin, qui fuit filius Rachel. Rachel autem sepulta fuit in Bethlehem. Dicit igitur Propheta Bethlehem Rachel, eo quod in illa sepulta fuit Rachel. fletum autem & ploratum auditum fuisse in excelsu, Audi igitur Prophetam.

Lamentatio & ploratus, et fletus multus. Rachel ploras filios suos. Hoc est Bethlehem.

Et noluit consolationem admittere, eo quod non sint. In hac uita non sunt, quia animae sunt immortales.

Defuncto

Defuncto autem Herode. Amara morte perijt Herodes, febris, & dysenteria, & scabies, & podagra, & putredine uerendorum uermes generante, & spirandi difficultate, & tremore & contractione membrorum malam absoluit animam.

Ecce angelus Domini in somnis apparet Ioseph in Aegypto, dicens, Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & uade in terram Israel. Non dicit fuge, sed uade: timor enim iam nullus erat.

Mortui enim sunt quærentes animam pueri. Vbi Apollinarius est, qui dicebat Dominum non accepisse animam: hinc enim arguitur.

Ille autem quum surrexisset, accepit puerum & matrem eius, & uenit in terram Israel. Verum quia audierat quod Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illuc abire. Tres filios reliquit Herodes, Philippum & Antipam & Archelaum. Archelaum quidem regem, alios autem tetrarchas esse iussit. Timuit autem Ioseph in terram Israel abire, hoc est in terram Iuda, eo quod Archelaus similis patri suo erat. Antipapas uero ipse est iuuenis ille Herodes qui praecursorem illum sustulit.

Oraculo autem accepto in somnis, secessit in partes Galilaeae. Galilaea non erat terra Israel, sed Gentilium, unde & Iudaei sicut abominationem illos uidebant.

Ac profectus habitauit in ciuitate quae dicitur Nazareth. At quomodo Lucas dicit quod postquam natus fuit, impleuit xl. dies, & a Simeone gestatus est, descendit Dominus in Nazareth: hoc autem loco Mattheus ait, quod post reditum ex Aegypto uenerit in Nazareth: Disce igitur, quod quae siluit Mattheus, dicit Lucas. Ut exempli gratia aliquid dicam, Postquam natus est, impleuit quadraginta dies, deinde descendit in Nazareth: haec dicit Lucas. Mattheus autem dicit post haec, quod fugerit in Aegyptum, deinde uenerit ab Aegypto in Nazareth. Non dissident ergo inter se, Nam Lucas dicit descensum a Bethlehem in Nazareth: Mattheus autem postea reditum ab Aegypto in Nazareth.

Ut impleatur quod dictum est per Prophetas, Nazareus uocabitur. Et quis propheta hoc dixit, non inuenitur nunc. Per negligentiam enim Iudaeorum multi libri desiderantur, & ob continuas captiuitates, fortassis absque scriptura hoc dicebatur apud Iudaeos. Significat autem Nazareus, sanctificatus. Igitur quoniam sanctus Christus, recte dicit Nazareus, Sanctus enim Israelis a multis Prophetis uocatur Dominus.

Iudaeorum ob negligentiam plurimi desiderantur libri ex sacris

CAPVT III.

In diebus illis. Non quum Dominus esset puer, & in Nazareth habitabat, sed simpliciter sic inquit, ut in tempore illo, quod ante hanc praesentem erat aetatem.

Accessit Ioannes Baptista. Propterea missus est a Deo Ioannes, ut argueret Iudaeos, & persuaderet eis ut sua mala agnoscerent, atque ita Christum susciperent. Nam nisi quis sensum acceperit peccatorum, non uenit ad poenitentiam. missus igitur est Ioannes.

Prædicans in deserto Iudaeae, & dicens, Resipiscite. Arrogantes erant Iudaei, & idcirco cogit eos ad poenitentiam.

Appropinquauit enim regnum caelorum. Regnum caelorum dicit primum & secundum Christi aduentum, & uitam uirtutibus praeditam. Quando enim in terra ambulamus, quasi in caelo degentes absque affectionibus, regnum habemus caelorum.

Hic enim est qui dicitur est ab Esaiâ Propheta dicente, Vox clamantis in deserto, Parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Via, euangelium dicitur: semitae autem legalia mandata, ut trita & uetera. Dicit igitur, Parati estote ad euangelicam uitam, & legis mandata recta, hoc est spiritualia facite. spiritus enim rectus est. Quando igitur uideris Iudaeum carnaliter intelligentem ea quae legis, dic quod ipse non faciat uias rectas, hoc est, non spiritualiter intelligat legem.

Ipse uero Ioannes habebat indumentum suum ex pilis camelorum. Ad poenitentiam hortabatur etiam habitu. lugubrem enim gerebat uestem. Dicunt autem camelum medium esse inter munda & immunda animalia: nam quia ruminat, mundum est: quia autem ungulas non diuidit, est immundum. Ioannes autem quoniam ad Deum adducebat populum Iudaicum, qui uidebatur mundus esse, & gentilem, qui immundus, eratque mediator ueteris & noui testamenti, idcirco ferebat pilos camelorum.

Et

Et zonam pelliceam circa lumbos suos. Omnes sancti introducuntur à scriptura cincti, ueluti semper in opere existentes. Negligentes autem & delicati non cinguntur, ut nunc Sarraceni. Vel quòd affectiones concupiscentiæ mortificauerunt, Pellis enim, mortui animalis pars est.

Alij locustas animata quedam parua esse uolunt, ut et Theophylactus eius ipse, Marci primo. Cibus autem eius erant locustæ, & mel agreste. Quidam dicunt herbas esse locustas, quidam fructus agrestes. Mel autem agreste, quod à feris apibus conficitur, & in arboribus ac petris inuenitur.

Tunc egressa est ad illum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio undique finitima Iordani, & baptizabantur in Iordane ab illo confitentes peccata sua. Tamen si baptizabantur, non tamen remissionem peccatorum habebat baptisma Ioannis, sed solam poenitentiam predicabat Ioannes, & ad remissionem peccatorum ferebat, hoc est ad Christi baptismum ducebat, apud quem remissio peccatorum.

Quum uideret autem multos ex Phariseis. Phariseus interpretatur absectus & diuisus. Videbantur enim Pharisei in uita & scientia separati esse, & excedere alios.

Et Sadduceis. Hi neque resurrectionem credebant, neque angelum, neque spiritum: interpretantur autem iusti. Sedek enim iustitia, nam iustos se ipsos nominabant, uel ab hæresiarcho Sadok nominantur.

Uenientes ad baptismum suum, dixit illis. Non uenerant bona mente, ut ceteri, & idcirco etiam reprehendit eos.

Progenies uiperarum, quis submonstrauit uobis fugere à futura ira? Durè eis loquitur, sciens peruersitatem illorum, tamen si aliquantulum laudet, dicens, Quis submonstrauit uobis? Admiratur enim quomodo hoc factum sit, ut tam mala natio ipsorum resipiscat. Progenies autem uiperarum uocat eos, eo quod sicut illæ deuorantes matres suas nascantur, similiter & illi, patres, hoc est magistros & Prophetas occiderunt. A futura ira, gehennæ inquit.

Psal. 33. Facite igitur fructus dignos poenitentiae. Vides quid dicat, quoniam non oportet solum fugere malitiam, sed etiam facere fructum uirtutis. Declina enim (inquit) à malo, & fac bonum.

Et ne sitis hac mente, ut dicatis apud uos ipsos, Patrem habemus Abraham. Hinc perierunt, quod in generositate sua confidebant.

Dico enim uobis, quod potest Deus etiã ex his lapidibus suscitare filios Abraham. Per lapides intelliguntur Gentes, à quibus multi crediderunt. Simpliciter tamen dicebat Ioannes, quod etiã ex lapidibus possit Deus facere filios Abraham. Erat enim & uulua Saræ lapis, propter sterilitatem, & nihilominus peperit. Excitauit autem Deus filios Abraham ex lapidibus, quando multi uidentes crucifixum, & ruptas petras, crediderunt.

Iam uerò & securis ad radicem arborum posita est. Securim uocat iudicium Domini: arbores autem, singulos. Igitur qui non crediderit, iam stirpitus excinditur, & in gehennam mittitur.

Omnis igitur arbor. Etiam si ab Abraham descendat.

Non faciens fructum bonum. Non dixit, quæ non fecit, sed non faciens: semper enim oportet fructum ferre. Nam licet heri misericors fueris, hodie autem rapias, non bonus eris.

Exsecatur, & in ignem mittitur. Gehennæ scilicet.

Ego quidem baptizo uos in aqua ad poenitentiam: qui autem post me uenit, fortior me est. Dixit eis, Facite fructum. Ostendit igitur quis fructus, nempe credere in eum qui post se uenturus erat. Venit enim post eum Christus. Nam sicut sex tantum mensibus secundum natiuitatem posterior eo erat: ita & iuxta manifestationem fuit posterior. Manifestatus est enim prius præcursor: deinde Christus, qui ab eo testimonium acceperat.

Quid per calciamenta. Cuius non sum idoneus calciamenta gestare. Ine postremus quidem inquit ipsius sum seruus ut ista gestem. Per calciamenta autem intelligas etiã duos descensus eius, nempe eum qui è coelis in terram, & eum qui à terra in infernum. Calciamentum enim est pellicea caro, & mortificatio. Hos igitur duos descensus non potest portare præcursor, intelligere non ualens quomodo facti sint.

Ipsè uos baptizabit in spiritu sancto. Hoc est, inuadabit uos largiter spiritus sancti gratijs,

gratijs, quia meum (inquit) baptismum non dat spirituale gratiam, sed neque peccatorum remissionem: ipse autem & remittet uobis peccata, & spiritum liberaliter dabit.

Cuius uentilabrum in manu eius. Non credatis quod si baptizati fueritis ab illo, & deinde peccaueritis, ignoscat uobis. Nam & uentilabrum habet, hoc est iudicium & inquisitionem.

Et repurgabit aream suam. Hoc est, Ecclesiam, quæ multos quidem habet baptizatos, sicut area omne quod in agro cultum fuit: sed inter hos alij quidem sunt palea, sicut

hi scilicet qui leues sunt, & spiritibus malitiæ agitantur: alij autem triticum, qui utiles sunt, & alios pascunt doctrina & opere.

Et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Inextinguibilem illum ignem uocat. Vnde nugatur Origenes dicens quod futurus sit finis suppliciorum.

Tunc aduenit Iesus à Galilæa ad Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens. Quum mundus esset, baptizatur, ut nos abluat: & ut ostendat nobis quod si baptizari uelimus, prius mundemur, ut ne inquiemus baptismum, postea facile in sordes relabentes propter malam consuetudinem. Prohibet autem eum Ioannes, ut ne uidentes illum, putent quasi unum ex multis ad poenitentiam baptizari.

Mihi opus est ut à te baptizer. Opus enim habebat præcursor à Domino baptizari, utpote ab Adam descendens. Nam & ipse contraxerat ex inobedientia iniquamentum, Christus autem in carnatus, purificauit omnes.

Et tu uenis ad me? Non ausus fuit dicere, Et tu baptizaris à me? sed, Et tu uenis? Tam pius erat.

Respondens autem Iesus dixit ad illum, Dimitte nunc. Nunc (inquit) permittit: est autem tempus, quo digna nobis erit gloria, licet nunc non appareamus.

Natura legem perficere non potuit. Sic enim decet, ut impleamus omnem iustitiam. Legem uocat iustitiam. Maledicta est (inquit) nunc humana natura, quia legem non potuit perficere. Ego igitur cum impleuerim alia quæ in lege sunt, & desit hoc unum ut baptizer: ea propter cum hoc fecero, liberabo naturam à maledictio. Hoc me decet.

Tunc omittit illum: Et baptizatus Iesus, statim ascendit ab aqua. Christus quum triginta annorum esset, baptizabatur, eo quod ætas illa peccata omnia in se accipit. In prima ætate magna est insipientia. In secunda, quæ est adolescentium, magna est flamma concupiscentiæ & iræ. In uirili autem amor opum regnat. Expectauit igitur hanc ætatem, ut per omnes ætates impleeret legem, & nos sanctificaret. Statim ascendit ab aqua. Manichæi dicunt quod corpus suum deposuerit in Iordane, iuxta apparentiam autem aliud corpus monstravit. Confutantur autem hic, Iesus enim (inquit) ascendit: non alius ascendit, sed is qui in aquam descenderat.

Et ecce aperti sunt illi coeli. Adam illos clausit, per Christum autem aperiuntur: ut discas, quod quando baptizaris, aperis eos.

Et uidit spiritum Dei descendentem quasi columbam, & uenientem super eum, & ecce uox è coelis dicens. Descendit spiritus, ut testimonium perhibeat quod maior sit, qui baptizatur, quam qui baptizat. Iudæi enim magnificabant Ioannem, at Christum non tantum curabant. Viderunt autem spiritum omnes uenientem super Iesum, ut ne putarent quod uox dicens,

Hic est filius meus dilectus propter Ioannem dicta sit, sed uiso spiritu crederent quod propter Iesum uox illa sit. Quasi columbam propter innocentiam & mansuetudinem, & quod mundissima sit columba, & ubi foetor est, ibi non maneat. sic & spiritus sanctus. Et ut de Noe dicitur columbam nunciasse diluuij solutionem, ramum oliuæ afferentem: sic & hic spiritus sanctus manifestat peccatorum solutionem. Illic ramus oliuæ, hic misericordia Dei.

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Hoc est, in quo re quiesco, in quo placor.

CAPVT IIII.

TUNC Iesus ductus est in desertum à spiritu. Docens nos, quod post baptismum magis

magis oportet expectare tentationes. Ducitur à spiritu sancto: nihil enim sine spiritu fecit. Ducitur autem in desertum, ut ostendat nobis quod diabolus tentet nos quando uiderit solitarios, & non ab alijs adfutos. Oportet igitur nos non temere fidere nobis ipsis. Ut tentaret à diabolo. Diabolus dicit, quod accuset & infamet Deum apud Adam. Dixit enim illi, Deus uobis inuidet, & nunc uirtutem apud nos calumniatur.

Ieiunium. Et quum ieiunasset. Ieiunauit: ut ostendat quod magna armatura contra tentationes sit ieiunium: sicut principium omnis peccati, deliciae.

Exod. 24. 3. Reg. 19. Dies quadraginta, & noctes quadraginta. Tot ieiunauit, quot & Moyses, & Elias. quod si plures ieiunasset, uisa fuisset incarnatio eius fictitia & apparens.

Postea esuriit. Et quum accessisset ad eum ille qui tentat, dixit: Quando permisit naturam, tunc & esuriit, ut daret occasionem diabolo accedendi & congregandi secum propter famem, & sic prosternat & desiciat eum, nobisque uictoriam largiatur.

Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Audiuit uocem celestem latro. Iterum uidet eum esurgentem, & dubitat adhuc, quomodo filius Dei esuriat, & idcirco tentat eum ut discat. Adulatur autem ei, putans se quid suffuraturum, dicendo, Si filius Dei es. Iam rogas, Et quod peccatum erat, facere lapides panes: Audi igitur, quia au dire diabolum in aliquo, peccatum est. Vide autem & aliud. Non dixit, ut lapis hic panis fiat, sed lapides: uolens Christum ad superflua instigare. Esurienti enim unus panis sufficit, & propter hoc Christus non audiuit eum.

Deut. 8. At ille respondens, dixit: Scriptum est, Non in pane solo uiuuntur est homo, sed in omni uerbo, quod egreditur per os Dei. Ex ueteri testamento est, Moyses enim sermo est. Nam & Hebraei cibati sunt manna, quod non erat panis, sed per uerbum Dei implebat omnem Hebraeorum indigentiam, & fiebat omnia quaecumque comedere cupiebant, siue piscem, siue ouum, siue caseum concupiscebat Iudaeus, illius gustum manna ei praebat.

Manna. Sap. 16. Tunc assumit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi. Pars quaedam templi erat, sicut quae apud nos dicuntur *disputa*: uidentur enim sicut alii esse.

Psal. 119. Et dicit ei, Si filius Dei es, tu, mittito te deorsum. Scriptum est enim, Angelis suis mandabit de te, & in manibus portabunt te, ne forte impingas in lapidem pedem tuum. Si filius Dei es tu, quasi hoc dicat: Ego non credo uoci coelitus missae: attamen tu, si filius Dei es, ostende mihi. Quauis filius Dei erat, numò maledicte praecipitare debebat seipsum: Tuæ crudelitatis est, praecipitare daemone actos, Dei autem salutare. Non scriptum est, In manibus portabunt te, propter Christum, sed propter sanctos, qui indigent angelico praesidio. Christus autem qui Deus est, non opus illo habet.

Deut. 6. Dixit illi Iesus: Rursum scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Mansuetè repellit eum Christus, docens & nos mansuetudine daemones uincere.

Iterum assumit eum diabolus in montem excelsum ualde, & monstrat ei omnia regna mundi, & gloriam illorum, & dicit ei, Haec omnia tibi dabo, si procideris & adoraueris me. Quidam putant montem excelsum ualde, affectionem & studium in possidendis diuitijs, in quem conatur inimicus Iesum ducere, sed non rectè opinantur. In sensibili enim forma apparuit ei diabolus. Cogitationes enim tales non habuit Dominus. absit. Sensibiliter igitur ei monstrauit in monte omnia regna, ante oculos ea apparere faciens. Et haec omnia tibi dabo, inquit. Mundum quasi suus pro prius esset proponit praesuperbia. Hoc & nunc dicit auaritia, ut adorantes se omnia haec habeant.

Amor diuitiarum. Tunc dicit ei Iesus, Vade post me satana. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles. Irascitur illi Dominus, quando uidet illum ea quae Dei sunt sibi uendicantem, & dicentem, Haec tibi dabo ut propria. Discite autem quomodo profint scripturae, per quas Dominus os inimici obturauit.

Ibidem. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

Tentationes tres. Tunc dicit ei Iesus, Vade post me satana. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles. Irascitur illi Dominus, quando uidet illum ea quae Dei sunt sibi uendicantem, & dicentem, Haec tibi dabo ut propria. Discite autem quomodo profint scripturae, per quas Dominus os inimici obturauit.

Luc. 4. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

Luc. 4. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

Luc. 4. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

Luc. 4. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

Luc. 4. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

Luc. 4. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

Luc. 4. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

Luc. 4. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

Luc. 4. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

Luc. 4. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei. Tres tentationes expertus est Dominus, gulae, uanae gloriae, & auaritia. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quando quidem capita tentationum

tentationum uicit. Proinde angeli ei ministrant: quo demonstratur quod & nobis post uictoriam angeli ministraturi sint, omnia enim propter nos & fecit & monstrauit Dominus, quoniam ei ut Deo angeli semper ministrant.

Quum audisset autem Iesus, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galileam, & relicta Nazareth, profectus habitauit in Capernaum, quae est apud mare, in conuijs Zabulon & Nephthalim. Secedit Iesus, docens nos ne temere periculis nos iniiciamus.

Secedit autem in Galileam, hoc est deuolubilem. Gentes enim in peccatis uoluntantur. Habitat autem in Capernaum, quod est domus consolationis. ut enim faciat gentes domum consolationis, descendit, Zabulon interpretatur nocturna, Nephthalim autem latitudo, Gentes enim & noctem habebant, & latitudinem in uia: non enim per angustam uiam ambulabant, sed per eam quae in perditionem fert.

Ut impleatur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem, Terra Zabulon, & terra Nephthalim iuxta uiam maris trans Iordanem Galilaea gentium, populus qui sedebat in tenebris, uidit lucem magnam, & sedentibus in regione & umbra mortis, lux orta est eis. Viam maris pro eo quod est ad uiam maris sitam, Lux autem magna, Euangelium, Lex enim lux & ipsa erat, sed parua. Umbra autem mortis, peccatum: similitudo enim & figuratio mortis est. Nam sicut mors corpus, ita & ipsa animam detinet. Orta autem est lux nobis, Non enim quaesiuimus illam nos, sed illa misa est nobis, quasi sequens nos.

Ex hoc coepit Iesus praedicare ac dicere. Ex quo tempore detentus est in uinculis Ioannes, coepit praedicare Iesus. Expectauit enim Iesus, ut Ioannes prius de se testificaretur, & pararet sibi uiam, qua uenturus erat: sicut serui ante dominos praeparant. Aequalis enim existens patri Dominus, habebat & ipse prophetam Ioannem, sicut & pater suus. Deus habuit prophetas ante Ioannem, imò & illi patris sunt & filij.

Respicite, in propinquo enim est regnum caelorum. Regnum caelorum est & Christus, est & uita uirtutibus praedita. Quando enim quis super terram uiuit sicut angeli, nonne coelestis est? atque ita in unoquoque nostrum est regnum caelorum, si angelicam uitam agimus.

Ambulans autem apud mare Galilaeae, uidit duos fratres, Symonem qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Erant enim piscatores, & dixit illis. Hi fuerunt discipuli Ioannis. Viuente autem adhuc Ioanne, accesserunt Christum. Porro ubi Ioannem uiderunt uinctum, reuersi sunt ad piscatoriam, & sic ueniens Christus piscatur eos, dicens.

Venite post me, faciamque uos piscatores hominum. Illi autem statim relictis retibus, secuti sunt illum. Vide obediens homines, statim secuti sunt illum. Vnde manifestum quod haec secunda uocatio sit. Antea enim docti erant à Christo, deinde reliquerunt eum; nunc autem uiso ipso, statim secuti sunt.

Et progressus illinc, uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedaei filium, & Ioannem fratrem eius in nauis cum Zebedaeo patre suo. Summa uirtus est, pascere patrem senem, idque iuste partis sumptibus.

Sarcientes retia sua, & uocauit eos. Pauperes fuerunt, & quia non poterant emere noua, reparauerunt uetera.

At illi protinus relicta nauis & patre suo, secuti sunt eum. Apparet Zebedaeum non credidisse, & propterea reliquerunt eum. Vides quando oportet relinquere patrem, nempe quando obstat uirtuti & pietati. Hi autem ut uiderunt priores sequentes Christum, merito secuti sunt, imitantes illos.

Et circumibat Iesus totam Galileam, docens in synagogis illorum, & praedicans Euangelium regni. Ut monstret quod non contrarius sit legi, ingreditur in synagogas Hebraeorum.

Et sanans omnem morbum, & omnem languorem in populo. A signis incipit, ut credatur quae docet. Morbus autem est diuturna mala uoletudo: Languor uero temporarius, & deordinatio in corpore.

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Et diminauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectes uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Non petijt Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longè afferre,

Galilea.
Capernaum.
Zabulon.
Nephthalim.

Esaias 9.
Euangelium lux.

Regni caelorum.

atque iustis alii laboribus

Morbis. Languor.

b afferre,

14
Lunatici demoniaci sunt. afferre, fidei erat. Lunaticos autem dicit daemonicos. Dæmon enim uolens hominibus persuadere quod stellæ maleficæ sint, obseruat lunam quum integra est, & tunc insidiatur, ut uideatur luna passionis & morbi causa, & infametur opificium Dei, quemadmodum & Manichæi errant.
 Et secutæ sunt eum turbæ multæ à Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & à regionibus trans Iordanem sitis.

CAPVT. V.

ET QUUM uidisset turbas, ascendit in montem. Docet nos, nihil ad ostentationem facere. Ascendit in montem, quia doctorus erat, docuit nos à media secedere turba, quando docendum.

Et cū sedisset ipse, accesserunt ad eum discipuli eius. Alitæ quidem turbæ propter miracula, discipuli autem propter doctrinam accedunt, unde postquam curauit corpora, & fecit miracula, curat & animam: ut discamus quod & animarum & corporum sit opifex.

Et aperto ore suo. Quare additum est, aperto ore suo: uidetur quod superfluat. Minimè docuit enim etiam non aperiendo os suum. Quomodo: per uitam & miracula, nunc autem aperiens os, docet.

Docebat eos, dicens. Non tantum discipulos, sed & turbam. Incipit autem à beatitudinibus, sicut & Dauid à beatitudine incepit.

Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est regnum cœlorum. Primū modestiam & humilitatem animi ceu fundamentū iacit. Nam quoniam propter superbiam Adam cecidit, per humilitatem erigit nos Christus, quando quidem deus fieri sperabat Adam. Contriti autem anima, sunt pauperes spiritu.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient. Qui propter peccata lugent, non propter temporalia. Lugentes autem dixit, semper & non semel: & non pro nostris peccatis tantum, sed & pro peccatis proximorum. Consolationem uerò accipient & hic. Qui enim luget propter peccata, gaudet spiritualiter, & illic quoque multo magis.

Mites. Beati mites, quoniam ipsi hereditatem accipient terram. Aliqui spirituales terram dicunt, cœlum uidelicet: uerum tu & hanc terram intellige, quoniam enim putantur mites, despecti & inopes, dicit quod hi magis omnia habeant. Mites autem sunt, non qui prorsus non irascuntur, tales enim insipientes sunt & insensati, sed qui iræ uim habent, continent autem, & quando oportet irascuntur.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quoniam illi saturabuntur. Quando quidem de misericordia dicitur est, ostendit primū seruandam iustitiam, & eleemosynam non ex rapina dandam. Porro iustitia omni cum alacritate exercenda est, quod significat cum dicit. Esurientes & sitientes, Quoniam autem avari quidam abundantes esse uidentur, & saturati, dicit quod iusti magis etiā hic satient, quia propria securè possident.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Non in solis diuitijs est misericordia, sed & in sermone: & si nihil habes, etiā in lachrymis. Misericordiam autem consequentur & hic ab hominibus. Qui enim heri misericors fuit, etiā si hodie inops sit, ab omnibus misericordiam consequetur, & alibi multo maiorē à Deo.

Nota. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Multi sunt non rapientes, sed & misericordes. ueruntamen scortantur, & aliās immundi sunt. At Christus iubet cum alijs uirtutibus etiam mundos, hoc est castos esse: non solum corpore, sed & corde. Nam absque sanctificatione, hoc est castitate, nullus uidebit Deum. Sicut speculum, si fuerit mundum, accipit imagines: ita & anima pura faciem Dei, & scripturarum scientiam suscipit.

Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei uocabuntur. Non solum illi qui cum alijs pacem habent, sed & qui seditiosos alios conciliant. Pacifici autem sunt & qui per doctrinam inimicos Dei conuertunt. Filij autem Dei fiunt tales. Etenim unigenitus conciliauit nos Deo.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiā, quoniam ipsorum est regnū cœlorum. Non solum martyres, sed & multi persecutionem patiuntur: quia iuuant iniuria afflictos, & in summa omnē uirtutē fouent. Iustitia enim est omnis uirtus. Fures autem & homicidæ,

A & homicidæ: tamen ipsi persecutionem patiantur, non sunt tamen beati. Beati estis, quando exprobrauerint uos & persecuti fuerint. Ad ipsos apostolos deinceps se conuertit, ostendens quod maximè propriū sit doctoribus opprobria audire.

Et dixerint omne malum uerbum contra uos, mentientes propter me. Non simpliciter qui exprobratur, beatus est, sed quando & propter Christum, & falso: si autem duo hæc non affuerint, miser ille est, utpote multis existens offendiculo.

Gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlis. Quum de alijs loqueretur, non dixit mercedem multam: hic autem ostendit, quod sustinere opprobrium, magnum sit & grauissimum. Multi enim suspenderunt seipos. Et Iob, quando uis sustinebat multas tentationes alias, tunc tamen maximè turbabatur, cum exprobrarent ei amici quasi propter peccata sua pateretur.

Sic enim persecuti sunt prophetas, qui ante uos fuerunt. Ut ne suspicentur apostoli, quod persecutionem patiantur eo quod aduersa Christo docuerint: consolatur eos, dicens, quia & ante uos prophetis propter uirtutem hoc accidit: unde illorum passiones uos consolari debent.

Vos estis sal terræ. Prophetæ ad unam gentem missi sunt, uos autem totius terræ sal estis, mordentes & condientes doctrina & reprehensionibus dissolutos, ut non pariant uermes perpetuos: propterea ne abiiciatis mordacitatem reprehensionū, etiā si persecutionem patiamini, & uobis exprobrent. Idè dicit.

Quod si sal infatuatus fuerit, in quo salietur: ad nihil ualet ultra nisi ut projiciatur foras & conculcetur ab hominibus. Si doctor enim infatuatus fuerit, hoc est, si non arguit & constringit, sed mollis est & laxus, in quo salietur, hoc est, corrigitur: Tunc igitur foras projicitur à doctorum dignitate: & conculcatur, hoc est, despicitur.

Vos estis lux mundi. Prius sal, & tunc lux. Qui enim reprehendit quæ occulte fiunt, ille lux est. Omne enim quod manifestat, lux est. non gentem autem unam illustrauerunt illi, sed mundum.

B Non potest ciuitas occultari, quæ supra montem sita est. Docet eos, ut durent in certamine, & diligentem uitæ suæ rationem habeant, ut ipsi, in quos omnes spectant. Ne igitur putetis, inquit, quod in angulo latituri sitis, sed spectabiles eritis, & ideo uide te quomodo citra maculam agatis uitam, ut ne & alijs offendiculo sitis.

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, & lucet omnibus qui in domo sunt. Ego quidem accendi lumen, nunc uestri officij erit, ne gratia extinguatur, ita ut & alijs luceat fulgor uitæ uestre. Inquit enim.

Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Non dixit, uos ostentetis uirtutem, hoc enim non esset bonum, sed illa sola luceat, ut & inimici uestri admirentur, & glorificent, non uos, sed patrem uestrum. Et si ita operamur uirtutem, in gloriam Dei oportet eam operari, non in nostram.

Ne existimetis, quod uenerim ad destruendā legem uel prophetas: non ueni ut destruam, sed ut adimpleam. Quoniam ipse nouas leges introducturus erat, ut ne putetur quod Deo aduersarius sit, dixit prius occurrens prauæ quorundam suspicioni, quod non destruat, sed magis adimpleat legem. Quomodo autem adimpleuit? Primū quidem, quia perfecit omnia quæ de eo prædixerunt Prophetæ. Ideo & Euangelista subinde dicit, Ut impleat quod dictū est de eo per Prophetas. Deinde & omnia mandata legis impleuit. Peccatum enim non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius.

Quin & alia ratione adimpleuit legem, hoc est denuò impleuit: quæ cunctis enim illa adhibuit, ea hic perfecte depinxit. Illa dixit, Ne occidas: hic uerò dixit, Ne temere irascaris. Sicut & pictor non corrumpit lineameta prima, sed magis illustrat & adimplet. Amen dico uobis. Amen affirmatiua particula est pro, etiam dico uobis.

Donec prætereat cœlum & terra, iota unum aut apex unus non præteribit ex lege quoad omnia facta fuerint. Ostendit hic, quod mundus præterit & transfiguratur. Dicit igitur quod quādiu subsistit uniuersum, neque minima litera è lege transibit. Alij autem, iota & apicem decem legis præcepta dicunt, alij autem crucem. nam crucis Iota est rectum lignū, & apex transuersum: quod sensu dicit quod ea quæ de cruce dicta sunt, implebuntur.

16

THEOPHYLACTI

Quisquis igitur soluerit unum ex mandatis his minimis, & docuerit sic homines, **A** minimus uocabitur in regno caelorum. Minima mandata dicit, quae ipse traditurus erat, non legalia. Nominat autem ea minima propter humilitatem: ut & te instruat modestè docendo loqui. Minimus autem uocabitur in regno, hoc est in resurrectione, ultimus, & abiectus in gehennam: non enim in regnum caelorum ingredietur, a page, sed regnum resurrectionem intellige.

Minimus in regno.

Quisquis autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Primum ponit, fecerit: postea docuerit. quomodo enim alium inducam in uiam, qua nunquam transtui? Ceterum si fecero, & non docuero, non habebō tantam mercedem: saepe etiam & condemnationem, si quando propter inuidiam uel negligentiam non docuero.

Dico enim uobis quod nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum & pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. Iustitiam dicit omnem uirtutem: sicut & quum dicitur, Iustus erat Iob, pius, irreprehensibilis. Horresce homo animaduertens quanta a nobis repetantur, Deinde docet nos quomodo abundemus: & enumerat uirtutes.

Exod. 20. Audistis quod dictum sit priscis, Non occides. Quisquis autem occiderit, obnoxius erit iudicio. Hoc a certo quodam esse dictum non dicit. Si enim dixisset, quod pater meus dixerit priscis, ego autem dico uobis: uideri posset diuersam a patre legem ponere. Iterum autem si dixisset, Ego dixi priscis, agre acceptus fuisset sermo. Indefinitè igitur dixit, Dictum est antiquis, per hoc autem quod dicit, dictum est antiquis, ostendit antiquitatem esse legem, quoniam autem uetera nunc antiquata sunt, & ferme abolita, oportet omissis illis currere ad noua.

Ego autem dico uobis, Omnis qui irascitur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio. Prophetæ dicturi futura dicebāt, Hec dicit Dominus: Christus autem, Ego dico, ostendens diuinam substantiam. Illi enim serui erant, ipse autem filius, omnia quae sunt patris, in se possidens. Qui irascitur fratri suo temere, ille condemnatur: Si autem qui irascitur **B** tur ratione iusta motus, & ut alii erudiat, & spirituali zelo, non condemnabitur. Vnde & Paulus uerba irae loquutus est ad Elymam magum, & ad pontificem: non temere quidem, sed zelo. Tunc autem temere irascimur, quando propter opes uel gloriam.

Quicumque uero dixerit fratri suo rhaca, obnoxius erit concilio. Concilium uocat **Rhaca.** Hebraeorum tribunal. Rhaca uero significat idem quod Tu: ut quum ad aliquem contemptum nobis dicimus, Abi tu. Volens igitur nos & de paruis sollicitos esse, & mutuum uenerari, admonet horum. Quidam dicunt rhaca Syriace & indignationum & respuituum quiddam signare. Quisquis igitur iniuria affecerit fratrem suum, contumelia inuadens, obnoxius erit concilio sanctorum apostolorum, quando sedebunt iudicantes duodecim tribus Israel.

Quicumque autem dixerit, stulte, reus erit gehennae incendio. Multi hoc graue & durum esse putant, non est autem. Nam qui fratrem suum ratione & prudentia priuat, facitque ut a nulla differat bestia, quomodo non dignus gehenna? Etenim qui scomatis & contumelijs persequitur, charitatem destruit: qua destructa, simul omnes tolluntur uirtutes: sicut omnes conseruantur, ea salua. Dissoluit igitur omnes uirtutes, qui contumelia proximum afficit, dum charitatem dilacerat: & proinde ignis incendio dignus fuerit.

Si ergo obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, dimitte illic munus tuum ante altare, & abi, prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offer munus tuum. Contemnit Deus proprium honorem, tantum ut nos diligamus. Quum autem dixisset, si habuerit aliquid contra te frater tuus, nihil aliud appofuit. Siue enim iuste siue iniuste habeat, reconciliare. Et non dixit, si habes tu contra illum, sed si habet ille contra te, conare ut ipsum ad amicitiam reducas. Praecipit autem dimittendum donum, ut tibi necessitatem imponat reconciliandi: & tu si uolueris offerre donum, cogaris reconciliari. Docet etiam interim charitatem uerum esse sacrificium.

Charitas est sacrificium.

Esto beneuolus aduersario tuo cito, quoad diu es in uia cum eo, nequando te tradat aduersarius

aduersarius iudici, & iudex te tradat ministro, & in carcerem conijctaris. Amen dico tibi, ne utiquam exhibis illi nec, do nec reddas ultimum quadrantem. Nonnulli putant aduersarium dici diabolum, uiam autem uiam: Dominum uero admonere, ut quoad diu in hac uita es, descilcas a diabolo, ne postea possit te de peccato arguere, quali aliquid de suo habentem, tunc poena tradaris usque ad ultimum quadrantem pro peccatis corrigendis. Quadrans habet duo minuta. At tu intellige, quod de aduersarijs qui hic sunt, dicat: per hoc admonens, ne iudicio contendas, & ita a diuinis operibus auellaris, etiam si iniuria affectus fueris, inquit, ne abeas ad tribunal: sed in uia litem solue, ne ob potentiam aduersarij grauiora patiaris.

Non contemnam tu dicio.

Audistis quod dictum sit, Ne moecheris. Aliud est moechia, aliud scortatio. Moechia enim est cum coniugata, scortatio uero cum soluta. **Exod. 20.**

Ego autem dico uobis, quod quisque aspexerit uxorem alterius ad concupiscendam eam, iam adulterium commisit cum ea in corde suo. Hoc est, qui stat, & curiose aspectat, & accendit concupiscentiam suam uidendo, & iterum uidet, ut magis eam concupiscat. Talis enim malum perfecit iam in corde. Quod si opus non addidit, quid hoc? Non potuit: quia si potuisset, statim malum perpetrasset. Verum cognosce, quod & si concupiscamus, deinde prohibeamur facere opus: signum est quod manifestè a gratia protecti fuerimus. Ita & mulieres dum se ornant, ut aliquibus placeant, etiam si non placeant, attamen pharicum miscuerunt, etiam si nullus bibat.

Et si oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue illum, & abijce a te. Vtile enim tibi est ut pereat unum ex membris tuis, & non totum corpus mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua obstiterit tibi, amputa eam, & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, & non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. Oculum & manum audiens, ne existimes de membris his dici, non enim appofuisset, dexter uel dextera: sed de his qui uidentur esse amici, & nocent nobis. Vi **Malorum est** exēpli gratia, Adolefcens est, cui sunt amici intemperates, a quibus, damnū accepit: hos igitur amputa, inquit. Fortassis enim & illos seruabis, ubi hoc persenserint: quod si minus, certe uel te ipsum. Si autem amas illorum amicitiam, utriusque peribitis.

Malorum est iustitudo dimittenda.

Dictum est autem, quod quicumque dimiserit uxorem suam, det ei repudiarium. Mofes iussit, si quis oderit uxorem suam, separatur ab ea, ut ne quid grauius contingat. Nam quum odio habetur, fortassis occidi posset. Dare autem iubet dimissam libellum absolutorium, quem uocat repudiarium, ita ut iam non ad ipsum accedat, & ex hoc fiat consilio, uiro alteri cohabitante.

Deu. 24.

Ego autem dico uobis, quod quisquis dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari: & qui dimissam duxerit, moechatur. Non soluit Mofai ca, sed corrigi, exterrens uirum, ut ne absque causa odio habeat uxorem. Nam si iusta de causa dimiserit eam, nempe fornicantem, nulli condemnationi est obnoxius. Quod si absque fornicationis causa, condemnatus est, cogit enim eam moechari: sed & qui accipit eam, moechus est. Nisi enim ille accepisset, rediisset utique illa, et subdita fuisset uiro. Christianum autem oportet esse pacificum, etiam ad alios, & multo magis cum uxore pacem habere.

Leuit. 19.

Iterum audistis quod dictum sit priscis, Non peierabis, sed perfolues Domino iuramenta tua. Hoc est, quando iuras, uera loquere.

Ego autem dico uobis, non iurare omnino, neque per caelum, quia sedes Dei est: neque per terram, quia scabellum pedum eius est: neque per Hierosolyma, quia ciuitas est regis magni. Iudaei quia Deum audierant dicentem, Coelum mihi thronus, terra autem scaabellum: iurabant per talia. Igitur Dominus prohibens eos, non dicit, quia pulchrum & magnū est caelum, & terra utilis est, ideo per ea non iurare: sed quia caelum thronus est Dei: terra autem scabellum pedum eius, ut ne sit locus idololatriae. Fortè enim indeorum numerum relata fuissent elementa, a iurantibus per ea: id quod antea factum est.

Esaiæ ult.

Neque per caput tuum iurabis, quia non potes unum pilum album uel nigrum facere. Deus solus per semetipsum iurat, utpote nulli subiectus: nos autem quum non sumus nostrae potestatis, quo pacto per caput nostrum iurabimus: alterius enim est possessio. Si enim tuum est caput, muta, si potes, unum capillum.

Sit autem sermo uester, etiam, etiam, non, non. Vt ne dicas: Et quomodo fidem

b 3 mihi

Nulli mihi habebunt: inquit, Si semper uerè loquutus fueris, & nunquam iuraueris. Nulli enim minus creditur, quam ei qui frequenter iurat.

Quod autem amplius his est, à malo est. Iurare (inquit) & adijcere amplius ad etiam uel, nō, à diabolo est. Porro si dixeris quòd & lex Mosi mala erit, quoniam iura re iubet: disce quòd tunc non erat malum iurare: post Christum autem malum est, sicut & circumcidi, & in summa, quicquid est Iudaicum. Sugere enim puero conuenit, uiro minime.

Audistis quòd dictum sit, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Lex condescendens permittit ut eadem quis patiatur quæ infligit, ut ne mutuum offendant, timore, ne eadem patiantur, absterriti.

Ego autem dico uobis, ut ne resistatis malo: sed quisquis impegit alapam in dexteram tuam maxillam, obuerte ei & alteram. Malum hic diabolus uocat, qui per hominem operatur. Non oportet igitur obistere diabolo: Etiam: at non est reperiendum, sed sustinendum. Non enim igni extinguitur ignis, sed aqua. Ne existimes autem quòd loquatur solum de percussione maxillæ, sed de omni alio malo quod infligitur.

Et ei qui uult tecum iudicari, & tunicam tuam tollere, permittit ei & pallium. Etiam si quando te ad iudicem trahat, & obturbet, tunc dimitte ei pallium: non si simpliciter petat. Tunica propriè dicitur quam subuculam uel indusium uocamus: pallium, quo illam tegimus: quanuis saepe alia pro alijs dicantur.

Et qui te adegerit ad miliarium unum, uade cum eo duo. Quid dico (inquit) tunicam & palliū: etiā corpus tuū da ei qui te iniuste trahit, & amplius quàm ille uult, facito.

Petenti abs te, da: & uolentem à te mutuum accipere, ne auerferis. Siue amicus, siue inimicus, siue infidelis, siue pecunias petat, siue auxilium aliud. Mutuum autem nō cum sœnore dicit, sed simpliciter usum. Nam & in lege absq; usura mutuū dabāt.

Audistis quòd dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, Diligite inimicos uestros. Venit ad uerticem uirtutū: quo quid maius? Non est autem impossibile. Moses enim & Paulus Iudæos contra se infamantes, plus quàm seipos diligebant, & omnes sancti suos inimicos.

Bene precemini deuotentibus uos, benefacite his qui oderit uos, & orate pro his qui lædunt & insectantur uos. Inter benefactores oportet illos habere. Omnis enim qui non ostentat & persequitur, leuiorem facit pœnam quam pro peccatis ferre debemus. Etiam alia ratione, nempe quia talem mercedem nobis dat Deus. Audi enim:

Ut sitis filij patris uestri, qui est in cœlis: quia solem suum exoriri sinit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vide quantum bonum dat qui te odit & lædit, modò sustinere uelis. Per pluuiam autem & solem intellige etiā doctrinam & scientiam. Omnes enim illustrat & docet.

Nam si dilexeritis diligentes uos, quā mercedem habetis: nōne & publicani idē faciunt? Trepidemus, quòd neq; publicanis sumus æquales, neq; amātes diligimus.

Et si dilexeritis amicos uestros tantū, quid amplius facitis? nōne & publicani sic faciunt? Eritis igitur uos perfecti, sicut pater uester qui in cœlis est, perfectus est. Nam diligere hominum alios diligere, alios odio habere, imperfectorum est: omnes autem diligere omnes, re, perfectorum.

CAPVT VI.

Attendite ne eleemosynā uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab illis, alioqui mercedem uestrā nō habetis apud patrem uestrū, qui est in cœlis. Postq; ad summā uirtutū charitatem duxit, nunc tollit inanem gloriā, quæ sequi solet bene operantes. Vide autē quid dicat. Attendite, inquit, & caute: quasi de aliqua mala bestia dicat, attende ne te dilaceret. Porro licet coram hominibus eleemosynam facias, non tamen ideo facias, ut uidearis ab hominibus, non condemnaris. Sin uanæ gloriæ scopum spectaueris, etiamsi in penetralibus promptuarij tui feceris, condemnaris. Voluntatem enim uel coronat uel punit Deus.

Itaq; quum facis eleemosynam, ne tuba canatur ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in uicijs, ut glorificentur ab hominibus. Non tubas habebant hypocritæ,

hypocritæ, sed animum eorum deridet hoc loco, quòd eleemosynam suam uolebant celebrari. Hypocritæ sunt, qui alij sunt, alij apparent: & misericordes quidem uidentur, alij autem sunt.

Amen dico uobis, quòd habent mercedem suam. Cum laudantur enim, totum acceperunt ab hominibus.

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Per hyperbolem hoc dicit, quasi diceret, si possibile, etiam teipsum ignores. Vel etiam a-lier, Sinistra est inanis gloria, dextera uerò eleemosyna, nesciat igitur eleemosyna inanis gloria.

Ut sit eleemosyna tua in abdito, & pater tuus uidens illud in abdito, reddat tibi in manifesto. Quando? Tunc cum nuda & manifesta omnia erunt, & tunc magis glorificabere.

Et quando oras, non eris quemadmodum hypocritæ, qui amant in conciliabulis & in angulis platearum stantes orare, ut conspici sint hominibus. Amen dico uobis, quòd habent mercedem suam. Hypocritas & illos nominat, uti eos qui uidentur quidem attendere ad Deum, sed ad homines magis attendunt, à quibus habent, hoc est accipiunt mercedem suam.

Tu autem quando oras, ingredere in cubiculum tuum, & clausa ianua tua ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi in manifesto. Quid igitur: in ecclesia non orabo? Omnino, sed recto animo, & citra ostentationem. Locus enim non nocet, sed modus & intentio. Multi enim etiam in abscondito orantes, hoc ut hominibus placeant faciunt.

Orantes autem, ne sitis battalogi in precibus uestris, sicut ethnici. Battalogia est nugacitas, ut exempli gratia, petere aliquid terrenum, gloriam, diuitias, uictoriam. Battarismus enim est inarticulata uox, qualis est puerorum. tu igitur ne nugax & multiloquus sis.

Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur, ne igitur assimilemini eis. Non sunt longæ preces faciendæ, sed breues quidem & crebræ. oportet enim pauca loquentes perseverare in precibus.

Sicut enim pater quibus indigetis, antequam petatis ab illo. Non enim ut doceamus, petimus: sed ut nos à temporalibus & secularibus curis abstrahamus, & ociose & magna cum utilitate cum eo colloquamur.

Sic igitur orate uos: Pater noster, qui es in cœlis. Aliud est uotum, aliud oratio. Uotum enim est promissio coram Deo, ut quādo promittit quis se abstinere à uino, uel alia quadam re: oratio autem petitio bonorum. Dicens autem pater, ostendit tibi quanta bona sis assequutus, factus filius Dei. Et dum dicit, In cœlis, ostendit tibi patriam tuam, & domum paternam. Nam si uis habere patrem Deum, in cœlos spectata, & non in terram. Non dicit autem, Pater meus, sed pater noster, ut omnes quasi si fratres unius patris habeas.

Sanctificetur nomen tuum. Hoc est, facito nos sanctos, ut & tu per nos glorificeris. Sicut enim blasphematur propter me, ita & sanctificatur propter me Deus: hoc est, ut sanctus glorificatur.

Adueniat regnum tuum. Secundus scilicet aduentus. nam fretus bona conscientia, precatur ut ueniat resurrectio & iudicium.

Fiat uoluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Sicut, inquit, angeli faciunt uoluntatem tuam, ita & nos da eam facere.

Panē nostrū supersubstantialē da nobis hodie. Supersubstantialē dicit, qui substantiæ & cōstitutioni nostræ sufficit, tollit autē curā de crastino. Quin & corpus Christi panis est supersubstantialis: cuius esse participes citra condemnationē precamur.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quia & post baptisma peccamus, precamur ut dimittat nobis, sic autem dimittet, quemadmodum & nos, si uindictæ audiri & memores fuerimus, non remittet. Habet me Deus ut exemplar: & quod facio alij, facit & mihi.

Et ne inducas nos in tentationem. Imbecilles sumus homines, ideo non debemus

nos ipsos in tentationes inijcere: sed si inciderimus, orandum ne absorbeamur a tentatione. Absorptus enim & uictus, ille in profundum tentationis inductus est, at non item qui incidit, & uincit.

Sed libera nos a malo. Non dixit, a malis hominibus; non enim illi nos iniuria afficiunt, sed malignus, demon scilicet.

Quoniam tuum est regnum & potentia, & gloria in secula, Amen. Animat nos hoc loco. Nam si rex est, & potens pater & gloriosus, omnino & nos uincemus malignum, & glorificabimur posthac.

Etenim si remiseritis hominibus delicta sua, remittet etiam uobis pater uester celestis. Iterum nos docet esse alienos a uindicandi cupiditate. Memoriam autem patris inculcat, ut reuerentur eum; & cum eius simus filij, non exasperemur.

Quod si non remiseritis hominibus delicta sua, neque pater uester remittet uobis delicta uestra. Nihil enim ita odit benignus Deus, ut crudelitatem.

Porro cum ieiunaueritis, ne sitis sicut hypocrite uultuosi. Obscurat enim facies suas, ut uideantur hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, quod habet mercedem suam. Obscuratio faciei est pallor: quando non qualis est quis apparet, sed simulat tristitiam.

Tu autem ieiunans, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ut ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi in manifesto. Prisci in gaudijs signum habebant, ungi post lotionem: & tu quoque sic gaude, & latere. Per oleum autem & eleemosyna intelligitur. Porro caput nostrum, hoc est Christum, oportet eleemosyna inungi: faciem autem, hoc est, sensum, lachrymis lauare.

Ne thesaurizetis uobis thesauros super terram, ubi aerugo & tinea corrumpit: & ubi fures perfodiunt & furant. Thesaurizate autem uobis thesauros in caelo, ubi neque aerugo, neque tinea corrumpit, & ubi fures non perfodiunt, neque furantur. Postquam inanis gloriae morbum eiecit, consequenter de inopia loquitur. Homines enim propter uanam gloriam multa possident. Ostendit quam sit inutile thesauros habere super terram: quia aerugo & tinea corrumpunt cibos & uestes, fures autem aurum & argentum. Deinde ne quis dicat ei, Sed non omnia furto pereunt, inquit. Quamuis nihil horum sit, attamen sic additum esse diuitiarum sollicitudini, quomodo non miserum: ideo dicit,

Ubi enim est thesaurus uester, ibi erit & cor uestrum. Lucerna corporis est oculus: si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si igitur lux quae in te, tenebrae sunt, tenebrae ipsae quantae. Hoc dicit, quod si adieceris animam opum sollicitudini, extinxisti lucernam, obtenebrasti tuam animam. Sicut enim oculus si simplex, hoc est sanus fuerit, illuminat corpus: si autem malus, hoc est morbidus, obtenebrat:

*sollicitudine
excacatur
mens.*

ita & mens excacatur praesollicitudine. Quod si mens obtenebrata fuerit, fit & anima tenebrosa, & multo magis corpus.

Nullus potest duobus dominis seruire. Duos dominos dicit contraria praecipientes, exempli gratia, ut Deus & Mammon. Nos autem facimus dominum nostrum diabolum, sicut & uentrem Deum. Natura enim est uere Dominus, Deus: Mammona autem est iniustitia.

Aut enim unum odio habebit, & alterum illum diligit: aut huic adhaerebit, & alterum illum contemnet. Non potestis Deo seruire & Mammonae. Vides quod non potest diues & iniustus Deo seruire. Abijcit enim diuitiarum amor a Deo.

Propterea dico uobis, ne solliciti sitis animae uestrae quid esuri sitis aut bibitur: neque corpori uestro quibus indumentis uisuri. Quod est hoc, propterea? A Deo eijsi propter opes. Non comedit autem anima, in corporea enim est, sed iuxta communem consuetudinem loquutus est. Videtur autem anima non posse esse in corpore, nisi pascatur caro. Non explodit autem operari, sed seipsum totos curis tradere, & negligere Deum, hoc est quod prohibet, quoniam & agros colere oportet, & uitae curam habere.

*animae
nepe
animam,
& corpus
ipsius
formauit.*

Nonne anima plura est quam cibus, & corpus quam indumentum? Hoc est qui maius dedit animae, formans scilicet corpus, non dabit & alimentum & indumentum?

Aspicite ad uolatilia caeli, quia non serunt, neque metunt, neque congregant in horreum,

reum, & pater uester celestis pascit ea. nonne uos longe praecellit illa? Potuisset afferre in exemplum Heliam & Ioannem, & meminisse auium; ut admoneat nos etiam illis brutiores esse. Pascit autem eas Deus, qui indidit eis naturalem scientiam ad colligendas escas.

Quis autem ex uobis sollicitus potest apponere ad staturam suam cubitum unum? Hoc inquit, quod licet sollicitus sis, nihil poteris non uolente Deo, cur igitur in uanum crucias te ipsum?

Et de uestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescant: non laborant, neque nent. Dico autem uobis, neque Solomon in omni gloria sua amictus fuit ut unum ex his. Non solum per aues ratione carentes nos admonet, sed & per lilia quae marcescunt. Nam si Deus illa sic ornauit, quamuis nulla necessitas exigat, quanto magis penuriam nostram in uestibus supplebit: Ostendit autem quod licet multum sollicitus sis, non poteris tamen ornari sicut lilia: quandoquidem neque Solomon prudentissimus & delicatissimus in omni regno suo potuit ornari ut unum ex illis.

Quod si gramen agri, quod hodie cum sit, cras in cibum mittitur, Deus sic uestit, an non multo magis uobis id faciet, parum fidentes? Discimus hoc loco quod nullus curare debet ornatum. Hoc enim caducorum florum est, & quod ornatur, scenum est. Vos autem dixit, rationales, quibus Deus animam & corpus formauit. Parum fidunt autem omnes solliciti. Nam si perfectam in Deum haberent fidem, non tam uacillanter solliciti essent.

*† quicquid
ergo orna-
tur.*

† tenix

Ne igitur solliciti sitis dicentes, Quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus operiemur? Haec enim omnia gentes quaerunt. Comedere & bibere non prohibet: dicere autem, Quid comedemus, prohibet: sicut dicunt diuites uesper, Quid comedemus mane? Vides quod delicias & luxum prohibet.

Sic enim pater uester celestis quod habetis his omnibus opus. Quaerite autem primum regnum Dei & iustitiam eius, & haec omnia apponentur uobis. Regnum Dei, bonorum fruitio est: illa autem per iustitiam contingit. Omni igitur quarenti spiritalia adduntur etiam corporalia, liberalitate Dei.

Ne igitur solliciti sitis in crastinum, nam dies crastinus curam habebit suis ipsius, sufficit enim diei sua malitia. Malitiam diei, afflictionem & calamitatem uocat. Sufficit enim tibi, quod hodierna afflictione obrueris: quod si & pro crastino sollicitus fueris, quando uocabis Deo, semper temetipsum crucians pro corporalibus.

CAPVT VII.

Ne iudicetis, ut ne iudicemini. Non reprehendere prohibet, sed condemnare. Nam reprehensio utilis est, condemnatio autem probrosa, & despectus plena, uel aliter intellige de eo qui magis peccatis obnoxius, opprobrat alios, & condemnat minus culpabiles, & in his quae Deus iudicaturus est.

Quo enim iudicio iudicatis, iudicabimini: & qua mensura metimini, metient uobis. Quid autem uides festucam quae est in oculo fratris tui, trabem autem quae est in oculo tuo, non uides? Aut quomodo dices fratri tuo, Sine eijcia festuca ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem ex oculo tuo, tunc uidebis ut eijcias festucam ex oculo fratris tui. Carpturum alios oportet immaculatum esse. Nam habens trabem in oculo suo, hoc est magnum lignum, magnum scilicet peccatum, & reprehendens alium festucam habentem, impudentiorem illum facit. Ostendit autem Dominus, quod magnus peccator non potest bene uidere peccatum fratris. Nam qui habuerit in oculo trabem, quomodo uidere potest alium mediocriter malum?

Ne detis sanctum canibus, neque mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant uos. Canes sunt infideles: porci autem, fideles quidem sunt, sed porcinae uitam agentes. Mysteria igitur incredulis non sunt prodenda, neque clari & margaritis similes sermones de theologia immunis communicandi. Porci enim conculcant, siue contemnunt quae dicuntur, canes autem conuersi lacerant uos: quod fecerunt philosophi, cum audirent crucifixum Christum. Dislacerant autem uos ratiocinando, impossibile esse cauillantes.

*Canes
porci qui.*

Petite, & dabit uobis; quaerite, & inuenietis: pulsate, & aperiet uobis. Omnis enim qui

qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Imperauit nobis in superioribus magna & difficilia: ostendit igitur hoc loco quomodo imperata perficiantur, nempe per preces continuas. Petite enim dixit, hoc est, semper. non enim dixit, petatis semel. Deinde & exemplo humano confirmat dictum.

An quis ex uobis homo, quem si petierit filius eius panem, lapidem daturus sit illi: aut si piscem petierit, num serpentem addet illi? Erudit hoc loco quod oportet uehementer petere, & utilia petere. Sicut enim uos, inquit, uidentes filios uestros utilia petere, panem & piscem, datis omnia quae petierint: ita & uos spiritualia querite, non carnalia.

Si igitur uos, cum sitis mali, nostris dona bona dare filiis uestris, quanto magis pater uester qui in caelis est, dabit bona petentibus se? Malos nominat homines ad Deum comparatos, quoniam natura nostra bona est, utpote a Deo condita: uoluntate autem mali sumus.

Omnia igitur quaecumque uolueritis ut faciant uobis homines, & uos facite eis. *Tob. 4.* Haec enim est lex, & Propheta. Breuem ad uirtutem uiam ostendit. Ex nobis enim scimus quid factio opus. Nam si uis beneficia accipere, benefac: si uis diligere ab inimicis, dilige etiam inimicos. Etenim lex Dei & Propheta illa dicunt: quae & naturalis lex praecipit.

Introite per angustam portam, quia lata est porta & spaciofa uia quae ducit ad interitum, & multi sunt qui ingrediuntur per eam. Angustam portam uocat tentationes uoluntarias, ueluti ieiunium & alia: & praeter nostram uoluntate euenientes, ut uincula, persequutiones. Quemadmodum autem corpulentum, uel sarcinis onustum, per angustam ingredi nequit: ita neque delicatus uel diues: per latam autem tales uadunt. Caeterum ostendens quod & angustia temporaria sit, & latitudo transitoria, portam & uiam uocauit. Per afflictionem enim qui affligitur, quasi per portam transit, & delicatus per delicias quasi per uiam ingreditur: & quia utraque temporaria, eligatur quae melior.

Quid angusta est porta & stricta uia quae ducit ad uitam, & pauci sunt inuenientes eam. Admiratiua dictio est, Quid? Admiratur enim, papae quam angusta: Quo modo igitur alibi dicit, Onus meum leue: propter futuras retributiones.

Attendite autem a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Vafri & impostores haeretici. propterea dicit, attendite, hoc est caute. Blandiloquentiam enim praetextunt, & uitam simulant sanctam, sed intrinsecus latet aculeus. Indumentum autem ouis est & mansuetudo, quam usurpant dum adulantur & decipiunt. A fructu autem cognoscuntur, hoc est, ab operibus & uita. Nam licet ad tempus simulent, sed produntur successu temporis.

Nunquid colligunt a spinis uiam, uel a tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: arbor autem putris fructus malos facit. Spinae & tribuli sunt hypocritae, Spinae, ut occulte uulnerantes: tribuli, ut uafri & uersatiles. Arbor autem putris, omnis qui molli & dissoluta uita putrescit.

Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor putris fructus bonos facere. Quamdiu est putris, non potest. ubi autem conuersa fuerit, potest. Vide enim quod non dixit, non poterit: sed quatenus est putris, bona non parit.

Omnis arbor non faciens fructum bonum, excinditur, & in ignem mittitur. Vtque ex fructibus ipsorum agnoscat eos. His Iudaeos perstringit, nam & Ioannes talia eis dicebat. Arbori autem confert hominem, eo quod potest a sterili peccato in uirtute inseri.

Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum: sed faciens uoluntatem patris mei, qui in caelis est. Hoc loco ostendit seipsum Dominum, dicendo, Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine. nam ita se & Deum dicit. Docet autem nos, si fidem absque operibus habuerimus, nihil nobis eam profuturam. Nam dicendo, Qui facit uoluntatem, non dicit, qui semel fecit, sed qui usque ad mortem facit. Et non dixit, uoluntatem meam, ne offenderet auditores, sed patris mei, Omnino autem una eademque uoluntas est patris & filii, nisi degener sit filius.

Multi

Multi autem dicent mihi in die illa, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo daemonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor eis, Nunquam cognoui uos, discite a me operari iniquitatis. Multi quum praedicare incipiebant, eiciebant daemonia: & quamuis indigni essent, per nomen Iesu fugabant daemones. Nam gratia etiam per indignos efficax est, sicut per indignos sacerdotes sanctificamur: & Iudas quoque signum fecit, & filii Sceuae. Quod autem dicit, Nunquam cognoui uos, hoc uult, Neque tunc, quando miracula faciebatis, diligebam uos. Hoc enim loco charitas, cognitio dicitur.

Charitas, cognitio,

Omnis igitur qui audit ex me sermones hos, & facit eos, assimilabo eum uiro prudenti, qui aedificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram. Absque Deo uirtus perfici nequit. idcirco inquit, assimilabo eum uiro prudenti. Petra autem est Christus, domus autem anima. Quicumque igitur animam suam aedificabit, operando mandata Christi, illi neque pluuia, id est diabolus qui de caelo decedit: neque flumina, homines scilicet laedentes, qui ab hac pluuia multiplicant: neque uenti, hoc est, spiritus mali, & in summa, tentationes omnes, si talis fuerit, poterunt deicere.

Et omnis qui audit a me sermones hos, & non facit eos, assimilabitur uiro stulto, qui extruxit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & spirauerunt uenti, & irruerunt in domum illam & cecidit, fuitque ruina eius magna. Non dixit, assimilabo eum, sed per seipsum assimilabitur stulto ille qui credit quidem, non autem operatur. hic est qui super arenam aedificat ignauiter operans: propterea & a tentationibus deiciatur: irruit, hoc est impingit in eum tentatio, & cadit. Nullus autem infidelium cadit, illi enim omnes humi iacent: at fidelis stat. Et fit ruina, quia Christianus est, magna.

cadit

Et factum est, cum consummasset Iesus sermones illos, obstupuerunt turbae in doctrina eius. Erat enim docens eos ut auctoritatem habens, & non sicut scribae. Non principes obstupuerunt (quomodo enim, cum eum odio haberent:) sed innocua plebis multitudo. Mirabantur, non facundiam uerborum, sed libertatem. maiorem enim quam Prophetarum praeseferbat auctoritatem. Illi enim dicebant, Haec dicit Dominus: Christus autem ut Deus, Ego dico uobis.

CAPVT VIII.

Cum autem descendisset a monte, secutae sunt eum turbae multae. Et ecce leprosus accessit & adorauit eum, dicens, Domine, si uis, potes me mundare. Leprosus enim, utpote ciuilis & modestus non ascendit in montem, ut ne doctrinae obesset. cum igitur descendisset, adorauit, magnam praeseferens fidem. Non dixit, si obsecraueris Deum, curabis me: sed, si uis, & ideo es Christus.

Et extenta manu tetigit eum Iesus, dicens, Volo: mundus esto. Et confestim mundata est lepra illius. Dicitque ei Iesus: Vide nulli dixeris: sed uade, teipsum ostende sacerdoti, & offer munus quod praecipit Moyses in testimonium illis. At tetigit leprosum, ostendens quod non obnoxius sit legi quae praecipit ne tangatur leprosus, sed Dominus eius sit, & quod mundo nihil sit immundum, & quod sancta eius caro sanctificationem communicaret. Fugiens autem gloriam, iubet ut nulli dicat, sed ostendat se sacerdoti. Nam nisi sacerdos mundum pronunciaisset, extra ciuitatem illi manendum fuisset. Praecipit quoque ut offerat donum in testimonium Iudaeis: hoc est, Quando me arguent ut destructorem legis, tu mihi testis eris, qui nunc iussus es a me ut offeras ea quae in lege praecipuntur.

Leu. 14.

At cum ipse ingressus esset Capernaum, accessit ad eum Centurio, obsecrans eum, & dicens. Neque hic in monte accessit, ut ne praedudicaret doctrinae. Idem autem hic est qui & apud Lucam. Quamuis autem Lucas dicat quod alios miserit nuncios ad Iesum, non contradicit tamen Marthaeo dicenti quod per se accesserit. Verisimile enim est ipsum principio alios misisse, deinde per se accesserit. Verisimile enim est ipsum

Luc. 7.

Domine, puer meus decumbit domi paralyticus, grauiusque cruciatur. Et dicit illi Iesus, Ego cum uenero, curabo eum. Non attulit puerum in lecto, credens quod & absentem curare posset. Quapropter

Et Centurio respondens, dixit, Domine, non sum idoneus ut sub teetum meum ingrediaris, sed tantum dic sermonem, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum

sum sub potestate, & habeo sub me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alteri, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Vt autem hæc audiuit Iesus, admiratus est, & dixit his qui sequebantur, Amen dico uobis, ne in Israel quidem tantam fidem inueni. Si ego, inquit, qui regis seruus sum, militibus mihi subditis impero, tu multo magis imperare potes morti & morbis: ita ut ab hoc recedant, ad alium autem ueniant. Corporales enim morbi, milites sunt & ultores Dei, Proinde admiratur Christus, & dicit quod neq; in Israelitis tantam inuenit fidem, quantam in hoc gentili.

Dico autem uobis, quod multi ab oriente & occidente uenient, & accumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum, filij uero regni eiicientur in tenebras exteriores, illic erit ploratus, & stridor dentium. Non dixit quod multi gentiles accubaturi essent, ut ne Iudæos exasperaret: sed adumbrando rem dixit, multi ab oriente & occidente, Mentionem autem fecit Abraham, ostendens quod non sit contrarius legi ueteri. Porro dicens tenebras exteriores, monstrauit esse poenas quasdam tolerabiliores & leuiore. Sunt enim & in supplicijs gradus. Filios autem regni Iudæos dicit, ad quos & promissiones factæ sunt. Filius enim, inquit, primogenitus meus Israel.

Et dixit Iesus Centurioni, Abi, & sicut tibi credis? ita fiat tibi. Et sanatus est puer eius in hora illa. & reuersus centurio in domum suam, in illa hora offendit famulum suum sanum. Declaratur ex his, quoniam si ille uerbo sanatus est, uerè etiam dictum quod Iudæi abiiciendi essent.

Et ingressus Iesus in domum Petri, uidit focrum eius decumbentem, & febricitantem, tetigitq; manum illius, & reliquit illam febris: & surrexit, ac ministravit illis. Intrauit in domum Petri, ut comederet: & attingens manu focrum Petri, non solum febrim extinxit, sed & sanitatem integram præstitit, ita ut receptis uiribus etiam ministrare ualeret. Scimus alioqui multo uix tempore conualescentes confirmari. Quam alij Euangelistæ dicant quod obsecrarint eum, & sic curata sit, Matthæus hoc breuitatis rationem habens prætermisit. Dicebam enim tibi in principio, alium dicere, quod alius omittit. Porro discite hic quod nuptiæ non à uirtute prohibent: princeps enim apostolorum focrum habuit.

Vespere autem facto attulerunt ei dæmoniacos multos, & eiecit spiritus uerbo, & omnes malè habentes curauit, ut impleatur dictum per Esaiam prophetam dicentem, Ipse infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit. Vespere & intempestiue languidos adducebant. Ipse autem utpote misericors, curauit omnes. Deinde ne discendas quomodo tot morbos tam breui tempore curauerit, affert Esaiam testem: tamen si Propheta de peccatis hoc dicat, Matthæus autem de morbis posuit, eo quod pleriq; ex peccatis accidunt.

Cum uidisset autem Iesus turbas multas circum sese, iussit ut abirent in ulteriorem ripam. Non erat gloriæ quæsitior, & per hoc etiam Iudæorum declinabat inuidiam.

Et cum adisset unus scriba, dixit ei, Præceptor, sequar te quocumq; ieris. Dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidus: at filius hominis non habet ubi caput reclinet. Scribam dicit, literam legis scientem. Hic igitur ut uidit multa signa, arbitratus est ex his Iesum quæstum facere, & idcirco laborabat ut eum sequi posset, quo & ipse aliquid colligeret. Christus autem cogitationi eius occurrens, quasi in hunc modum dicit, Videris me uelle sequi ut opes colligas: non uides ne domum quidem mihi esse: Talem esse oportet & eum qui me sequitur. Hæc autem dicebat, quod persuaderet illi, ut mutatis moribus sequeretur: at ille secessit. Nonnulli uulpes & uolatilia diabolos dicunt: quasi diceret, dæmones in te habitant, unde ego in anima tua quietem non inuenio.

Alius autem ex discipulis suis dixit ei, Domine permittite mihi primū abire ut sepeliā patrem meum. At Iesus dixit illi, Sequere me, sine mortuos sepelire mortuos suos. Postquam quis sese tradiderit Deo, non debet denuo ad uitæ huius curas conuertī. oportet sanè & parentes uenerari, sed magis oportet uenerari Deum. Huius autem pater incredulus erat, quod manifestum ex eo quod dicit, Sine mortuos sepe lire mortuos suos, hoc est infideles. Si autem illi neq; patrem sepelire licuit, uæ his qui monasticen professi ad mundana regrediuntur negocia.

Et cum

Et quum esset ingressus nauim, sequuti sunt eum discipuli sui, & ecce motus magnus factus est in mari, ita ut nauis à fluctibus operiret: ipse uero dormiebat. Discipulos solos seruauit secū, ut miraculū uiderent. Permisit autem tempestatem oriri, ut ad tentationes exerceret, & ut per miraculū firmius crederet. Dormiuit uero, ut timore perculli suam agnoscerent infirmitatem, & eum obsecrarent: propterea dicit.

Et accedentes discipuli eius, excitauerūt illum, dicentes: Domine, serua nos, perimus. Et dicit eis: Quid timidi estis, parum fidentes? Non incredulos dicit, sed paruè fidei. Nam per hoc quod dicunt, Domine, serua nos, fidem monstrant: quod autem dicunt, perimus, non est fidei. Illo enim simul nauigante non erat formidandū. Vide autem quod exprobans eis ut timidis, ostendit timorem asferre pericula. Idcirco primū sedat turbationem animæ illorum, & tunc soluit etiam maris tempestatem.

Tunc excitatus, increpauit uentos & mare, & facta est serenitas magna: homines uero admirabantur, dicentes, Qualis est hic, quia uenti & mare obediunt ei? Quod uidebatur, hominis erat, opera autem Dei.

Et quum uenisset ad ulteriorem ripam in regionem Gergesenorū, occurrerunt ei duo dæmoniaci. Dubitantibus illis in nauī qualis esset hic, quia uenti et mare obediūt ei, ueniunt dæmones præcones: quāuis tam Marcus quā Lucas unum dicant, habentē legionem. At tu intellige quod unus ex his duobus fuerit insignior forte. A seipsis autem ad illum uenerunt. Nemo enim illos adducere audebat: tam crudeles erant.

E monumentis egressi, erant autem sæui supra modum, ita ut nemo posset transire per uiam illam. In monumentis uersabant. Dæmones dogma quoddam instituerunt, quod animæ mortuorum fiant dæmones: quod nemo credere debet. Anima enim egressa, in mundo non errat. Iustorū enim animæ in manu Dei sunt: peccatorum uero & ipsæ hinc abducuntur, ut anima diuitis.

Et ecce clamabāt dicentes, Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus ut torqueas nos? Ecce filium Dei prædicant, prius confitentes inimicitias. Tormentū autem & cruciatum putant, si non permittantur lædere homines. Quod autem dicit, ante tempus, intellige quod existimabant Christū non ferentem immensas ipsorum malitias, non expectaturum tempus suppliciorum: id quod non est; nam usq; ad consummationem mundi sinuntur certare nobiscum.

Erat autem procul ab illis grex porcorū multorum pascens: dæmones autem rogabant eum dicentes, Si eijs nos, permittite nobis ut eamus in gregem porcorū. Et ait illis: Abite. Illi uero egressi abierunt in gregem porcorum. Dæmones petunt, ut uel suffocatis porcis contristent dominos illorum, ut ne Christum susciperent. Christus autem concedit dæmonibus: monstrans qua amaritudine & odio erga homines ferantur, & si potestas eis daretur, & non prohiberentur, peius nos quam porcos illos affligerent. Ipse enim custodit dæmoniacos, ne seipos occidant.

Et ecce ferebatur totus grex porcorū per præceptum in mare, & perierunt in aquis. Porro qui pascebant, auferunt, & digressi in ciuitatem, renunciauerūt omnia, & quid accidisset dæmoniacis. Et ecce tota ciuitas exiuit in occursum Iesu: & quum uisissent illum, rogabant ut decederet à sinibus suis. Tristitia affecti erant, & existimabant se grauius quiddam passuros, & ideo deprecabantur eum. Tu autem discite quod ubi est uita porcina, ibi non manet Christus, sed diabolus.

CAPVT IX.

Et ingressus nauem, traiecit ac uenit in suam ciuitatem. Et ecce adduxerunt illi paralyticū in lecto decumbentem. In suam ciuitatem Capernaū dicit, illic enim habitabat: Bethlehem enim peperit, Nazareth educauit, Capernaum præbuit domiciliū. Paralyticus autem iste alius est quā is qui apud Ioannem. Ille enim erat in Probatica piscina in Hierusalem, hic autem in Capernaum. Et ille quidem non habuit hominem, hic autem à quatuor portatur, sicut Marcus dicit, & per lectum demittitur: quod à Matthæo prætermisum.

Quumq; uidisset Iesus fidem illorum, aut eorum qui adferebant. Siquidem frequenter propter adferentium fidem miracula facit: aut illius etiam ipsius.

Dixit paralytico, Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Filium uocat, uel ut

c creatur.

Filij regni
Iudæi.
Exod. 4.
trecidisti

Luce 4.

Nuptiæ uir
tutibus non
obsunt.

Esaiæ 53.

Marci 5.
Luce 8.
† à seipso
autem ad il-
los iuit.
Appariti-
o nes anima-
rum falsæ.
Sup. 3.
Luce 16.

Dæmonum
in homines
sensitia.

Ioan. 5.
Luce 2.
Matth. 2.
Mar. 2.

creaturam Dei, uel ut eum qui crediderat, declarans autem quod paralyticus ex peccatis esset, primum peccata soluit.

Et ecce scribae quidam dixerunt intra semetipsos: Hic blasphematur. Et ut uidit Iesus cogitationes illorum, dixit, Vt quid uos mala cogitatis in cordibus uestris? Quid enim est facilius dictu, Remittunt tibi peccata tua: an dicere, Surge et ambula: Vel ex hoc cogitationes rescit, ostendit se Deum. Arguit igitur eos sermo sic dicens, Vos quidem putatis me blasphemum, eo quod pollicear me remittere peccata, id quod magnum quidem est. Videtur autem uobis quod ego per hoc effugium quaeram, ut non reprehendar. Ego igitur & ex corporis cura fidem uobis facio quod animas sanem. Per rem minorem quidem, sed quae difficilior uideatur, confirmans & peccatorum remissionem, quae magna quidem est, sed facilius uobis uidetur, eo quod minus appareat.

Vt autem sciatis quod potestatem habeat filius hominis super terram remittere peccata, tunc dicit paralytico, Surge, & tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Surrexitque ille, & abiit in domum suam. Et cum uidissent turbae, admiratae sunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit hominibus potestatem talem. Iniunxit ei ut lectum gestaret, ut ne phantasia uideatur, & ut turbae simul uideant miraculum, maximum quidem omnium existimabant, purum tamen hominem.

Et praeteriens Iesus illinc, uidit hominem sedentem in telonio, qui Matthaeus dicebatur: & dicit illi Sequere me. Et surrexit, ac secutus est eum. Non post Petrum & Ioannem hunc uocauit, sed quando uidit obtemperatum. Sic & Paulum uocauit post ea suo tempore. Admirare autem Euangelistam, quomodo uitam suam inuulgat, alij autem nomina eius occultauerunt eum appellantes Leui. Dei autem opus fuit, solo uerbo esse conuerti. Et factum est illo recumbente in domo, ecce multi publicani & peccatores uenerunt, & recubuerunt cum Iesu et discipulis eius. Et cum uidissent pharisaei, dixerunt discipulis eius, Cur cum publicanis & peccatoribus sumit cibum praecipue uester? Gaudens Matthaeus quod ad se diuertisset Iesus, publicanos alios uocauit. Christus autem simul uelcebatur cum eis, ut eis prodesset, tamen propter hoc male audiret. Pharisaei enim uolentes discipulos ab eo auellere, accusabant publicanorum conuiuium.

Iesus ubi audiuit dixit illis, Non opus habent isti qui ualent, medico, sed male habentes. Ite autem, & discite quid sit, Misericordiam uolo, & non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Non ueni, inquit, nunc tanquam iudex, sed medicus: unde & foetorem fero. Arguit autem illos ut imperitos, dicens, Ite, & discite, hoc est, quia haecenus non didicistis, uel saltem nunc ite & discite, quod Deus maioris facit misericordiam in peccatores, quam sacrificium. Quod autem dicit, Non ueni uocare iustos: per ironiam dicit, hoc est, uos, qui iustificatis uosmetipsos: quia nullus hominum erat iustus, sed peccatores, non ut maneant peccatores, sed ad poenitentiam.

Tunc accedunt eum discipuli Ioannis, dicentes, Quare nos & Pharisaei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Discipuli Ioannis inuident gloriae Christi, & reprehendunt eum non ieiunantem. Dubitabant enim quomodo uincerent absque corporis castigatione affectiones, id quod Ioannes non potuit. Ignorabant enim quod Ioannes homo esset purus, & uirtute iustus: Christus autem uirtus ipsa, utpote Deus.

Dixit igitur illis Iesus: Num possunt filij thalami lugere quamdiu cum eis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Praesens, inquit, tempus, tempus gaudij est, quamdiu cum discipulis sum. Sponsus enim seipsum uocat, quod cooptet sibi nouam congregationem, hoc est ecclesiam: mortua ueteri, hoc est synagoga. Filios autem thalami, apostolos uocat. Tempus uero ieiunij, cum ego passus fuero, & assumptus in caelum. Ieiunabunt fame & siti, persecutionem patientes. Ostendit autem quam imperfecti sint discipuli: & dicit,

Nullus immittit allumentum panni rudis in ueste ueteri: tollit enim supplementum illius a uestimento, peiorque fit ruptura. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres: alioqui rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres percunt: sed mittunt uinum nouum in utres novos, & utraque simul seruantur. Nondum, inquit, facti sunt discipuli fortes, sed opus habent indulgentia, neque grauis moles illis imponenda mandatorum.

torum. Haec autem dicebat, docens & discipulos, ut & ipsi docturi orbem, indulgentes sint. Pannus enim rudis ieiunium est, & uinum nouum: uestis autem uetus & uires, infirmitas discipulorum.

Quum haec illis loqueretur, ecce princeps quidam accessit, & adorauit eum dicens, Filia mea modo defuncta est: sed ueni, & pone manum tuam super eam, & uiuet. Surgensque Iesus secutus est eum, & discipuli eius. Videtur ille fidem habere, quanuis non magnam. Obsecrat enim Iesum, non ut solum uerbum dicat, sed & ut ueniat, & manum imponat. Defunctam autem esse dicit filiam, quanuis apud Lucam dicatur nondum defuncta, dicit autem uelut coniectans, eo quod reliquerat eam iam extremum exhalantem spiritum: uel ut augens calamitatem, quod ad misericordiam prouocaret Christum.

Et ecce mulier quae sanguinis profluuio laborauerat annis 12, accessit a tergo, & tetigit fimbriam uestimenti eius. dicebat enim intra semetipsam: Si tantum tetigero uestem eius, salua ero. Iesus autem conuersus, ut uidit illam, dixit, Confide filia, fides tua saluam te fecit. Et salua facta fuit mulier ex hora illa. Mulier haec quoniam ob morbum immunda erat, non accessit manifeste, uerita ne forte quod pacto prohiberet. Quanuis autem putabat se posse latere, ueruntamen sperauit se sanitatem assecuturam, si tantum summam eius uestem contingeret, quae per fimbriam significatur. At Saluator prodit eam, non ut amans gloriae, sed ut fidem illius ad nostram utilitatem declararet, & ut in fide roboraretur etiam archisynagogus, Confide autem dicit ei, eo quod timida erat, quia furtim donum acceperat. Et filiam uocat, ut fidelē. Ostendit item quod nisi habuisset fidem, neuiquam recepisset beneficium, quanuis sanctas contigisset uestes. Dicunt autem quod statuam seruatoris fecerit, ad cuius pedes nascat herba quae profluuio sanguinis laborantibus medeatur, quam Iuliani temporibus impij contriuerunt.

Et cum uenisset Iesus in domum principis, & uidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicit illis, Secedite, non enim mortua est adulescentula, sed dormit. & deridebant illum. Quoniam nondum nupta erat, desolebant eam nuptialibus tibijs, secundum legem hoc facientes. Dormire autem dicit illam, eo quod apud se mors somnus esset: ualebat enim facile suscitare. Caeterum quod deriserunt eum, ne mireris: nam testimonium amplius dant miraculo, quod uere mortua suscitauit. Ne quis enim diceret quod in excessu quodam esset, idcirco in confesso erat apud omnes eius mors.

Vbi autem eiecta est turba, ingressus est, & tenuit manum illius: & surrexit adulescentula. Et emanauit fama illa in totam terram illam. Vbi turba est & tumultuatio, non operatur miracula Iesus. Tenet autem manum, uirtute illi dans. Et tu si mortuus fueris peccatis, tunc surges quando apprehendet manum tuam, ita ut opereris eiecta turba, & tumultatione sedata.

Et cum discessisset illinc Iesus, secuti sunt illum duo caeci, clamantes, & dicentes, Miserere nostri fili David. Caeci ut Deo dicebant, miserere: ut homini autem dicebant, fili David. Celebre enim erat apud Iudaeos, Messiam esse semine David uenturum.

At cum uenisset in egedes, adierunt illum caeci. Et dicit illis Iesus, Creditis quod possum hoc facere? dicunt illi, Etiam Domine. Trahit secum cecos usque in domum, ut monstret solidam illorum fidem, & condemnet Iudaeos. Interrogat autem eos an credant, ostendens fidem omnia perficere.

Tunc tetigit oculos illorum, dicens, Secundum uestram fidem fiat uobis. Et aperti sunt illorum oculi. In domo seorsim curat, ut uideatur inanis gloria. Per omnia enim docet modestiam & humilitatem mentis.

Et interminatus est illis Iesus, dicens, Videte ne quis sciat. Illi autem ut egressi sunt, diffamauerunt illum in tota terra illa. Vides quomodo factum suggerit. Illi uero non ut inobedientes, sed ut grati diuulgauerunt. Quanuis autem alicubi dicere uidetur, Abi, & narra gloriam Dei, non est huic contrarium: uult enim eos de seipso quidem nihil dicere, sed narrare gloriam Dei apud alios. Quum autem illi egredierentur, adduxerunt illi hominem mutum & daemonicum, & eiecto daemone loquutus est inuitus. Non erat morbus naturalis, sed a daemone immixtus: propterea & alij adducunt illum, non enim per seipsum orare poterat, quia daemone eius linguam uinxerat: unde neque fidem exigit, sed statim curat, eiecto daemone mutum loqui prohibente.

Et admiratae sunt turbae, dicentes, Nunquam apparuit sic in Israel. Admiratae turbae, Christum & prophetis & patriarchis praeposuerunt, nam potestate sua curabat, non sicut illi precantes. Videamus autem & phariseos quid dicant.

Pharisei autem dicebant: In principe daemoniorum eiecit demonia. Sumas stultitiae sermones illi sunt, nullus enim daemon eiecit demonem. Esto autem quod daemones eieciat tui seruientes daemonei principi, morbos igitur & peccata quomodo soluebat, & regnum Dei praedicabat: nam daemon contrario modo morbos auget, & a Deo separat.

† uti demoni
nū principi
pi seruies,
aut magica
exercens

Et circumibat Iesus ciuitates omnes ac uicos, docēs in synagogis illorū, & praedicans euangelium regni, & sanans omnē morbum ac omnē languorē in populo. Quomodo namque misericors est, non expectat illos ad se ueniētes: sed ipse circuit ne habeat excusationē quod nullus illos docuerit, opere & sermone trahit eos docēs, & miracula faciēs.

Cum uidisset autem turbas, misericordiae affectu motus est erga illos, quod essent destituti ac dispersi uelut oves non habentes pastorem. Non habebant pastorem, eo quod principes illorū non solum non corrigebant, sed & nocebant. Veri enim pastoris est, erga gregem misericordia affici.

Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarij autem pauci: rogate igitur dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam. Messis uocat multitudinem quae curatione opus habebat, operarios autem eos, qui docere debebant, quales tunc non erant in Israel, Dominus autem messis, ipse est Christus, Dominus apostolorum & prophetarum. Manifestum autem hoc ex eo, quod ordinauit apostolos non petendo Deum, Audi enim:

CAPVT X.

Et accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem super spiritus immundos, ita ut ipsos eiecerent, & sanarent quenuis languorem. Duodecim discipulos eligit iuxta numerum 12, tribuū, uirtutemque illis tradidit, quantum uis pauci essent, ac emisit. Pauci enim per angustam portam transeunt, dedit enim eis faciendū miracula uirtutem, ut per miracula in admirationem adducerent, & magis obtemperantes doctrinae habeant auditores.

Duodecim autem apostolorum nomina sunt haec: primus Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. Enumerat autem apostolorum nomina, propter pseudoapostolos, Praepositum autem Petrum & Andream, quoniam & primum erant uocati. Deinde ponens filios Zebedaei, praepositum Iacobum Ioanni, non propter dignitatem, sed quia ita acciderat. Dicit igitur,

Iacobus Zebedaei filius, & Ioannes frater eius, Philippus & Bartholomaeus, Thomas & Matthaeus publicanus, Iacobus Alphaei, & Lebbeus cognomēto Thaddaeus, Simon Cananeus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit illum. Vide humilitatem Matthaei, quomodo se post Thomam ordinari. Ad Iudam autem cum uenisset, non dixit, pollutus ille, inimicus ille Dei, sed Iscariote illum a patria nominauit. Erat enim & alius Iudas, qui & Lebbeus & Thaddaeus dicebat, Duo igitur Iacobi, nempe unus Zebedaei, alter Alphaei: & duo Iudae, Thaddaeus unus, & alter proditor. Tres autem Simones, Simon scilicet Petrus, & Cananeus, & proditor, Simon enim Iudas Iscariotes dicebatur.

Hos duodecim emisit Iesus, & praeposuit eis dicens, In uiam gentium ne abieritis, et in ciuitates Samaritanorum ne ingrediamini: sed ite potius ad oues perditas domus Israel, Proficiscentes autem praedicate dicentes, Appropinquauit regnum caelorum. Hos, quales praedicatores, uulgares, publicanos, primum autem misit ad Iudaeos, ne dicere queant, Quoniam ad gentiles missi fuerunt, idcirco nos Iudaei iure non credidimus. Destituit igitur Iudaeos omni excusatione, Coniungit autem Samaritanos gentilibus, quoniam Babylonij erant, & in Iudaea domicilium habebant, prophetasque non recipiebant, sed tantummodo quinque libros Moysi. Porro per regnum caelorum, futurorum intellige fruitionem. Armatur autem eos miraculis, dicens,

Infirmos sanate, leprosos mundate, daemones eiecite. Gratis accepistis, gratis date. Nihil tam decet doctorem, quam humilitas, & diuitiarum contemptus. Duo igitur haec hoc loco docet dicens, Gratis accepistis, ne superbirent, quod talia dona & haberent, & darent. Gratis enim & per gratiam talia accepistis, sed cum humilitate &

& diuitiarum estote contemptores. Gratis enim, inquit, date. Et ut perfectius malorum omnium radix extirpetur, inquit.

Non possideatis aurum, neque argentum, neque aes in zonis uestris, neque peram ad iter, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque uirgam, dignus enim est operarius suo cibo. Magno studio eos exercet, & propterea omnia ab his superflua aufert, & curas eis adimit. Nam neque uirgam eos habere sinit, quod exactae paupertatis est: & dignos fide facit eos, qui paupertatem doceant. Deinde ne dicant, quomodo educabimur? inquit, Dignus est operarius cibo suo, hoc est a discipulis pascimini. Debebunt enim hoc uobis ut operarij, Dixit autem cibo, non luxu. Neque enim deliciarum oportet doctorem.

In quancumque ciuitatem uel uicem fueritis ingressi, exquirite quis in ea dignus sit: atque illic manete, donec exeat. Non ad omnes iussit ire, ne mixti indignis, arguantur. Nam si ad solos dignos ierint, omnino & pascuntur. Iubet autem manere, & non de domo in domum ire, ne tanquam gulosi male audiant, & uideantur primos qui susceperant, iniuria afficere.

Cum autem intrabitis domum, salutabitis illam dicentes, Pax huic domui. & si quidem fuerit domus digna, ueniat pax uestra supra illam: sin minus fuerit digna, pax uestra ad uos reuertatur. Per salutationem & pacem, benedictionem intellige: quae apud solos dignos manet. Disce igitur hoc loco quod nostra maxime opera nos benedicant.

Et quicumque non exceperit uos, neque audierit sermones uestros, exeuntes ex adibus aut ciuitate illa, excutite puluerem pedum uestrorum. Amen dico uobis, tolerabilius erit terrae Sodomorum & Gomorrhaeorum in die iudicii, quam ciuitati illi. Excutere uult puluerem, monstrantes quod nihil illinc acceperint propter duritiam illorum qui persuaderi non potuerunt, uel quod testantur se illorum nomine magnum iter conficisse, nihilque illis profuisse. Tolerabilius igitur erit Sodomis quam incredulis, eo quod Sodomitae hic puniuntur, alibi mitius punientur.

Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Armauerat eos miraculis, de ciuitate illa, excutite puluerem pedum uestrorum. Dicit nunc & grauiam quae euentura erant, suam praescientiam manifestans. Consolatur autem per hoc quod dicit, ego. Ego, inquit, potes ille: et proinde fidite: inuicti enim eritis. Instruit autem eos ad passionem. Nam sicut impossibile est oues in medio luporum nihil pati, ita & uos inter Iudaeos, uerum licet patiamini, ne succenseatis, Volo enim uos mansuetos esse, sicut oues, & sic magis uincere.

Estote igitur prudentes sicut serpentes, & simplices uelut columbae. Vult discipulos etiam prudentes esse. Idcirco cum audieris Christianos dici oues, non intelligas quod oporteat eos stupidos esse, nam & prudentes oportet esse, & scire quomodo uersandū sit in medio multorum inimicorum. Sicut enim serpens totum corpus obijcit ut percutiatur, caput autem seruat: ita & Christianus, inquit, omnia sua det, atque etiam corpus suum, percutientibus: caput autem quod est Christus, & fide in illum seruet. Et sicut serpens in angustam quandam cauernam circumgyrat se, & transiens pellem ueterem expoliatur: ita & nos per angustam uiam incedamus, ut ueterem exuamus hominem. Veruntamen quia & serpens nocuus est, iubet nos simplices esse, hoc est synceros, & absque malitia, nullumque offendentes, sicut columbae. Illae enim cum auferuntur eis foetus, & persecutionem patiuntur, rursus ad dominos suos reuertuntur. Esto igitur prudens sicut serpens, ita ut ne deridearis ob uitam ab alijs, sed omnia tua circa labem perficias. Erga alios autem ne illis noceas, sis uelut columba, hoc est neutique malignus.

Cauete autem ab hominibus, tradent enim uos in concilia, et in synagogis suis flagellabunt uos, & ad duces & reges ducemini propter me in testimonium ipsis ac gentibus. Vides hoc esse prudentis, cauere, & non dare occasionem uolentibus persequi, sed prudenter agere res nostras. Si pecuniam uoluerit qui persequitur, dabit si honorem, permittit, ut ne occasionem habeat: si autem fidem aufert, custodi tuum caput. Non autem discipulos missurus erat ad Iudaeos solum, sed etiam ad gentes: idcirco dicit, In testimonium ipsis & gentibus, hoc est, in notam & in reprehensionem eorum qui non credunt.

At cum tradiderint uos, ne sitis solliciti quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis illi loquentes, sed spiritus

tus patri uestris qui loquitur in uobis. Ne dicant, quomodo persuadere poterimus idio-
ta sapientia prae-ditos: iubet bene sperare, & sollicitudine deponere. nam cum inter fide-
les loquendum, dignum est ut praemeditemur, & parati simus ad defensionem quae admodum
Petrus admonet. Inter turbas autem & reges insanientes, suum promittit robur, ne timeamus.
Nostrum est enim confiteri: sapienter autem respondere, Dei. Et ne suspiceris
naturalem esse in defendendo idoneitatem, inquit, Non uos loquimini, sed spiritus.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii aduersus
parentes, & morte afficiet eos. Praedicit eis euentura, ne turbentur cum acciderint.
Ostendit autem & praedicationis uim, quomodo naturam ipsam contemnere faciat.
Hic enim Christianismus est, & insaniam illorum interim manifestat, quod neque fam-
iliaribus parcunt.

Et eritis odio habitus ab omnibus propter nomen meum. Qui autem perseveraue-
rit usque in finem, hic saluus erit. Ab omnibus, hoc est a multis. Non enim omnes il-
los odio persequerentur: nam nonnulli & fidem acceperant. Qui autem usque in fi-
nem perseverauerit, & non solum in ceperit, ille aeternae uitae particeps erit.

Cum autem uos fuerint persecuti in ciuitate hac, fugite in aliam. Amen dico uobis, non
perambulaueritis omnes ciuitates Israel, donec ueniat filius hominis. Quae supra
dicta sunt, terribilia erant: ut quod tradent uos, & eritis odio, & post eius ascensionem fu-
tura erant: quod autem nunc, dicitur de his quae ante crucem. Non enim perambu-
laueritis ciuitates Israel in persecutionibus, & statim ueniam ad uos, iubet autem fugere
eum qui persecutionem patitur, Enim uero temere se in periculum iniicere, & au-
thorem fieri condemnationis homicidii, & damno esse his quibus per praedicationem
prodesse poterat, diabolicum est. Donec ueniat filius hominis, non de secundo
aduentu intelligas, sed de conuentu & consolatione ante crucem. Misi enim ad praed-
dicandum, iterum ad eum redierunt, & cum eo conuersati sunt.

Non est discipulus supra praecceptorum, neque seruus supra dominum suum: sufficit enim disci-
pulo ut sit sicut praecceptor suus, & ut seruus sit sicut dominus suus. Docet hoc loco fe-
rendas iniurias. Nam si ego praecceptor & Dominus sustinui, multo magis uos disci-
puli & serui. Interrogas autem quomodo dicit, Non est discipulus supra praecceptorum,
cum uideamus multos discipulos praecceptoribus antecellere? Intellige igitur quod
donec fuerint discipuli, minores erunt praecceptoribus, quod si praestantiores fuerint, non
erunt iam discipuli: sic & seruus quando est seruus, non erit supra dominum suum.

Si ipsum patrem familias uocauerunt Beelzebub, quanto magis domesticos illius?
Ne igitur timeatis eos: nihil enim est tecum, quod non sit relegendum: & nihil oc-
cultum quin futurum ut sciatur. Consolationem accipite a me. Si enim me princi-
pem demoniorum uocauerunt, quid graue si & uos familiares meos conuictis taxent?
Domesticos uocauit, non autem seruos, suam erga illos declarans familiaritatem. Sed
confidite, ueritas non occultabitur, sed tempus reuelabit & uestram uirtutem, & con-
uictorum malitiam. Nihil enim est occultum, quod non sciatur, Licet igitur nunc
traducant, tamen postea uos etiam claros reddent.

Quod dico uobis in tenebris, hoc dicite in luce: & quod in aurem auditis, praedica-
te in tectis. Id quod seorsum dixi uobis, & in uno loco (hoc est enim in aurem, & in
tenebris) fidenter docete, & magna uoce, ita ut omnes uos audiant, Quia autem di-
cendi libertatem & pericula sequuntur, subdit:

Et ne timeatis ab his qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: time-
te autem magis eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Docet
& mortem contemnendam, Terribilius enim, inquit, gehennae supplicium est. Qui
enim occidunt, solum corpus destruunt, animae autem fortassis benefaciunt. Deus autem
in gehennam proiciens, & animam & corpus punit. Gehennam autem cum dicit,
significat perpetuam poenam, Gehenna enim dicitur a semper nascendo.

Nonne duo passeris minuto asse ueneunt: & unus ex illis non cadet in terram sine
patre uestro. uestri uero etiam pili capitis omnes numerati sunt, ne igitur metuatis, mul-
tis passeribus praestatis uos. Ne sicut derelicti turbarent, inquit, Si neque passer igno-
rante me capitur, quomodo uos quos amo, derelinquam? Euidenter autem scientiam
&

& prudentiam indicans, dicit capillos nostros numeratos esse. Ne putet igitur quod opus
sit operante Deo ut illaqueent passeris: sed quod neque illorum aucupium a Deo ignoretur.

Omnis igitur qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor & ego illum co-
ram patre meo qui est in caelis. Porro quisquis negauerit me coram hominibus, ne-
gabo eum & ego coram patre meo qui est in caelis. Ad martyrium & testificationem
adhortatur: non sufficit enim fides in sola anima, sed uult & per eos confiteri nos Deum.
Non dixit autem, qui confitebitur me, sed in me, hoc est, in mea uirtute. Nam qui
confitetur, superna uirtute adiutus confitetur. Postea de negante non dixit in me,
sed me: ostendens quod non habens supernum auxilium, negat. Omnis ergo qui confite-
tur quod Deus est Christus, inueniet Christum confitentem de se patri quod fidelis
sit seruus. Qui autem negauerint, audient: Nescio uos.

Ne putetis quod uenerim ut mittam pacem super terram: non ueni ut mitterem pa-
cem, sed gladium. Veni enim ut dissidere faciam hominem aduersus patrem suum, &
filiam aduersus matrem suam, & sponsam aduersus socrum suam: et inimici hominis
erunt familiares eius. Non ubique bona est concordia: sed bonum quandoque est et dissidium.
Gladius igitur est sermo fidei, qui nos auellit a consuetudine familiarium & cogna-
torum ad pietatem impediendum. Non enim simpliciter dicit ut ab his sequestremur
& dissideamus: sed dum non conducunt, & impediunt a salute.

Qui amat patrem uel matrem ultra me, non est me dignus: & qui amat filium uel
filiam ultra me, non est me dignus. Vides quod tunc oportet nos odio habere paren-
tes & filios, quando uolunt nos a Christo magis auellere. Et quid dico patrem &
matrem & filios: quod maius est, audi.

Et qui non accipit crucem suam, ac sequitur me, non est me dignus. Quisquis (in-
quit) non renunciauerit praesenti uitae, & tradiderit se in mortem contemptibilem
(hoc enim praesens crucem uocabant) non est me dignus. Quoniam multi ut fures & la-
trones crucifiguntur, apposuit: Et sequitur me, hoc est, iuxta leges meas uiuit.

Qui inuenit animam suam, perditurus est eam: & qui perdidit animam suam mea
causa, inueniet eam. Inuenire uideat animam suam, qui uitam quae in carne est, custo-
dit: sed perdit eam, quia mittit in aeternum supplicium. Qui autem perdit animam suam,
& moritur, non ut latro uel seipsum strangulans, sed propter Christum, ille seruat eam.

Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me. Qui recipit
prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Et qui recipit iustum
in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Ex citat nos ut suscipiamus eos qui a Chri-
sto mittuntur. Nam qui discipulos suscipit, ipsum ueneratur, & propter illum etiam
patrem. Oportet autem suscipere iustos & prophetas in nomine iusti & prophetae,
hoc est, quia iusti sunt & prophetae, non propter praefecturam & subsidium a regibus.
Quod si quis forte & prophetae figuram gerat, opere autem non idem praestat, tunc
ut prophetam ipsum susceperis: & Deus, quasi iustum suscepisses, tibi retribuet. hoc enim
signat, mercedem iusti accipiet. Vel etiam aliter intelligas quod iustus existimetur e-
tiam ille qui suscipit, & accipiat mercedem quam iusti capiunt.

Et quicumque potauerit unum ex pusillis istis poculo frigidae aquae tantum nomine
discipuli, amen dico uobis, non perditurus est mercedem suam. Ne paupertatem quis
praetextat, dicit quod etsi poculum aquae frigidae des eo quod ille meus discipulus sit, & huius
accipies mercedem. Poculum autem aquae frigidae dat & qui docet quempiam fla-
grantem igne iracundiae uel concupiscentiarum, & facit eum nominari discipulum
Christi, ne hic perdet mercedem suam. CAPUT XI.

Factum est cum sinem fecisset Iesus mandandi duodecim discipulis suis: pro-
gressus est illinc ut doceret & praedicaret in ciuitatibus illorum. Misis discipu-
lis ipse cessat facere miracula, & solum docebat in synagogis. Nam si ipse praesens cu-
rasset, nulli tunc accessissent discipulos. ut igitur & illi habeant locum sanandi, ipse
progressus est.

Ioannes autem cum audisset in carcere facta Christi missis duobus discipulis suis,
dixit illi, Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Non interrogat Ioannes quasi
ignorans Christum, Nam quo pacto ignoraret, cum testatus sit, Ecce agnus Dei: Ve-

rūm quia discipuli eius inuidebant Christo, ut plurib. argumentis certiores eos redderet: propter hoc mittit eos, ut uel uis miraculis credant Christū Ioanne maiorem esse: & idcirco fingit se rogare, Tu es qui uenturus es: hoc est, qui expectatur in scripturis in carne uenturus. Nonnulli autem dicunt, q̄ quum dixerit uenturum, interrogauit de descensu ad inferos, quasi ignoret Ioannes, & dicat, Es tu ille qui ad infernum uenturus est, an alium expectamus: Hoc autem friuolū fuerit dicere. Quum enim prophetis alijs excellentior fuerit Ioannes, quomodo crucifixionem Christi & eius ad inferos descensum ignorasset, præsertim cum Christum agnū nominarit, eo q̄ pro nobis immolādus erat: Sciebat igitur Ioannes q̄ ad infernum uenturus esset Dominus cum anima, ut & illic saluaret (sicut dicit Gregorius theologus) omnes q̄ credituri erant q̄ p̄ nobis incarnatus esset. Et non sicut ignorās rogat, sed sicut uolēs copiosis testimonijs discipulos suos docere de Christo ob miraculorū operationem. Vide enim & Christum quid dicat ad hanc interrogatōnem.

Gregorius theologus. In diebus illis in quibus ipse fuit in carnatus

Respondit autem Iesus, & dixit eis, Ite & renunciate Ioanni ea quæ audistis & uidetis: Cæci uident, & claudi ambulant: leprosi mundantur, & surdi audiunt: mortui excitantur, & pauperes euangelizantur. Et beatus est quisquis non fuerit offensus per me. Non dixit, annunciate Ioanni, Ego sum qui uenturus sum: sed ut sciens q̄ Ioannes hac de causa discipulos misisset, ut uideant miracula, inquit: Quæ uidetis, annunciate Ioāni, & omnino ille accepta occasione hac amplius de me uobis testimoniū perhibebit. Pauperes autem qui euangelizantur, intellige uel apostolos Euangeliū prædicantes (pauperes enim erant, & piscatores, & ut priuati contemptibiles) uel auditores Euangelij, de cœlestibus bonis audientes. Ostendens autem discipulis Ioannis quod non laterent eum quæ cogitabant, dicit, Beatus qui non offensus fuerit in me, nam ipsi multum de eo dubitabant.

Illis autem euntibus, cœpit Iesus dicere turbis de Ioanne, Quid exiistis in deserto ut uideretis? Num arundinem quæ agitatur à uento? Fortassis turbæ aut audierunt Ioannis interrogatōnem, offensa sunt, ne forte & Ioannes de Christo dubitasset, & sic facile mutasset sententiā, quanuis prius testificatus fuisset de Christo. Hanc igitur suspiciōnem è medio tollens Christus, inquit: Non est Ioannes arundo, hoc est, inconstans & uariū. Nam si talis esset, quare exiistis ad eum in desertum? Non enim ad arundinem, hoc est facile mutabilem hominem exiistis, uerū sicut ad magnū & constantem hominem exiistis. Proinde talis manet, qualem eum iudicastis.

Sed quid existis ut uideretis? hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui mollia gestant, in domibus regū sunt. Nam ne dicere possint, quod delicijs posse feruiens factus sit remissus, inquit, Non. Vestis enim eius ex pilis erat, & ostendebat à delicijs alienum. Si enim mollia gestasset, in regum domibus uersatus esset, & non in carcere, si delicijs fuisset sectatus. Disce igitur quod non oportet probum Christianum mollia gestare.

Nota.

At quid existis uidere? prophetam? Etiam dico uobis, & excellentiorem prophetam. Excellentior q̄ propheta est Ioannes, propterea q̄ alij propheta futura de Christo tantum prædixerunt, hic autem oculatus fuit testis, quod sanè magnū est. Ad hæc, alij quidem posteaq̄ nati fuerint prophetarunt. hic uerò in matris adhuc utero Christum agnouit, & exultauit.

Ioannes quare dicitur angelus.

Hic est enim de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparaturus est uiam tuam ante te. Angelus uocatus est & propter angelicam uitam, ac fermè materiæ expertem, & propter hoc q̄ nunciauit prædicatōnem Christum, Præparauit aut uiam Christi, quasi testificans de eo, & quasi baptizans in pœnitentiā. Nam post pœnitentiā remissio peccatorum, quam remissionem Christus dat. Hæc autem dixit Christus postquam à se abierant discipuli Ioannis, ne uideatur ei adulari. Vaticinium autem, dictum Malachiæ est.

Malac. 3.

Amen dico uobis, non surrexit internatos mulierū maior Ioanne Baptista. Cum affirmatione hoc asserit quod non sit quisq̄ Ioanne maior. Dicens aut mulierum, seipsum excepit. Christus enim à uirgine natus est, non muliere, quæ uirum passa.

Qui autem minor est in regno cœlorū, maior illo est. Quoniam multas Ioannis laudes

laudes dixerat, ut ne putent quod & se maior sit ille, inquit hoc loco manifestius, quod ego minor, & natu iunior, & iuxta uestrā opinionē inferior, maior illo sum in regno cœlorum, hoc est, in spiritualib. & cœlestibus bonis. Nam hic quidem ipso minor sum, & quatenus prior me natus est, & quatenus ipse uobis magnus uidetur, sed illic maior sum.

A diebus aut Ioannis Baptista usq̄ ad hunc diē regnū celorū uim patit, & uolenti rapiūt illud. Vident hæc superiorib. nō coherere, sed nō sic habet. Vide igitur. Etenim de se dixerat Christus q̄ maior sit Ioanne, & cogit illos ut ei credāt, ostēdens quod multi rapiant regnum cœlorum, hoc est, fidem in se. Opus aut est uirtute multa. Relinquere enim patrem & marit, & animā suam contēnere, quāta uis?

Omnes enim propheta & ipsa lex usq̄ ad Ioannem prophetizauerunt. Ethoc bene illa consequit, dicit enim, Ego sum ille uenturus. Omnes em̄ propheta impleti sunt. Non aut impleti fuissent, si ego non uenisssem. Nihil igit expectetis ulterius.

Et si uultis recipere, ipse est Helias ille qui uenturus erat. Si uultis, inquit, accipere, hoc est, si sana mente iudicatis, & nō inuida, ipse est Helias quem dixit propheta Malachias uenturū. Etenim præcursor ac Helias idem sortiti sunt ministeriū: & hic quidem prioris aduentus, Helias aut posterioris præcursor. Deinde ostendens quod ænigma sit Ioannem Heliam esse, & intellectu opus ad intelligendum, inquit,

Malach. 3

Qui habet aures ad audiendū, audiat. Ita inducens eos ut interrogent ac discāt. Cui aut alsimilabo generationē hanc? Similis est pueris sedentib. in foro, & acclamantibus sodalib. suis, & dicentib. Tibia cecinimus uobis, & nō saltastis: lamētauimus uos, & nō planxistis. Insinuat hic Iudæorū morositatem. Difficiles enim moribus, neq̄ Ioannis austeritate, neq̄ Christi simplicitate inuitare potuerunt: sed similes fuerunt pueris contumacibus, quos neq̄ facilitate neq̄ luctu quis placarit.

lugubria cecinimus uobis

Venit enim, inquit, Ioānes neq̄ comedens neq̄ bibens, & dicunt, Dæmoniū habet. Venit filius hominis comedens & bibens, & dicunt, Ecce hominem edacem & uini potorem, amicumq̄ publicanorum & peccatorū. Lamentationi alsimilat uitam Ioannis: erat enim magna tam in uerbis q̄ operibus seueritatis. Tibia autem uitam Christi, gratiosus enim erat Dominus, ac mirè dispensans omnia, omnibus descendit, ut omnes lucrificiat, & regnum euangelizet: proinde non eius fuit austeritatis cuius Ioannes.

Et iustificata est sapientia à filijs suis. Hoc dicit, Quandoquidem neq̄ Ioannis uita neq̄ mea uobis placet, sed omnes salutis uias aspernamini. Iustus apparebo ego, qui sapientia sum. Nulla enim posthac uobis excusatio erit, sed omnino iudicabimini. Etenim ego quidem impleui omnia, uos autem increduli facti, iustum me, utpote qui nihil intermiserim, comprobabitis.

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ fuerant plurimæ uirtutes ipsius, quod non pœnituisissent. Postquam monstrauit quod omnia quæ cunq̄ oportebat fecerat, & manserunt absq̄ pœnitentiā, consequenter exprobrat:

Væ tibi Chorozain, uæ tibi Bethsaida. Ut intelligas eos qui non crediderunt, non à natura, sed uoluntate malos esse, meminit Bethsaidæ, ex qua Andreas & Petrus & Philippus & filij Zebedæi fuerunt: atq̄ ita non naturæ, sed uoluntatis malitia fuit. Nam si naturæ, fuissent & illi mali.

Chorazin

Quoniam si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in sacco & cinere pœnituisissent. Verū tamen dico uobis, Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij, q̄ uobis. Deteriores dicit Iudæos Tyrijs & Sidonijs. Tyri enim naturalem legem transgressi sunt, Iudæi autem & Mosaicā. Et illi quidem non uiderunt miracula, hi autem & miracula quæ uidere, accusarunt. Saccus, pœnitentiæ symbolum est. Lugentes uidemus cinerem & puluerem super caput spargere.

Et tu Capernaū, quæ usq̄ ad cœlos es exaltata, usq̄ ad infernum detraheris: quoniam si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ in te, māsissent usq̄ in hodiernū diem. Verū tamen dico uobis q̄ Sodomis tolerabilius erit in die iudicij, q̄ tibi. Capernaū exaltata est eo quod sit ciuitas Iesu, glorificata enim fuit, utpote patria eius, sed nihil utilitatis inde accepit, non credendo; & propterea contrario modo iudicata est usq̄ in in-

in infernum, quod talem sortita inquilinum, non sit emendatio facta. Quoniam autem A
Capernaum interpretari quis potest agrum consolationis: uide quod si quis merea
tur fieri ager spiritus paracliti, & deinde sublime sapiat, & exaltetur usque in celum,
ita corruet quoque per superbiam. Horrescas igitur o homo.

In illo tempore respondit Iesus, & dixit, Confiteor tibi pater, Domine caeli & terre,
quod occultaueris haec a sapientibus, & intelligētibus, & reuelaueris ea paruulis. Quod
dicit, hunc sensum habet: Confiteor, hoc est, gratias ago tibi, quod Iudaei qui sibi uident
esse sapientes & periti in scripturis, non crediderunt, im periti autem & paruuli credide
runt & cognouerunt mysteria. Occultauit autem mysteria Deus ab his qui uident
esse sapientes: non ut inuidens, uel ut author imperitiae, sed ideo quod non erant digni,
propter hoc quod sibi uidebant esse sapientes. Nam qui uidet sibi sapiens, & confidit
in sapientia sua, neque Deum inuocat. Unde Deus postea non inuocatus, neque iuuat
eum, neque reuelat. Et aliter, Deus propter magnam misericordiam suam non reue
lat eis plura mysteria, ut ne magis puniantur, utpote aspernantes ea quae didicerunt.

† quibus
uis

Etiam pater, sic fuit bene placitum ante te. Manifestat hoc loco benignitatem
patris, quod non ab alio prouocatus, reuelat paruulis, sed sic placuit ab initio. Con
placitum enim uoluntas est, & beneplacitum.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Dixit supra quod absconderit pater. Ne
igitur suspiceris quod ipse quidem nihil faciat, omnia autem patris sint, dicit, Omnia
mihi tradita sunt, & una potestas mea & illius. Cum autem audis, tradita sunt: ne
suspiceris quod tanquam seruo & inferiori tradita fuerint, sed tanquam filio. Nam
secundum hoc quod natus est a patre, omnia tradita sunt ei. Nisi enim natus esset
ab eo, & eiusdem esset substantiae, non fuissent ei tradita. Non a Domino, inquit,
sed a patre meo: ut exempli gratia si nascatur pulcher puer a pulchro patre, & dicat,
Data est mihi pulchritudo a patre meo.

Et nullus cognoscit filium nisi pater, neque patrem quis cognoscit nisi filius, & cui
uoluerit filius reuelare. Maius dicit: Nulli sit mirum me omnium esse Dominum, B
cum scilicet & aliud maius possim, nempe scire patrem, ac sic ipsum cognoscere, ut
& alius eum possim reuelare. Considera autem quod superius dixerit patrem reue
lasse mysteria paruulis: hic autem filius patrem reuelauerit. Vides igitur unam uir
tutem patris & filij: si quidem & pater reuelat ac filius.

Venite omnes ad me qui laboratis & onerati estis, & ego requiescere uos faciam. I
Omnes uocat, non solum Iudaeos, sed Gentiles. Per laborantes intellige Iudaeos, ut
facientes traditiones legis graues, & in operatione mandatorum legis fatigatos. Per
oneratos autem, Gentiles onere peccatorum oppressos. Hos igitur omnes requiescere
facit Christus. Credere enim, & confiteri, & baptizari, quis labor? Quomodo autem
non & quies? quando quidem & hic nihil sollicitum esse oportet de ijs quae ante ba
ptisimum facta sunt, & alibi quies te susceptura est.

Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, et
inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum commodum est, & onus
meum leue. Iugum Christi, humilitas et mititas. Qui igitur se humiliauerit omni ho
mini, requiem inuenit, imperturbatus manens: sicut uanae gloriae cupidus & arro
gans semper in curis est, nolens quoquam minor haberi, sed cogitans quomodo ma
gis glorificetur, & quomodo uincat inimicos. Iugum igitur Christi (humilitatem di
co) leue est. Facilius est enim humili naturae nostrae humiliari, quam sublimari. Di
cuntur item & omnia mandata Christi iugum leue, quoniam propter futuram retri
butionem leuia, tamen si ad breue tempus grauia uideantur.

CAPVT XII,

In illo tempore ibat Iesus sabbatis per segetes: discipuli uero illius esuriebant, &
I
coeperunt uellere spicas, & comedere. At pharisaei cum uidissent, dixerunt illi. Ec
ce discipuli tui faciunt quod non licet facere in sabbato. Ille uero dixit eis, Non legi
tis quid fecerit Dauid quum esuriret ipse, & iij qui cum eo erant? Quomodo ingres
sus sit in domum Dei, & panes propositionis ederet, quos ipsi non licebat edere, ne
que ijs qui cum illo erant, nisi sacerdotibus solis. Iterum pharisaei naturalem passio
nem

1. Reg. 22.

nem, nempe famem arguunt, quum ipsi grauius peccent. Dominus per historiam
A Dauid admonet eos. Ille enim, inquit, propter famem maius quiddam ausus fuit. Pa
nes autem propositionis erant duodecim, qui quotidie proponebantur in mensa, sex
in dextera parte, sex in sinistra. Quauis autem & Dauid propheta erat, non tamen
ei inde licebat edere, sed solis sacerdotibus: quanto magis non licebat his qui cum
eo erant: attamen propter famem uenia dignus erat, sic igitur & discipuli.

Panes pro
positionis.

An non legistis in lege, quod sabbatis sacerdotes in templo sabbatum prophanant, &
N
crimine uacant: Dico autem uobis, quod templo maius est hoc in loco. Lex prohi
bebat in sabbato operari, Sacerdotes in sabbato & ligna scindebant, & ignem accen
debant, atque ita prophanabant sabbatum, hoc est inquinabant, ut uobis uideatur. At dicis mi
hi, quod bene licebit sacerdotibus, discipuli autem sacerdotes non erant. Dico igitur quod tem
plo maius est hoc in loco, hoc est, quia ego maior sum templo, & Dominus cum disci
pulis sum; maiorem ergo habent hi potestatem soluendi sabbatum, quam sacerdotes.

Nu. 28.
Exo. 20. 23.
Deut. 5.

Quod si sciretis quid sit, Misericordiam uolo, & non sacrificium, nequaquam con
demnassetis infontes: nam dominus est & sabbati filius hominis. Ostendit eos & im
peritos, & nescientes propheticum. Oportebat enim (inquit) misereri esurientibus. Et
aliter, Ego filius hominis, dominus sum sabbati, ut omnium & dierum opifex. Ego igitur
ut Dominus soluo sabbatum. Intellige autem & iuxta anagogen: quoniam operarii erant
apostoli: messis autem & aristae, credentes. Porro euellebant apostoli & comedebant,
hoc est, cibum habebant, salutem hominum. Hoc autem faciebant in sabbatis, hoc est
in ocio malorum, Pharisaei autem indignabantur. sic & in ecclesia doctoribus docen
tibus & prodesse cupientibus pharisaei saepe inuident, & agre ferunt.

Supra 5.
Osee 6.

Progressus autem illinc uenit in synagogam illorum: & ecce homo erat manum ha
bens aridam, & interrogabant illum dicentes, Num licet sabbatis curare: ut accusarent
eum. Alij Euangelistae dicunt quod Iesus interrogauerit pharisaeos. Dicit igitur potest
quod cum inuidi essent, prouenerint & rogauerint illum, ut dicit Mattheus. Deinde
Christus iterum interrogauit eos, uti ridens eorum caecitatem, id quod ab alijs Euan
gelistis dicitur. Interrogauit igitur eum, ut occasionem habeant ad calumniandum.

Mat. 5.
Luce 6.

At ille dixit eis, Quis erit ex uobis homo, qui habebit ouem unam, et si ea inciderit sab
batis in foueam, nonne apprehendet illam, & eriget? Quanto igitur praestantior est ho
mo oue: licet igitur sabbatis benefacere. Ostendit eos propter auaritiam, & ut ne pri
uentur oue, dissoluere sabbatum: propter inuidiam autem non ferre ut curet homo: un
de hoc loco auaros & crudeles eos esse, & contemptores Dei ostendit. Contemnunt
enim sabbatum, ut non pereat ouis: immisericordes autem sunt, quia hominis curam respuunt.
Tunc dicit homini, Extende manum tuam: & extendit, & restituta est sana sicut al
tera. Multi & nunc aridas manus habent, hoc est, immisericordes sunt, & non com
municant: sed quando sermone euangelico docent, extendunt eas, & comunicant,
quamuis Pharisaei, superbi demones, qui nobis eam amputauerunt, propter suam in nos
inimicitiam manus nostras ad misericordiam extendi nolunt.

Pharisaei autem egressi ceperunt consilium aduersus eum, quomodo illum perde
rent. at Iesus ubi nouisset, secessit illinc. Inuidiam, quando beneficijs afficiun
tur, tunc insaniunt. Secedit autem Iesus, eo quod passionis tempus non dum immine
bat, parcens interim illis, ne homicidij crimini fiant obnoxij. Temere enim se in pe
ricula obijcere, Deo gratum non est. Vide autem quod signanter dicit, Egressi, nam ut exi
uerunt a Deo, tunc uoluerunt perdere Iesum. Nullus enim in Deo manens talia uult.
Et sequuta sunt eum turbae multae, & curauit eos omnes, & increpauit eos, ne se
manifestum faciant. Ut inuidiam illorum demulceret, manifestari non uult, Nihil
enim omitebat quod ad illorum curam pertinebat.

Temere se
in periculis
mittere non
Deo gratum

Ut compleretur quod dictum erat per Esaiam prophetam dicentem, Ecce filius
meus quem elegit dilectus meus, in quo sibi bene complacuit anima mea. Ponam spi
ritum meum super illum, & iudicium gentibus annuntiabit. Non contendet, neque cla
mabit. Introducit & prophetam testem mansuetudinis Iesu. Quaecumque enim, in
quit, uoluerint Iudaei, faciet. Si uoluerint ut non appareat, faciet etiam istud, & non
relictabitur, ut inanis gloriae audius. Neque clamabit, sed annuntiabit turbis, ne
manife

Esai. 42.

manifestent se: sed & gentibus iudicium annuntiabit, hoc est, etiam gentes docebit. ^A
Iudicium enim est doctrina & scientia, & iudicatio boni, uel, & futurum iudicium
annuntiabit Ethnicis, qui nunquam audiuerunt de futuro iudicio.

Neque in plateis audiet quis uocem eius. Non enim in medio fori, ut gloriae appetentes, sed in templo & synagogis & monte & iuxta littora docebat.

Arundinem cominutam non confringet, & linum fumigans non extinguet. Poterat, inquit, Iudaeos ut calamum contritum confringere, & iram eorum ut linum fumigans, hoc est ardens, extinguere: sed noluit quoad dispensatio adimpleretur, & per omnia uinceret eos. Hoc enim significat quod subditur,

Donec eiciat ad uictoriam iudicium. Et in nomine illius gentes sperabunt. Ne enim haberent quod pratexerent, omnia sustinuit, ut postea condemnaret eos, & uinceret nihil contradicentes. Et quidnam est quod non fecit ut lucrificat illos: sed noluerunt. Vnde gentes sperabunt in eum, quoniam Iudaei noluerunt.

Tunc adductus est ad eum daemniacus caecus ac mutus, & sanauit illum, ita ut caecus ac mutus loqueretur & cerneret. Et obstupuerunt omnes turbae, dicebantque: Num hic est filius Dauid? Vias ad fidem occluserat daemnon, oculos, aures, & linguam: sed Iesus sanat, & filius Dauid a turbis nominatur. Expectabatur enim Christus ex semine Dauid. Et nunc si uideris quempiam neque quid bonum sit per se intelligentem, neque alterius sermones suscipientem, existima illum caecum & mutum, quem utinam sanarit Deus tacto eius corde.

Quae cum audiissent Pharisei, dicebant, Hic non eiciat daemonia nisi in Beelzebub principe daemnonum. Tametsi Dominus propter eos secesserat, illi nihilominus etiam procul audientes taxabant: quumque homines multis afficerentur beneficijs, erant tam naturae inimici, quam diaboli.

Quum autem sciret Iesus cogitationes illorum, dixit illis, Omne regnum diuisum aduersus sese, desolatur: & omnis ciuitas aut domus diuisa aduersus seipsam, non stabit. Et si Satanas Satanam eiciat, aduersus seipsum diuisus est: quomodo igitur stabit regnum eius? Inuulgando cogitationes illorum, Deum se esse comprobauit. Excusat autem se apud illos communibus exemplis, & monstrat insipientiam eorum. Quomodo enim daemones seipsos eiciunt, cum magis inter se conueniant? Satan autem dicitur aduersarius.

Et si ego in Beelzebub eicio daemonia, filij uestri in quo eiciunt? Propterea ipsi uestri erunt iudices. Esto inquit quod ego talis sum: filij uestri, hoc est mei discipuli, in quo eiciunt? Nunquid & illi in Beelzebub? Quod si illi diuina uirtute, multo magis ego. Illi enim in nomine meo miracula operantur, propterea illi uos condemnaturi sunt, quia illos uidetis in meo nomine miracula facere, & adhuc me accusatis.

Quod si spiritu Dei ego daemonia eicio, ergo peruenit ad uos regnum Dei. Hoc dicit, quod si in diuina uirtute ego eicio daemonia, ergo ego sum filius Dei, & adueni propter uos, ut afficiamini beneficijs, atque ita peruenit in uos meus aduentus, hic enim est regnum Dei, quid igitur aduentum meum, qui propter uos est, accusatis?

Aut quomodo potest aliquis intrare domum potentis, & uasa eius diripere, nisi prius liget potentem, & tunc domum eius diripiet? Tantum, inquit, abest ut amicos habeam daemones, ut & aduersarios habeam, & ligem eos qui ante meum aduentum fortes erant. In domum autem, id est, in mundum ingressus Iesus, uasa daemnonum, homines dico, abstulit.

Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Quomodo, inquit, Beelzebub mihi cooperaturus est, qui contrarium mihi operatur? Ego qui dem uirtutem doceo, ille autem malitiam, quomodo igitur est mecum? Et ego quidem congreco homines ad salutem, ille autem dispergit. Notat autem Phariseos, quod se docente, & multis prodesse cupiente, ipsi dispergerent populum ita, ne accederent ad se. Vnde ostendit eos reuera demonijs plenos.

Idcirco dico uobis, Omne peccatum & conuicium remittetur hominibus, ac conuicium in spiritu sancto non remittetur hominibus. Et quisquis dixerit uerbum aduersus filium hominis, remittet illi: qui autem dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neque

ei, neque in praesenti seculo, neque in futuro. Dicit hoc loco omne aliud peccatum + quantumuis inexcusabile sit, utpote scortatione, furtu, & similia, talia esse, ut confugerentur ad humanam infirmitatem, & sit ueniae locus. quando autem quis uiderit miracula per spiritum sanctum fieri, & accusauerit ea quasi a diabolo facta: qualem habiturus est ille excusationem? Manifestum est enim scire eum quod a spiritu sancto fiant, sua autem sponte male operari, quomodo igitur talis uenia dignus erit? Ita que Iudaei quando uiderunt Christum manducantem & bibentem, ac uersantem cum publicanis & meretricibus, aliaque omnia more filij hominis facientem, & deinde arguerunt eum ut comedonem, & uini potorem: in hoc erant uenia digni, & neque poenitentia super hoc ab eis exigebatur. Videbantur enim rationabiliter offendi.

Quando autem uiderunt eum operari miracula, & arguerunt, & blasphemarunt spiritum sanctum, dicentes hoc daemniacum esse, quomodo remittetur hoc peccatum nisi poenitentiam egerint? Et ita disce quod ille qui blasphemat in filium hominis, uidentem eum humano more uiuere, & dicens, hic meretricarius est, uorax, & uini potor, dum Christus hoc facit: talis est non poeniteat, de hoc non reddet rationem. Veniam enim accepit, tanquam qui non intellexerit illum fuisse Deum, eo quod tam occultus fuerit. Qui autem blasphemat in spiritum sanctum, hoc est in spiritualia opera Christi, & dicit ea esse diabolica, nisi poenitentiam egerit, ueniam non assequetur. Non enim rationabilem causam habuit ut calumniaretur, quemadmodum ille qui Christum uidens cum meretricibus & publicanis uersari tum calumniabatur. Non remittetur igitur uel hic, uel alibi: sed & hic & alibi punietur. Multi enim sunt qui hic quidem puniuntur, sed alibi profus immunes sunt, ut pauper Lazarus: alij autem & hic & alibi, ut Sodomitae, & hi qui in spiritum sanctum blasphemant: alij uero neque hic, neque alibi, ut apostoli, & praecursor. Nam licet uideantur persecutionem pati, sed non patiuntur illam pro peccatis, sunt enim probationes & coronae.

Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem putrem, & fructum eius putrem. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Quum Iudaei non possent miracula Christi arguere ut mala, Christum facientem illa blasphemabant ut daemniacum. Vel & me, inquit, dicite arborem bonam esse, & miracula mea, quae fructus sunt, bona. Vel si me dicitis arborem putrem, manifestum quod & fructus, miracula uidelicet, putres erunt. Verum miracula, id est fructum, bona esse dicitis: igitur & ego bona sum arbor. Omnino enim sicut ex fructu arbor, ita & ego ex miraculis cognoscor.

Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, quum mali sitis? Ecce, inquit, uos cum arbores male sitis, fructum malum fertis, maledicentes mihi: unde & ego si malus essem, fructus afferrem malos, & non talia miracula. Progeniem uiperarum eos uocat, quonia in Abraham gloriabantur, ostendit autem quod non sint ex Abraham, sed ex progenitoribus se dignis.

Siquidem ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo ex bono thesauro emittit bona, & malus homo ex malo thesauro emittit mala. Quando enim uideris quam obscenem loquentem, scias quod multo plura habeat in corde, quam quae loquitur. Nam ex abundantia effundit se in externa, & thesaurum possidet absconditum. Paruum enim partem declarat. Similiter & bona dicens, plura habet in corde.

Dico autem uobis, quod homines de omni uerbo ocioso quod loquentur, rationem reddent in die iudicij. Ex sermonibus enim tuis iustificaberis, & ex sermonibus tuis condemnaberis. Terret hic nos, quonia & pro ocioso uerbo rationem daturi sumus, hoc est pro mendacio, calumnia, inordinatis & ridiculis. Deinde ponit testimonium ex scriptura, ne uideatur propria dicere. Ex sermonibus tuis iustificaberis, & ex sermonibus tuis condemnaberis.

Tunc responderunt quidam ex scribis & pharisaeis, dicentes, Magister, uolumus a te signum uidere. Admirans Euangelista apposuit, tunc. Quum enim obedire illos oporteret propter signa praecedentia, tunc signum petunt. De caelo autem uolunt signum uidere sicut alius Euangelista dicit, putabant enim quod signa super terram potestate diaboli faceret, mundi enim rector est diabolus. Quid igitur ad haec saluator?

d Respon-

† uel paruam saltem habere excusationem, utpote scortationem, furtu: cōfugimus enim

De peccato in spiritu sancto irremissibili.

Lucae 16.

Ioan. 8.

Turpilo- quos taxat.

Job 5.

Pro. 12. 16. Eccles. 10.

Deu. 22.
Iona 2.

Respondens dixit illis, Generatio praua & adultera signum querit, & signum non dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetæ. Quemadmodum enim fuit Iona in uentre ceti tribus diebus ac tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Pravam generationem uocat eos, quia dolose semper tentabant adulteram autem, quia desciscabant à Deo, & adhaerebant demonibus. Signum autem dicit resurrectionem suam, ut admirabilem. Postquam enim in corde terræ, in infimum locum infernū descendit, tertio die resurrexit. Tres autem dies & tres noctes à parte intelligas, & non integras. Mortuus enim est in parascue, quæ ipsa una dies est: & mortuus fuit sabbato, ecce & alia dies: nox autem dominicæ ipsum adhuc mortuum apprehendit. Tres igitur dies & noctes à parte numerantur, quia & sic sæpe numerare consueuimus.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quod ipsi pœnituerint ad prædicationē Ionæ: & ecce plus quàm Iona est hoc loco. Postquam, inquit, Iona exiit à ceto, & prædicauit, crediderunt: in me autem, etiam cum surrexero, non credetis. Vnde & condemnabimini à Niniuitis, qui crediderunt seruo meo Ionæ absque miraculis, quanuis barbari fuerint: uos autem assueti prophetis, uis signis non creditis mihi Domino: quod significat, dicens, Et ecce plus Iona hoc loco.

3. Reg. 10.
2. Paral. 9.

Regina Austri excitabitur in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam: quia uenit à finibus terræ ut audiret sapientiam Solomonis, & ecce plus quàm Solomō hoc loco. Regina inquit, à longe uenit, quanuis esset mulier infirma, ut de arboribus & lignis & naturalibus quibusdam audiret: uos autem me, cum ad uos uenerim & arcana dixerim, non suscepistis.

Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per arentia loca, quærens requiem: & non inueniens, tunc dicit, Reuertar in domum meam unde exiui. & cum uenerit, reperit eam uacantem, & scopis purgatam atq; ornatam, Tūc abit, & adiungit sibi septem alios spiritus sceleratiorēs se, & ingressus inhabitat illi: & fiunt postrema hominis illius peiora primis. Sic erit & generationi huic peruersæ. Ostendit illos usque in extremam perditionem uenisse, quod ipsum non suscepissent. Et sicut à demonijs liberati, si ignaui fuerint, deterius habent: ita & uestra generatio à demonio tenebatur cum idola adoraret, sed per prophetas eiectus est ille dæmon. Veni autem & ego, mundare uos magis uolens: sed quia repulistis me, & interimere uultis, ut grauius peccantes, grauius etiam puniementi: & extremā captiuitas uestra grauior erit, quàm prima. Tu autem intellige & hoc, quod per baptismū eicitur immundus spiritus, & uadit ad loca inaquosa, & animas non baptizadas, sed in illis non inuenit requiem. Requies autem est dæmonij, baptizados turbare per mala opera, quoniam non baptizados iam habet, conuertitur igitur ad baptizatum cum spiritibus septem. Sicut enim septē sunt dona spiritus, ita ē diuerso septem sunt malitiæ spiritus. Cum autem ingressus fuerit in baptizatum, deterior fit calamitas. Prius enim spes erat per baptismum esse purgatum: postea autem non est spes secundū baptismum nisi per pœnitentiā, quæ ualde laboriosa est.

Esai. 11.

Cauete lege.
uide finem
libri.

Adhuc autem loquēte illo ad turbas, ecce mater eius & fratres eius stabant foris, quærentes ei loqui. Humanum quid uolebat ostendere mater, quod ut in filiū potestatem habeat: nihil enim magnum adhuc de eo intelligebat, propter hoc ipso adhuc loquente, uolebat ad se illum attrahere, quasi ambitiosula tāto sibi filio subdito. Quid igitur Christus quoniam intentionem eius sciebat, audi quid dicat.

Dixit autem quidam illi, Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes tibi loqui. At ille respondens dixit ei qui sibi renunciauerat, Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei: & extendens manum suam ad discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Quisquis enim fecerit uoluntatem patris mei qui est in cœlis, ipse meus frater, & soror & mater est. Non iniuria afficiens matrem, hæc dixit, sed corrigens mentem eius gloriæ auidam & humanam. Nō enim dixit, Non est mater mea: sed, si non fecerit uoluntatem Dei, nil ei proderit quod me genuit. Non enim negat naturalem cognationem, sed apponit etiam eam quæ est per uirtutem. Nullus enim indignus

indignus, à cognatione utilitatem capit. Igitur correcto uanæ gloriæ morbo, iterū obedit matri uocanti, Dicit enim Euangelista,

CAPVT XIII.

In die uerò illo egressus Iesus ē domo sedit iuxta mare: & congregatæ sunt ad illum turbæ multæ, ita ut ipse nauim ingressus sederet, & uniuerſa turba in litore stabat. Sedit in naui, ut omnes auditores in faciem haberet spectantes, & omnes commodius audirent. Sanè ē mari piscatur eos qui in terra.

Et loquutus est eis multa in parabolis, dicens. Simplicibus turbis absq; parabola in monte loquutus est: his autem in parabola, utpote dolosis pharisæis, ut si non intelligant, querant & discant. Præterea, ut indignis non oportebat doctrinas eis proponere nudas. Non oportet enim margaritas ante porcos mittere. Primam autem parabolam ponit quæ auditorem faciat attentiores.

Supra 5.
6.7.
Quare
Christus in
parabolis lo
quitur.

Ecce exiit qui seminabat, ad seminandum semen suum. Seipsum dicit fatorem, semen autem uerbum. Exiit autem non loco, nam ubiq; erat: sed secundū illud quod nobis propior factus est per carnem, dicitur egredi ē sinibus paternis. Exiit autem ad nos, quoniam nos ad ipsum intrare non potuimus. Et ad quid faciendum exiit: Num ut exurat terram propter spinas: num ut puniat: Minimè, sed ut sementem faciat. Semen autem suum dicit, eo quod & prophetæ seminauerunt, at nō semē suum, sed Dei. Ipse autem ut Deus semen suum, hoc est proprium, seminauit. non enim diuina gratia illustratus est, sed ipse erat sapientia Dei.

Et cum seminaret, alia quidem ceciderunt iuxta uiam, & uenerunt uolucres cœli & deuorauerunt ea. alia autem ceciderunt in terram petrosam, ubi non habebat multum terræ, & protinus exorta sunt, eo quod non habebant profunditatem terræ: cū autem exortus est sol, exusta sunt: & quia non habebant radicem, exaruerunt. Hi qui iuxta uiam, sunt ignaui & desides, qui nunquam suscipiunt uerbum. Mens enim eorum uia est conculcata & dura, & minimè arata. ab ijs igitur rapiunt uerbū uolucres cœli, hoc est spiritus aeris, dæmones uidelicet. Qui uerò super petrosam, sunt ij qui audierunt quidem, sed propter imbecillitatem in tentationibus & afflictionibus non obluantur, sed perdunt suam salutem. Per solem enim orientem, intellige tentationes, eo quod tentatio ostendit homines & declarat quales sunt, sicut sol manifestat abscondita.

Sol, tenta
tio.

Alia autem ceciderunt inter spinas, & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt ea. Hi sunt qui curis suffocant sermonem. Nam diues licet uideatur bonum quoddam opus facere, at nō crescit opus eius, neq; proficit sollicitudinibus prohibentibus.

Alia uerò ceciderunt in terram bonam, & dederunt fructum, ille quidem centū, alius autem sexaginta, alius uerò triginta. Tres partes seminis perierunt, & quarta sola seruata est. Pauci enim sunt qui saluantur. Postea uerò dicit de terra bona, data nobis pœnitentiæ spe. Est enim possibile, etiā si quis petrosa terra sit, aut iuxta uiam uel spinosa, eum fieri terram bonam. Non enim æqualem fructum ferunt omnes quæ semen suscipiunt: sed alius quidem centuplum, forte paupertatem perfectam habens, & summā exercitationem. Alius autem sexagecuplum, ut cœnobita fortè monachus, & adhuc operans. Alius uerò trigecuplum, ut qui honestas nuptias delegit & uirtutem pro uirili amplexatur. Vide autem Dei bonitatem, quomodo omnes suscipit, & magna & mediocria & parua colentes.

Luce 19.

Qui habet aures audiendi audiat. Manifestat quod hæc spiritualiter intelligenda sint ab his qui spirituales aures animæ habent. Multi autem aures habent, sed nō ad audiendum: propterea subdit, Qui habet aures ut audiat, ille audiat.

Et cum accessissent discipuli, dixerunt illi, Quare in parabolis loqueris illis? Ipse autem respondens dixit illis, Vobis datum est scire arcana regni cœlorum, illis autem non datum est. Quisquis enim habet, dabitur illi, & reddetur abundantior: quisquis autem non habet, etiam illud quod habet, tolletur ab eo. Videntes discipuli magnam in his quæ à Christo dicebantur, obscuritatem: ut communes multitudinis procuratores accedunt interrogantes. At ille dicit, Vobis datum est scire mysteria, hoc est, quia habetis alacritatem & studium, datum est uobis: illis autem non

adhibentibus studium, non est datum. Ille enim accipit, qui querit. Querite enim inquit, & dabitur uobis. Vide item quomodo hoc loco parabolam dixit Iesus, & discipuli soli quae interrogauerant acceperunt. Unde bene diximus, adhibenti studium datum esse scientia abundantior fieri, quia adhibet studium & mentem dignam. ab eo autem qui non habet studium, nec mentem, ut par est adhibet, etiam tolli quod habere uidetur; hoc est, etiam si paruam quandam boni scintillam habeat, & eam non excitet & accendat per spiritum & spiritualia opera, extingui.

Mali non sunt a natura, nec a Deo. Ioan. 1.

Propterea per parabolas loquor illis, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt neque intelligunt. Attende. Hic enim soluit quaestionem dicentium quod a natura & a Deo mali sunt quidam. Dixit enim, inquit, Christus, uobis datum est nosse arcana. Iudaeis autem non est datum. Dicimus ergo ad illos cum Deo, quod Deus omnes faciat intelligere naturam quantum opus est. Omnem enim hominem illuminat uenientem in hunc mundum. Voluntas autem nostra obtenebrat nos. Hoc igitur & in isto loco manifestat. Dicit enim quod uidentes natura, hoc est a Deo facti, ut natura intelligere possint, non uident uoluntarie; & audientes, hoc est naturaliter a Deo ita facti, ut audire & intelligere queant, non audiunt neque intelligunt propter uoluntatem. Dic enim, quae, an non uidebant miracula Christi? Profecto, sed faciebant seipos cecos, & taxabant eum. Hoc ergo est, uidentes non uident. Adducit igitur & prophetam testem.

Esai. 6.

Et impletur in illis propheta Esaias quae dicit, Auribus audietis, & non intelligetis; & uidentes uidebitis, & non cernetis. In crassatum est enim cor populi huius, & auribus grauius audierunt, & oculos suos occluserunt, ne quando uiderent oculis, & auribus audiret & corde intelligeret, & conuertatur, & sanet illos. Vides quid dicat propheta, propterea non intelligetis, non quod crassum creauerim cor uestrum, sed quod in crassatum sit, quod antea manifestum subtile fuisse. Quod enim in crassatum, prius tenue fuit: in crassato autem illo sic, oculos suos occluserunt: non dixit quod occluserit oculos eorum Deus, sed illi sua uoluntate. Illud enim fecerunt, inquit, ne conuertantur, & sanent illos, sua enim malitia opera dederunt ut incurabiles & ad conuersionem inepti fierent. Vestri uero beati sunt oculi, quia uident: & aures uestrae, quia audiunt. Amen quippe dico uobis, quod multi prophetae & iusti desiderauerunt uideri quae uidentis, & non uiderunt: & audire quae auditis, & non audierunt. Et sensibiles quidem apostolorum oculi & aures beatae, sed multo magis spirituales oculi atque aures beatitudinis dignae quae agnouerunt Christum. Praefert autem illos prophetis, eo quod Christum corporaliter uiderunt, illi mentaliter tantum, sed & quod illi non affecuti fuerunt tanta mysteria & talem notitiam quantum istae. In duobus enim praecellebant prophetae apostoli, & corporaliter uidentibus, et magis spiritualiter intelligendo diuina. Manifestat igitur parabolam discipulis dicens.

Apostoli prophetas in duobus praecellunt.

Vos igitur audite parabolam seminantis. Cum quis audierit sermonem regni, & non intellexerit, uadit malignus ille, & rapit insitum in cor eius. hic est qui iuxta uiam seminatus est. Adhortatur nos ad intelligendum quae dicuntur a doctis, ne & nos similes fiamus his qui iuxta uiam. Fortasse autem quia uia est Christus, qui extra Christum sunt, hi non sunt in uia, sed extra uiam.

Afflictio. Persequutio.

At qui in petricosa semine iactum exceperat, hic est qui sermonem audit, ac protinus cum gaudio arripit: non habet autem radicem in seipso, sed temporarius est. Porro cum inciderit persecutio uel afflictio propter sermonem, statim offenditur. Afflictio, inquit, quia multi a parentibus uel alijs afflictionibus afflicti, statim blasphemant. Persecutio autem dicitur propter eos quibus tyranni molesti sunt.

At qui in spinas semen exceperat, hic est qui uerbum audit, & cura seculi huius & deceptio diuitiarum suffocat uerbum, & sterilis fit. Non dixit, seculum hoc suffocat, sed cura seculi: neque diuitiae, sed deceptio diuitiarum. Diuitiae enim quando dissipantur, non suffocant, sed crescere faciunt uerbum. Spinae autem, cura & deliciae, eo quod ignem concupiscentiae & gehennae accendunt. Et sicut spina acuta in corpus penetrat, & uix eradicat: sic & deliciae in ualescentes in animam ingrediuntur, & uix eradicantur.

Ceterum qui in terram bonam excepit semen, hic est qui uerbum audit & intelligit, qui denique fructum reddit & facit, alius quidem centuplum, alius uero sexagecuplum, alius autem trigecuplum. Varias uirtutis species sunt, uarij & qui proficiunt.

Vide

Vide autem ordinem in parabola. Oportet enim nos primum audire sermonem & intelligere ne simus sicut qui iuxta uiam. Deinde firmiter retinere quod auditum est: praeterea non esse amatores opum. Quid enim proderit, si audiero & retinero, & diuitiarum amore suffocor?

Aliam parabolam proposuit eis dicens: Simile factum est regnum caelorum homini seminanti bonum semen in agro suo, sed dormientibus hominibus. uenit illius inimicus & seminauit zizania inter triticum, abijtque. Cum autem germinasset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patris familias dixerunt illi, Domine nonne bonum semen seminaras in tuo agro? unde igitur habet zizania? Ille uero dixit illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt illi, Vis igitur abeamus, & colligamus ea? At ille dixit, Nonne dum colligitis zizania, eradicetis simul cum illis & triticum. Inite pariter crescere utraque usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus, colligite primum zizania, & colligate in fasciculos ad comburendum ea, triticum uero congregate in horreum meum. In priori parabola dixit quartam partem seminis cadere in terram bonam, in hac autem ostendit quod neque illud ipsum semen quod in terram bonam cecidit, incorruptum sinat hostis, dum nos dormimus & ignaui sumus. Ager etenim mundus est, uel cuiusuis anima. Porro Christus est qui seminauit. Bonum semen, boni homines, uel bonae cogitationes. Zizania, haereses, uel mala cogitationes. Quis seminat autem haec? diabolus. At dormientes homines, qui propter ignauiam suam locum dederunt hereticis, uel malis cogitationibus. Serui autem angeli, qui indignantur esse haereses uel malitia in anima, & uolunt euellere & excindere ex hac uita haereticos, & mala cogitantes. Deus autem non permittit hereticos bellis consumi, ne simul patiantur consumanturque & iusti. Similiter neque propter malas cogitationes uult Deus excindi hominem, ne & triticum simul corrumpat: ut exempli gratia, si Matthaeus excisus fuisset ex hac uita, cum esset zizanium, simul utique excisus fuisset & frumentum quod postea ex ipso oriturum erat. Similiter & Paulus, & Iatro. Hi enim cum zizania essent, non sunt extirpati, sed permisi sunt uiuere, ut cresceret postea illorum uirtus. Dicit igitur de angelis quod in consummatione tunc congregabunt zizania, hoc est hereticos. Sed quomodo? in fasciculos, hoc est ligatis eorum manibus, & pedibus, non enim tunc ultra quos operari poterit, sed omnis operandi uis ligabitur. Frumentum autem sancti uidelicet, a messoribus angelis congregabitur in caelestia horrea. Igitur similiter male cogitationes quas habuit Paulus quando persequabatur, exusta sunt igni Christi, quem uenit in terram mittere: frumentum autem, id est bonae cogitationes, congregatae sunt in horrea ecclesiae.

Aliam parabolam adiecit eis, dicens, Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod accepit homo, & seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnium seminum, quando autem creuerit, maximum est inter holera, & fit arbor, ad eam ut ueniant uolucres caeli, & nidulentur in ramis illius. Granum sinapis, praedicationis est, & apostoli. pauci enim uidentur hi, & totum orbem occupauerunt: atque ita, ut uolatilia caeli, hoc est qui leuem & alatum ad caelestia mentem habent, in eis quiescant. Et tu quoque esto granum sinapis, quod paruum quidem uideatur. Non enim oportet uirtutem iactare, sed feruidum se praebere & prouocatum, & austerè reprehendentem. Sic enim eris maximus inter holera, id est perfectus inter infirmos & imperfectos, ita ut & uolatilia caeli, hoc est angeli, habitent in te, angelicam ducente uitam. Gaudent enim illi in iustis.

Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Simile est regnum caelorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentaretur totum. Fermentum dicit apostolos, sicut & granum sinapis. Sicut enim fermentum, cum paruum sit, totam farinam in se transfert, sic & uos totum mundum transformabitis, tametsi pauci sitis. Satum autem erat mensura Hebraeorum, sicut apud nos est ut exempli causa dicam, modius uel decalitra. Aliqui autem per fermentum intelligunt praedicationem, per tria autem sata tres animae uires, rationalem, concupisibilem, & irascibilem: per mulierem uero, animam praedicationem in omnibus suis uiribus recondentem, commiscens, fermentans, & sanctificantem per illam totum. Oportet enim

d 3 nos

nos omnino fermētari & transformari in diuina. Dicit em̄, donec fermētē totum.

Psal. 77.

Hæc omnia locutus est Iesus per parabolas ad turbas, & sine parabola nihil locutus est illis, ut cōpleret quod dictum fuerat per prophetam qui ait, Aperiā in parabolis os meum, eruclabo abscondita à cōstitutione mūdi. Adducit prophetam prædicentem quomodo docturus erat Iesus & in parabolis, ne tu putes Christum inuenisse nouum quendam docendi modum. Particula autem Vt, nō est causā, sed euentus significatiua. Non enim docuit eo modo Iesus ut impleatur prophetia: sed quia ipse per parabolas docuit, ex effectu impleta est prophetia. Absq; autem parabola nō loquebatur eis, tunc solum: non enim semper in parabolis loquebatur. Eructauit autem Dominus quæ abscondita erant à cōstitutione mundi, Ipse enim manifestauit nobis mysteria quæ in caelis sunt.

Viditio non cause semper, sed euentus significatiua est.

Tunc relictis turbis uenit in domum Iesus. Tunc reliquit turbas, cum nihil prodesset sua doctrina. Ipse enim in parabolis loquebatur, ut se interrogarent: contra illi non curabant, neq; discere quærebant, unde ab eo merito relictū sunt.

Zizania.

Et accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Dic nobis parabolam zizaniorum agrī. De hac sola rogant q; aliæ manifestiores eis uidebantur. Zizania autē dicunt, quæ inter fruges pullulant etiā nociua, utpote lolium, uicia, bromium, &c.

At ille respondens dixit illis, Qui seminat bonum semen, est filius hominis: ager autem est mundus. Porro bonum semen, sunt filij regni: zizania uero, sunt filij illius mali: inimicus q; seminat ea, est diabolus; messis uero, consummatio seculi est; messor autem, angeli sunt. Sicut igitur colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi huius. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent e regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatem, ac mittent illos in caminum ignis, ibi erit ploratus, stridorq; dentium. Suprà hæc dicta sunt, quæ hic dicenda. Dicebamus enim quod de hæresibus accipiat, quæ permittuntur esse usq; ad consummationē seculi. Nam si excinderemus & occideremus hæreticos, seditiones fierent, & fortē etiā multi fidelium in seditionibus perirent: quoniam & Paulus & latro habuerunt olim zizania priusquam crediderunt: non exacta autem sunt tunc propter futuram frugem. Postea autem fructum attulerunt Deo. Zizania uero spiritus sancti igni combusta sunt & feruore.

† nam & super solē fulgebunt. fortasse autē Mal. 4. Iusti dii erunt.

Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Qui habet aures audiēdi, audiat. Quoniam sol uidet nobis omnibus stellis fulgentior, propterea comparat solī iustorū claritatem. Num ut super solem fulgeant absit, quia sol iusticiæ Christus. Tunc iusti fulgebunt ut Christus. Erunt enim & ipsi dii.

1. Cor. 2.

Iterum simile est regnum caelorum thesauro in agro abscondito, quem homo qui inuenit, abscondit, & præ gaudio illius uadit & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Ager mundus: thesaurus prædicatio & scientia Christi. Occultus est autem in mūdo. Sapientia enim, inquit Paulus, prædicamus absconditam. Quærens autem scientiam Dei inuenit eam: & omnia quæ habet, siue gentilia dogmata, siue malos mores, siue diuitias, abijcit statim, & emit agrum, id est mundum. Nam qui scientiam habet Christi, possessionem propriam habet mundum, nihil enim habes omnia possidet, & elementa ei seruiunt, & imperat illis, sicut & Iesus & Moyses.

Margarita ut nascatur.

Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, qui cum inuenit unam preciosam margaritam, abiens uendit omnia quæ possidebat & mercatus est illam. Mare est præsens uita. Negotiatores, qui per hanc ambulat & quærunt scientiam quandā inuenire. Multæ enim margaritæ, multorū sapientum opiniones. Una autem preciosa, una est ueritas, quæ scilicet Christus est. Igitur sicut de margarita tradit quod in concha nascat, quæ se aperit tempore fulgoris & dein iterum claudit: cōcipit itaq; tum ex fulgore & rore, ppter eaq; candida est: sic & Christus in uirgine cōceptus est, ex superno fulgore, spiritus sancti scilicet. Et sicut sæpe margaritam tenens in manu, ipse scit quantas habeat diuitias, alij autem ignorant: ita & prædicatio in obscuris & simplicibus abscondita est. Docet igitur ut datis omnibus margaritam hanc possideamus.

Iterum simile est regnum caelorum sagenæ, quæ in mare missa, ex omni genere cōgre-

gregauit, quam ut impleta fuisset subducentes ad littus, & sedentes collegerunt quæ bona sunt, in uasa: quæ uero mala, foras eiecerunt. Sic erit in consummatione seculi, exhibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ubi erit sicutus & stridor dentium. Terribilis est hæc parabola, ostendit enim quod licet credamus, non habeamus autem uitam bonam, in ignem proijciemur. Sagenam quidem est doctrinam piscatorum apostolorum, quæ ex miraculis & testimonijs prophetarum connexa est. Quæ enim docebant Apostoli, firmabant miraculis, & prophetarum uocibus. Hæc igitur sagenæ ex omni genere congregauit, barbaros, Græcos, Iudæos, meretrices, publicanos, latrones. Quando autē impleta fuerit, & consummabitur mundus, tunc qui in sagenam fuerint, discernentur. Nam licet crediderimus, inuenti autem fuerimus mali, abijciemur. Qui autem non tales, in uasa mittent æterna tabernacula dico. Omne autem opus, siue bonū, siue malum, cibus dicitur esse animæ. Habet enim anima spirituales dentes. Tunc autem anima stridebit illis, hoc est operatiuas suas uirtutes conteret, eo quod hæc fecerit.

Dicit illis Iesus, Intellexistis hæc omnia? Dicunt illi, Etiam Dñe. At ille dixit illis, propterea omnis scriba doctus ad regnum caelorum, similis est patrifamiliæ qui depromit de thesauro suo noua & uetera. Vidisti quomodo parabole attentiores eos fecerint? Ecce igitur qui aliis insipientes, & imperiti, intelligunt ea quæ oblique dicta. Vnde laudans eos Saluator, dicit, Omnis scriba &c. Scribas em̄ uocat eos, ut doctos in lege, & licet docti essent in lege, non manserunt tamē in lege, sed docti sunt ad regnum, hoc est Christi scientiā & possunt proferre ea quæ ex nouo & quæ ex ueteri. Patrifamiliæ igitur Christus ut diues. In ipso enim thesauri sunt scientiæ, qui noua docens, ex ueteri subiungebat testimonia. exēpli gratia dixerat, p ocioso sermone rationem reddes, hoc enim nouū: dein addidit testimoniū, Ex sermonib. enim tuis iustificaberis, & condemnaberis, hoc uetus. In hoc similes Apostoli, qualis Paulus dicitur. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Math. 12. Pro. 18. 1. Cor. 4.

Et factum est, ut cum finisset Iesus parabolas has, digrederetur illinc. Et cum uenisset in patriā suā, docebat eos in synagoga illorū. Has dixit parabolas, quoniam, & paulo post docturus erat. Trāsit autē, ut & alijs sua præsentia plet. Patriā autē illius Nazareth intellige, nam in ista educatus est. Ceterū in synagoga docet publicè & liberè, ne dicere postea possint quod quædam à lege diuersa docuerit.

† diciturus erat.

Ita ut stuperet, ac dicerent: Vnde huic sapientia hæc & uirtutes? nōne hic est ille fabri filius? nōne mater eius uocatur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioses, & Simon & Iudas? & sorores eius nōne omnes apud nos sunt? Vnde igitur huic hæc omnia? & offēdebantur super eo. Insipientes erant Nazarenī, existimabāt enim ignobilitatem & obscuritatem maiorum in causa esse quo minus quis Deo placeat. Esto enim quod humilis homo fuerit Iesus, an nō & Deus? Quid obstarat magnum illum in miraculis fieri? Comprobanē igitur & inuidi, & insipientes. Oportebat sane magis gloriari, quod tantum bonum patriā eorum protulerit. Fratres autem habuit Dominus & sorores, Ioseph filios, quos genuit ex uxore fratris sui Clopæ. Mortuo enim absq; liberis Clopæ, Ioseph iuxta legem uxorem eius accepit, & pueros procreauit sex, quatuor mares, & duas scēminas. Mariam quæ dicebatur Clopæ filia, secundum legem, & Salomen. Apud nos sunt, hoc est nobiscū habitant. Offēdebant igitur & illi super Iesu. Fortassis em̄ ipsi dicebāt quod in Beelzebub eijceret dæmonia.

Ioseph ex Clopæ fratris uxore sex liberos habuit.

Iesus autem dixit illis, Non est propheta honoris expers, nisi in patriā sua, & in domo sua. Et non fecit illic uirtutes multas, propter incredulitatem illorum. Vide Christum quomodo non iniuria eos afficit, sed mansuetè dicit, Non est propheta honoris expers &c. Solemus enim homines familiares contemnere, & externos in admiratione habere. Quod autem adijcit, in domo sua, ideo fecit, quia oderant eum & fratres sui domestici. Porro illic uirtutes multas non fecit, propter incredulitatem illorū parcens eis, ne post signa increduli manentes grauius punirent. Multa igitur nō fecit, pauca autem fecit: ne possent dicere q; si ulla fecisset, credidissimus. Tu autem intellige quod & hodie Iesus in patriā sua, hoc est apud Iudæos ignominiosus est: nos autem exteri illum ueneramus.

In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam de Iesu, & dixit pueris suis, Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, & ideo uirtutes agunt in illo. Hic Herodes erat filius eius qui pueros in Bethlehém occidit. Considera autem hic factum uitae tyrannicae. Ecce enim post quantum tempus fama de Iesu ad Herodem peruenit. Qui enim potentati sunt praediti, tarde ista discunt, eo quod non curent eos qui uirtute sunt conspicui. Apparet autem quod Baptistam timuerit, & propterea de his non alijs quam pueris, hoc est seruis, effari audet. Quoniam autem uiuens Ioannes signum non fecerat, putauit Herodes quod per resurrectionem acceperit etiam hoc donum a Deo, ut miracula operetur.

Herodes enim ceperat Ioannem, & uinxerat ac posuerat in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim ei Ioannes, Non licet tibi habere eam. Et uolens eum occidere, metuebat turbam, propterea quod illum ceu prophetam habebant. Narrationis huius de Ioanne in superioribus non meminit Matthaeus, eo quod scopus illi erat ea duntaxat scribere quae ad Christum spectabant. Sanè nec tunc meminisset eius, nisi & hoc ad Christum retulisset. Arguit autem Ioannes Herodem, ut fratris uxorem non legitime habentem. Lex enim iubebat fratris uxorem accipere tunc fratrem quando ille absque liberis defungeretur. Hic autem Philippus non absque liberis defunctus erat. Erat enim ei puella quae saltabat. Sunt autem quidam qui dicunt quod etiam adhuc uiuente Philippo Herodes ei abstulerit uxorem, & tetrarchiam. Siue autem hoc, siue illud erat, illicitum erat facinus. Non timebat autem Deum, sed turbam timebat, unde distulit caedem: at diabolus opportunum tempus sibi inuenit.

Cum autem celebrarentur natalia Herodis, saltabat filia Herodiadis, in medio, & placuit Herodi, unde cum iureiurando pollicitus est se illi daturum quodquid peteret. At illa prius instructa a matre sua, Da mihi, inquit, hic in patina caput Ioannis Baptistae. Vide luxum, Regina saltat, & quanto pulchrius saltauit, tanto peius. Turpe enim est reginae, aliquid indecorum dextre facere. Considera autem aliam insipientiam Herodis, iurauit quicquid peteret daturum se. Quod si caput tuum petisset, dedisses ne illud? Da mihi, inquit, caput Ioannis. Quare apposuit hic? Timebat ne forte Herodes resipiscens postea poenitudine duceretur: propterea urget dicens, Da mihi hic.

Et indoluit rex: attamen propter iusiurandum & accumbentes iussit dari. Et cum misisset carnifices, amputauit caput Ioannis in carcere, & allatum est caput eius in patina, & datum puellae, atque illa obtulit matri suae. Et accesserunt discipuli eius, & tulerunt corpus & sepelierunt illud. Indoluit propter uirtutem. Admiratur enim uirtutem & hostis, attamen propter iusiurandum dat donum inhumanum. Discamus autem hoc loco esse aliquando melius peierare quam propter iuramentum impium aliquid facere. Sepultum autem est corpus Baptistae in Sebaste Caesarea. Venerabile autem eius caput primum in Emesam repositum fuit.

Melius peierare quam ob iuramentum impium.

Abieruntque & renunciauerunt Iesu. Quid annunciat Iesu non quod mortuus esset Ioannes, nam id fama statim attulerat, sed quod Herodes de Iesu diceret, quod Ioannes esset. Id cum audisset Iesus, secessit illinc in nauim ad desertum locum seorsum. Secedit Iesus propter Herodis homicidium, docens nos ne obijciamus nos ipsos temere in pericula, & interim ne uideam iuxta apparentiam tantum incarnatus, propterea secedit. Si enim tenuisset eum Herodes, conatus fuisset illum occidere: & si conante hoc Herode, Iesus seipsum e medijs periculis eripuisset, eo quod nondum instabat tempus mortis, habitus fuisset phantasma esse, & eapropter secedit. In desertum autem locum seorsum, ut miraculum illud de panibus operaretur.

Pericula non temere aduenda.

Et cum audissent turbam, secutae sunt eum itinere pedestri relictis urbibus. Et egressus Iesus uidit multam turbam, & miseratus illam, sanauit infirmos illorum. Fidem indicant turbam unde & ad secedentem accurrunt, & ideo sanitatem fidei mercedem deportant, sed & quod pedestri itinere incedunt, & quod absque cibis ueniunt, fidei signa sunt.

Facta autem uespera accesserunt ad eum discipuli ipsius dicentes, Desertum est locus, & hora iam praeteriit: dimitte turbas ut abeat in uicos, & emant sibi cibaria. At illis dixit Iesus, Non est illis necesse ut abeat, date illis uos quod edant. Misericordes sunt discipuli.

A discipuli. Curam enim gerunt turbam, & propterea nolunt eam ieiunam esse. Quid igitur saluator? Date uos illis quod edant. Hoc autem dicit, non tanquam ignorans in quantitate Apostoli egestate essent: sed ut dicentibus illis se non habere quod edant, appareat ipsum non inanis gloriae studio, sed necessitate ad operandum miraculum procedere.

At illi dicunt ei, Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. Ille uero dixit, Afferte mihi eos huc. Et iussit turbas ut discumberent super gramina, sumptisque quinque panibus, ac duobus piscibus, ac sublati in caelum oculis benedixit. Nam licet uespera sit, tamen temporum ego conditor adsum: licet desertus locus sit, tamen sum ego qui omni carni escam do. Discamus autem hoc loco, quod etiam pauca quae habemus, in hospitalitate infumere debemus. Etenim apostoli pauca habentes, dederunt turbis: & quemadmodum pauca haec multiplicauit, ita & tua pauca multiplicabuntur. Facit autem turbas super gramina considerare, frugalitatem docens, ne tu in preciosis lectis & stratis recumbas. Porro suspicit in caelum & benedicit panes: fortassis ut maior fides ei habeatur quod non sit contrarius Deo, sed caelitus & a patre uenerit. Docet quoque ut & nos mentiam accedentes, primum gratias agamus, & sic comedamus.

Et cum fregisset, dedit discipulis panes, discipuli uero turbis. Et comederunt omnes, & saturati sunt, & sustulerunt quod superfuerat de fragmentis, duodecim cophinas plenas. Porro qui comederat, fuisse uiri ferme quinquies mille, praeter mulieres ac pueros. Discipulis dat panes, ut in memoria semper habeant miraculum, & ne effluat a cogitatione eorum, tamen illi cito obliuiscerentur. Ne autem opineris quod apparenter tantum miracula fecerit, multiplicantur usque ad impletionem duodecim cophinarum panes, ut & Iudas portet, & ad prodendum non sit peruicax, miraculum secum cogitans. Panes autem multiplicat & pisces, ut ostendat quod ipse sit qui terram & mare condiderit, & omnes cibi nostri ab ipso nobis dentur, & per ipsum multiplicentur. Caeterum in deserto sit miraculum, ne quis opinetur e ciuitate uicina emptos panes, multitudinibus distributos, desertum enim erat. Et hoc quidem secundum historiam, iuxta anagogen autem dicitur. Postquam Herodes, hoc est carnalis & pellicea mens Iudaeorum (ita enim Herodes sonat) decollauit Ioannem prophetarum caput, hoc est de Christo praedicentibus non credidit, secedit Iesus in desertum locum, ad gentes a Deo destitutas, & sanauit infirmas animas, & deinde pauit eas. Nam nisi remiserit nobis peccata, & sanauerit morbos per baptismum, non pascet nos communione impollutorum mysteriorum. Nullus enim non baptisatus communicat. Iam quinque milia signant eos quorum quinque sensus male affecti erant, qui & per quinque panes curantur. Enim uero quia quinque sensus infirmabantur, quot plaga erant, tot erant & emplastra. Duo uero pisces, piscatorum sermones. Unus piscis Euangelium, alius piscis Apostolus. Quidam quinque panes, quinque libros Moysi intellexerunt, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium. Duodecim autem cophinae fuerunt sublati ab Apostolis, & portati. Quaecumque enim nos turbam comedere & intelligere non potuimus, eorum Apostoli capaces portarunt. Excepit autem mulieres ac paruulos. Exigitur enim a Christiano ne quid puerile uel muliebri praeseferat.

Et statim coegit Iesus discipulos suos intrare in nauim, & praecedere se in ulterio rem ripam, donec dimisisset turbas. Ut significaret quod indiuisi essent a Domino discipuli, dixit, coegit, semper enim ei adesse uolebant. Dimittit autem & turbas, nolens ipsas subsequi, ne arrogantiae studiosus uideretur.

Et dimissis turbis, ascendit in montem ad orandum seorsum. Cum autem aduenisset uespera, solus erat illic. Caeterum nauis iam in medio maris erat, & afflictabatur a fluctibus, nam uentus erat aduersus. Ostendens nobis quod oporteat absque distractione mentis precari, in montem ascendit. omnia enim propter nos facit, nec enim ipse precibus opus habet. Usque ad uesperam autem precatur, docens quod nos non statim ab orationibus discedere debeamus, sed & nocte potissimum illis uacare, tunc enim maior quies. Permittit autem discipulos in tempestate, quo discant tentationes ferre fortiter, suamque agnoscant uirtutem. In medio autem maris nauigium, signat maiorem esse timorem.

Quarta autem noctis uigilia abiit ad illos Iesus, ambulans super mare, & ubi uidissent eum

Vigilie no-
ctis iuxta
militare di-
sciplinā par-
titā.

eum discipuli super mare ambulante, turbati sunt, dicentes, Spectrū est, ac prae-
tu exclamauerunt: sed statim locutus est illis dicens, Fidite, ego sum, ne terreamini. Non
mox astitit eis ut tempestatē sedaret, docens nō statim petendā aduersitatum
solutionem, sed ferendas fortiter. at circa quartā uigiliā. In quatuor enim partes no-
ctem diuidunt custodes iuxta militare disciplinā, singulis per tres horas suam ser-
uantibus custodiam. Dominus autē post nonā horā noctis ambulans supra aquā
tanquā Deus astitit. Illi autē rem tam rarā ac insolitā spectantes, putabant spectrum
esse. Neque enim a specie ipsum cognoscebant, partim propter noctē, partim propter
metum. Ille autē animās illos, primū eis dixit, Ego sum, qui omnia possum: fidite.

Respondens autē illi Petrus dixit, Domine, si tu es, iubeto me uenire ad te super
aqua. Feruentissima Petri erga Christum charitas erat. desiderabat enim statim
prope illum esse, & prae alijs. Credidit autē quod Iesus nō solum ipse ambularet super
aqua, sed & sibi daturus esset hoc. Non dixit autē, Iube me ire, sed, ad te ire. Nam
illud ostentationis est, hoc autem amoris in Christum.

Ille autē dixit, Veni, Et cum descendisset e nauī Petrus, ambulabat super aquas,
ut iret ad Iesum. Ceterū cum uideret uentum ualidū, territus est: & cum coepisset
demergi, clamauit dicens, Domine serua me. Subtrauit Dominus Petro mare,
suam declarans uirtutem. Attende autē quod maiori periculo nempe maris supe-
rato uentum timuit: ita infirma est humana natura: & statim ut timuit, coepit sub-
mergi, quando enim fides infirma est, tunc in profunda descendit Petrus. Hoc
autē fecit, ne ille superbiret, & alios solaretur discipulos, forte enim inuiderunt, sed
& Christus quantum ipsum amet, ostendit.

† superet

Confestim autē Iesus extenta manu apprehēdit eum, & dixit illi, Parue fidei, ad quod
formidasti: Et ingressis illis in nauim, coquieuit uentus. Porro qui in nauī erant ac-
cesserunt ad eum, & adorauerunt dicentes, Verē Dei filius es. Ostendens Christus
non uentum, sed pusillanimitatem submergendi causam esse, non uentum incre-
pat, sed Petrum pusillanimitatem, Ideo & apprehensum eum statuit super aquam per-
misso uento flare. Non omnino autem dubitabat Petrus, sed secundum quid, hoc
est ex parte, nam iuxta id quod dubitauit, incredulus fuit: iuxta id autem quod cla-
mauit, Domine serua me, curauit incredulitatem. Ideo paruae fidei dicitur, nō incre-
dulus. Igitur qui in nauī, & ipsi metu soluti sunt, Cessauit enim uentus. Et ex his co-
gnito Iesu, confessi sunt eius deitatem. Neque enim hominis est super mare ambu-
lare, sed Dei: sicut & Dauid dicit, In mari uia tuae, & semita tuae in aquis multis. Iux-
ta anagogē autem, nauis terra, fluctus uita a malis spiritibus turbata, nox ignoran-
tia. In quarta igitur uigilia, ad finem seculorum astitit Christus. Prima uigilia, se-
cunda cum Abraham: secunda, lex Moysi: tertia, prophetę: quarta, Domini aduentus.
Ipse enim seruauit nos fluctibus agitato, ueniens ad nos, ita ut eum cognosceremus,
& ut Deum adoraremus. Vide autem & hoc quod negationem Petri, & deinde e-
ius conuersionem & poenitentiam praesignarunt ea quae ipsi in mari acciderunt.

Marc. 14.

Nam sicut illic dicebat confidens, Non te negabo: sic & hic, Iube me uenire ad te
super aquas, sicut tunc permisit negare, ita & hic permittit mergi. Hic manum ei
porrexit Dominus, & non permisit eum submergi: ita tunc per poenitentiam eum a
profundo negationis extraxit.

Fimbriam
uestimenti
Christi tan-
gere.

Et cum traiecissent, uenerunt in terram Genezareth. Et cum agnouissent illum
uiri loci illius, emisserunt nuntios in totam undique finitimam regionem, & attule-
runt illi omnes male habentes, & obsecrabant eum ut tantum tangerent fimbriam
uestimenti ipsius, & quotquot tetigerunt eum salui facti sunt. Genezareni Christū
multo tempore apud se uersantem non solum ex aspectu, sed etiā ex miraculis ag-
noscentes alacrem exhibuerunt fidem, ita ut cuperent & fimbriam contingere,
atque ita curati sunt. Sic & tu quoque summitatem uestis Christi contingito, hoc est
finem incolatus tui in carne. Si enim credideris quae assumptus est, saluaberis. Ve-
stis enim caro: fimbria autē eius finis uitae.

CAPVT XV.

Tunc accedunt ad Iesum Hierosolymitani scribae & pharisaei, dicentes, Qua-
re discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum, nō enim lauant manus
suas

suas quando edunt panem. Quamquam in omnibus locis erant scribae & pharisaei,
magis tamen uenerabiles erant Hierosolymitani: ideo illi magis inuidebant, utpote,
inanis gloriae magis appetentes. Morem autem habebant Iudaei non comedere il-
lotis manibus, idque ex patrum traditione. Has igitur traditiones ut uidissent non ob-
seruari a discipulis, putauerunt illos contemnere seniores. Nihil igitur ad hoc respon-
det, sed uicissim reprehendit eos.

At ille respondens dixit eis, Quare & uos transgredimini praeceptum Dei propter
traditionem uestram? nam Deus praecepit dicens, Honora patrem & matrem: & qui
maledixerit patri aut matri, morte moriatur: uos autem dicitis, Quicumque dixerit pa-
tri aut matri, quicquid doni a me profecturum erat, id in tuum uertetur commodū,
& non honorabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis praeceptū Dei
propter traditionem uestram. Pharisaei accusabant discipulos quasi mandatum se-
niorum prauaricantes: Christus autem ostendit ipsos Dei legem prauaricari. Do-
cebant enim pueros ne quid darent parentibus, sed offerrent quaecumque habebant in
gazophylacium templi. Erat autem in templo thesaurus, in quem quisquis uolebat
quippiam immitteret, uocabatur que ille gaza, at distribuebatur in pauperes thesau-
rus. Pharisaei igitur persuadebant pueris nequid darent parentibus, sed offerrent in
thesaurum templi: docebantque ipsos ut dicerent, Donum Dei est, id est oblatum Deo
est o pater, id quod per me tibi usui esse cupis. Et sic partiebant ipsi cum pauperibus,
& parentes relinquebantur & contemnebantur, nec in senecta alebantur. Faciebant
autem hoc & foeneratores. Si quis enim cuiquam dedisset ad usuram pecunias, & de-
inde malus debitor non esset soluendo, dicebat foenerator ad illum ingratum debi-
torem, Corban est quod debes mihi, hoc est donū Deo oblatū. Debitor igitur tunc
quasi Deo debens, etiā inuitus dnum erabat. Hoc docebant pharisaei pueros facere.

Hypocrita, bene prophetauit de uobis Esaias dicens, Appropinquat mihi popu-
lus hic ore suo, & labijs me honorat, ceterum cor eorum procul abest a me. Sed frustra
me colunt docentes praecepta doctrinas hominum. Ostendit Esaias uoce quae etiam
tales sint erga patrem suum, quales & erga se inueniunt. Nam cum mali essent, pro-
pter mala opera loge fiebant a Deo, & diuinū sermonē solo ore loquebantur. Frustra
enim colunt & putant se colere Deum, qui per opera illum dehonoraunt.

Et aduocatis ad se turbas, dixit eis, Audite & intelligite. Nō quod ingreditur os,
impurat hominē: sed quod egreditur ex ore, hoc impurū reddit hominē. Non loquitur
ultra pharisaeis, utpote incurabilibus: turba autē loquitur, & per quos illos ad se aduocat
honorē illis deferre uidetur, ut suscipiat sermonē suū: & inquit, Audite, & intelligite,
excitās eos, & attentos facies. Quia autē pharisaei arguerāt discipulos quod illotis mani-
bus comederēt. Dñs de cibis dicit quod nullus cibus coinquinet hominē, uel impu-
ret. Et si cibus non impurat, multo minus illotis comedere manibus. Coinquinat e-
nim intus hominē dicere quae nō oportet. Notat autē latenter pharisaeos per illa uerba,
qui dicentes inuidorū uerba coinquinabantur. Vide autem sapientiam quomodo
neque manifeste illotis manibus comedere approbat, neque auerfatur, sed aliud quiddā
docet, quod est eijciat e peccatore malos sermones.

† nō eijciat

Tunc accedentes discipuli eius dixerunt illi, Nosti pharisaeos audito sermone isto
offensos fuisse? At ille respondens dixit, Discipuli propter pharisaeos dicunt quod offen-
si sint, tamen etiā ipsi turbati fuerint, quod manifestū ex eo quod accesserit Petrus, & in-
terrogauerit de hoc. Igitur Iesus cum audisset quod offensi essent pharisaei, dixit.

Omnis plantatio quam non plantaui pater meus caelestis, eradicabitur. Omittite il-
los, duces sunt ceci caecorum. Porro si caecus caeco dux fuerit, ambo in foueam cadēt. In
seniorum traditiones & Iudaeorum praecepta eradicatum iri dixit, non legalia, ut
existimant Manichaei. Lex enim plantatio est Dei, non igitur illa eradicata est. Ma-
net enim radix eius, id est spiritus qui in occulto est. Folia autem, hoc est apprens
litera, defluunt. Legem enim ultra nō iuxta literam, sed iuxta spiritū intelligimus.
Quoniam autē desperati ac incurabiles erant pharisaei, dixit, Omittite illos. Hinc enim
discimus, quod offendi illos qui sponte offenduntur, & incurabiles sunt, nō est nobis da-
mnosum, Praeceptores autē illos dicit caecos caecorum duces, ut ab eis turbas abducant.

Respon-

Lex Dei
plantatio
est, adeoque
non est era-
dicata.

Respondens autem Petrus dixit ei, Dic nobis parabolam hanc. Petrus quia sciebat legem prohibere promiscue esum omnium, & timebat dicere Iesu, Ex his que dixisti, offendimur: apparent enim legi aduersa esse: simulat ignorantiam, & interrogat.

Iesus autem dixit, Adhuc & uos intelligentia caretis: Nondum intelligitis quod quicquid ingreditur in os, in alium abit, & in secessum eiecitur: At ea que proficiuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem. Nam ex corde exeunt cogitationes malae, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, conuicia. Haec sunt quae impurant hominem. Caterum illotis manibus cibum capere, non inquinat hominem. Increpat discipulos saluator, & insipientiam exprobrat uel ut offensis, uel ut manifesta ignorantibus. Dicit igitur, Non intelligitis quod omnes intelligunt & sciunt: Cibi enim non manent intus, sed infra exeunt per alium, & nullum hominem in anima coinquinant, non enim manent intus. Cogitationes autem intrinsecus nascuntur, & manent illic, & egredientes, hoc est, in opus procedentes & actus inquinant hominem. Cogitatio enim scortationis intrinsecus manens maculat, & egrediens in opus maculat.

Et digressus illinc Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis: & ecce mulier Chanaanæ quae a finibus illis uenerat, clamabat ad illum dicens, Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea miserè a daemonio agitatur. Ille uerò non respondit ei uerbum. Quare discipulos prohibuit ire in uiam gentium, ipse autem in Tyrum & Sidonem gentilium ciuitates iuit? Dicit igitur quod non ut praedicaturus iuit illuc, quia (ut Marcus dicit) & occultauit se. Vel aliter dicit, quia uidit pharisaeos nolle suscipere sermonem de cibis, transiit ad Gentes. Miserere autem dicit, non filiae meae (illa enim sensu caret) sed mei, quae tam grauius patior & sentio. Nec dicit, Veni, & sana, sed miserere. At ille non respondit ei uerbum, non quod contemnat, sed ut ostendat quod propter Iudaeos uenerit, prius illos docens: & ut occultat calumnias eorum, ne possint postea dicere quod gentilibus benefecerit ipsis contemptis. Ad haec etiam firmam mulieris fidem manifestam reddit.

Et accedentes discipuli eius rogabant illum dicentes, Omitte illam, nam clamat post nos. At ille respondens dixit, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Discipuli grauatim ferentes clamorem mulieris, rogabant, Dimitte eam, hoc est obsecrabant ut ablegaret illam a se. Hoc autem faciebant non tanquam immiseri cordes, sed magis uolentes persuadere Domino ut miseretur ei. At ille inquit, Non sum missus nisi ad Iudaeos, qui sunt oues perditae per eorum malitiam, quibus fuerat concredita. Per hoc autem amplius euulgat fidem mulieris.

Illam uerò uenit & adorauit illum dicens, Domine, succurre mihi. At ille respondit, ac dixit, Non est bonum sumere panem filiorum, & obijcere catellis. Illa autem dixit, Etiam Domine, etenim catelli comedunt de micis quae cadunt de mensa domini suorum. Postquam uidit mulier patronos suos repulsam passos, iterum Dominum seruentem accedit, & inuocat ut Dominum. Quia autem Christus canem illam dixerat, eo quod gentiles impuram agerent uitam, & in sanguine idolis immolatorum uersarentur, filios uerò Iudaeos: illa ualde sapienter & magno intellectu respondit, Quamuis & canis sim, & indigna quae panem accipiam, hoc est uirtutem, & signum magnum: sed hoc quod paruum quidem, quantum ad uirtutem tuam attinget, mihi autem magnum fuerit, da, sicut & qui panes comedunt, non magni faciunt si micas dent: canes autem bene ex his pascuntur.

Tunc respondens Iesus dixit illi, O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Nunc manifestat Iesus causam propter quam sanationem ab initio distulerit, nempe ut fides & prudentia mulieris clarescat. Propterea non statim ab initio annuit Christus, sed magis illam a se amandauit: nunc autem quando quidem eius fides manifestata est, laudat eam. Magna est fides tua. Hoc autem quod dicit, Fiat tibi sicut uis, ostendit quod nisi fidem habuisset, nihil fuisset assequuta. Atque ita si uoluerimus & nos, nihil uetat & nos assequi quae uoluerimus. Obserua autem quod licet sancti orent pro nobis, sicut pro illa apostoli, attamen nos pro nobis ipsi petentes magis audimur. Est autem Chanaan symbolum ecclesiae e-

Supra 10.
Marci 7.

De inter-
cessione san-
ctorum.

gentibus collectae. Nam & gentes prius repulsae fuerunt, & postea in filiorum ordine allecuae, & obtinuerunt panem corporis Domini. Iudaei autem canes facti, ex micis uidentur pasci, hoc est paruitate & uilitate literae. Significat enim Tyrus cohibitionem, Sidon autem uenantes: Chanaanæ, praeparata humiliationi. Gentiles igitur qui malitia tenebantur, inter quos fuerunt uenatores animarum daemones, humilitate sunt praeparati. Iusti enim sublimi tegno Dei sunt praeparati.

Et progressus illinc Iesus, uenit iuxta mare Galilaeae, & cōscenso monte sedebat illic: & accesserunt ad eum turbae multae, habentes secum claudos, caecos, surdos, mutilos, & alios multos, & abiecerunt eos ante pedes Iesu, & sanauit eos, adeo ut turbae miratae sint cum uiderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, caecos uidere: & glorificabant Deum Israel. Non cōtinuo uersatur in Iudaea, sed Galilaea, propter multam incredulitatem Iudaeorum. Galilaei enim fidiore illis erant. Vide igitur fidem illorum, quomodo & in monte ascendat claudi existentes & ceteri, non segnes sunt, sed & ad pedes Iesu obijciunt, utpote illum supra hominem esse existimantes, unde & sanitate assequuti sunt. Et tu igitur ascende in montem mandatorum, ubi sedet Iesus: & si caecus fueris, non ualens uidere per te ipsum quod bonum: & si claudus, uidentem quod bonum, non ualens autem ad hoc peruenire: & si surdus qui neque alium audias admonentem, neque alium admonere ualeas: & si mutilus sis, non ualens extendere manum ad eleemosynam: & si alio quodam morbo tenere: prosterne te ad pedes Iesu, & uestigia uitae illius attinge, curaque habebis.

Iesus autem uocatis ad se discipulis suis dixit: Miserere me turbae, propterea quod iam triduum perseuerant apud me, & non habent quod edant: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Turbae quidem non audebant panes petere, utpote qui ad recipiendam sanitatem uenerant, ipse autem misericors existens, curam agit: & ne quis dicere possit quod alia uatica habeant, inquit quod si etiam habuissent, fuissent consumpta. Tres enim iam dies sunt. Ostendit autem quod a longe uenerint, dicendo, ne deficiant in uia. Haec autem dicit ad discipulos, excitare eos uolens ut dicant ipsi quod possunt eos alere, sicut & quinque milia: sed illi adhuc sapientia carebant.

Et dicit illi discipuli eius: Unde nobis in solitudine panes tam multi ut saturemus turbam tantam? Quamuis non oportebat illos oblitos esse quod & prius plures pauerit in solitudine, sed stupidi erant, ut cum postea hos uideris tanta sapientia praeditos, mireris Dei gratiam.

Et dicit illis Iesus, Quot panes habetis? Illi autem dixerunt, Septem, & paucos pisciculos. Et iussit turbas discumbere in terra, & sumpsit septem panes ac pisces: & postquam gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis: discipuli autem turbae. Comederuntque omnes, & saturati sunt. Et susculerunt quod supererat fragmentorum, septem sportulas plenas. At hi qui comederant, erant quatuor mille uiri, praeter mulieres & pueros. Frugalitatem docens, super terram recumbere iubet: & gratias agere ante cibum docens, gratias agit & ipse. Rogas autem, quo pacto illic quidem quum essent quinque panes, & quinque milia aliti essent, duodecim cophini superauerunt: hic autem quum essent pauciores pascendi, & plures panes, septem sportae: Dicit igitur posset quod sportae maiores essent cophinis, uel ne aequalitas miraculi eos obliuisci faceret. Nam si nunc quoque superuissent duodecim cophini, obliti fuissent ob aequalitatem, quod iterum miraculum fecisset in panibus. Tu autem & hoc scias, quod quatuor milia, hoc est qui quatuor uirtutes recte possident, hi septem panibus, hoc est magis spiritualibus & perfectis sermonibus pascuntur. Septenarius enim numerus, septem spiritualium donorum est symbolum. Discumbunt autem super terram, quia omnibus terrenis superiores sunt, & calcant ea: sicut & quinque milia super foenum discubuerunt, hoc est carnem & gloriam subiecerunt. Omnis enim caro foenum, & omnis gloria hominis sicut flos foeni. Septem autem sportae hoc loco residuae, eo quod spiritualia & perfectiora fuerunt, quae non poterunt comedere. Illa igitur supererant, quae septem sportae capiunt, hoc est quae solus sanctus spiritus scit. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei.

Et dimissus turbis conscendit nauim, uenitque in fines Magdala. Secedit Iesus. Nullum enim signum plures, ut eum sequerentur, incitabat, quam illud quod in multiplicandis panibus fecerat. Ita ut etiam (quemadmodum ait Ioannes) in regem assumptum iri erant illum, Unde & secedit, quo tyrannidis effugiat suspicionem.

e CAPVT

Supra 14.
Ioan. 6.

Gratias agere Deo ante cibum exemplo docet Christus.

Eccles. 14.
Esai. 40.

1. Cor. 2.

Ioan. 6.

ET aggressi Pharisei una cum Sadduceis, tentantes rogabant eum ut signum e celo ostenderet sibi. Tamen dogmatis dissideant Sadducei & Pharisei, nihilominus tamen contra Christum conspirant. Signum autem e celo petunt, ut sistere solem uel lunam. Existimabant enim quod signa quae super terram fiebant, diabolica uirtute & in Beelzebul fierent. Ignorabant enim insipientes quod & Moyses in Aegypto multa signa super terram fecerat, & ignem e celo descendisse super pecora Iob a diabolo erat, atque adeo non omnia quae e celo, a Deo; neque quae in terra omnia, a daemonibus.

Exod. 7. 8.
9. 10.
Iob. 1.

At ille respondens dixit eis, Cum coeperit esse uespera, dicitis, Serenitas erit, nam rubet coelum. Et mane, Hodie tempestas, rubet enim coelum triste. Hypocritae, faciem coeli scitis diiudicare, signa uero temporum non potestis. Reprehendit tentatiuum illorum quaestionem, hypocritas ipsos nominans; & inquit, sicut signorum apparentium in coelo aliud quidem pluuiarum, aliud autem serenitatis indicium est; & nemo uidens pluuiarum signum, serenitatem requirit; uel serenitatis signum uidens, pluuias timet; sic & de me cogitare oportet, quod aliud tempus huius aduentus, & aliud futuri. Nunc opus est miraculis in terra; quae autem in coelo fient, usque in illud tempus reseruabuntur, quo sol extinguetur, luna occultabitur, coelum immutabitur.

Infr. 24.
Mat. 13.

Natio praua & adultera signum requirit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae. Et relictis illis abiit. Natio mala, utpote tentans; & adultera, ut deficiens a Deo, & adhaerens diabolo. Petentibus autem signum e celo, non dat nisi signum Ionae prophetae, hoc est quod in uentre magni ceti, hoc est mortis, factus triduanus, resurget. Hoc autem signum etiam e celo esse dixeris. In morte enim eius obtemperatus est sol, creatura omnis immutata est. Vide autem sermonem, Signum non dabitur ei nisi signum Ionae prophetae. Ipsi enim data sunt signa, hoc est, propter ipsos facta sunt, tamen non crediderunt. Proinde & relictis illis ut incurabilibus, abiit.

Ion. 2.

Et cum uenissent discipuli eius in ulteriorem ripam, per obliuionem non acceperunt panes. At Iesus dixit illis, Videte & caueate a fermento Phariseorum & Sadduceorum. Quemadmodum fermentum amarum est & uetus, ita & Phariseorum & Sadduceorum doctrina mordet animas, amara existens, & ueteres seniorum traditiones introducens. Et sicut fermentum temperatura est aquae & farinae, & sic doctrina Phariseorum mixta est ex sermone & ex uita corrupta. Non dixit autem illis manifeste, Caueate a doctrina Phariseorum, ut memores eos faceret signi panum.

Sup. 14. 15.

At illi reputabant intra se dicentes, Panes non sumpsimus. Quod ubi cognouit Iesus, dixit illis, Quid cogitatis intra uos ipsos o parum fidentes, quod panes non sumpsistis? Nondum intelligitis, neque memoria tenetis quinque illos panes, cum homines essent quinque milia, & quot cophinos sustuleritis: neque septem illos panes, cum essent quattuor milia, & quot sportas acceperitis? Qui fit ut non intelligatis me non de pane dixisse uobis illud, ut caueretis a fermento Phariseorum & Sadduceorum? Tunc intellexerunt, quod non iussisset cauere a fermento panis, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum. Existimabant quod hoc diceret illis, ut custodirent se ne coinquinarentur a cibis Iudaicis, ideoque loquebantur inter se quod panes non acceperunt. Exprobrat igitur illis quod tam stulti & tam paruae fidei essent. Imprudentes enim erant & stulti, quod non cogitabant quam paucis panibus multos supra aluisset, Et quod paucae fidei, quod quia non emerant a Iudeis panes, diffiderent ipsum posse alicunde acquirere. Et ut acrius eos perstrinxit (non enim ubique bona est mansuetudo) statim intellexerunt quod fermentum, doctrinam uocasset. Tantum ubique ualet rationabilis increpatio.

Supr. 14.
Marc. 6.

Cum uenisset autem Iesus in partes Caesareae Philippi, interrogabat discipulos suos dicens, Quem me dicunt homines esse, filium illum hominis? Meminit eius qui ciuitatem condidit, quia est & alia Caesarea Stratonis, & non in illa, sed in hac illis interrogat. Procul enim a Iudeis abducit discipulos, ut nullum timentes libere ac fidenter dicant. Primum autem percontatur multitudinis opinionem, ut ad subliorem adducantur cogitationem, & ne in eandem, in quam plerique, cadant humilitatem. Non interrogat autem, Quem me dicunt Pharisei: sed homines: de simplici multitudine dicens.

Illi uero dicebant, Alij quidem Ioannem Baptistam, alij uero Heliam, alij autem Hieremiam, aut unum ex prophetis. Qui Ioannem illum nominabant, erant ex his qui cum Herode

rode, qui putabat Ioannem post resurrectionem etiam donum accepisse operandi miracula. Qui autem Heliam, mouebantur ex eo quod acriter reprehendebat, & expectabant quod ueniret. Qui uero Hieremiam, hoc dicebant, quod simili sapientia praeditus esset, quam a nullo didicerat. Etenim Hieremias cum puer esset, in prophetam assumptus est.

Hier. 1.

Dicit illis, Vos autem quem me dicitis esse? Respondens autem Simon Petrus dixit, Tu es Christus ille filius Dei uiuentis. Iterum ut feruentior Petrus profilit, & uere confitetur ipsum esse filium Dei. Non enim dixit, Tu es Christus filius Dei uiuentis, absque articulo, sed cum articulo, ille filius, hoc est, ille ipse, qui solus & unicus: non gratia filius, sed qui ex ipsa patris substantia genitus: quia & multi Christi erant, sacerdotes & reges omnes, sed Christus cum articulo unus est.

Et respondens Iesus, dixit illi, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in caelis. Beatum dicit Petrum, quia a diuina gratia scientiam acceperat: approbans autem Petrum, ostendit consequenter aliorum hominum opiniones falsas. Dixit autem illum Bar Iona, hoc est, filium Iona: quali ita diceret, sicut tu Iona filius, ita ego patris mei caelestis, consubstantialis illi existens sum. Reuelationem autem scientiam dicit, quia abscondita & ignota ei a patre erant reuelata.

At ego tibi dico, quod tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt contra illam. Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quod supra eum aedificauit ecclesiam. Quia enim confessus erat eum Dei filium Petrus, dixit quod haec confessio qua confessus est, fundamentum erit futurum credentium: ita ut omnis homo extructurus fidei domum, hoc iacutus sit fundamentum. Nam licet innumeras codamus uirtutes, non habeamus autem fundamentum rectam confessionem, inutiliter aedificamus. cum autem dixit, ecclesiam meam, ostendit se Dominum uniuersi: Deo enim seruiunt omnia. Portae autem inferi, temporales sunt persecutores, qui ad infernum mittentur conant Christianos. Et haeretici quoque portae sunt ad infernum ducentes. Multis igitur persecutoribus, & multis haeticis praeualuit ecclesia. Est autem & unusquisque nostrum ecclesia, quae sit domus Dei. Si igitur in confessione Christi confirmati fuerimus, portae inferi, hoc est, peccata, non praeualebunt nobis. De his enim portis exaltatus Dauid dicebat, Qui exaltat me de portis mortis, Quales portae o Dauid: Duae: caedis scilicet, & adulterij.

Quomodo
super Petrum
aedificatio
ecclesiae.

Psal. 118.

Psal. 9.

Et dabo tibi clauis regni caelorum, & quicquid alligaueris super terram, erit alligatum in caelis: & quicquid solueris super terram, erit solutum in caelis. Tanquam Deus magna potestate dicit, Dabo tibi. Sicut enim pater dedit tibi reuelationem, sic ego clauis. Clauis autem intelligas quae ligat & soluit, hoc est delictorum uel indulgentias uel poenas. Habent enim potestatem remittendi & ligandi, qui sicut Petrus, episcopatus gratiam affecti sunt. Quamuis autem Petro soli dictum sit, Dabo tibi: omnibus tamen & apostolis concessae sunt. Quando: cum dixit, Quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur. Etenim cum dixit, Dabo, futurum tempus signat, hoc est, post resurrectionem. Coeli autem dicuntur & uirtutes, quarum clauis sunt bonae operationes. Nam operando ingredimur, quasi per clauis quadam aperientes unamquamque uirtutum. Si autem non operor, sed solum scio bonum, habeo quidem clauem scientiae solum, extra autem maneo. Ligatur autem in caelis, hoc est in uirtutibus, qui non ambulat in illis: nam sedulus in illis solutus est. Ne habeamus igitur peccata, ut non catenis nostrorum peccatorum ligati simus.

Ioan. 20.
Coeli uirtutes:

Tunc edixit discipulis suis ne cui dicerent quod ipse esset Christus. Volebat Christus ante crucem obscurari suam gloriam. Nam si audiissent homines ante passionem quod Deus esset, & deinde uiderent eum pati, quomodo non fuissent offensi? Et propterea occultat se multis, ut post resurrectionem absque offendiculo a multis sciatur, spiritu sancto omnia miraculorum operationibus adaequantem.

Ex eo tempore coepit Iesus indicare discipulis suis quod oporteret ipsum abire Hierosolymam, & multa pati a senioribus & principibus sacerdotum & scribis, & occidi, & tertio die resuscitari. Praedicat illis passionem, ne inexpectata illa ueniente offendantur, putantes quod inuitus & non praesciens passus esset. Postquam enim audierunt per confessionem Petri quod filius sit Dei, tunc reuelauit illis & passionem. Post tristitia autem subdit & laetitiam, nempe quod die tertio resurgeret.

Et cum abduxisset illum Petrus, coepit increpare illum, dicens: Propitius esto tibi Domine, nequaquam erit tibi hoc. Id quod reuelatum erat, Petrus recte confessus est:

in eo autem quod non reuelatum, lapsus: ut sciamus quod absq; Deo neq; ille loquutus A est magnum quiddam. Nolens igitur Petrus Christum pati, & ignorans resurrectionis mysterium, dixit, Propitius esto tibi Domine, nequaquam erit tibi hoc.

Recte loquentem Petrum, beatus Christus dicit: male autem, satana.

Conuersus autem ille, dixit Petro: Abi post me Satana, obstaculo es mihi: quia non sapis ea quae sunt Dei, sed ea quae sunt hominum. Petrum recte quidem loquentem, beatum praedicat Christus: irrationabiliter autem formidantem, & nolentem se pati, perstringit, dicens, Vade post me Satana. Satanas autem aduersarius dicitur. Vade igitur post me, hoc est, ne obstitas, sed sequere uoluntatem meam. Vocat autem sic Petrum, quia etiam Satanae displicebat pati Christum. Dicit igitur, Tibi quidem iuxta humanam rationem uidetur mihi indecens passio: non intelligis autem quod Deus per hanc salutem operetur, & quod hoc me maxime deceat.

Christus ostendit liberum arbitrium, dicens, Si quis uult.

Tunc Iesus dixit discipulis suis, Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Tunc, quando cum Petrum increpasset, Volens enim ostendere errare Petrum prohibentem se pati, dicit, Tu quidem me prohibes, ego autem dico tibi, non solum, si non patiar, tibi damnosum esse: sed neq; tu saluari poteris, nisi & ipse mortaris, & quisquis alius, siue uir, siue mulier, siue pauper, siue diues. Dicit autem Vult, ut ostendat liberum arbitrium, & non coactam uirtutem. Post Christum autem sequitur non solum is qui illum confitetur filium Dei, sed & qui per omnia grauiam transit, & illa sustinet. Abneget autem semetipsum dicit perfectam abnegationem per praepositionem ab, significans: exempli gratia, ne habeat communionem quandam cum corpore, sed contemnat seipsum: sicut consueuimus dicere quod quis quempiam negarit, hoc est, non habuit eum pro amico uel noto. Sic igitur omnes docet nullam cum corpore habere communionem, id est amicitiam, ita ut & crucem tollant, hoc est, mortem eligant, & cum studio inquirant etiam mortem ignominiosissimam, qualis crux apud ueteres fuit. Sed & sequatur me, inquit. Multi enim crucifiguntur latrones & fures, at illi non sunt discipuli mei. Sequatur igitur, hoc est, omnem aliam uirtutem praeseferat. Abnegat autem seipsum & qui heri quidem intemperatus erat, hodie autem castus & sobrius. Talis erat Paulus, qui abnegauit semetipsum cum diceret, Vivo autem non iam ego, uiuit autem in me Christus. Tollit autem crucem, qui mortificauit & crucifixit seipsum mundo.

Galat. 2. Crucem tollit qui mortificat seipsum.

Qui enim uoluerit animam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdidit animam propter me, inueniet eam. Ad martyrium adhortatur nos, inuenit enim animam ad praesens, hoc est, seruat, negans, qui & postea perdit. Perdit autem animam, sed propter Christum, qui de eo testificatur: qui & inueniet eam in incorruptione, & uita aeterna.

Rom. 2. Ecl. 16.

Quid enim prodest homini, si totum mundum lucratus fuerit, animam uero suam iacturam fecerit? Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam suam? Venturus est enim filius hominis in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique iuxta facta ipsius. Sic igitur & fingamus quod totum mundum lucreris, sed quae utilitas si corpus bene habeat, & anima male afficiatur: quemadmodum si materfamilias lacera ueste, & ancillae fulgido ornatu incedant. Neq; in futuro seculo poterit quis dare commutationem pro anima sua: hic quidem potest dare lachrymas & elemosynam, & ieiunare, illic autem non. Iudex enim tunc nos excipiet, dona respuens: nam iuxta opera sua iudicabit unumquemque. Est autem & merendus, Veniet enim in gloria sua, & cum angelis, & non contemptibilis.

Amen dico uobis, sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec uiderint filium hominis uenientem in regno suo. Dixerat uenturum filium hominis in gloria sua, ne igitur incredulus fies, dicit quia sunt hic quidam qui iuxta quod capere possunt, uidebunt in transfiguratione gloriam secundi aduentus. Interim autem ostendit in qua gloria erunt qui propter ipsum passi fuerint. Sicut enim tunc caro eius fulgurauit, ita pro sua portione fulgebunt sancti. Significat autem obscurius hoc loco Petrum, & Iacobum, & Ioannem, quos in montem assumpsit, & ostendit illis regnum suum, hoc est futurum statum in quo uenturus esset ipse, & iusti fulsuri. Dicit igitur quod quidam qui hic sunt non morientur, donec uiderint me transfigurari. Vide autem quod stantes in bono & firmi sunt illi qui uident Iesum clarius transformari, & proficiunt semper in fide & mandatis.

ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem eius. Non est hoc diuersum ab eo quod Lucas dixit quod post sermones illos facti sunt quatuordecim dies octo, &c. Lucas enim & primum & ultimum commemorat quo ascenderunt in montem, Matthaeus autem tantum inter medios dies ponit. Assumpsit autem Petrum, ut eum a quo diligebatur: Ioannem, ut eum quem diligebat: Iacobum uero, quod & ipse mulator fuerit. Et manifestum est illum ingentis zeli fuisse, tum ex eo quod poculum sediturum promissit, tum ex eo quod Herodes ut placeret Iudaeis gladio illum occidit.

Luc. 9. 10. 11. 12. Infr. 20. Act. 12.

Et subducit illos in montem excelsum seorsum, transformatusque est coram illis: & splenduit facies eius sicut sol: uestimenta autem illius facta sunt alba sicut lumen. In montem excelsum subducit illos, ostendens quod nisi quis exaltetur, non dignus sit diuinis conuersionibus. Seorsum autem, solitus enim est Christus clariora miracula in occulto facere: ut ne si apud multitudinem ut Deus conspiceretur, homo secundum apparentiam existimaretur. Transformationem autem audiens, ne putes quod tunc corpus abiicerit, sed mansit corpus in suo habitu. Faciem enim ipsius audis & uestem. Fulgidior apparebat, deitate paruos quosdam radios suos declarante, & hos sicut uidere poterant: propterea & regnum Dei superius dixit transfigurationem, eo quod ineffabilis eius potestas tibi refulserit, & quod germanus filius patris ostensus sit, & quod dignitas secundi aduentus in splendore faciei Christi ineffabili claruerit.

Transfiguratione ratio quare dicitur regnum Dei.

Et ecce apparuerunt illis Moyses & Helias cum illo loquentes. De quo colloquebantur: De excessu, inquit Lucas, quem impleturus erat in Hierusalem, hoc est de cruce. Quare autem Moyses & Helias uisi sunt? Ut ostendatur quod & legis & prophetarum sit Dominus, uiuentiumque ac mortuorum. Helias quidem est propheta, & uiuit adhuc: Moyses autem legislator, & mortuus est. Quin & ut appareat quod non sit legi aduersarius neque Deo. Non enim Moyses ait illi suo aduersario, neque Helias tantus zelotes ipsum tulisset, si Deo fuisset contrarius. Praeterea ut suspicionem tollat eorum qui ipsum Heliam uel unum ex prophetis dicebant. Unde autem cognouerunt discipuli quod Moyses & Helias fuerint: non enim a lineamentis facierum, quia imagines hominum facere tunc impiu uidetur. Vide tur igitur quod ex sermonibus quos tunc inter se conferebant, agnouerint eos. Fortassis enim alter quidem dicebat, nempe Moyses, Tu es cuius ego passionem praefigurauit occiso agno, & perfecto pascha. Alter autem Helias, Tu es cuius resurrectionem ego praefigurauit in uidua filio. Et talia quaedam. Ostendens igitur illos discipulis, docet eos tales imitari, & mansuetos quidem esse & populares, sicut Moyses: zelotas autem & constantes, sicut Helias: & si quando tempus uocet, periclitantes pro ueritate, sicut illi.

4. Reg. 2. Deut. 34.

Nim. 7. 3. Reg. 17.

Respondens autem Petrus dixit Iesu, Domine bonum est nos hic esse: si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unum, & Heliae unum. Petrus ob multam dilectionem Christum pati nolens, dicit, Bonum est hoc loco manere, & non descendere, & occidi. Nam si quis huc uenerit, habemus & Moysen & Heliam nos adiutantes. Moyses quidem Aegyptios deuicit, Helias autem ignem ex caelo deduxit, & tales erunt in inimicos si qui huc contra nos uenturi sunt. Haec autem praenimio timore loquebatur, sicut Lucas inquit, nesciens quid diceret. Insolita enim uisio obstupescere eum fecerat, aut nesciebat reuera quid loqueretur, uolens Iesum manere in monte, & non descendere, & pati pro nobis. Veritus tamen ne pertinax uideretur, dixit, Si uis.

Exod. 17. 3. Reg. 18.

Luc. 9. Marc. 9.

Adhuc illo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce uox est nube dicens, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacitum est: ipsum audite. Tu quidem o Petre tabernacula quaeis manufacta ut fiant: pater autem aliud tabernaculum non manufactum nubem constituit, & ostendit quod sicut ipse in nubibus apparuit antiquis Deus existens, sic & filius suus. Lucida uero nebula hoc loco, non caliginosa sicut in ueteri, eo quod non exterrere uoluit, sed docere. Ex nube autem uox, ut ostendat quod ex Deo sit. In quo bene complacitum mihi, hoc est, super quem requiesco, & qui mihi placet. Docet quoque illum audiendum: etiam si crucifigi uoluerit, ne obliuiscimini.

Exod. 19.

Et cum haec audissent discipuli, prociderunt in faciem suam, & territi sunt uehementer. Et accedens Iesus, tetigit eos, & dixit, Surgite, & ne timeatis. Subleuatis igitur oculis suis neminem uiderunt, nisi Iesum solum. Discipuli non ferentes fulgorem lucis, neque uocem, ceciderunt in terram, & oculi eorum quasi somno grauati erant. Somnum

1. Cor. 13.

dicit multam gravationem esse uisum. Ne autem timor diutius insidens efficiat memoriam eorum quae uiderant, suscitatur eos, & animat, solusque ipse comparet, ne putes quod de Mose uel Helia uox dicta sit, sed de ipso. Ipse enim est filius.

Et cum descenderent de monte, praecipit illis Iesus dicens, Ne cui dixeritis uisionem hanc donec filius hominis est mortuus resurgat. Propter humilitatem denunciat nulli descendum, ne offendantur qui audiunt talia, postea ipsum crucifigi uidentes. Putassent enim impostorem fuisse, haecque solum apparenter fecisse. Tu autem discite, post sex dies, id est post mundum, qui sex diebus conditus est, Dei contemplationem futuram. Nisi enim transieris mundum, & exaltatus fueris in monte, nequaquam uidebis clara, neque faciem Iesu, deitatem dico: neque uestem, hoc est carnem. Videre autem tunc poteris & Moysen & Heliam colloquentes Iesu: lex enim & prophetae & Iesus unum loquuntur & consonant. Quin & cum inuenis quendam sensum scripturae clare interpretantem, cognosce quod ille faciem Iesu clare uideat. Quod si & uerba declarat, & conspicua faciat, hic & uestes Iesu candidas uidet. Vestes enim, id est sunt dictiones. Sed ne dixeris cum Petro, Bonum est nos hic esse: nam oportet semper proficere, & non permanere in uno gradu uirtutis & contemplationis, sed ad alia transire.

Et interrogauerunt illum discipuli sui dicentes, Cur igitur scribae dicunt quod Heliam oportet uenire primum? Decipientes populum scribae dicebant quod ipse non esset Christus: nam si esset, Helias primum uenisset: ignorantes quod duo aduentus Christi, quorum primus praecursor Ioannes, secundus autem Helias. Sic enim & Christus interpretatur discipulis. Audi enim.

Mil. 4.

Iesus autem respondens dixit illis, Helias quidem ueniet prius, & restituet omnia. Dico autem uobis quod Helias iam uenit, & non agnouerunt eum, sed fecerunt in eo quaecumque uoluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis, Tunc intellexerunt discipuli quod de Ioanne Baptista dixisset illis. Dicendo quod Helias quidem ueniet, ostendit quod nondum uenit: in secundo autem aduentu ueniens, restitutus sit ad fidem Christi omnes Hebraeos, quos persuasibiles inueniet, quasi ad haereditatem paternam reducens eos qui exciderant. Cum autem dicit, Helias iam uenit, praecursorem illum Ioannem dicit, in quo fecerunt quaecumque uoluerunt occiderent eum. Nam permittentes Herodi ut occideret Ioannem, cum possent prohibere, ipsi occiderunt. Tunc igitur discipuli facti perspicaciores intellexerunt quod Ioannem Heliam uocant, quod ipse primus aduentus praecursor fuerit, sicut ille secundus futurus est praecursor.

Sup. 14.

Marc. 6.

Et cum uenissent ad turbam, accessit ad eum homo quidam flectens illi genua, dicens, Domine miserere filij mei, quonia lunaticus est, & misere affligitur. nam saepe cadit in ignem, & saepe in aquam. Valde incredulus apparet esse hic homo, eo quod dixit ad ipsum Christum, O generatio incredula, & quod arguit ipse discipulos. Non autem luna causa erat morbi, sed diabolus obseruabat plenilunium, & tunc insidiabatur, ut arguerentur opera Dei tanquam nobis malum inferentia. Tu autem intelligas obsecro quod omnis insipiens sicut luna immutatur, secundum scripturam, & interim apparet uirtute magnus, interim immittitur sensu & delipit. Hic igitur cum lunaticus fuerit, cadit in ignem irae & concupiscentiae, & in aquam plenam fluctibus huius uitae solitudinis, in qua & Leviathan diabolus, hoc est imperans ille in aquis. An non fluctus recte dicuntur crebrae diuitum cure?

Ecc. 17.

Iob 40.

Et obtuli eum discipulis tuis, nec potuerunt eum sanare. Respondens autem Iesus dixit, O natio incredula & distorta, quousque tandem ero uobiscum: usquequo patiar uos? adducite illum huc. Et increpauit illud Iesus, & exiit ab eo daemonium, & sanatus est puer ex illa hora. Vides hominem delictum suae incredulitatis discipulis impingentem, quod infirmiores sint quam ut sanent. Igitur Dominus confundit eum quod accusarit discipulos, ac dicit, O generatio incredula, hoc est, Non est tantum infirmitatis illorum, quantum tuae incredulitatis delictum. magna enim est, & illorum mediocriter uincit uirtute. Hominem autem illum opprobrando, omnes simul opprobrauit incredulos & circumstantes. Porro cum dicit, Usquequo ero uobiscum? ostendit quod desideret in cruce pati, & ab ipsis secedere. Usquequo uerborum cum irrisoribus & incredulis? Increpauit autem illum Iesus, quem lunaticum. Ex illo igitur manifestum, quod cum & ipse incredulus fuerit, per incredulitatem demoni se inuadendi locum dederit.

Tunc accedentes discipuli ad Iesum seorsum, dixerunt, Quare nos non potuimus eicere illud? Iesus autem dixit illis, Propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico uobis

uobis, si habeatis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, demigra hinc illuc, & demigrabit, neque quicquam impossibile erit uobis. Sed hoc genus non egreditur nisi per deprecationem & ieiunium. Timuerunt apostoli, ne perdidissent datam sibi contra daemones gratiam: propterea perplexi animo seorsum interrogant. Dominus autem arguit eos ut imperfectiores, dicens, Propter incredulitatem uestram. Nam si seruentem & ardentem haberetis fidem, etiam si parua uideret, perficeretis utique magna. Vbi autem montes transfulerunt apostoli, nusquam quidem scriptum est: ueruntamen uerisimile est quod transfulerint, etiam si non sit scriptum, non enim omnia scripta sunt. Vel aliter, Non exigebat tempus, & ideo non transfulerunt. sed alia maiora fecerunt. Vide te autem & Dominum quid dicat, Dicetis monti huic, demigra, hoc est, quando dicetis, tunc transibit. Non dixerunt igitur apostoli quonia tempus non postulabat, neque necessitas: & propterea non transfulerunt montes. Nam si dixissent, transfulissent utique. Hoc autem genus daemoniorum per deprecationem & ieiunium expellitur. Oportet enim & illos ipsos daemones maxime ieiunare, & eos qui illos sanare uolunt. Tunc autem est deprecatio, quando non cum ebrietate, sed cum ieiunio fit. Obserua, quod omnis fides granum est sinapis. Contempta enim putat propter stultitiam praedicationis, attamen si ceciderit in terram bonam, crescit in arborem, in qua uolatilia caeli, hoc est cogitationes summa petentes, nidulantur. Igitur quisquis habet omnem fidem, ille potest dicere monti huic, demigra, hoc est, demoni: ostendebat enim quod exiret daemonium.

Supra 10. Luc. 10.

Ioan. 27.

Ieiunare oportet daemones, eos qui illos sanare uolunt. Tunc autem est deprecatio, quando non cum ebrietate, sed cum ieiunio fit. Obserua, quod omnis fides granum est sinapis. Contempta enim putat propter stultitiam praedicationis, attamen si ceciderit in terram bonam, crescit in arborem, in qua uolatilia caeli, hoc est cogitationes summa petentes, nidulantur. Igitur quisquis habet omnem fidem, ille potest dicere monti huic, demigra, hoc est, demoni: ostendebat enim quod exiret daemonium.

Cum autem uerarentur in Galilaea, dixit illis Iesus, Futurum est ut filius hominis tradatur in manus hominum, ac occidatur, & tertio die resurget. Et moerore affecti sunt uehementer. Subinde memoriam facit passionis, ne existimarent quod inuitus patiat: & interim hoc, interim hoc agit, ut exerceat eos, & ne terreantur si hoc inexpectatum eueniat. Coniunxit autem tristibus laeta, scilicet quod resurget.

Quum autem uenissent in oppidum Capernaum, accesserunt qui didrachma solent accipere, ad Petrum, dixeruntque, Praeceptor uester num soluit didrachma? Dicit, etiam. Deus pro primogenitis Hebraeorum uoluit consecrari sibi tributum Leui. Inuentus est autem numerus tribus Leui uiginti duo millia. Primogeniti autem chiliades uigintiduae & ducenti & septuaginta tres. Pro his igitur qui erant extra tributum Leui, & primogeniti erant, decreuit Deus dari didrachmam sacerdotibus. Hinc igitur facta est consuetudo ut simpliciter omnes primogeniti penderent didrachmam, qui est quinque sili, hoc est ducenti oboli. Unde quia Dominus primogenitus erat, pendebat & ipse. Reuerit autem fortassis Christum propter miracula quae faciebat, non illum interrogant, sed Petrum. Vel potius deceptores erant, quasi ita dicerent, Praeceptor uester legi contrarius. num id admittit ut perfoluat didrachma?

Num. 31.

Et cum ingressus fuisset domum, praenit illum Iesus, dicens, Quid tibi uidetur Simon? Reges terrae a quibus accipiunt tributa aut censum? a filiis tuis, an ab alienis? Dicit illi Petrus, Ab alienis. Ait illi Iesus, Ergo liberi sunt filij. Tanquam Deus, sciebat, quae uis non audierat, quid illi loquuti fuissent ad Petrum: idcirco & praenit eum, dicens, Si reges terrae non accipiunt tributum a filiis suis, sed ab alienis, quomodo caelorum rex a me filio suo accipiet didrachmam? Hoc enim (sicut supra dixi) sacerdotibus & templo tribuebatur. Si autem liberi sunt filij paruorum regum, multo magis ego.

Verum ne simus illis offendiculo, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui prodierit primus, tolle, & aperto ore illius inuenies staterem: illum accipe, & da illis pro me & te. Ne reputemur (inquit) contemptores & despectores legis, & offendamus, da illis tributum. Non enim ut debitum do, sed ut illorum infirmitatem corrigam. Discimus enim hoc loco, quod non oportet offendere ubi nullum est damnum. Vbi autem damnum patimur in opere aliquo, non sunt curadi cui imprudenter offenduntur. Vt igitur ostendat quod Deus sit & maris dominus, misit Petrum tollentem staterem ex ore piscis. Discamus hic & mysterium quoddam. Nostra enim natura est piscis in profundo incredulitatismersus: sed apostolicus sermo extrahit nos, & in ore nostro inuenit staterem, eloquia Domini, & confessionem Christi. Nam qui Christum confitetur, is staterem habet in ore, staterem duo didrachma tenentem: quia & Christus duas naturas habet, homo existens, ac Deus. Hic igitur stater datus est pro duobus, pro Iudaeis & Gentibus, pro iustis & peccatoribus. Quod si & auarum quempiam uideris nihil aliud habentem in ore;

Non sunt curadi qui imprudenter offenduntur.

nisi aurum & argentū, hunc habe pro pisce, in mari huius uite natantem: at ubi inuentus fuerit præceptor, qualis Petrus, qui mittat hamum in mare, is eripiet ex ore illius aurum & argentum. Staterem quidam putant lapidem preciosum in Syria, alij tributum, alij uero quartam partem numismatis.

CAPVT XVIII.

In illa hora accesserunt discipuli Iesu dicentes, Quis nam maximus est in regno cælorum? Quia uiderant à Christo Petrum honoratum (honoratus enim erat hic dandō staterem pro Christo & pro se) propterea humanum quiddam passi, inuidiaq; incessit, obliquè accedunt interrogantes Dominum quis maximus esset.

Et accersitum ad se puellū statuit in medio illorum, & dixit, Amen dico uobis, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non ingrediemini in regnum cælorū. Quis quis igitur humiliauerit seipsum sicut est puellus iste, hic est ille maximus in regno cælorum. Quū uidisset Iesus discipulos inanis gloriæ uitio teneri, compressit eos, ostendens illis per puerum fastus expertem humilitatis uiam. Oportet enim nos humilitate mentis pueros esse, non sensu pueriles: & innocentia, non insipientia. Dicens autem, Nisi cōuersi fueritis, indicat quod ab humilitate in superbiam uenerint, opus igitur iterum illuc conuerti, hoc est in humilitatem, à qua egressi estis.

Et qui receperit unum puellum talem in nomine meo, me recipit. Qui autem offenderit unum ex pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendat mola asinaria in collum eius, ac demergatur in profundum maris. Non solum, inquit, oportet uos humiles esse, sed & si alios humiles propter me in honore habueritis, mercedem accipietis. Me enim accipitis, quando pueros, hoc est humiles suscipitis. Deinde & à contrario inquit, Qui offenderit, hoc est iniuria affecerit, unum ex his pusillis, hoc est ex his qui se humiliant, & paruos putant, tamen magni sint: expedit ei ut mola asinaria suspendatur in collum eius. Sensibilem enim pœnam in medium affert, uolens ostendere multis supplicij obnoxios qui in Christo humiles iniuria afficiunt & offendunt. Tu autem intellige quod etsi quis re ipsa paruus, hoc est infirmum offenderit, & non omnibus modis patienter eum sustinuerit, puniet. Nam qui magnus est, haud facile scandalizatur: sed paruus.

Vae mundo ab offendiculis. Neesse enim est ut ueniant offendicula, ueruntamen uae homini illi per quem offendiculū uenit. Luget ut misericors mundum præ offendiculis damna accepturum. Et dicit, Quid oportet lachrymari ubi opus succurrere, & manum porrigere? Dicimus igitur quod & ipsum lugere, quædam iuuandi species est. Saep enim quibus admonitio nostra non profuit, illis profumus dñi eos lugemus, quod sensum mali sui accipiant. Et si neesse, inquit, ut ueniant scandala, quomodo effugiemus ea? Neesse quidem est ut ueniant: sed non neesse ut nos perdant. Possumus enim & offendiculis oblucriari. Per offendicula intellige eos qui bono obstant: per mundum autem, mundanos homines, & humi repentes, qui facile impediuntur.

Non esse neesse ut nos perdant scādala.

Quod si manus tua uel pes tuus tibi obstaculo fuerit, abscinde eū, & projice à te. Bonū est tibi ad uitā ingredi claudū aut mutilum, potius q̄ duas manus uel duos pedes habentē mitti in ignem æternū. Et si oculus tuus te offendit, erue eū, & projice eū abs te. Bonum est tibi ut luscus in tres in uitā, potius q̄ ut duos oculos habens mittaris in gehennā ignis. Per manum, pedē, & oculos, intellige amicos, quos membrorū loco habemus. Etenim si hi tales fuerint, qui nobis noceant, hoc est si familiares amici fuerint, oportet contemnere eos ut membra putrida, & execare, ne & alijs noceant. Atq; ita ex his manifestū est, licet neesse sit uenire scandala, hoc est, qui noceant, nō esse tamē neesse ut nocentum accipiamus. Si enim fecerimus quem admodū ait Dominus, & absciderimus à nobis eos qui nocēt, etiā si amici fuerint, nihil inde damni accipiemus.

Lucæ 9.

Angeli hominū præfides.

Videtē ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis q̄ angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Venit enim filius hominis saluam facere quod perierat. Præcipit ne contemnantur hi qui parui putantur, hoc est pauperes spiritu, magni autē apud Deum. Ad eō enim, inquit, diliguntur à Deo, ut & angelos habeant præfides, ne damnū illis fiat à daemonibus. Omnes enim homines, & maxime fideles, suos angelos habent. Pusillorū autem & humiliū in Christo angeli, usque adeo familiares sunt Deo, ut faciem eius semper uideant coram ipso stantes. Apparet autem

autem ex hoc, q̄ licet omnes angelos habeamus, peccatorum tamen angeli quasi propter nos confusi, minus fidentes sunt, neq; ipsi possunt tam liberè uidere faciē Dei, & precari forsitan pro nobis. Humiliū autem angeli, hi semper uident Dei faciē, & forte pro nobis orant. Et quid dico quod hi angelos habeant? ego propterea ueni, ut seruem quod perierat, & mihi uindicem eos qui à plerisq; planè nihil putantur.

† propterea quod fiducia habeant.

Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit una ex eis: nonne relictis nonagintanouē in montibus, uadit & q̄rit eā quæ errauerat? Et si cōtigerit ut inueniat eā: amē dico uobis, gaudet sup ea magis, q̄ sup nonagintanouē quæ nō errauerāt. Sic nō est uolūtas corā patre uestro qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. Cui homini fuerūt centū oues? Christo. Omnis enim rationalis creatura, tā angeli, q̄ homines, centū oues sunt, quorū pastor est Christus, nō ouis. Nō enim est creatura, sed filius Dei. Hic igitur reliq; nonagintanouē in cœlo, forma autē serui assumpta, uenit querere ouem illam unicam quæ est humana natura, & gaudet super illa magis q̄ angelorum firmitate. In summa autem hoc insinuat, quod Deus curam agit conuersionis peccatorum, & gaudet super illis magis quàm his qui stabili uirtute præditi sunt.

Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & argue illum inter te & illum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit, assume tecum adhuc unū uel duos: ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quod si non audierit illos, dic ecclesiæ. Sin ecclesiam quoq; nō audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. Sermo enim cōtra offendiculū dantes ualde extenderat: nunc & eos qui offenduntur, corrigit. Ut enim tu qui offenderis, nō omnino cadas, quia offendentē uae habiturū dixit: uolo & te qui offenderis, hoc est læderis, arguere eos q̄ te iniuria afficiūt & nocent, si fuerint Christiani. Vide enim quid dicat, Si peccauerit in te frater tuus, hoc est, Christianus. Etenim si te quidam non baptizatus iniuria afficiat, tunc ab eo te subducas. Si autem frater, argue illum. Nō enim dixit, cōuiciare, sed argue. Si te audierit, hoc est condemnarit seipsum. Priuatim enim uult primū peccantes arguī, ut ne coram multis redargutus impudentior fiat. Quod si te non audierit, & cum duobus uel tribus testibus argueris, ne graueris tunc ecclesiæ præsidibus inuulgare peccatū. Quia enim non audijit duos uel tres redargutus, quāuis lex dicat ut in ore duorum uel triū testium subsistat, id est firmetur omne uerbum, ab ecclesia postea castigetur. Illam autem si non audierit, tunc abijciatur, ne suæ malitiæ participes faciat alios. Assimilat autē publicanis tales fratres. Infamatur enim ob pecunias publicanus. Consolatio autem fit offenso, iniuria afficientem, publicanum existimari & gentilem, hoc est peccatorē & incredulū.

Eccles. 19. 2. Cor. 13.

Iniuria afficiens publicanus et gētilis.

Nunquid autē hæc sola iniuriam facientis pœna? minimè. Sed audi & quæ sequuntur. Amen dico uobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata in cœlo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta in cœlo. Si tu, inquit, offensus, habes eum qui te iniuria affecit sicut publicanum & gentilem, erit ille & in cœlo talis. Si autem solueris eum, hoc est ignoueris, erit ei & in cœlo condonatum. Non enim solum quæ soluant sacerdotes, sunt soluta: sed quæcunq; & nos iniuria affecti uel ligamus uel soluimus, & ipsa erunt ligata uel soluta.

Nota.

Rursum, Amē dico uobis, quod si duo ex uobis consenserint super terrā, de omni re quæcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui est in cœlis. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio illorum. Congregat nos hisce uerbis ad charitatem. Quia enim prohibuit ne mutuū offenderemus, nunc & de mutua concordia dicit. Concordes autem dicuntur, non qui in malum conueniūt, sed qui in bonū. Vide enim quid dicat: Si duo ex uobis, hoc est credentibus & uirtute præditis. Conspirauerunt autem & Annas ac Caiphas, sed malè. Et propterea saepe precantes non accipimus, eo q̄ mutua concordia caremus. Non dixit autē, ero (nō enim tardas, uel cunctatur) sed sum, hoc est, iam illic inuenior. Intelligas item q̄ quādo conspirauerint spiritus & caro, & nō concupierit cōtra spiritum caro, tūc erit in medio Dominus. Conspirant autē & tres uirtutes animæ, rationalis, irascitiua, & desideratiua. Sed & si uetus ac noua leges cōspirarint, inuenitur in medio ipsarum Christus ab utraq; prædicatus.

Tunc accedēs Petrus ad eum dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittā ei? Num usq; septies? Dicit illi Iesus, Non dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies. Hoc est quod interrogat Petrus, quoties, si peccet, & deinde accedat & peccat

rat ueniam poenitentia ductus, cōcedam ei: Addidit, in me si peccauerit. In Deū enim si peccauerit, nō ego, qui idiotas ac priuatus sum, possum ei remittere, nisi forte Dei ordinem habens sacerdos. Si autē in me peccet, ac deinde remiserit ei, erit solutus, etiam si priuatus ego sim, & non sacerdos. Quod autem septuagies septies dixit, non concludit ueniam numero. Absurdum enim sedere & numerare usq; dum quadringenta nonaginta habeas (tot enim faciunt septuagies septies) sed imensum numerum signat: quasi dicat, Quoties quis lapsus fuerit, & poenitentiam ager, concede ei ueniam, & id (quod & per sequentem parabolam dicit) quia oportet nos compatientes esse.

Ideo assimilatum est regnum cōlorū hominī regi, qui uoluit conferre rationem cum seruis suis. Mens parabolae est, ut ueniam demus cōseruis in nos delinquentibus: praesertim si illi ueniam ante nos procidentes petant. Particulatim singula examinare, eius fuerit tantum qui mentem Christi habeat: sed aggrediamur & nos. Regnū est Dei sermo: & non paruum quoddam regnum, sed cōlorum. Assimilatus est igitur iste hominī regi. Incarnatus est enim propter nos, & in similitudinem hominum factus. Conferat autem rationem cum seruis suis, uti bonus iudicās. Non enim absq; iudicio punit: hoc enim crudelitatis foret.

Et quum coepisset conferre, oblatus est ei unus qui debebat ei decem millia talentorum. Caeterū quum is non esset soluendo, iussit eum dominus uenundari, & uxorem eius, & liberos, & omnia quae habebat, & fieri solutionem. Decem millia talentorū debitores nos sumus, qui quotidie multis beneficijs afficimur, & nihil boni rependimus Deo. Decem mille talentorū debitores sunt & qui populi praesentia susceperunt (unus quisq; enim homo magnū talentū est) & deinde nō bene funguntur principatu. Vendit autē cum uxore & familia, signat alienationem a Deo. qui enim uendit, alterius domini fit. An non autē uxor, caro, quae scilicet est coniunx animae: & pueri, opera quae male fiunt a corpore & anima: lubet igitur carnem dari satanae in interitum, hoc est morbis, uel passioni dæmonis. Similiter & filios, operatiuas dico uirtutes malorum, ligari: ut est manus alicuius furto dedita, eam Deus aridam facit, uel constringit per dæmonem aliquem. Ecce mulier caro est, & filij operationes malae, radice sunt afflictioni, ut spiritus saluetur. Non potest enim tunc ad furum cooperari homo ille.

Procidens autem seruus ille adorabat illum, dicens, Domine, esto patiens erga me, & omnia tibi reddam. Misertus autem dominus serui illius, absoluit eum, & as alienū remisit ei. Vide poenitentiae robur, & misericordiam domini. Poenitentia enim fecit seruum cadere a malitia, qui firmiter in illa stabat, nec uenia dignus erat. Misericordia autem Dei dimisit omnino debitū, tamen si seruus nō omnia remittit, sed prorogari tempus peteret. Disce igitur quod Deus plura dat quam petimus: quia tanta est misericordia Domini, ut & id quod admodum durum uidebatur, nempe quod iussit ut uenderetur ille, non ex duritia dixit, sed ut perterrefaceret seruum, & persuaderet illi ut ad preces se & obsecrationem conuerteret.

Egressus uerō seruus ille inuenit unum de conseruis, qui debebat sibi centum denarios: & iniecit in eū manu, obtorto collo trahere dicens, Solue quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum, dicens, Esto patiens erga me, & omnia reddam tibi. At ille nolebat, sed abiit, & coniecit eum in carcerem, donec redderet debitum. Egressus ille qui ueniam obtinuerat, strangulat ac premit conseruū. Nullus enim qui in Deo manet, compassionis expers est: sed ille egressus erat, & a Deo nunc alienus erat. Magnae autē erat crudelitatis. Erant ei decem millia talentorū remissa, & longē pauciora, centū scilicet denarios, omnino nec remittere, nec prorogare tempus dinumerandi uolebat, tamen si cōseruus eadem uerba diceret, quae & ille ad dominū, misericordiam domini in memoriā illi reducēs: dixit enim, esto patiens erga me, & omnia tibi reddā.

Porro quū uidissent conserui eius quae fiebant, indoluerūt ualde: & uenerunt, aperueruntq; domino suo omnia quae facta fuerant. Videntur hi conserui esse angeli, olores mali, & amantes boni, non quod ignorant domino haec dicant, sed ut tu discas quod angeli nobis ad tutelā dati sint, & quod inhumanis & immisericordibus indignentur.

Tunc accersit illum dominus suus, & ait illi, Serue scelestē, totū debitum illud remisisti tibi, quum obsecrales me: Nonne oportuit & te misereri cōserui tui, sicut & ego tui miserus eram? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad usq; redderet

rettotū quod debebatur sibi. In iudicium intrat cum seruo dominus propter immisericordiam: ut ostendat quod nō ipse, sed serui crudelitas & ingratitude donationem irritet. Quibus autem tortoribus tradidit: Fortē potestatis punitricibus, ita ut peperit nō puniretur. Quousq; reddat quod debebatur: hoc significat, quod tandiū puniatur, donec reddat, nunquam autem reddet quod debebat, uidelicet poenam quam meruerat: semper ergo punietur.

Sic & pater meus caelestis faciet uobis, si non miseritis quisq; fratri suo de cordibus uestris delicta illorum. Non dixit, pater uester, sed pater meus. Indigni enim sunt tales qui Deum habeant patrem. De cordibus autem uult remitti, nō de ore duntaxat. Cogita igitur quantum malum sit uindictae cupiditas: quando quidem etiam donationem Dei reuocat & irritat, tamen si dona Dei ea sint, quorum non poeniteat illū, reuocantur tamen hac ratione & irritantur.

CAPVT XIX.

Et factum est quum consummasset Iesus sermones hos, demigravit a Galilaea, & uenit in fines Iudaeae trans Iordanem, & sequuta sunt eum turbae multae, & curauit eos ibi. Iterum uersatur in Iudaea, ut nihil praetextere possint qui non credebant in Iudaea, quod non frequentius apud ipsos uersaretur, sed apud Galilaeos. Iterum igitur post doctrinam, & consummatis sermonibus sequuntur miracula. Oportet enim nos & docere, & operari: at insipientes illi pharisaei quum uisus miraculis oportebat credere, tentant. Audi enim.

Et accesserunt ad eū pharisaei tentantes illū, & dicentes, Licet ne hominī diuortij facere cū uxore sua qualibet ex causa? Qui respondens ait eis, An nō legistis quod is qui fecit ab initio, masculū & foeminā fecit eos? Et dixit, Propterea deseret homo patrem suū & matrem, & adglutinetur uxori suae, et erunt duo in carne unā. Itaq; iam nō sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus copulauit, homo nō separet. In insipientia, opinabantur quae rationibus suis Christum se cōsultaturos. nā si dixisset licere quacūq; de causa dimittere uxorem, potuissent illi dicere, Quō igitur dixisti, ne quis dimittat, nisi adulterā solā? Si autē dixisset nō licere dimittere uxorem, arguissent eū ut aduersariū Moysi. Ille enim iussit ut dimitteret odio habitā, et absq; ardua et rationabili causa. Quid igitur Christus ostendit opus & legislationem eius quae nos a principio formauit, esse monogamiā. Ab initio enim unū coniūxit Deus unū: atq; ita nō oportet unū uirū coniūgi multis mulieribus, neq; mulierem unā uiris multis: sed eos sicut ab initio coniūcti fuerūt, manere, neq; absq; causa cohabitationē diuellere. Nō dicit autē, Ego feci masculū & foeminā: ne plus eos exasperet, sed, is qui fecit, indefinitē. Atq; ita dicit maximae curae fuisse Deo coniugij bonū. Unde permisit etiā parentes dimitti, & uiris adherere. Quomodo autē in Genesi scriptum est, Adā dixit, Propterea deseret homo patrem suum: hic autē dicit Christus, Deus dixit, propterea deseret, ac caetera: Dicimus igitur quod & id quod Adā dixit, ex Deo dixit: atq; ita sermo Adā, Dei est. Igitur quia una caro facti sunt, & propter coitum & naturalem amorem cohaerentes: sicut impium est suam carnem diuidere, ita & coniuges diuellere. Non dixit autem, Ne separet Moyses, ne turbaret illos, sed homo simpliciter ostendens quantum intersit inter Deum coniungentem, & hominem soluentem.

Dicunt illi, Cur igitur Moyses iussit dare libellum repudiij, & amittere eam? Ait illis, Moyses ad duritiā cordis uestri permisit uobis repudiare uxores uestras, caeterum ab initio non fuit sic. Dico autē uobis, quod quicumq; repudiauerit uxorem suam, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, is committit adulterium. Et qui repudiatam duxerit, is adulterij committit. Quū uidissent pharisaei quod Dominus ipsos confutasset, coacti fuerunt postea in mediū afferre Moysen contradicentem Christo: & dicunt, Quomodo igitur Moyses mandauit dare librum repudiij, & dimittere? Igitur Dominus uertens omnem accusationem in illorum caput, pro Mose respondet ac dicit, Nō cōtraria Deo Moyses constituit, sed ad uestram duritiā hoc pronunciauit: ne propter intemperantiam uolentes alijs coniungi, occideretis primas uxores. Nam quum essent inhumani, occidissent uxores, si coacti fuissent seruare illas: nunc autem librum diuortij iussit dari his quae a uiris odio habebantur. Ego autē dico uobis, inquit, quod bonum est uxorem quae fornicata est, eiicere. tanq; adulterā. Si quis autē eiecerit aliquā quae nō est fornicata, author fit illi adulterij. Intellige autē quod adharet Domino, unus spiritus est, & coniugium

† misericordiam.

Donec, per poenitentiam significat.

Gen. 1. 2.

Eph. 5.

1. Corin. 6.

Deut. 24.

Monogamia.

mia.

Gen. 2.

Deut. 24.

1. Cor. 2.

iugium est fidelis cum Christo. Omnes enim idem corpus facti sumus cum eo, & ex parte membra Christi sumus. Non igitur recte quis potest separari a coniugio tali, iuxta sermonem Pauli dicentis, Quis nos separabit a dilectione Christi? Quae igitur Deus coniunxit, neque homo, neque alia creatura, neque angeli, neque principatus, neque potestates (ut Paulus dicit) separare poterunt.

Dicunt ei discipuli eius, Si ad istum modum habet causa hominis cum uxore, non expedit contrahere matrimonium. Turbantur discipuli, & dicunt, Si propterea coniuncti sunt, ut unum sint, & indivulsi maneant per omnem uitam, ut etiam si poenitenda alioqui sit mulier, eam eijcere non liceat; non expedit matrimonium contrahere. Leuius fuerit matrimonium non contrahere, sed pugnare et certare cum naturalibus concupiscentijs, quam sustinere malam mulierem. Causam enim hominis cum muliere dicit perpetuam & inseparabilem unionem, Nonnulli autem sic intelligunt, Si sic est causa hominis, hoc est, si reprehensionem & culpam habiturus est uir, ut illegitime eijciens uxorem, non expedit matrimonium contrahere.

At ille dixit illis, Non omnes capaces sunt huius dicti, sed quibus datum est. Postquam dixerunt apostoli, melius esse non uenire ad nuptias; dicit Dominus magna esse uirginitatis possessionem, at eam non ab omnibus recte seruari, sed ab his duntaxat, quorum cooperator est Deus. Nam hoc loco datum est, ualet, quibus cooperatur Deus. Illis autem datum est, qui petunt. Petite enim, inquit, et dabitur uobis. Omnis enim, inquit, qui petit, accipit.

Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt eunuchi ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat. Paucorum est, inquit, uirginitatis uirtus. Sunt enim eunuchi ex utero matris, hoc est, sunt quidam qui propter naturae constitutionem ad coitum non sunt idonei, qui & sine utilitate casti sunt. Sunt & qui eunuchi fiunt ab hominibus. Qui autem seipso eunuchos faciunt propter regnum caelorum, non sunt ij qui uerenda sibi ipsis amputant (maledictum enim hoc) sed qui continentes sunt. Intelligere autem sic, Est eunuchus a natura, qui propter naturalem complexionem non mouetur ad uenerea. Ab hominibus autem eunuchus fit, qui ex humano praeccepto carnalis concupiscentiae incendium excindit. Qui autem seipsum castrat, non ab alio, sed a seipso doctus est, & sua sponte ad continentiam inclinatur. Hic igitur & optimus est, qui non alteri, sed sibi ipsi dux fuit ad regnum caelorum. Volens autem sponte nos operari uirtutem, inquit, Qui potest capere, capiat. Non enim cogit uirginem esse, neque nuptias destruit, sed uirginitatem praefert.

Tunc oblatis sunt ei puelli, ut manus illis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos, Iesus uero inquit eis, Sinite pueros, & ne prohibeatis eos uenire ad me. Talius est enim regnum caelorum. Afferebant matres pueros, ut benedicerentur manu um contactu. Incompositi autem & turbati accedebant ad eum, & propterea prohibent discipuli, quod existimarent hoc derogare doctrinae eius autoritati, si offerrentur ei paruuli. Christus autem ostendens quod a fastu alienos magis amet, dicit, Sinite paruulos; talium est enim regnum caelorum. Non dixit, horum; sed talium, hoc est simplicitate praedictorum, innocentium, malitiae expertium. Etiam hodie si accedant ad doctorem nonnulli pueriles quaestiones interrogantes, non prohibeat, sed suscipiat.

Et quum imposuisset illis manus, abiit illinc. Et ecce unus accedens ait illi, Magister bone, quid boni faciam ut habeam uitam aeternam? Qui dixit ei, Cur me uocas bonum? Nullus est bonus, nisi unus, nempe Deus. Non ut tentans uenit ille, sed ut discere cupiens, & sitiens uitam aeternam. Accessit autem ad Christum quasi ad purum hominem; & idcirco dicit Dominus, Quid me uocas bonum? Nullus bonus, nisi unus Deus; hoc est, si quasi unum ex praecceptoribus bonum me dicis, male dicis. Nullus enim hominum proprie bonus: partim quod mutabiles sumus a bono in malum: partim quod nostra bonitas ad diuinam bonitatem collata, malitia est.

Quod si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Dicit illi, Quae? Iesus autem dixit, Non facies homicidium, non facies furtum, non falsum dices testimoniū, honora patrem tuum & matrem, & diliges proximum tuum ut teipsum. Dicit illi adulescens, Omnia haec seruauit a iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Dominus ad legis

Rom. 8.

Matrimo-
nij difficul-
tas.

Supra 7.
Luc. 11.
Ioh. 16.

Eunuchoru
differentia.

Exod. 20.
Leuit. 19.

legis mandata mittit, ne Iudaei dicant quod legem contemnat. Adulescentem autem quidam ut superbum & arrogantem arguunt. Quomodo enim dilexisset rite proximum, qui diues erat? Nullus enim diligens proximum ut seipsum, ditior est proximo: ois autem homo proximus. Quidam sic intelligunt, Da quod haec omnia seruari, quod adhuc mihi deest?

Quomodo
uirtute pra-
diuus, qui di-
ues.

Ait illi Iesus, Si uis perfectus esse, uade uende quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo; & ueni sequere me. Quum audisset autem adulescens eum sermonem, abiit tristis. Erat enim habens possessiones multas. Quaecumque, inquit, fecisti opera bona, Iudaico more fecisti; si autem uis perfectus, hoc est meus discipulus esse, & Christianus; uade uende omnia quae habes, & da statim simul omnia, nulla reseruans, ut continuam facias eleemosynam. Non enim dixit, paulatim da pauperibus, sed dixit, Da semel, & nudus esto. Dein quia sunt multi misericordes, uita tamen omnia malitia plenam habentes, dicit, Et ueni sequere me, hoc est, omnem aliam quocumque uirtutem habe. Adulescens igitur indoluit, desiderabat etenim, & terra cordis ipsius profunda erat & pinguis, sed spinae diuitiarum suffocabant. Erat enim, inquit, habens possessiones multas. Nam qui paucas habet, non ita ab illis detinetur. In multis enim diuitijs uiolentius est uinculum. Porro quia diuiti loquebatur Christus, dicebat, Habiturus es thesaurum in caelo, diuitiarum enim amator erat.

Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico uobis, diues difficile intrabit in regnum caelorum. Iterum autem dico uobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem in regnum Dei ingredi. Quandiu diues & ipse quidem habet superflua, & alij non uel necessaria, non ingreditur in regnum. Postquam autem excussa sunt omnia, tunc non est diues, & postea intrabit. Impossibile est enim multa habentem intrare, sicut & camelum impossibile per foramen acus transire. Vide autem quomodo quod superius dixit difficile, hic dicit impossibile. Nonnulli autem dicunt camelum non animal significare, sed crassum quendam funem, quo nauatae utuntur ut proficiant ancoras.

Auditis autem his discipuli expauerunt ualde, dicentes, Quis ergo potest saluus fieri? Intuitus autem illos Iesus, dixit illis, Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. Discipuli ut misericordes, non interrogant pro seipso (pauperes enim fuerant) sed pro omnibus hominibus. Dominus igitur docet non humana infirmitate metiendam salutem, sed diuina uirtute. Nam si quis coeperit non esse auarus, ita proficiet, ut & superflua exhauriat, & postea eodem progredietur ut etiam necessaria euacuet, & sic bene prosperabitur adiuuante Deo.

Tunc respondens Petrus dixit illi, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te; quid igitur erit nobis? Tamen si uideatur Petrus non dimisisse magna aliqua, utpote pauper, sed disce quod reipsa multum etiam ipse reliquerit. Etenim & paruorum rerum magna tenemur affectione, sed & omnes uoluptates Petrus reliquit, & cum parentibus amorem carnis. Illae enim affectiones non solum contra diuites, sed & contra pauperes militant. Quid igitur Dominus?

Iesus autem dixit illis, Amen dico uobis, quod uos qui sequuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede gloriae suae, sedebitis & uos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Num sedebunt? Minime, sed excellentem honorem per sedem indicauit. Num & Iudas sedebit? Non: dicit enim, Qui sequuti me fuerint, hoc est, qui usque ad finem. Ille autem non usque ad finem. Vel aliter. Saepe Deus pollicetur bona quibusdam dignis; quando autem exciderint, & indigni fuerint facti, aufert ea. Similiter facit in asperis, saepe minatur & non inducit, conuersis nobis. Per regenerationem autem, resurrectionem intellige.

Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centupla accipiet, & uita aeternae hereditatem sortietur. Ne quis suspicetur quod dictum est, solis congruere discipulis, dilatat promissionem ad omnes qui similia faciunt. Habebunt enim pro carnalibus cognatis familiaritate & fraternitatem cum Deo, pro agris paradisum, & pro lapideis aedibus supernam Hierusalem, pro matre presbyteram ecclesiam, pro patre presbyteros; pro uxore omnes fideles mulieres; num nuptijs absit, sed spirituali affectione, & misericorde erga se cura. Non iubet autem Christus separari simpliciter a familiaribus, sed quando ad pietatem obliuiscunt. Sic etiam corpus & animam iubet contemnere,

tantus quae
sunt in ec-
clesia.

Luc. 9.

non

1041. 12. non ut quis seipsum occidat. Vide aut quod bonus Deus non solum hac dat, sed & uitam apponit aeternam. Cura igitur ut & tu vendas facultates tuas, & des pauperibus. Facultates aut sunt, iracundo furor, adultero ad ulteram cupiditas, uindicta auido uindicandi cupido. Vende igitur hac, & da pauperibus daemonibus, & omni bono priuatis: conuerte affectiones tuas in affectionum auctores: & tunc habebis thesaurum, hoc est Christum in celo tuo, hoc est in summa mente tua. Caelum enim habet in seipso qui factus est celestis. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Iudeos hic insinuat & Gentiles. Nam qui primi erant, facti sunt nouissimi; gentiles autem, qui eramus nouissimi, primi constituti sumus, & ut manifeste discas quod dicis, coaptat etiam sequentem parabolam.

C A P V T X X.

Simile enim est regnum caelorum homini patrifamilias qui exiit primo statim diluculo ad conducendos operarios in uineam suam. Conuentione autem facta cum operariis in singulos dies denario, misit eos in uineam suam. Et egressus circiter horam tertiam, uidit alios stantes in foro ociosos, & illis dixit, Ite & uos in uineam meam, & quocumque iustum fuerit, dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum quum exisset circa sextam & nonam horam, similiter fecit. Circa undecimam uero horam exiit, & inuenit alios stantes ociosos, & dixit illis, Cur hic statis toto die ociosi? Dicunt illi, Quia nullus nos conduxit. Dixit illis, Abite & uos in uineam: & quicquid iustum fuerit, accipietis. Christus est rex caelorum, qui assimilatur homini, secundum quod humanam accepit formam. Patrifamilias autem, quia Dominus est domus, hoc est ecclesiae. Hic igitur Christus exiit ex sinibus paternis, & conduxit operarios in uineam, uel scripturas, uel mandata. Vnumquodque conduxit ut operetur uineam, hoc est suam animam. Conducit autem alium quidem primo diluculo, hoc est in pueritia; alium autem horam tertiam, hoc est adolescentiam; rursus alium sexta & nona, quando quis uiginti quinq; fuerit annorum, uel triginta, & simpliciter in uirili aetate; porro circa undecimam, senes. Multi enim & senes crediderunt. Vel aliter, dies dicitur praefens seculum. in illo enim operamur sicut in die. Vocauit igitur Dominus prima hora Enoch & Noe, tertia Abraham, sexta Moysen, nona Prophetas, undecima autem, hoc est in consummatione seculi, Gentiles, qui ociosi fuerunt ab omni bono, nullus enim eos conduxerat, neque missus est Propheta quis ad Gentes.

Quum autem uespera facta esset, dixit Dominus uineae procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a postremis usque ad primos. Et quum uenissent qui circa undecimam horam uenerant, acceperunt singuli denarium. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi, & acceperunt ipsi quoque singuli denarium. Et quum accepissent, murmurabant aduersus patremfamilias dicentes, Hi nouissimi unam horam fuerunt in opere, & illos pares nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & aestum. At ille respondens uni eorum ait, Amice, non afficio te iniuria. Nonne denario pactus es mecum? tolle quod tuum est, & abi. Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod uolo facere in rebus meis? an oculus tuus malus est, quod ego bonus sum? Sic nouissimi erunt primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati, pauci autem electi. Vesperum est consummatio. in fine autem diei & consummatione accipiunt omnes suum denarium, qui est spiritus sancti gratia, transformans hominem ad suum exemplar, & faciens diuinae naturae participem. Plus autem laborauerunt qui ante Christi aduentum fuerunt, eo quod tunc nondum erat mors soluta, neque diabolus contritus, sed adhuc uiuebat peccatum. Nos autem gratia Christi per baptismum iustificati, uirtute accipimus ad uincendum aduersarium nostrum iam deiectum & occisum a Christo. Et iuxta priorem interpretationem qui iuuenes credidere, maiorem laborem habent, quam hi qui in senectute ad fidem acceperunt. Adolescens enim pondus irae, & aestum concupiscentiae gestat, certans cum affectionibus. Senex autem in tranquillo est: attamen omnes nos unum donum spiritus sancti assequimur. Docet igitur nos parabola, quod in senectute etiam licet respicere, & regnum caelorum assequi. Haec enim undecima hora est. Non inuidet autem sancti his qui paria accipiunt: absit, sed ostendit hic quod tanta & talia sunt bona quae dantur iustis, ut & in uiam excitare possint.

Et descendens Iesus Hierosolyma, assumpsit duodecim discipulos suos solos in uia, & ait illis, Ecce descendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum ac scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum

illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertio die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. At ille dixit ei, Quid uis? ait illi, Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus a dextris tuis, & alter a sinistrâ tua in regno tuo. Opinabantur filij Zebedaei quod uadens Hierosolyma Dominus regnaturus esset regno quodam temporali. Audierant enim eum saepe dicentem, Concedimus Hierosolyma. Passi autem sunt humanum quid, & accedentes ad matrem persuadent, ipsi reueriti in manifesto accedere, clanculo enim accedebant & ipsi, ut Marcus dicit. Accesserunt enim, inquit, ad eum Iacobus & Ioannes, hoc est, priuatim & seorsum accesserunt ad eum.

Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petitis. Potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum: aut baptismum quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei, Possumus. Matre praeterita filiis loquitur: ut ostendat quod non ignorauerit ab ipsis praemissam matrem, & dicit ad illos, Nescitis quid petitis. Magnum est, & angelicas uirtutes concutens. Deinde abducens illos ab huiusmodi cogitationibus, ad pericula magis hortatur. Interrogat autem, non ignorans, sed ut cogat manifestare ulcus per responsum, & studeant implere promissionem. Hoc enim dicit, Quia non potest quis fieri particeps regni mei, nisi & meorum passionum particeps fiat, dicite mihi, num possitis similia pati? Poculum enim dicit martyrium, & suam mortem: simul ostendens quod leue sit, & quod oporteat nos tam facile illud aggredi, quod si bibendum esset poculum: & declarans quod ipse suauiter accedat ad mortem. Sicut enim bibens poculum statim dormit grauatius: sic & qui martyrii poculum bibit, in mortis somnum defertur. Baptisma quoque mortem suam nominat, quod nos omnes purificet. Hi uero nescientes quid promitterent, sed solum spectantes ad id quod cupiebant, omnia facile pollicebantur.

Ait illis, Poculum quidem meum bibetis, & baptismum quo ego baptizor, baptizabimini: sed dere autem a dextrâ meam & sinistrâ, non est meum dare, sed quibus paratum est a patre meo. Scio quidem uos testificaturos, & eueniet haec omnino. Iacobum enim Herodes occidit, Ioannem autem Traianus condemnauit praedicantem uerbum ueritatis. Porro sedere non est meum dare, sed quibus paratum est: sic intellige, Si inuentus fuerit quis cum ueritatis testificatione, omni alia uirtute praeditus, ille accipiet donum. Illi enim praeparatum est, qui laborauerit, sicut & certantibus coronae sunt praeparatae. Quemadmodum certans certamine proposito, ac rege certaminis praeside, si quispiam qui non certasset prodeat, et dicat: Da mihi stadium non ingresso coronam & certaminis praeses, huic respondere utique ille poterit: Non est meum, dare ad gratiam coronam, sed quibus praeparatum est, hoc est his qui cucurrerint & uicerint. Sic autem & hoc loco dicit Christus, Ego non possum ad gratiam dare uobis sedem a dextris: aliorum enim est qui laborauerint, & illis praeparata est. Rogabis igitur consequenter, Quinam sessuri sint? Discas autem quod nullus ibi sessurus est: hoc enim solus diuinae naturae est. Ad quem enim angelorum dixit, Sede a dextris meis: Verum hoc Dominus dixit iuxta illorum opinionem, quarebant enim hanc sedem, non intelligentes quod sedere super duodecim sedes, sit glorificari propter uirtutem.

Et quum audissent decem, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem uocauit eos ad se, & ait, Scitis quod principes gentium dominantur illis: & qui magni sunt, potestatem exerceant in eas, non ita erit inter uos, sed quicumque uoluerit inter uos magnus fieri, sit uester minister: & qui uoluerit inter uos primus esse, sit uester seruus: sicut filius hominis non uenit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, utque daret animam suam redemptionem pro multis. Vbi uiderunt decem duos illos a Christo increpatos, tunc & indignati sunt, & ostenderunt se commotos ob istorum honorem. Adhuc enim erant imperfecti, nam illi aduersus decem insurgebant, hi duobus inuidebant. Postquam igitur decem his auditis turbati fuerunt, accessit illos, uocatione antea sermonem demulcens. Etenim filij Zebedaei a uulsi ab alijs conuersabant cum ipso. Praesens igitur omnibus sit, Sciens enim quod sit tyrannica, & graui indigeat reprehensionis plaga, ambitio, acriter eos perstringit, & abicit eos in infidelium & gentilium portionem, si inani gloriae studere uoluerint: & sic eos inhortatur, dicens: Alij quidem homines, quia regunt, clari sunt: & amare primas, gentilium est affectio, meos autem discipulos humilitas commendat, &

f 2 honorabiles

Non efficiuntur particeps regni, nisi si passionem Christi participes.

Act. 12.

Psal. 109.

Omnibus itaq; simul loquitur.

honorabiles facit: atq; ad eò qui maior esse uoluerit, debet, his qui opus habent, ministrare, id quod præcipuè humilitatis est, & ego in meipso ostendo. cum enim sim princeps & rex cœlestium, humiliavi memetipsum, ita ut uobis ministrem ad salutem: & in tantum ministrem uobis, ut & animam meam ponam redemptionem pro multis, hoc est, omnibus. Omnes enim multi.

Et egredientibus illis à Hiericho, sequuta est eò turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus uiam quum audissent qd Iesus transiret, clamauerunt dicentes: Domine, miserere nostri filii Dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes, Miserere nostri Domine, filii Dauid. Et stetit Iesus, ac uocauit eos, & ait, Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi, Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum, & confestim uisum receperunt oculi illorū, & sequuti sunt eum.]Fama agnouerant cæci Dominum, & obseruabant tempus quum audissent qd præteriret. Crediderunt autem qd Iesus (qui ex femine Dauid secundum carnem) posset curare illos. Et planè multū feruebant fide, neq; dum tacere iuberentur, silebant, sed longè amplius clamabant. Vnde non interrogauit illos an fidem habeant, sed quid uellent: ne quis existimet qd alia det alia uolentibus. Monstrans igitur quod non pecuniæ gratia ad se clamarent, sed ut curètur, tactos curat: ut discamus omnia suæ sanctæ carnis mem-

bra, uiuifica & Dei membra esse. Quod autem Lucas & Marcus unū dicunt cæcum fuisse, non ab his dissonat. illi enim insignioris mentionem fecerunt. Vel aliter, Lucas dicit quod antequam ueniret in Hiericho, curarit cæcum: Marcus autem postquam exiit de Hiericho. Mattheus uerò breuitatis amator simul utrunq; complexus est. Intellige autem per cæcos, eos qui ex gentibus, qui secus uiam curati sunt. Non enim præcipuè uenit Christus propter gentes, sed propter Israëlitas. Quemadmodum autem cæci audiendo didicerunt de Iesu, sic & gentes ex auditu fidei. Hi autem qui silentium imperant cæcis, ne clamando inuocent nomen Iesu, sunt persecutores tyranni, qui attentant ecclesiæ os obturare: sed illa multo magis confitetur nomen Christi: idcirco sanatur, & uidet ueritatis lumen clarius, & sequitur Christum, uitam eius imitando.

CAPVT XXI.

ET cum appropinquassent Hierosolymis, & uenissent Bethphage ad montem oliuarum, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens illis: Ite in castellum quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cū ea. soluite, & adducite mihi, & si quis uobis aliquid dixerit, dicit, Dominus his opus habet. & confestim emittit eos. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem, Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.]Sedit super asinam, non in ullum alium usum, quam ut impleretur propheta, & ut ostenderet quomodo oporteat uiliter uehi, non enim equo, sed asello uili uectus est. Implet igitur prophetiam & iuxta historiam, & iuxta anagogen. Nam iuxta historiam uisibili asino insedit: & iuxta anagogen quoque nouo, in domo, & obedientiæ nescio populo. Ligati autem erant asina & pullus catenis suorum peccatorum. Duo missi sunt ad soluendum, Paulus quidem ad Gentes, Petrus uerò in circumcisionem, hoc est ad Iudæos. Et usq; in hodiernum diem duo nos solunt à peccatis, Apostolus & Euangelista. Venit autem Christus mansuetus. Non enim uenit ut iudicet mundum in primo aduentu, sed ut saluet. Et alij quidem reges Iudæorum fuerunt rapaces & iniusti, Christus autem rex mansuetus.

Euntes autem discipuli fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos uestimenta sua, & collocarunt eum super illa.] Lucas quidem & Marcus subiugalem solum dixerunt, Mattheus autem asinam & pullum. Non dixerunt autem cōtraria, ducentes enim pullū, sequuta est mater. Collocauerunt autem eum super illa: non super duo iumenta, sed super uestes. Aut quidē sedit super asinā, postea super subiugalem: quia & primū quiesuit in Iudæorum synagoga, deinde in gentili populo.

Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia: alij uerò cædebant ramos de arboribus, & sternebant in uia. Porro turbæ quæ præcedebat & quæ sequebatur, clamabant dicentes: Hosanna filio Dauid; benedictus qui uenit in nomine Domini. Hosanna in altissimis.]Iuxta historiam multum in se habet honoris, uestes strauisse, & ramos obiectasse. nam ostendunt magnā gloriā. At iuxta anagogen discit qd postquam apostoli

stoli superposuerunt uestimenta sua, uirtutes inquam suas, tunc super illas sedit Dominus. Nam nisi anima nostra ornata fuerit apostolicis uirtutibus, non equitabit eam Dominus. Præcedentes, sunt prophetae, qui ante incarnatum Christum iuere: sequentes autem, martyres & doctores, qui uestimenta sua sternunt Christo, hoc est carnem subijciunt spiritui. uestimenta enim & tegumenta animæ, corpus. Strauerunt igitur in uia, hoc est in Christo. Ego enim sum uia, inquit, Si enim quis carnem suam non strauerit, hoc est humiliauerit, in uia, hoc est in Christo manens, & non hæreticus existens, non insidebit in eo Dominus. Hosanna autem quidam dicunt qd hymnum uel psalmum significet: alij autem, id quod euidentius, Salua obsecro. Venturus autem dicitur Dominus, quia expectabatur ab Hebræis uenturus. Sic enim & Ioannes dicit, Tu es qui uenturus es: hoc est, qd expectaris ut uenias. Dicitur & aliter uenturus, eo qd aduentus eius secundus quotidie expectetur. Debemus igitur & nos omnes consummationem mundi & aduentū Christi expectare, ac præparari.

Et cum intrasset Hierosolyma, commota est uniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic? Turbæ autem dicebant, Hic est Iesus ille propheta à Nazareth Galilææ.] Turbæ simplices & candidæ, neq; inuidebant Christo, neq; rursus opinionē dignam de Christo habebant: ideo & nunc prophetam illum dicunt. Nisi forte (quando quidem cum articulo dicunt qd prophetas: propheta ille) possit intelligi qd iste sit qui expectabatur propheta, de quo dixit Moses, Prophetam uobis Deus excitabit, Non enim dixerunt, Hic est propheta: sed, Propheta ille, hoc est ille qui expectatur.

Et intrauit Iesus in templū Dei, & eiciebat omnes uendentes & ementes in templo, mensasq; collybistarū & cathedras uendentū columbas euertit: & dixit illis, Scriptum est, Domus mea domus deprecationis uocabitur: at uos fecistis illā speluncā latronū.] Tā qd Dñs domus, hoc est templū, eicit uendentes: ostendens ea quæ patris sunt, & sua esse, interim etiā honestatis templi curam habens, sed & translationem sacrificiorum significans, eò qd eijciendo boues & columbas, præsignauit non ultrā opus esse animalium sacrificio & immolatione, sed oratione. Domus enim mea, inquit, domus deprecationis est: uos autem fecistis illam speluncam latronum. In speluncis enim latronum fiunt maculationes, & sanguinis effusiones. Vel etiam propter negociatores ementes & uendentes, speluncam latronum uocauit templū. Auaritia enim & lucri cupiditas, latronū morbus est. Collybistæ autem sunt qui apud nos dicunt mensarij. Collybos enim species est uilis nominatis, sicut habemus & nos obolos & minuta. Vendunt autem columbas & hi qd in ecclesijs gradus uendunt. Spūs enim gratiā, qui est colūba, uendunt: unde eijciuntur ex superuo & inferno templo. Indigni enim sunt sacerdotio fungi. Vide autem & tu ne forte templū Dei, cogitationem tuā faciās speluncā latronū dæmoniorū. Fit autem spelunca, si habuerimus cogitationes carnalibus rebus amicas, uendentes & ementes, & ita lucri cupiditas, ut & collybos & uilia nominata congregent. Et si uendiderimus & emerimus collybas, hoc est, si quod in nobis fuerit spirituale dogma, & huiusmodi honesta cogitatio, speluncam latronum fecimus nos ipsos.

Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo: & sanauit eos.] Per infirmos quos curauit, ostendit se Deū esse, & benefacere, eiciens cū autoritate e domo sua indignos. Declaratur etiam hoc, qd eiectis Iudæis, qui legi & animalium maculationi addicti erant, cæci & claudi ex gentibus assumpti fuerint sanati ab eo.

Quum autem uidissent principes sacerdotū & scribæ mirabilia quæ fecerat, & pueros clamantes in templo & dicentes, Hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei, Audis quid isti dicunt? Iesus autem dicit illis, Quid nūc? Nunq; legistis, Ex ore infantū & lactentiū perfecisti laudē?] Pharisei quum uiderent pueros hymnū Dauid offerre Christo, quæ uideret propheta Deo obtulisse, dissecabant inuidia, & interpellant illū, qd permittat de se dici quæ soli Deo debent. Ille autem magis approbans dicit, Etiā. Tantū abest ut obturē ora talia dicentiū, ut & prophetae testimoniū adducā, & uos ostendā uel imperitos, uel inuidos, an non enim legistis qd ex ore infantū & lactentiū perfecisti laudem? Perfecisti autem significat pfectā & absolutā ostendisti laudē, etiā si illi ppter ætatē imperfecti & uiles uideant. Nō enim illi dicebāt qd dicebāt, sed os solū accommodātes, spiritus organa fuerūt. Et idcirco dicit, Ex ore infantū: innuens qd ea uerba nō ab illorū mēte procederent, sed qd os solū diuina gratia mouebat. Significat item qd à gentibus, quæ simplices

colae autem uiso ipso dixerunt: Hic est haeres, uenite occidamus eum. Etenim Iudaei qui dicebant, Hic est Christus, ipsi illum crucifixerunt. Eiecerunt autem eum extra uineam, nam extra ciuitatem occisus est Dominus. Praeterea quia uineam dicebamus esse populum, extra uineam, hoc est praeter simplicis populi sententiam, occiderunt eum pharisaei, & mali agricolae.

Cum ergo uenerit Dominus uineae, quid faciet agricolis illis? Dicunt illi, Mali cum sint, male perdet illos: & uineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Cum uenerit. Quando? Num in secundo aduentu? Videtur quidem & hoc sentire, ueruntamen melius sic intelligitur: Dominus uineae, Deus & pater, qui misit filium suum ab illis occisum. Cum igitur uenerit, hoc est cum ipse respexerit ad iniquitatem quam fecerunt Iudaei, tunc malos male perdet, misso Romano exercituro: & uineam suam, hoc est populum, locabit alijs agricolis, hoc est apostolis & doctoribus. Intellige item per uineam diuinas scripturas, in quibus sepes quidem litera est: torcular autem defossium, profundus spiritus: turris autem, theologia, quae summa est & diuina. Has itaque scripturas habebant prius mali agricolae pharisaei: locauit autem nobis Deus eas bene colentibus. Illi enim Dominum occiderunt extra uineam, hoc est praeter iussum eorum quae dicebant scripturae.

Psal. 127. Dicit illis Iesus, Nunquam legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli: A Domino factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris: Idcirco dico uobis, Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem autem ceciderit, illum conteret. Lapidem seipsum nominat: aedificantes autem magistros Iudaeorum, qui illum quasi inutilem reprobauerunt, dicentes, Samaritanus es tu, & daemonium habes. Ipse autem cum surrexisset ex mortuis, positus est in caput anguli, hoc est, caput ecclesiae factus est, coniungens Iudaeos & Gentiles in unam fidem. Sicut enim lapis angulum in domo faciens, continet hac & illac murum, sic & Christus nos omnes in unam fidem colligauit. Angulus autem ille admirabilis est, & a Domino est factus. Ecclesia enim nos continens ac fide uniens, a Domino facta est, & est magna admiratione digna, eoquod pulchre aedificata sit. Est autem & alia ratione admirabilis, eo quod miraculis firmatus est & confortatus sermo Domini: & ita ecclesiae quoque constitutio admirabilis. Ablatum igitur est regnum Dei a Iudaeis, hoc est peculiaritas qua Dei proprii erant, & datum est his qui crediderunt. Qui enim impingunt in lapidem, & offenduntur in Christo Iesu, confringentur quidem in secundo aduentu: ueruntamen & hic contriti sunt ab ipso, hoc est dispersi sunt ubique terrarum, sicut uidemus nunc miseros Iudaeos. Conteret, hoc est ita conteret, ut dispergat eos.

Et cum audissent principes sacerdotum ac pharisaei parabolas eius, cognouerunt quod de se diceret: & quarentes illi manus iniicere, timuerunt turbas, quoniam tanquam prophetam eum habebant. Iterum uide quod turba quidem simplex & fuci nescia sequitur ueritatem, legisperiti autem maligne agunt. Et usque in hunc diem quaerunt Hebraei Iesum comprehendere, sed non comprehendunt, neque intelligunt. Antichristum autem comprehendent, & ipsum adorabunt: at Christus non capitur, hoc est non intelligitur ab eis.

CAPVT XXII.

Respondens Iesus, iterum dixit illis per parabolas, dicens: Simile factum est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo: & emisit seruos suos, ut uocarent inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Iterum emisit alios seruos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meum parauit: tauri mei & altitia mactata sunt, & omnia parata: uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in uillam suam, alius uero ad negotiationem suam: reliqui uero tenuerunt seruos eius, & contumelios affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & misit exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Et haec parabola Iudaeorum inobedientiam subindicat, sicut & superior de uinea. Verum sicut illa mortem Christi, ita haec nuptiale gaudium, hoc est resurrectionem declarat. Caeterum haec monstrat multo atrociora quae patrarint illi, quam superior. Illi enim cum exigerentur fructus, occidebant eos qui exigebant: hi autem cum uocarentur ad nuptias, homicidium fecerunt. Homini igitur regi similis est Deus. Non enim apparet

apparet ut est, sed qualem decet ut nobis se uidentem exhibeat. Nam quando uti homines morimur humanis peccatis obnoxij, ut homo nobis apparet Deus: quando autem ut dii ambulamus, tunc stat Deus in synagoga deorum: sicut & quando ferarum naturas assumimus, fit & ille nobis panthera, & ursus, & leo. Facit autem nuptias filio suo copulans cum omni formosae animae. Sponsus enim Christus, sponsa autem ecclesia & anima. Serui uero primum misit, Moses & alij, quibus non crediderunt Hebraei, sed exasperauerunt Deum in deserto quadraginta annis, & noluerunt sermonem Dei & charitatem suscipere spiritualem. Deinde misit serui alij, prophetae: sed & illorum quosdam occiderunt, ut Esaiam: quosdam contumelios affecerunt, ut Hieremiam, quem in lacum lutu iniecerunt. Quidam autem minus mali, sibi ab huiusmodi iniurijs temperauerunt, sed alius quidem in proprium agrum abiit, hoc est indulgit delicijs & uoluptatibus uitae, uniuersumque enim ager est corpus. alius autem in negotiationem suam, hoc est, auaritia deditus fuit. Negotiatorum enim genus auarum est, & lucri cupidissimum, ostendit igitur parabola, quod qui a spiritualibus nuptijs & conuiuio & Christi societate destituuntur, ob has duas potissimum causas excluduntur, uel propter corporales uoluptates, uel auaritiae morbum. Prandium autem hoc loco nominat, quamuis alio loco cenam eam dixerit. Non absurdum cenam. Nam in nouissimis temporibus perfecte apparebunt illae nuptiae, & ad uesperum, & ad finem saeculorum. Prandium autem, eo quod in prioribus saeculis reuelatum fuit mysterium, tamen obscurius. Tauri autem & altitia, uetus est & nouum Testamentum. Vetus enim signatur per tauros (animalium enim mactationem continebat) nouum autem per altitia. Panes enim offerimus nunc in altario, qui proprie dicti sunt *offerimus*, utpote ex frugibus confecti. Vocat igitur nos Deus ut comedamus & ueteris testamenti bona, & noui. Et tu quando uideris quempiam manifeste interpretantem diuina eloquia, scias eum altitia & frugibus confectos cibos dare, ac quasi frugibus alere, & cibis farcire simpliciores manifeste docendo. Quares autem hoc loco, quomodo dicat, Vocate inuitatos: si enim inuitati erant, quomodo denuo sunt uocandi? Scias igitur omnes natura uocari ad bonum a sermone doctoris natura datur: attamen Deus & illos externos doctores mittit, ut qui intus a sermone naturali uocati sunt, & extrinsecus uocent. Mittit autem rex exercitus suos, hoc est Romanos, qui inobedientes Iudaeos perdidit, & ciuitatem illorum Hierusalem succenderunt, ut Iosephus dicit.

Tunc dicit seruis suis, Nuptiae quidem paratae sunt: sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quotcumque inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quotquot inuenerunt, malos pariter ac bonos: ac impletae sunt nuptiae discumbentibus. Quoniam priores serui, Moses & prophetae, non persuaserunt, alios quoque seruos mittit apostolos, qui gentiles uocauerunt in uia uera non incedentes, sed alios alio diuisos, & in uis pluribus & dogmatis discordes, immo existentes iuxta exitus uiarum, hoc est in errore & inaequalitate multa. Nam & ipsi inter se dissidebant & tumultuabantur: & non in uis erant, sed extra uias, & illa sunt mala eorum dogmata quae docebant. Non omnes diligebant aequaliter, sed alij hoc modo, alij alio. Quid si sic melius intelligatur? Via est uita uniuersumque: exitus a uia, dogma. Gentiles igitur qui uias habebant malas, hoc est uitam reprehensibilem, ab ea mala uia exierunt in dogmata impia, faecos sibi deos constituentes patronos uitiorum. Egressi igitur apostoli a Hierusalem ad gentes, congregauerunt omnes tam malos quam bonos, hoc est omni malitia repletos, & minus malos, quos & bonos nominat, si alijs conferantur.

Ingressus autem rex ut uideret discumbentes, ubi uidit illic hominem non uestitum ueste nuptiali, ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? At ille obtulit. Tunc dixit rex ministris, Ligatis pedibus & manibus eius mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. Ingressus ad nuptias sine iudicatione fit. Gratia enim sola omnes uocati sumus tam boni quam mali: uita eorum ingressi fuerint, posthac non indisciplinata erit, sed examen ualde magnum faciet rex eorum qui post ingressum ad fidem in fordidio habitu inuenientur. Horreamus igitur cogitantes, quia nisi quis uitam habeat puram, nihil ei proderit nuda fides, non solum enim est nuptijs eiicitur, sed & in ignem mittitur. Quis est ille sordida uestimenta gerens? Is qui non indutus est uiscera miserationum, fraternitatem,

nitatem, benignitatem. Multi igitur seipfos uana spe decipientes, putant quod regnum
 coelorum assequantur, & seipfos simul immittent discumbentium choro, sentientes
 de seipfis magna. Rationem igitur sumens Dominus ab indigno illo, monstrat nobis
 duo haec: unum, quod misericors sit; alterum, quod & nos nullos condemnare debemus
 etiam si manifeste peccent, nisi redarguantur peccantes. Dicit igitur Dominus ministris
 angelis tortoribus, Ligatis manibus & pedibus, id est operatiuis eius uirtutibus. In se-
 culo enim praesenti operari possumus, in futuro autem seculo ligantur omnes uirtutes
 animae operatiuae, & non potest fieri aliquid boni in ablutionem peccatorum. Stridor
 autem dentium, poenitentia est, quae tunc stultae & inutiliter fit. Multi autem sunt uo-
 cati, multos enim uel potius omnes uocat Deus; pauci uero electi. Pauci enim qui sal-
 uantur, & qui digni ut eligantur a Deo: ita ut Dei quidem sit uocare, electos autem fie-
 ri, uel non, nostrum est. Ostendit igitur quod propter Iudaeos dicta sit parabola; qui uo-
 cati quidem fuerunt, non autem electi, eo quod non audierunt.

Cautè le-
 gas, quare
 in fine li-
 bri.
 Luc. 20.

Tunc abeuntes pharisaei consilium ceperunt ut illaquearent eum in sermone: & ad
 illum emittunt discipulos suos cum Herodianis. Per insidias haec fiebant: propterea
 & Lucas insidiatores illos uocat, tanquam missos in hoc ut insidientur Christo. Hero-
 diani autem erant uel Herodis milites, uel qui putabant Herodem Christum. Quonia
 enim deficientibus principibus Iuda regnaret Herodes, arbitrabant ipsum esse Christum.
 uenit igitur pharisaei cum illis illaqueaturi eum. Audi enim quomodo loquantur illi.

Dicentes, Magister, scimus quod uerax sis, & uiam Dei in ueritate doceas, neque cu-
 res quenquam: non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi uide-
 tur? Licet census dari Caesari, an non? Cognita autem Iesus malitia eorum, ait, Quid
 me tentatis hypocrite? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.
 Et ait illis, Cuius est imago haec & inscriptio? Dicunt ei, Caesaris. Tunc ait illis, Reddi-
 te ergo quae sunt Caesaris, Caesari: & quae sunt Dei, Deo. Et his auditis mirati sunt, & o-
 misso eo abierunt. Arbitrati se demulsiuros illum laudibus, adulantur, ut laetatus di-
 cat non deberi Caesari tributum, & inde comprehendant eum tanquam seditiosum, &
 commouentem populum contra Caesarem: & idcirco Herodianos secum adducunt,
 qui regni erant, ut comprehenderent illum quasi rerum nouatorem. Non respicis per-
 sonam cuiusquam, inquit, Nihil dicis in gratiam Herodis & Pilati. Dic igitur nobis,
 Debemus & hominibus tributarij esse, & dare eis census, sicut & Deo didrachmum: an
 soli Deo tribuemus? nunquid autem & Caesari? Hoc autem dicebant (sicut dixit) ut di-
 cat quod non oporteat tributum & Caesari pendere, comprehendant eum & occidant:
 sicut Theudan & Iudam, qui dicebant non sacrificandum pro nomine Caesaris. Iesus
 autem per hoc quod figuratum erat numisma imagine Caesaris, persuadet illis deberi
 Caesari quae eius sunt, hoc est, quae habent eius imaginem. Et in corporalibus & in ex-
 ternis obediendum est regi: in internis autem & spiritualibus, Deo. Licet autem & sic
 intelligere, quod oporteat unumquemque nostrum ea quae sunt Caesaris, hoc est daemo-
 nis, infernorum principis, illi ipsi reddere, & obsequere: ut exempli gratia, si habes framam
 a Caesare, rejice eam in illum, irascere contra ipsum, sic poteris & ea quae sunt Dei, Deo
 reddere. Item quia duplices sumus nos, & ex anima corporeque constitui mur, corpori ci-
 bos & amicum ut Caesari debemus: diuini uero nostrae parti, quae & illi congruunt.

Actuum 5.

Deut. 25.

Luc. 20.

Act. 23.

In illo die accesserunt ad eum Sadducaei, qui dicunt non esse resurrectionem, & in-
 terrogauerunt eum dicentes, Magister Moyses dixit, si quis mortuus fuerit non habens
 filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitetur semen fratri suo. Erant autem apud
 nos septem fratres, & primus uxore ducta defunctus est: ac non habens semen, reliquit
 uxorem suam fratri suo. similiter secundus & tertius, usque ad septimum. Nouissime au-
 tem omnium defuncta est mulier, in resurrectione igitur, cuius septem illis erit uxor:
 Omnes enim habuerunt eam. Constat pharisaeis cum Herodianis, iterum Sad-
 ducae tentant. Haereticis autem illorum erat talis: Neque resurrectionem, neque spiritum,
 neque angelos credebant: diuersa a pharisaeis sentiebant. Rem fingunt, quae nunquam
 contigit. Pone enim quod duo acceperint ipsam & mortui sint, qui fieri potuit ut ter-
 tius omen auersans nuptias non recusauerit, periculis praecedentium admonitus: Fingunt
 igitur quasi Christum in dubium tracturi, ut resurrectione arguant, & Moysen signum suo pa-
 tronum faciant, Septem dixerunt esse fratres, maxime incessentes resurrectionis mysterium: &
 cuius

A cuius ex illis, dicunt, erit mulier? Diceret quis, O contaminati Sadducaei, prioris qui
 duxerat, uxor erit, siquidem concederemus in resurrectione nuptias fore. alij enim
 non ueri, sed uiri erant accessorij.

Respondens autem Iesus, dixit illis: Erratis, nescientes scripturas, neque uirtutem Dei.
 In resurrectione enim neque matrimonium contrahunt, neque elocantur, sed sunt sicut
 angeli Dei in caelo. De resurrectione uero mortuorum non legistis quod uobis di-
 ctum est a Deo, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob: Deus non est
 Deus mortuorum, sed uiuentium. Et cum audissent turbae, stupuerunt de doctrina eius. I
 Ostendit saluator & resurrectionem futuram, & non talem carnalem, ut errant, sed di-
 uinorem & spiritaliore. Quid enim, inquit, erratis, nescientes scripturas, & uim Dei?
 Nam si scripturas sciretis, crederetis utique Deum non esse Deum mortuorum, sed ui-
 uentium. Quod si uirtutem Dei sciretis, cognosceretis utique Deo omnia esse possibilia
 & posse Deum facere ut homines uiuant sicut angeli. Vide autem sapientiam Do-
 mini. Illi per Moysen conabantur dogma de resurrectione subuertere, & Dominus per
 Moysen illis iterum persuadet, Ego enim sum, inquit, Deus Abraham, & Isaac & Iacob.
 Hoc autem dicere uult, Deus non est eorum Deus qui non sunt, sed qui subsistunt &
 sunt. Neque enim dixit, Ego eram, sed sum. Nam quamuis mortui sint, spe tamen resur-
 rectionis uiuunt. Interrogas autem, quomodo igitur alio loco dicit, Mortuorum & ui-
 uentium Dominus est? Disce igitur quod mortuos illos illic dicit defunctos quidem,
 uiuenturos autem: hic uero Dominus respondet haereticis Sadducaeorum, docentium non
 esse animam immortalem, sed omnino corrupti, dicens Deum non esse Deum mor-
 tuorum, hoc est, sicut uos putatis, omnino pereuntium, sed uiuentium, hoc est immor-
 talem habentium animam, & resurgentium, etiam si mortui fuerint.

Pharisaei autem cum audissent quod silentium imposuisset Sadducaeis, conuen-
 runt in unum, & interrogauit eum unus ex eis legislator quispiam, tentans eum, & di-
 cens, Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus, Diliges Dominum
 Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. hoc est primum
 & magnum mandatum. Secundum est autem simile huic, Diliges proximum tuum sicut
 teipsum. In his enim duobus mandatis uniuersa lex & prophetae pendet. Ex immodi-
 ca inuidia accedit tentans. Quia enim uiderant Sadducaeos confusos, & laudatum Dominum
 ob sapientiam, accedunt tentantes si apponat aliquid mandato primo, quasi legem corri-
 gens, ut inueniant contra ipsum animum. Dominus autem inuulgans illius malitiam, quod
 non ad descendendum uenisset, sed uacuum charitate inuideat & amuletur, ostendit chari-
 tatem inter mandata praecellere: docetque non ex parte oportet diligere Deum, sed nos
 totos dare Deo. Tres enim tales in anima discernimus esse uires, plantatiua, animalem, &
 rationalem. Secundum quod crescit & nutritur, & simile generat, plantis assimilatur: secun-
 dum quod irascitur & concupiscit, brutis comparatur: secundum quod intelligit, rationalis di-
 citur. Vide igitur hoc loco quid illa tria significant: Diliges Deum tuum in toto corde
 tuo, haec est brutalis animae pars: & in tota anima tua, haec est plantatiua uirtus, animae
 enim sunt plantae: & in tota mente tua, haec est uis rationalis. Et sic oportet Deum dilige-
 re tota anima, hoc est omnibus partibus & uirtutibus animae ei adherere. Hoc est pri-
 mum & magnum mandatum, ad pietatem nos exercens. Secundum autem simile est illi,
 quod nos excitat ad faciendum quae sunt iusta homini. Duo enim nos in interitum du-
 cunt, mala doctrina, & corrupta uita. Ut igitur non incidamus in impia dogmata, dili-
 gendus est Deus. Ne autem sit uita peruersa, diligendus est proximus. Qui enim diligit
 proximum, omnia mandata implet: & qui implet mandata, diligit Deum, atque ita duo il-
 la mandata inter se cohaerent & copulantur, & continent omnia alia mandata. Quis
 enim diligens Deum & proximum, uel furatur, uel uindictae audax est, uel adulterium
 committit, uel scortatur, uel occidit? Hic autem legisperitus principio quidem uenit ten-
 tans, deinde respecto Christi emendatior factus, laudatus est, sicut Marcus inquit quod
 spectans eum amplexatus sit illum, & dixit ei: Non longe es a regno Dei.

Congregatis autem Pharisaeis, interrogauit eos Iesus dicens, Quid uobis uidetur de
 Christo: cuius filius est? Dicit ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in spiritu uo-
 cat eum Dominum, dicens, Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec po-
 nam inimicos tuos subsellium pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eum Dominum, quomo-
 do filius

Exod. 3.

Esai. 10.

Deut. 10.

Leuit. 19.

Rom. 13.

Tres in a 2

nima uires.

sunt quibus

Deum dili-

gere oportet.

interitus no-

stri causa

duae.

Mar. 12.

Psal. 110.

do filius eius est: Et nemo poterat ei respondere quicquam, neque ausus fuit quiquam ex eo die eum amplius interrogare. Quoniam purum hominem Christum esse putabant, subuertit eorum opinionem, & docet ueritatem per Dauid prophetam, diuinitatem suam predicans. Dicentibus enim pharisaeis, filius est Dauid Christus, hoc est, homo purus: dicit, quomodo igitur Dauid Dominum eum nominat: & non simpliciter eum nominat Dominum, sed in spiritu, hoc est, per spiritus gratiam ipsum reuelauit: non negat autem filium Dauid esse hoc dicendo, sed monstrat quod non sit purus homo ex solo Dauidico semine descendens. Haec autem interrogat Dominus, ut si dicat se nescire, interrogent ac discant: uel si dicant ueritatem, credant: uel si nihil possint dicere, confundantur & secedant, non audentes ultra interrogare illum.

CAPVT XXIII.

Tunc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos dicens, In cathedra Moysi sedent scribae & pharisaei: omnia ergo quaecumque iusserint uos seruare, seruate & facite: secundum opera uero eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt. Quando eos confutauit, & ostendit incurabiliter agrotantes, tunc de ipsis dicit, & de uita ac moribus illorum loquitur, admonens auditores, ne contemnant doctores etiam si corruptae uitae sint. Ostendit praeterea quod legi non sit aduersarius, sed malit seruari ea quae legis sunt, quamuis ea docentes indigni sint. Quaecumque enim dicunt doctores illa Moysi putate dicere, immo Deum, faciendam ne igitur omnia quae dicunt, etiam si mala fuerint: Dicimus igitur primum, quod docens, nullum unquam audeat adhortari in malum. Deinde ut demus hoc ut quis in malam uitam inhortetur, non tunc a Moysi cathedra, neque de lege loquitur. Dominus autem dicit de his qui in cathedra Moysi sedent, hoc est, his qui ea quae in lege habentur, docent. Eos igitur qui docent diuinam legem, etiam si ipsi non faciant, audire oportet.

Colligant autem onera grauiam, difficultatibus portatu, & imponunt in humeros hominum, caeterum digito suo nolunt ea mouere. Omnia uero opera sua faciunt, ut spectentur ab hominibus. Dilatant autem phylacteria sua, & magnificant fimbrias palliorum suorum. Onera grauiam imponebant pharisaei, cogentes homines ut impleant mandata legis, quamuis tenuia essent, & difficulta obseruata. Vel etiam plura legis mandata aggrauarunt, traditiones quasdam ultra leges tradentes, quas ipsi digito suo non mouent, nihil operantes. Quando enim qui docet, non solum docet, sed & operatur, uidetur simul cum his qui docentur, laborare & operari. Cum uero ille me onerat, ipse autem nihil agit, magis me grauat, inde ostendens ea quae dicit fieri non posse. Arguit igitur Dominus pharisaeos, eo quod nolunt simul gestare onera mandatorum, & cooperari. Non solum autem nihil boni faciunt, sed & simulant quasi faciant: & si quando quippiam faciunt, ut uideantur faciunt, & aufertur iam illorum merces, nunc autem quanta condemnatione digni, quando neque faciunt, & uideri uolunt quasi faciant: Quid autem faciunt: Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias uestium suarum. Hoc autem ita se habebat. In lege habetur: Alligabitis ea in manu uestra, eruntque immota ante oculos uestros. Scribebant igitur in duabus chartulis decalogum legis, & ponebant unam super frontem, & alteram super dextram suspendebant. Fimbrias autem faciebant in summis uestibus, uiolaceis & coccineis clauis. Et hoc inuenerant in lege, ut uidentes illa, non obliuiscerentur mandatorum Dei. At Deus hoc nolebat, sed iubendo ferre super manum phylacterium, significare uolebat mandata operari eos oportere. Per coccineas autem fimbrias declarabat quod oporteat nos sanguine Domini signari. Illi uero faciebant phylacteria magna & fimbrias, ut uidentibus illa appareant obseruatores esse legis.

Deut. 6. Phylacterium super manum & fimbriae quae signent.

Mar. 12. Luc. 14.

Amantque primos accubitus in coenis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi, Rabbi. Papae quid dicit: Idcirco condemnantur, quia amant: Quod si solum amans primos accubitus condemnatur, qui nihil non facit pro illis, qua condemnatione dignus: Et primas cathedras in synagogis, ubi magis debebat docere & alios humilitatem, eo loco illi ipsi maiori fastu corrumpebantur. Omnia enim pro gloria faciebant, & haec facientes non confundebantur, sed interim uocari uolebant Rabbi, Rabbi, hoc est doctores.

† Et patre nolite uocare uobis

Vos autem nolite uocari Rabbi, unus enim magister uester, nempe Christus, omnes autem super terram, unus est enim pater uester qui in caelis est, omnes autem uos fratres estis.

Autem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram: unus est enim pater uester, qui in caelis est. Nec uocemini magistri, unus enim est magister uester nempe Christus. Qui maior est uestrum, erit uester minister. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. Non prohibet Christus uocari quempiam magistrum, sed tanta affectione uelle uocari, & omnibus modis curare ut ita uocetur. Docendi enim dignitas proprie solius est Dei. Patrem autem ne uocetis dicens, non prohibet honor parentibus debitum, quia uult non uenerari parentes, & maxime spirituales patres: sed inducit ut uerum patrem agnoscamus hoc est Deum. Deus enim proprie pater est: Carnales enim non sunt authores natiuitatis, sed cooperarii & ministri. Porro lucrum humilitatis indicans dicit, Qui maior est uestrum, debet esse uester minister & ultimus. Qui enim exaltauerit semetipsum, aliquid se esse ratus, humiliabitur derelictus a Deo.

100.3.

Exod. 20.

Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae, quia comeditis domos uiduarum, dum sub praetextu precibus prolixis precamini: propter hoc plus accipietis damnationis. Hypocritas hos uocat, ut promittentes pietatem, & nihil promissione dignum facientes: sed praetextes se precari longum, hoc est multo tempore, deuorant uiduarum facultates. Re autem ipsa illufiores sunt, ac derident simpliciores, & decipiunt eos. Et plus condemnationis accipietis, eo quod ea quae uiduarum, comeditis, quibus oportebat magis suppeditare, & ipsarum inopiam subleuare. Vel aliter, multo plus damnationis accipietis, eo quod praetextu boni operis malum quiddam committitis, nempe precando uiduarum bona comedentes. Maiori enim condemnatione dignus, qui praetextu boni in malum allicit.

Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae, quia clauditis regnum caelorum ante homines: uos enim non ingredimini, neque aduenientes sinitis ingredi. Non solum, inquit, uos increduli estis, & uita habetis corruptam: sed & alios docetis ne mihi credant: & per uitae uestrae exemplum corrumptis. Solet enim populus principibus fieri similis, & magis si illos in malum uidet propensos. Omnis itaque malus doctor & princeps uideat quid lucratur, nempe uae, eo quod per suam uitam non sinit alios in bono proficere.

B Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae, quia circumcitis mare & aridam, ut faciatis unum profelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo magis quam uos estis. Non solum, inquit, Iudaeos corrumptis, sed & eos qui ex idolorum cultu ad Iudaicam religionem accesserunt. Hos enim profelytos nominabant. Studetis quidem conuertere aliquem ad Iudaicam conuersationem, & ad circumcisionem: quando autem Iudaizat, tunc perit a uestra infestis malitia. Filius autem gehennae, qui dignus est illa, cum qua familiaritatem habet in illa flagraturus.

Profelyti.

Vae uobis duces caeci, qui dicitis, Quicumque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit per aurum templi, reus est. Stulti & caeci, utrum enim maius est aurum, an templum quod sanctificat aurum: Et quicumque iurauerit per altare, nihil est: quicumque autem iurauerit per donum quod est super illud, reus est. Stulti ac caeci, utrum enim maius est donum, an altare quod sanctificat donum: Qui ergo iurauerit per altare, iurat per illud, & per omnia quae super illud sunt. Et qui iurauerit per templum, iurat per illud, & per eum qui habitat in ipso. Et qui iurauerit per coelum, iurat per thronum Dei, & per eum qui sedet super illum. Caecos eos nominat, quia nolebant docere ea quae decebat: & quae minori loco debebant coli, uenerabant: quae praecipua erant, in secundum ordinem referebant. Etenim aurum in templo, & cherubin, & aureum uoceum praeferebant templo: ideo & multos docebant quod nihil sit per templum iurare, sed per aurum in templo iacens, quod tamen propterea uenerabile erat, quia in templo continebatur. Et dona quae in altario ponebantur, digniora dicebant altario ipso: atque adeo pharisaei sic docebant, ut si quis iurasset per aureum uas, uel bouem uel ouem oblatam in sacrificium, & deinde peierasset, similia persolueret. Donum enim altario praeferebant propter hostiarum lucra. Quod si quis per templum iurans peierasset, non potuisset simile templo aedificare, & propterea absoluebat, uidebaturque postea leuius esse iuramentum per templum, propter pharisaeorum auaritiam. Itaque in ueteri non permittit Christus donum maius esse altario, apud nos autem altarium a donis magis sacratum. Panes enim in dominicum corpus diuina gratia conuertuntur: ideo & sanctificatur ab eis altare.

Panes in dominicum corpus uertuntur

Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae, quia decimatis mentem, & anethum, & cyminum, & reliquistis quae grauiora sunt legis, iudicium ac misericordiam & fidem. Haec oportet portare

g

† sed illud quoque de cimabant

iudicium sequitur misericordia, hinc fides.

† iniustitia

1. Thess. 2.

portebat facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Iterum obiurgat eos ut insipientes, eo quod cõtemnentes mandata maiora, in paruis diligentes erant, & cymini decimationem non negligebant, sed persolvebant. Et si quis reprehendisset ut parcos, prætexebant legem hoc docere. Melius autem fuisset ac Deo gratius, si iudicium & misericordiam et fidem expetissent à populo. Quid autem est iudicium: nihil iniustum & absurdum facere, sed omnia cum iudicio & ratione. Statim enim iudicium sequitur misericordia. Qui enim discretè facit omnia, scit & quibus debeat misereri. Misericordiam autem sequitur fides. Qui enim miseretur, credit omnino quod nihil perdat, sed omnia accipiat. Vel aliter, Oportet misereri, & credere Deo uero. Multi enim paganorum misericordes quidem fuerunt, non credentes autem in Deum uiuum, non habuerunt misericordie comitem fidem. Oportet autem unumquemque doctorum decimare à populo suo, hoc est petere à decem sensibus, hoc est à quinque corporalibus, & quinque animalibus, iudicium, misericordiam, & fidem. Hæc quidem oportebat facere, dicit Christus, non adhortans ad decimandum herbas, sed ne uideretur tunc contrarius Moyse. Duces autem cæcos eos nominat, eo quod gloriabantur se omnia scire & docere, nullique proderant, sed omnes corrumpebant in bathrum infidelitatis proijcetes. Culicem autem excolantes eos nominat, ut parua peccata obseruantes: camelum autem, hoc est magna, deglutientes & despicientes.

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia purgatis exteriorem poculi patinæque partem, ceterum intus plena sunt rapina & intemperantia. Pharisæe cæce, purgati prius quod est intra poculum & patinam, ut & exteriores horum partes puræ reddant. Qui traditiones seniorum obseruabant, lauabant calices & paroplicidas, hoc est patinas, in quibus opsonia ponuntur: ex rapina autem bibebant uinum, & comedebant cibos, quæ magis conquinabant. Dicit igitur, Ne possideas uinum intus in partem, et mundus etiam intus calix erit. Vel non de caccilibus & patinis dicit, sed de externa corporali habitudine, & interna spirituali. Tu enim (inquit) exteriores poculi partes, hoc est, exteriorem tuam habitudinem, fricas, ut elegantiores sint: intus autem te imple sordibus, hoc est rapinis & iniuria alios afficis. Oportet autem te intus lauare, hoc est in anima, ut puritate animæ cohonestetur & exterior dignitas.

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ foris quidem apparent speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, omnique spurcitia, sic & uos foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis fictione & iniquitate. Et hæc parabola similiter intelligitur ut præcedens. Dabant enim operam ut exteriori habitudine decori uiderentur, sicut sepulcra dealbata, ut pote gypso & asbesto dealbati, intus autem immunditia mortuorum & putridorum operum erant pleni.

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia ædificatis sepulcra prophetarum, & ornatis monumeta iustorum, ac dicitis, Si fuisset in diebus patrum nostrorum, non fuisset focus eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis uobismet ipsis, quod filij sitis eorum qui prophetas occiderunt. Miseros dicit illos, non quod sepulcra ædificarent prophetarum (hoc enim Deo gratum) sed quia ita simulabant, & patres suos condemnabant, deteriores illis existentes, malitiamque eos excellentes mentiebantur manifeste: quia si fuissent in diebus patrum suorum, grauiora quam illi commisissent, ipsum enim prophetarum Dominum rabidi occiderunt. Idcirco & dicit,

Vos quoque implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes, progenies uiperarum, quomodo effugietis iudicium gehennæ? Non imperat, nec compellit illos ut se occidat, dicens, Implete & uos mensuram patrum: sed hoc est quod dicit, quia serpentes estis, & talium patrum progenies, & in tanta infania obstinati estis, ut incurabiles sitis: reliquum est cum operam dabitis, ut patres uestros uincatis. hoc erit quando me occidatis. Tunc enim summam malitiam uerticem apprehenditis, cum omissam à patribus uestris eadem implebitis. Cum igitur tales sitis, quomodo poenam effugietis?

Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapientes, & scribas, & illorum aliquot occidatis, crucifigatisque, & illorum nonnullos flagellabit in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem. Arguit illos mendaciam, dicens quod si fuisset in diebus patrum nostrorum, non occidisset prophetas. Ecce enim ego, inquit, mitto prophetas, & sapientes, & scribas, at tamen uos illos occidatis. De Apostolis autem hæc dicit

A dicit, quos spiritus sanctus scribas fecit, hoc est doctores populi, & sapientia omni & prophetia ornauit. Emitto autem, inquit, declarans suæ deitatis potestatem.

Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effunditur super terram à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiae, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis, quod ueniet hæc omnia super generationem istam. Super Iudæos illos qui tunc erant, dicit, Veniet omnis sanguis iniuste effusus. Plus enim punietur, quam patres sui. Nam neque post tanta exempla emendati fuerunt. Sic enim & Lamech post Cain plus punitus fuit, quam quis non interemisset fratrem, eo quod non fuisset ad exemplum Cain emendatus. Veniet igitur, inquit, super uos sanguis ab Abel usque ad Zachariam. Opportune autem meminit Abelis. Sicut enim Abel propter inuidiam interemptus est, ita & Christus occisus est. Cuius autem Zacharie hoc loco meminit: Alij dicunt illum fuisse unum de duodecim prophetis, alij patrem præcursoris Domini. Habet enim ita narratio nobis tradita, quod locus quidam in templo fuerit, in quo stabant uirgines. Igitur cum esset pontifex, postquam Deipara peperisset Christum, & statuisset illam in eo loco, indignati sunt contra eum Iudæi, & occiderunt eum, quod cum uirginibus collocasset mulierem quæ pepererat. Non est enim mirabile quod etiam pater præcursoris habuerit patrem Barachiam, & sicut is qui ex duodecim erat, dicatur Barachiae filius. Verisimile enim quod sicut illi fuerunt cognomines, ita & patres ipsorum.

Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos quod ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluitis: Ecce relinquit uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis, haudquam me uidebitis posthac, donec dicatis, Benedictus qui uenit in nomine Domini. Bis ponit nomen Hierusalem, miseris eius, & magna cum compassione eam reuocans. Expositulans enim cum ea, quasi cum dilecta quadam, quæ diligentem contemnat, respondet inducturum se poenam: unde arguit illam quasi sanguinariam, & quod saepius uolente se misereri eius, ipsa noluerit, sed diabolus potius audierit, à quo dispersa, & à ueritate, quæ uniuersam uim habet fuerit abducta, congregantem autem Dominum non susceperit. Nil enim sic à Deo dispergit, ut peccatum: & nihil ita ad Deum aggregat, ut uirtus. Ostendens autem misericordiam, auis exemplum ponit. Idcirco quia noluitis, relinquo templum desertum. Hoc loco discamus, quod propter nos Deus & templum inhabitat: quod si nos poenitendi fuerimus, relinquantur & templum. Non igitur me uidebitis usque ad secundum aduentum, tunc enim etiam nolentes eum adorabunt, & dicent, Benedictus qui uenit. Posthac autem, intellige, postquam crucifixus fuero, non enim de hora qua hæc dicebat, loquitur: nam postea saepius uiderunt: post crucifixionem autem nequaquam, donec inisset aduentus eius.

Gen. 4. 2. Par. 24.

Gen. 4.

Propter nos Deus templum inhabitat.

CAPVT XXIIII.

ET egressus Iesus discedebat à templo. Et accesserunt ad eum discipuli eius, ut ostenderent ei structuras templi. Iesus autem dixit illis, Nonne uidetis hæc omnia? Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruetur. Egressus à templo, ostendit quod à Iudæis migraturus sit: & sicut dixit quod relinqueretur domus deserta, ita & facit. Prædicit quoque discipulis destructionem templi. Sapiebant enim & illi terrena, & stupebant ædificiorum pulchritudinem, & quasi Christo monstrabant, Ecce qualem domum relinquis desertam. Unde abducit illos, ne adhæreant terrenis, & ad supernam Hierusalem transmittit. Neutiquam manebit hic lapis super lapidem: dicens hyperbolicum sermonem, funditus periturum dicit.

Sedente autem eo in monte oliuarum, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signum aduentus & consummationis seculi? Secreto accedunt, ut de magnis rebus interrogaturi. De duobus enim rogant, & quando hæc erunt, nepe destructio templi, expugnatioque Hierusalem: & quod signum ipsius aduentus.

Et respondens Iesus dixit eis, Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus: multosque seducent. Multi, inquit, uenient prædicantes se esse Christos. Nam Dositheus Samaritanus dicebat se prophetam à Moyse prædictum, & Simon magnam uirtutem Dei se nominabat.

Audituri estis bella, & rumores bellorum. uidete ne turbemini, oportet enim omnia fieri, sed nondum est finis. Confurget autem gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erunt pestilentiae, & fames, & terremotus singulis locis. Hæc autem omnia ini-

Act. 3.

76
tia sunt dolorum. Bella dicit Romanorum in Hierosolymis. Non solum autem bella dicit futura, sed & fames & pestes: quandoquidē ira Dei in Iudæos sauiet. Bella enim quis dixerit hominū incursiones, famē autē & pestē nūquā aliunde prouenire q̄ a Deo. Deinde ne putent q̄ priusq̄ prædicauerint, cōsummes mundus, dicit, Ne turbemini. Nondum enim consummatio, neq̄ cum subuersione Hierusalem erit generalis consummatio. Gentem uerō contra gentem, & regnum contra regnum exurrectura dicit p̄pter imminētia Iudæis mala: quæ initia sunt dolorum. Sicut enim parturiens dolet, & sic parit: ita & præsens seculum post confusiones & bella parit futura.

Tunc tradent uos in afflictionem, & occident uos, & eritis inuisi cunctis gentibus propter nomen meum. Et tunc offendiculum patientur multi, & alius alium inuicē tradent, seq̄ odio habebunt inuicem, & multi pseudoprophetae surgent, & seducunt multos: & quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseverauerit usq̄ in finem, hic saluus erit. Prædicat euentura mala, animans discipulos per hoc quod prædicat. Nam inexpectata terrere & turbare cōsueuerunt. Præmitigat igitur timorem, prædicēdo futura graua, odia, inimicitias, offensiones, pseudoprophetas, qui præcursores sunt Antichristi, seducētē multos, ita ut in omnē iniquitatē eos precipient. Quia autē multiplicabit iniquitas per imposturas Antichristi, exasperabuntur & efferi erunt homines, ita ut neq̄ cum familiarissimis ullum seruēt charitatis uinculum, sed mutuū se tradāt. Qui autē perseverauerit, & fortiter tulerit, neq̄ cesserit his quæ inferuntur tunc, saluus erit, & comprobabitur strenuus miles.

Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe, in testimoniu omnibus gentibus, & tunc ueniet cōsummatio. Non erit uobis prædicandi obstaculum. Confidite, prædicabitur enim Euangelium in omnibus gentibus, in testimonium, hoc est in reprehensionē & condēnationem eorum qui non crediderunt: & tunc ueniet cōsummatio, nō mundi, sed Hierusalem. Nam ante captam Hierusalem prædicatū est euangelium, sicut & Paulus dicit, Euangelium, quod prædicatum in omni quæ sub cœlo est creatura. Nam quod de fini Hierosolymorum dicat, manifestum est ex sequentibus.

Cum ergo uideritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat. Abominationē desolationis dicit statuatam eius qui ciuitati imperauit, quam erexit in adytis templi. Desolationis autem dicitur, eo q̄ expugnāda esset ciuitas. Abominatio uerō, eo q̄ statuas & imagines hominum Hebræi abominationes uocabant, odio idololatriæ.

Tunc hi qui in Iudæa sunt, fugiant in mōtes: is qui in tecto, nō descendat ut tollat quicq̄ de domo sua: & is qui in agro, non reuertatur ut tollat uestes suas. Insinuans summa pericula quæ euadī nō possunt, inquit q̄ oporteat fugere nō respiciendo neq̄ curando quid in domo sit, uel uestes, uel alia uasa. Quidam autem abominationem desolationis Antichristum existimant, eo q̄ uastaturus mundū, & subuersurus sit ecclesias, ac sessurus in templo: intelligant & ista sic, q̄ qui in tecto est, id est excelsis uirtutibus præditus, non descendat à summis uirtutibus ut tollat ea quæ sunt corporis. Domus enim animæ, corpus. Oportet autem & ab agro secedere, hoc est terrenis: & neq̄ uestem tollere malitiæ, quæ uetus est uestis quam exuimus.

Væ autem prægrantibus, & lactantibus in illis diebus. Prægnantes quidem non poterunt fugere, onere uentris grauata: lactantes autem propter compulsionē erga pueros. Illos enim relinquere nequeunt, neq̄ secum portare & simul saluare possunt. Forsatis Christus insinuat q̄ & comederint pueros. Dicit enim Iosephus quod cum esset fames propter obsidionem, mulier coxerit filium suum, & comederit.

Orate autem ne fuga uestra fiat hyeme, neq̄ sabbato. In persona apostolorum ad Iudæos hæc dicit. Apostoli enim prius egressi erant ex Hierusalem, Iudæis igitur dicit ut precent ne in hyeme fiat fuga sua, eo q̄ incommodum sit illis temporibus fugere. neq̄ in sabbato: tunc enim iuxta legem ociosi sunt, & fugere non audent. Tu autem & sic intelligito, quod oporteat precari ne fiat fuga nostra ex hac uita, hoc est mors, in sabbato, ociosis nobis à bonis operibus: neq̄ hyeme, in sterilitate bonorum: sed in serenitate animæ, quæ non turbetur.

Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi ad hoc usq̄ tempus, neq̄ fiet. Et nisi abbreviatū fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: propter electos

A electos autem abbreviabitur dies illi. Afflictio intolerabilis tūc erat. Iusserunt enim Romanorum milites ne cui parceretur: sed Deus propter credituros ex illis, & eos qui iam crediderant, nō permittit simul omnes occidi. Decurtauit autē afflictiones & bella. Nam si bellū diuturnius fuisset, omnes qui intus erant, fame periissent. Quidā autē de Antichristi diebus hæc intelligunt: sed non sunt intelligenda hæc de Antichristo, sed captiuitate urbis Hierusalē. Quæ ad Antichristum pertinent, hoc loco incipiūt.

Tunc si quis uobis dixerit, Ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetae, & dabūt signa magna & prodigia, ita ut in errore inducantur etiam electi, si fieri potest. Ecce prædixi uobis. Quoniam discipuli duas quæstiones introduxerant, unam decaptiuitate Hierusalem, & alteram de aduentu Domini: postquam de captiuitate dixit, inde & de suo aduentu dicere incipit, ac consummatione seculi. Cum autem dicit Tunc, nō hoc sibi uult, q̄ statim post captā Hierusalem si quis uobis dicat, &c. sed tempus illud declarat quo futurum est ut id quod dicitur, hunc sensum habeat, Tunc, id est quo tempore uerturus est Antichristus, erūt pseudochristi & pseudoprophetae multi, qui in daemonum apparitione fallent uidentium oculos, ut quosdam decipiant: atq̄ adeo, nisi ualde sobrii sint, & iusti seducant. Sed ecce prædixi uobis. Non habetis excusationem, potestis enim non decipi.

Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet usq̄ in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Vbi enim fuerit cadauer, illic congregabuntur & aquilæ. Si uenerint, inquit, impostores dicentes, Christus uenit, sed in solitudine est occultus, uel in domo quadam, uel in promptuarijs & interioribus locis eius, ne decipiāmini. Aduentus enim Christi nō opus habebit quopiam qui illum demonstret, sed manifestus erit omnibus, sicut & fulgur. Nam sicut illud repentinum est, & omnibus clarum, ita & ipse omnibus in mundo manifestus erit. Non enim sicut in primo aduentu de loco in locum transiuit, ita & in secundo, sed in momento oculi aderit. Et sicut apud mortuum cadauer congregantur statim aquilæ, quæ uultures sunt, sic & omnes sancti uenient eō ubi Christus fuerit. Hi enim in summa uolant, & in nubes rapiuntur, sicut aquilæ. Cadauer autem dicitur Christus, quia pro nobis cecidit & mortuus est: sicut & Symeon dicit, Hic erit in casum & resurrectionem multorum.

Statim autē post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadēt de cœlo, & uirtutes cœlorū cōmouebunt. Post aduentū Antichristi, qui breui soluetur, hoc enim declarauit per hoc q̄ dicit, statim: sol obtenebrabit, hoc est obscurabitur, non disprens, sed superatus lumine aduentus Christi, quemadmodū & stelle & Luna: quid enim præterea opus erit huiusmodi sensibili lumine, cum non erit nox, sed apparebit sol iustitiæ: Quin & uirtutes cœlorum commouebuntur, hoc est obstupescēt & horrescēt, uidentes creaturam immutari, & omnes ab Adam usq̄ ad illud tempus homines rationem duros.

Et tunc apparebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filiū hominis uenientem in nubibus cœli cum uirtute & gloria multa. Crux tunc apparebit in cœlo supra solem fulgens, ad arguendos Iudæos. Veniet enim Christus contra Iudæos habens crucem, ut magnā iustificandi materiam & testimoniu: ueluti si quis lapide percussus, ostendat lapidem. Signum autem dicit crucem, tanq̄ trophæum & insigne regium. Tunc igitur plangent omnes tribus terræ Iudæicæ, lugentes suorū inobedientiā & incredulitatē, & omnes qui terrena sapiunt plangent, etiam si Christiani sint. Tribus enim terræ dicuntur hi, qui terrena sapiunt. Quauis autem cum cruce ueniat Dominus, ueniet tamen cum gloria & uirtute.

Et emittet angelos suos cum tubæ uoce magna, & congregabūt electos eius à quatuor uentis, à summis cœlis usq̄ ad terminos eorum. Emittet angelos suos cum tuba uocis magnæ, ut congregent sanctos, & eos qui ex mortuis resurrexerunt, ita ut occurrant illi in nubibus. Venerat igitur eos etiam per angelorum uocationem. Quauis autem Paulus dicat per nubes rapī, non est his aduersum. Collectos enim per angelos, rapiunt nubes. Tuba autem dicitur ad maiorem terrorem.

A fico autē dicitur parabolā. Cū iam ramus eius tener fuerit, & folia fuerint enata, scitis q̄ propē est æstas. Et uos cum uideritis omnia hæc, scitote q̄ propē sit in foribus.

Quando, inquit, omnia hæc fiunt, non procul erit inter meum aduentum & mundi consummationem. Aestatem autem dicit futurum seculum, & serenitatem quæ erit iustis. Impiis enim peccatoribus hyems & turbatio maior erit. Dicit igitur, Sicut uidentes ramos & folia ficus, aestatem speratis: ita & signa illa uidentes, ut dixi solem et lunam immutari, meum expectate aduentum.

Amen dico uobis, non præteribit hæc generatio, donec omnia illa fiant. Cælum et terra præteribunt, uerba autem mea non præteribunt. Generationem hoc loco dicit non eam quæ tunc erat, sed fidelium: quasi hoc dicens, Non præteribit generatio fidelium, donec omnia hæc fiant. Non enim quia auditis famem & pestilentiam, credatis quod generatio fidelium his malis intereat, sed permanebit, & nihil illi præualebit. Sunt qui hæc omnia de sola captiuitate Hierusalém intelligerunt, & non de secundo aduentu: unde & sic interpretant: Non præteribit generatio hæc, hoc est, uestra Apostolorum generatio uidebit Hierosolymorum calamitates. Cōfirmans autem dicta, inquit, Facilius est transire cælum, & terram aboleri, ac illa firma et immobilia elementa, quam ut quoddam ex meis discipulis mēdax sit.

De die autem illo & hora nemo scit, neque angeli quidam cælorum, nisi pater meus solus. Docet hoc loco discipulos non ut discant querere humanam naturam transcendētia: nam dum dicit, neque angeli, admonet eos quod discere attentant id quod angeli ignorant: & dum dicit, pater solus, prohibet eos anniti ut discant postea. Quod si dixisset eis, Scio quidam, uobis autem dicere nolo: cōtristati essent utique, quasi despecti ab eo. Nunc autem cum dicit quod neque filius nouit, nisi pater solus, prohibet ne inquirant: sicut & patres saepe continent quid in manibus, deinde autem dum querunt hoc filij, & dare ipsi nolunt, occultant dicentes, non habemus quod queritis: & sic plorantes filios compescunt. Ita & Dominus ut compescat Apostolos ne discant de die illo & hora, dixit, Neque ego scio, nisi pater solus. Scit enim & ipse horam, & diem illum: id quod ex multis alijs manifestum. Omnia enim quæcumque habet pater, filij sunt: scientiam autem habet diei huius, proinde & filius illam habet. Manifestius autem ex hoc: Quomodo enim possibile est ignorare filium, cui ea quæ ante diem, ita cognita sunt: Nam qui ad uestibulum ducit, manifestum quod is etiam ianuatam sciat. Sed utiliter hunc non aperuit, nobis enim scire non prodest quando erit cōsummatio, ne ignaui simus. Ignorantia enim nos facit alacres.

10. 13. 17

Gen. 6. 7

Sed sicut erant dies Noe, ita erit et aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus qui præcesserunt diluuium, edentes & bibentes, contrahentes matrimonium, & nuptum dantes usque ad diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec uenisset diluuium, & sustulisset uniuersos: ita erit & aduentus filij hominis. Ad confirmationem uerisimorum suorum dictorum utitur his quæ tempore Noe sunt facta, tunc irridebant non nulli arcæ preparationem, donec ueniret afflictio, & inuolueret omnes. Sic & nunc aliqui irrident sermones de cōsummatione seculi, sed repente, inquit, adueniet interitus. Ostendit autem quod cum uenerit Antichristus, uoluptatibus erunt homines de diti, & ad nuptias & delicias propensiores, sicut in tempore Noe gigantes.

Tunc duo erunt in agro: unus assumitur, & alter relinquitur. Duæ molentes in mola, una assumitur, & altera relinquitur. Tunc, inquit, cum omnes sine solitudine, & sua operati fuerint opera: unus quidam assumitur, iustus scilicet, in occursum Christi in aerem: alter autem, peccator uidelicet, infra relinquitur. Sed & si serui aliqui fuerint, & molant: & in his illi quidam assumuntur qui digni, relinquantur autem qui indigni. Atque ita discimus ex hoc loco, quod & serui & mulieres à uirtute non impediuntur.

Vigilate igitur, quia nescitis qua hora Dominus uester uenturus est. Illud autem sciote, quod si scisset pater familias qua hora fur uenturus fuisset, uigilasset utique, & non permisisset fodi domum suam. Propter hoc & uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Vigilare iubet, & præparari, hoc est habere uirtutis opera, quasi in thesauro quodam reposita, ut cum uenerit Dominus repetatis id quod uult, possimus dare. Vide autem quomodo non dixerit, nescio qua hora fur uenturus sit: sed, nescitis. Furem autem mundi cōsummationem nominat, & uniuersumque mortem. Porro insinuat hoc loco nocte aduentum suum futurum. Sicut igitur fur clam uenit, ita & meus aduentus, ut negligentes non sitis, sed sobrii & uigilantes. Nam si sciremus quando futura esset mors nostra, illo solo die daremus operam quomodo placeremus Deo: nunc autem cum ignoramus, sobrii simus semper ad uirtutum opera.

Quisnam

Quisnam est fidelis seruus & prudens, quem præfecit dominus famulatio suo, ut det illis cibum in tempore? Beatus seruus ille, quem cum uenerit dominus eius, inuenit sic facientem. Amen dico uobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Dabit autem futurum sit fidelis quis & prudens, ut ostendat quod rarus talis sit, & inuentus difficilis. Duo enim exiguntur ab omni dispensatore, fides, & prudentia. Nam si quidem fidelis sit, & nihil furetur, prudens autem non sit, sed inuanum disperdat opes: uel si prudens fuerit, & furetur, nihil proderit. Igitur qui tunc inueniendus fuerit fidelis & prudens, ille & multo plura consequetur, regnum dico cælorum. Nam omnium quæ sunt, Dei hæredes erunt sancti. Fidelis autem seruus & prudens omnis etiam est doctor, qui in tempore dedit cibum discipulis: sicut Paulus nunc quidem lacte potans, nunc autem sapienter loquens, fidelisque minister, qui prius blasphemus: & prudens, ut non ignorans cogitationes inimici. Sed & omnis qui à Deo acceperit uel opes, uel potentiam, uel principatum, debet fideliter & prudenter ministrare ea, tanquam rationem redditurus.

Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo, Cunctatur dominus meus uenire: coeperitque percutere conseruos, imò edere & bibere cum ebrijs: ueniet dominus serui illius in die quo non expectat, & hora qua ignorat, & dissecabit eum, & partem eius ponet cum hypocritis. Illic erit ploratus, & stridor dentium. Ut dixit quomodo fidelis seruus honores habiturus sit, nunc dicit quomodo punietur malus. Nam si quis cui sunt concredita dispensationis dona, contemnat iudicium illud, & dicat, Moratur Dominus meus, hoc est, non statim & uestigio poenam imponit: & supra occasione ex longanimitate Dei, percutiat conseruos suos offendendo scandalis, & illorum conscientiam uerberet (subditi enim uidentes principes donis Dei male uti, scandalizantur, & damnū accipiunt) Qui igitur talis, dissecabitur: hoc est spoliabitur dono suo, et tunc apparebit qualis sit: & mittet in tenebras, qui prius sub figura quadam decipiebat: sicut multi pontificum sancti uidentur propter dignitatem, tunc autem tolletur ab eis gratia, & sicut hypocritæ punientur. Nam cum alijs sint, alij apparent.

CAPVT XXV.

Tunc alsimilabitur regnum cælorum decem uirginibus, quæ sumptis lampadibus suis exierunt in occursum sponso. Quinque autem ex illis erant prudentes, & quinque fatuæ. Quæ erant fatuæ, acceptis lampadibus suis non acceperant oleum secum: prudentes uero sumplerant oleum in uasis suis, una cum lampadibus. Tardante uero sponso dormitauerunt omnes ac dormierunt. Sub persona uirginum proponit parabolam de elemosyna: ut quoniam magnum opus est uirginitas, ne quis illud unum curans, alia negligat, sed discat quod absque elemosyna etiam uirgines cum scortis efficiuntur. Merito autem qui compassione caret & misericordia, efficitur, etiam si uirgo sit. Scortum enim ab affectione tyrannica expugnatur et naturali, immisericors autem à diuitijs. Quanto igitur infirmius cui oblectandū, tanto minori uenia dignus est qui expugnatur ab avaritiæ morbo. Et stultus quidem est, qui uincit naturale incendium, & uincitur à paruorum pecuniarum cupiditate ac morbo. Dormitatio est mors. Mora autem sponsi dicitur, quia non statim secundus aduentus fit.

Porrò medio noctis clamor factus est, Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc furxerunt omnes uirgines illæ, & apparuerunt lampades suas. Fatuæ autem prudentibus dixerunt, Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Et responderunt prudentes dicentes, Nequaquam, ne non sufficiat nobis & uobis: sed ite potius ad eos qui uendunt, & emite uobis illis. Porro dum irent emptum, uenit sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, clausa est ianua. Postea uero ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes, Domine, Domine aperi nobis. At ille respondens ait, Amen dico uobis, non noui uos. Vigilate itaque, quia nescitis neque diem neque horam qua filius hominis ueniet. Media nocte dicit clamorem fieri, ut ostendat quod sic inexpectatus ueniat Dominus, quasi media nocte omnes dormiamus profundo somno. At cum clamore uenit, tuba enim sonabit in secundo aduentu. Lampades autem, animæ nostræ: & uniuersumque mens lampas est: quæ tunc accenditur, quando habet oleum uirtutum, & misericordiam. Fatuæ autem uirgines ideo, quod tunc requirant oleum, cum non sit negociandi tempus. Porro prudentes dicunt, Ne forte non sufficiat nobis & uobis. Virtus enim proximi mei uix sufficiet illi ad defensionem, tantum abest ut &

g 4 mibi.

Fidelis & prudens rarus.

1. Tim. 2. 3.

1. Cor. 2.

De sanctitate pontificum.

1. Thef. 5.

Mens lampas est, uirtutibusque accenditur.

mihi. Ex suis enim quicquid operibus iustificabunt, non proximorum. Sed fatuae ad uendentes abeunt, hoc est ad pauperes. Ceterum quod dico hunc sensum habet: Poenitentiae ducuntur fatuae, eo quod eleemosynam non fecerint: & nunc primum sciunt quod a pauperibus oporteat nos oleum emisse. Hoc igitur est quod dicit abire ad uendentes ut emerent oleum; hoc est, mente abierunt ad pauperes, & secum cogitarunt quale bonum sit eleemosyna: sed clausa est eis ianua. Post uitam enim istam non est tempus poenitentiae & operandi. Proinde Dominus dicit illis, Nescio uos. Misericors & miserator Dominus nescit immisericos. Quomodo enim dissimiles & alienos a se nosset? Scito insuper omnem animam a Deo habere illustrationem & lampadem, & omnes surgere in occursum Domini. Omnes enim desiderant occurrere & coniungi Deo, sed Deo dante lampadem & illustrationem, prudentes quidem bene operando oleum immittunt, fatuae autem sicut lampadem sine oleo. Excluduntur igitur non habentes bona opera, propter quae accendit in illis lumem, nisi enim bona opera faciamus, extinguuntur lumina Dei in nobis.

Post hanc uiam non est tempus poenitentiae & operandi. Excluduntur non habentes bona opera.

Cap. 24.

Peregre profectus cur dicitur Christus.

Talentum duplicare quis dicitur.

Psalm. 11

Sicut enim homo quidam peregre proficiscens, uocauit seruos suos, et tradidit illis bona sua, & huic quidem dedit quinque talenta, alij autem duo, alij uero unum, unicuique secundum propriam facultatem, & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & confecit altera quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est & ipse duo altera: qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum uero temporis uenit dominus seruorum illorum, & ponit rationem cum eis. Cum dixisset supra quod nesciatur dies quando uenturus sit Dominus, apponit & parabolam hanc, ostendens quod repente uenturus sit. Sicut enim homo peregre proficiscens, ita & dominus uocauit seruos suos, & haec atque ista commisit. Peregre autem proficisci dicitur, qui propter nos factus est homo Christus, uel secundum quod ascendit in caelos, uel secundum quod longanimitas est, & non statim exigit opus, sed expectat. Serui autem illius, quibus credidit sunt ministerij sermones, ut episcopi, sacerdotes, diaconi, & spiritalia dona accipientes: illi quidem plura, hi uero minora, unusquisque secundum propriam facultatem, hoc est secundum mensuram fidei et purificationis. In uas enim quod ego daturus sum Deo, in illud mittet donum suum: si paruum dedero, paruum dabit, & ipse donum: si magnum, magnum ipse quoque dabit. Statim autem qui quinque talenta acceperat, abiit et operatus est. Vide sedulitatem illius, quomodo nihil neglexit, sed statim operatus est duplicans quod acceperat. Qui enim non solum sibi soli prodest, siue prudentiam habeat, siue diuitias, siue potentiam et auctoritatem apud reges, siue quaecumque aliam uel artem uel facultatem, sed & alij uult prodesse, is duplicat quod sibi datum est. Qui autem talentum fodit in terram, is est qui suae tantum utilitatis curam habet, & non aliorum, qui & condemnatur. Et si bonae mentis & studiosum hominem uideris, qui ingenio suo ad negotiationes, dolos & terrena opera abutitur, de illo dicas quod defoderit talentum suum sub terra, hoc est in terrena opera. Post multum autem temporis uenit Dominus qui dederat argentum uel eloquia sua. Argentum enim igne probatur, eloquia Dei, uel simpliciter omne donum quod clarum & insignem facit hominem, argentum dicitur est. Et conuocat illos, ut rationem ab his qui talenta acceperant, audiat.

Et accedens is qui quinque talenta acceperat, attulit alia quinque talenta dicens, Domine, quia que talenta tradidisti mihi, ecce altera quinque talenta lucratus sum per ea. Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituaui, intra in gaudium domini tui. Accedens autem qui duo talenta acceperat, ait, Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum per ea. Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituaui, intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait, Domine, noueram te quod homo durus sis, metens ubi non seminasti, & inde congregans ubi non sparsisti, ac territus abiit, absconditque talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius dixit ei, Serue male & piger, sciebas quod metam ubi non seminauimus, & congregem illinc ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam mensarijs, et ueniens ego recepissem utique quod meum est, cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta. Omnis enim habenti dabit, & abundabit: qui uero non habet, etiam quod habet auferetur ab eo, Et in uultu seruus eijcite in tenebras exteriores.

exterioribus, illic erit fletus & stridor dentium. Ambo hi qui in credidit operantur, laudantur a Domino eodem modo, Euge serue bone & fidelis, uterque audit. Per bonum autem hic omnino intelligimus misericordem & liberalem, qui suam bonitatem & proximis impartit. Qui autem super pauca fideles apparent, super multa constituntur, nam licet hic dona conseruamus, ea tamen cum futuris non sunt conferenda. Gaudium autem Domini, in cessabilis laetitia, quam habet Deus gaudens in operibus suis, sicut David dicit. Tali igitur gaudio gaudent sancti in operibus suis laetantes: sicut & contra peccatores dolent in operibus proprijs: & sancti gaudent quod tam diuitem habeant Dominum. Vide autem quod & is qui quinque & is qui duo talenta acceperat, eadem bona cosequantur. Quando enim quis etiam pauca acceperit, & datum sibi donum, licet paruulum sit, bene dispensarit, & quale honorem adepturus est cum eo qui magna habuit, et fecit. Unusquisque enim ut acceperit, ita & excelsum uidebit, si bene egerit. Porro serui grati ita se habent: atignauus & piger aliter respondet, & ut se dignum est. Durum enim dominum nominat, sicut & nunc multi doctorum dicunt. Durum quidem requirere ab hominibus obedientiam, quibus Deus non indidit obedientiam & persuasibilitatem, hoc enim insinuat. Metis ubi non seminasti: hoc est, cui non dedisti ut obediret, exiges ab illo ut obediat. Dicens autem durum dominum seruus, seipsum condemnat. Nam quoniam durus erat, debebat magis diligens esse, utpote durum & crudelem dominum fortitus. Nam si aliena exigit, multo magis sua exigit, atque ita oportebat & te multiplicare quae acceperas, & facere discipulos a quibus debitum repeteres. Nummularios autem discipulos nominat, tanquam eos qui pro bent & repro bent sermones. Verum usuram exigit a discipulis, operum scilicet exhibitionem. Discipulus enim a doctore sermonem accipiens, habet quidem illum & reddit integrum, & amittit autem & usuram, boni operationem. Tollitur itaque a malo & seignifero donum. Qui enim donum aliquod in aliorum utilitatem accepit, nec eo uatur, illud etiam perdit: qui uero multiplicare studet, maiorem sibi conciliabit gratiam. Diligentiam enim adhibenti dabitur maior gratia, ita ut abundet. Studium autem non adhibens, & dono quod uidetur habere priuabit. Negligens enim, & qui non operatur per ea quae accepit, non habet donum, sed uidetur habere, nam perdidit sua negligentia.

Psalm. 104.

† addit

Cum autem uenerit filius hominis in gloria sua, & omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit super sedem gloriae suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos alteros ab alteris, sicut pastor segregat oves ab haedis: & statuet quidem oves a dextris suis, haedos autem a sinistris. Quoniam primus aduentus Domini in ignominia fuit & opprobrijs, dicit, cum uenerit in gloria sua. In secundo enim cum gloria aderit angelorum se stipantium. Primum autem separat sanctos a peccatoribus, id berans eos a labore, & statuit, & tunc loquitur eis. Itaque oves uocat sanctos, quia mansueti sunt, & fructum nobis ac utilitatem dant, ut oves, lanam uide licet suppeditantes ad diuinum & spirituale amicum: & haec, hoc est cibum congruum: haedos autem peccatores, in praecipuum enim uadunt, & incompoti, & steriles ut haedi.

Tunc dicit rex his qui a dextris sibi erunt, Venite benedicti patris mei, possidete regnum in haereditatem paratum uobis ab exordio mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi edere: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & uisitastis me: in carcere eram, & uenistis ad me. Tunc respondet illi iusti dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem, & pauimus: aut sitientem, & edidimus tibi potum: quando autem uidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te: aut quando te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Respondens rex dicit illis, Amen, dico uobis, quatenus fecistis uni de his fratribus, meis minimis, mihi fecistis. Non antea praemiat uel punit, quam diiudicet. Misericors enim est: & nos docet id ipsum, quod non antea debeamus punire, quam rem discussimus. Sic enim excusatione magis carebunt, qui praecedente iudicio puniuntur. Porro sanctos uocat benedictos, ut a patre susceptos. Haeredes autem ipsos facit regni, ostendens quod Deus eos participes faciet regni sui, ut filios suos. Non enim dixit, accipite: sed, possidete regnum in haereditate, ut paternam substantiam. Iam fratres minimos uocat uel suos discipulos, uel omnes simpliciter pauperes. Omnis enim pauper, frater est Christi quatenus pauper: quando quidem & Christus in egestate uixit. Vide autem Dei iustitiam, quomodo laudet ac praedicet sanctos, Vide ite & illorum candorem quomodo propter modestiam negent se illum.

Omnis pauper, frater Christi.

illum pauisse: sed Dominus ea quæ pauperibus sunt facta, in semetipsum suscipit.

Tunc dicit & his qui à sinistris erūt, *Disceditis à me maledicti in igne aeternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, & nō dedistis mihi cibum: sitiuui, & nō dedistis mihi potū: hospes erā, & nō me collegistis: nudus, & nō operuistis me: infirmus & in carcere eram, & nō uisitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes, Dñe, quādo uidimus te esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, te nō ministrauimus tibi: Tunc respōdebit illis dicens, Amē dico uobis, quatenus nō fecistis uni de minimis his, nec mihi fecistis. Et ibūt hi in supplicium aeternum, iusti uerō in uitā aeternā.] Eos qui à sinistris, in igne mittit qui præparatus est diabolo. Quia enim compāssionis expertes sunt diaboli, & hostiliter & inimicē er*

Ignē Deus non hominibus, sed demonibus parauit, nos autē in illum nos conijci mus. Immisericors, & a prior e. ff

Contra Origenem.

Operamifericordie spiritualia.

1. Cor. 3.

Luce 22. Ioan. 11.

ga nos affecti sunt: meritō idē supplicium habent, qui eiusdem uolūtatis sunt, qui & proprijs operib. maledicti facti sunt. Vide autē q̄ Deus ignē nō preparauit hominibus, sed demonibus parauit, nos autē in illum nos conijci mus. Immisericors, & a prior e. ff
supplicium em nō fecit ppter nos, sed propter diabolum: ego autē memetipsum supplicio facio obnoxium. Horresce igitur o homo cum cogitaueris hoc, q̄ illi neq; ut scorta, neq; ut latrones, neq; ut qui graue aliud flagitium perpetrarunt, puniunt, sed ut hi qui bonum non fecerunt. Profecto si bene cōsideras, raptor est qui multa habet, & non miseretur, etiam si neminem manifesta cōtumelia afficiat. Quia enim quædā habet quibus non indiget: rapit omnino ab his qui egent, & non accipiunt ab ipso. Nam si in commune ea posuisset, fuissent utiq; & illi non indigi. nunc autem quia reclusit, & propria fecit, propterea illi esuriunt: atq; ita & raptor est qui immisericors, tanta afficiens iniuria, quantis beneficijs afficere potuisset illum, & non affectit. Ideo ibunt hi in supplicium aeternum & nunq; finiendum. Iusti uerō in uitam aeternā. Nam sicut sancti incessabile habent gaudium, ita iniusti in desinentem poenā: tametsi Origenes nugetur dicens fore suppliciorum finem, & non semper puniendos peccatores, sed fore aliquando tempus, quando in iustorum uenturi sint confortium purgati à poenis. Arguitur autem ex hoc loco manifestē, nam Dominus dicit, Supplicium aeternum, hoc est, nunq; desinens. Vnde & ouibus cōparat iustos, hœdis autem peccatores. sicut enim hœdus nunq; sit ouis, sic nunq; peccator purgabitur & erit iustus. Tenebræ autem exteriores, quæ procul sunt à luce diuina, & propterea grauiorem faciunt poenā. Potest itē & causa quædā afferri ad hæc. Peccator em in hac uita in tenebris est, nam excidit à sole iustitiæ: sed quia spes est cōuersionis, ppter ea nō sunt tenebræ illæ exteriores. Porro ubi mortuus fuerit, & institerit examen factorū, excipiunt eum exteriores. Non enim ultra cōuersionis spes est, sed sustinet omnigenā diuini splendoris priuationē. Quandiu enim hic est, etiā si bona Dei minus ubertim suscipiat (loquor de sensibilibus & creatis) uidetur esse quodammodo seruus Dei dum in domo eius, hoc est in creaturis uersatur, ab ipsoq; alit & educatur. Tunc autē omnibus modis à Deo diuidit, nihil cōmune cum illius bonis habēs. Hæ sunt per cōparationē ad has tenebræ exteriores, eo q̄ hic non omnibus modis peccator refecatur. At tu si uis ge immisericordiā, & fac eleemosynas, & alias quidem sensibiles, alias autē spirituales. Pisce Christum, qui esurit salutem nostram. Sed & esurientem doctrinas si pauperis & potaueris, pauisti Christum & potasti. In Christiano enim Christus est, & fide pascitur, & crescit doctrinis. Sed & si uideris peregrinum à superna patria, induc tecum & collige, hoc est, dum ingrederis in cœlos introduc & illum, ne alijs predicans, ipse sis reprobus. Et si quis in corruptionis uestem abiecerit, quam per baptismum induit, & nudus sit, indue illum. Et infirmum fide (ut Paulus dicit) assume: & uinctū in carcere, hoc est corpore illō tenebroso, inuise, illi quasi splendorem admonitionem donās. Has sex species charitatis omnes imple quidem corporaliter, imple autem & spiritualiter. nam quæ duplicis naturæ simus, ex anima et corpore, possunt hæc & bifariam perfici.

CAPVT XXVI.

ET factum est, cum cōsummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis, Scitis quia post biduū pascha fiet, & filius hominis traditur ut crucifigat.] Quia regni meminit, & retributionis, tempestiuē consequenter & de passione sua disserit, quasi dicens, Etiam hi qui me crucifixerint, igne punientur.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & scribæ, & seniores populi, in atrium principis

principis sacerdotum, qui dicebatur Caiapha, & consiliū inierunt ut Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autē, Non in die festo, ne tumultus fiat in populo.] Cum lex præciperet ut unum tantum haberent pontificē per omne illius uitæ tempus: illi contra legem multos faciēbant, quos quotannis mutabāt. idcirco ad pontificē illius anni ueniunt de homicidio cōsiliū initari, ubi oportebat magis homicidas puniri. Principes autem sacerdotū dicit eos qui iam annuo munere functi fuerāt. Caterū sceleratam eadē perpetraturi, nō Deum, sed turbam timebant. Timuerunt enim ne quo pacto si in die festo illum occiderent, turba in ultionem excitaret. Vel etiam quia tunc offerenda erant omnia sacrificia in lege decreta, ne populus propter homicidiū à sacrificijs abisteret, perderetq; ipsi lucrū quod ex sacrificijs habebāt. Fortassis autē & hoc timuerūt, ne forte in die festo occiso, illius mors nobilior & clarior fieret. optabāt enim memoriā eius abolere. Illi igitur ante festum consiliū inierūt, ut uel forte post diem festū occiderēt. At nō quando illi uoluerūt, sed quando ipse uoluit pati, permisit eis, per tempus scilicet paschæ, ut quando typicum pascha, tunc & uerum pascha fieret. Discere autem & illos cædis auidos fuisse possumus. Nam qui uolebant illum occidere in die festo, cum inuenerunt proditorem, occiderunt contempta etiam turba, modō uoluntas eorum fieret.

Cum autē esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrū unguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recubentis.] Quidā dicunt tres esse mulieres quæ unxerint Dominū unguento, quarū etiam quatuor euangelista meminerūt, alij autem duas dicunt: unam apud Ioannem, quæ est Maria soror Lazari: aliam, cuius Matthæus nunc meminit, quæ eadem cum illa quæ apud Marcum & Lucā. Simonem autē hunc leprosum quidam dicunt fuisse patrem Lazari, quem Christus à lepra purificauit, & apud eum cœnarit. Dicitur autē q̄ & Iesus qui dixerat discipulis suis, Abite ad quendam, & ostendet uobis cœnaculū stratū: ad illum miserit eos. Deniq; & suscepit (ut dicūt) Dominū: qui & apud illum perfecit pascha. Mulier igitur cum uidisset eum, qui leprosum purificauit, confusa est q̄ & ipsa peccatorum consequeretur remissionem, & purgaretur à lepra animæ. Magnam autem fidem ostendit, q̄ tam preciosum unguentum & absq; parsimonia in caput eius effudit, honorem exhibens membro præcipuo. Et tu quoq; si lepra laboras, & pharisaica lepra inflatus es, quæ à Deo separat: suscipe Iesum in domum tuam, & unge eum unguento uirtutum. Potes enim parare unguentum Iesu, qui lepram tuam purgauit, & caput eius perungere. Quod autē est caput Christi: diuinitas eius, cui fragrantia uirtutum offert. Dirigatur, inquit, oratio mea sicut thymiana in conspectu tuo Domine. Affer igitur fragrantiam unguenti ex multis uirtutibus confecti diuinitati Christi. Nam si non solum hominem illum esse docueris, sed dixeris & Deū, tunc caput suum, hoc est diuinitatem fragrantem unguento perfundes, hoc est, theologum ages.

Videntes autē discipuli indignati sunt, dicentes, Ad quid perditio hæc: Potuit enim istud unguentum uenundari magno, & dari pauperibus. Eo autem cognito, Iesus ait illis, Quid molesti estis mulier? Opus enim bonum operata est erga me. Nam semper pauperes habetis uobiscum, me uerō non semper habetis.] Discipuli quoniam multa de eleemofyna habendaq; eius magna ratione audierant, reprehenderunt mulierem tanq; Deo misericordiā magis requirente, q̄ honorem suum. Ille autē increpauit discipulos, eo quod intempestiuē mulierem reprehendissent. Non enim summa exigere ab his qui nuper ad fidem adducti sunt, maximē ab infirma muliere, sed me diocrem eorum fidem suscipere oportet. Quando igitur quis offert Deo donū, ne auerseris illum, neq; confringat alacritatē eius, abducens illum ut det pauperib. sed sine implere oblationē. Quod si quis consilio tuo indiguerit utrum oporteat facere, pauperib. dare, uel offerre Deo, consule illi ut det pauperibus: at cum offert, indignū est auersari illum. Decet enim ut honorem quem Deo debemus, præferamus simpliciter omnibus, etiam misericordiæ. Noli enim quia propter benignitatem Christus suscipit in se misericordiam quasi sibi facta esset, existimare q̄ oporteat contemnere Deū & eleemosynam tantū curare, quia sic & sacrilegiū liceret, & ex sacrilegij esset eleemosyna danda. Verūm non sic se habet, quia non est idem, misereri pauperū, & colere ac honorare ipsummet Christū. Audi. Pauperes enim, inquit, semper habetis uobiscum;

Ioan. 10.

Mulieres quot unguentis Dominum.

Marc. 14. Luc. 7.

Psal. 104.

Non quæ summa sunt exigenda sunt ab ijs qui nuper ad fidem ducti sunt.

uobiscum, me autem non semper. Vides igitur quomodo aliud sit curā impendere Christo, & aliud misereri pauperibus, tēcti Christus propter benignitatem suscipiat perinde ac si in se collocetur, quod pauperibus impenditur.

Quod enim hæc unguentū hoc misit super corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, hoc quoq; quod hæc fecit, narrabitur in memoriam ipsius. Docet nos q; mulier hæc iuxta diuinam dispensationem hoc fecerit, præsignans mortem illius, & corporis sepulturam. Non enim tulisset Christus unguento ungi, nisi mysteriū quoddam subfuisse, prædixit aut tanquam Deus, quod esset futurū, q; in gloriā eius ubiq; prædicet res quam fecit mulier. Vide autem Dei misericordiam, quomodo mulierem magnis donis remunerat. Facit enim eam memorabilem ubiq;, quando suum euangelium duraturū sit. Quomodo aut sepultura eius præsignatur unguento? Mos erat iudæis cum unguento mortuorum corpora sepelire, sicut & Aegyptij faciebant, ut in corrupta manerent, nec foeterent. Ostendit igitur mulier, inquit, ex hoc q; unguentū effudit, corpus meum breui sepeliendum. Hæc autem omnia dicit demulcens & dehortans iudam, per quem sepultura tradendus erat. Intellige item per anagogen, leprosum quidem esse gentilem populū: mulierem autem peccatricem, congregationem & ecclesiam ex gentibus, quæ unguentum, hoc est fidem, in Christi caput, hoc est deitatem effudit. Omnis enim credens Deum esse Christum, unguentū effundit in caput Christi. Iudas autem qui increpauit mulierem (sicut Ioānes dicit) figuram tenet iudæorum: qui usq; in hunc diem contra ecclesiam murmurant.

Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebat iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, & ait illis, Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradā illū? At illi cōstituerūt ei triginta argenteos. Et ex eo tēporē quærebat opportunitatē ut eum traderet. Cum aliena mulier meretrix tantum exhiberet honorem, tunc discipulis abiit proditorus illud. Non enim frustra adijcitur, tunc abiit, sed ut ostendatur impudentia iudæ. Adidit autem Iscariotes, ut notioem eum redderet. Erat enim & alius iudas, qui Lebbeus dicebatur: hic uerō proditor erat a pago qui dicebatur Iscara. Illi autem cōstituerunt triginta argenteos, hoc est, decreuerunt ut ei darent, non autem ut multi putant, appenderunt. Quærebat igitur opportunitatem ut illū solum traderet eis. Timebāt enim turbam, & idcirco conduxerunt iudam ut indicaret eis quando solus esset.

Primo autē die azymorū accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes ei, Vbi uis paremus tibi ad edendum pascha? At ille dixit, Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, Magister dicit tempus meum propē est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Primam azymorū diem uocat, quæ diem azymorū præcedit: ut sic dicā, quinta feria manducaturū erant pascha, post quam sequitur pasceue. Prima azymorū uocabatur in lege, eo q; festū incipiebat a uespera, qua uescebatur azymis. Dominus igitur mittit discipulos quinta, quam nominat Euangelista primam azymorum: quia prima uespera erat qua comedebāt azyma. Accedūt igitur discipuli & rogant, Vbi uis paremus tibi ad edendū pascha? Non em habebāt neq; illi neq; ipse proprias aedes. Mittit autē illos ad hominē qui non cognoscebatur neq; cognoscebat, sicut & de asina fecerat: monstrans illis q; possit nudis uerbis persuadere etiam eis qui planē se non cognoscant, ut se excipiant. Voluit autem pascha perficere, ne legi contrarius esse uideatur. Tempus uerō suum nominat immolationē: ut discamus q; non ignorans neq; inuoluntarius immoletur. Ad id quod ait, Apud te facio pascha, id est, id domo tua, adijcit, cum discipulis meis: ut pararetur quantum sat esset multis qui simul esuri erant.

Vespere autem factio discumbebat cum duodecim, & edentibus illis, dixit, Amē dico uobis, q; unus uestrum me proditorus est. Et moesti redditi uehementer, coeperūt singuli dicere ei, Num ego sum Domine? Ex hoc putant quidam quod hoc anno non comederit Dominus pascha. Dicunt enim quod stantes comedebant agnum, Christus autem recumbebat, igitur pascha non comedit. Dicimus itaq; quod prius pascha stans comederit, deinde recubens tradidit suū sacramentū, primum em pfecit figuralia, deinde uerū perfecit. Prænuñciat autē de iuda, ut reueritus corrigatur, & si ob nihil aliud, saltem uel ob cōmunem mensam, uel q; sciret se proditorū Deū corda cognoscent-

Mysteriū
missionis
Marie
Magdale-
ne.

Duo iudæi
Iscariotes
& Leb-
beus.

Pascha qua
re perfecit
Christus.

agnoscentē. Discipuli uerō turbabant: & licet purū cor haberēt, ac sanā cōsciētā, attamē magis credebāt Christo, q; sibi ipsis, eo q; ille melius sua corda cognosceret q; ipsi.

At ipse respōdens ait, Qui intinxit mecū manū in catino, hic me traditurus est. Filius quidem hominis uadit sicut scriptū est de illo: uæ autē hominī illi per quē filius hominis proditur. Bonū erat ei si natus nō fuisset homo ille. Respōdens autē iudas, qui tradidit eum, dixit, Num ego sum Rabbī? Ait illi, Tu dixisti. Manifeste proditorem reprehendit: quoniā cum clam reprehenderetur, nō emendabatur. Propterea manifestat illum, dicens, Qui intinxerit mecū: ut uel sic corrigatur. Verū iudas impudēs intingebat in eodem catino. Deinde dicit, Filius quidem hominis uadit sicut scriptū est, hoc est, etiam si prædefinitū sit Christum pati ad salutē, nō tamen propter hoc colendus iudas, sed uæ illi. Non enim ut cooperans diuinā uoluntati hoc fecit, sed suam malitiā perficiens. Nam si diligenter cōsideraueris, noluit Christus præcedenter crucifigi. Insinuat autē illud per hoc quod deprecatur poculum. Quoniā autē sciebat ante omnia secula quod aliter nō esset possibile saluari hominē: propter malitiā inimici uoluntariū sit, quod præcedenter nō erat uolūtū. Dicens autē, Bonū esse hominē illum nō esse natum; ostendit substantiā peccati aliam à natura. Obserua autē uerbū uadit, significat enim peregrinationē magis q; mortē, suam occisionē.

Vescitibus autē eis, accepit Iesus panem, & cum egisset gratias, fregit, deditq; discipulis, & dixit, Accipite, comedite, hoc est corpus meū. Apposuit autē uestribus, ut ostenderet crudelitātē iudæ: quia in mensa & cōmunionē ciborū illius, quando si & fera fuisset, mansuetiorē se exhibuisset: tūc neq; cum argueret, intellexit, sed & corpus illius gustans nō poenituit. Quidā autē dicunt q; egresso iuda tradidit sacramentum alijs discipulis. Proinde & nos sic facere debemus, & malos à sacramentis abarere. Gratias quoq; agit fracturum panē, ut & nos erudiat cum gratiarū actione panē offerendum, & ut ostendat se cum gratitudine fractionē sui corporis, hoc est occisionem suscipere, neq; agrē ferre, ceu in re quæ displiceat sibi: ut & nos cum gratitudine martyriū aggrediamur. Porro dicens, Hoc est corpus meū, ostendit quod ipsum corpus Domini est panis qui sanctificatur in altario, & nō respondens figura. Nō enim dixit, hoc est figura, sed, hoc est corpus meū. Ineffabili enim operatione transformatur, etiā si nobis uideatur panis: quoniā infirmi sumus, & abhorremus crudas carnes comedere, maximē hominis carnē: & ideo panis quidē apparet, sed reuera caro est.

Et accepto poculo, gratijs actis, dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus, qui est noui testamenti, qui pro multis effundet in remissionē peccatorum. Sicut uetus testamentū immolationē habebat & sanguinē, ita & nouum testamentū sanguinē habet, ac immolationē. Pro multis autē dicit effundi, hoc est pro omnibus. Sunt enim & omnes multi. Quare autē supra quidem nō dixit, Accipite, comedite omnes: hoc autē loco, Bibite ex eo omnes: Sunt qui dicant propter iudā hoc dictū. Iudas enim panē accepit, & nō comedit, sed occultauit, ut mōstraret iudæis q; panem corpus suum uocaret Iesus: poculum autē inuitus bibit, cum nō posset occultare. Propterea hoc loco dicebat, Bibite omnes. Iuxta anagogen autē dicūt, quod nō sit omnīū accedere ad solidum cibum, sed perfectiorū: bibere autē omnīū sit. Idcirco hoc loco dicebat, Bibite omnes. Sūplīciora enim, dogmata recipere omnium est.

Dico autē uobis, quod nō bibam post hæc ex hoc fructu uitis, usq; in diem illum cum illud bibā uobiscū nouum in regno patris mei. Sumpto poculo renunciat corporali potioni. Nouum autem promittit, id est nouū quendam modum sumptionis, in regno, hoc est in resurrectione. Quum resurrexisset enim, comedit ac bibit nouo quodam modo, nō enim quasi indigeret cibo, corporalem sumpsit cibum: sed ut crederetur uera corporis natura. Regnū autē meritō suam resurrectionē nominat. tunc enim uinxit mortem, & re ipsa regem se cōprobauit. Vel etiā sic intelligas, Nouum poculum, reuelatio est sacramentorū Dei, quæ tunc in regno Dei: hoc est, in secundo aduentu reuelabunt, quæ uerē sunt noua, qualia nō audiuimus uspiam. Cæterū bibere dicitur Christus nobiscū, eo q; nostram utilitatē cibum & potum suum existimat.

Et cum hymnum dixissent, exierunt in montē oliuarum. Postquam cœna uerunt, hymnum dixerunt: ut discamus & nos sic facere. In montem Oliueti uenit, & non in alium locum, ne putaretur fugere, nō enim in ignotum locum secedit, sed in h eum

τραπεζί-
ως, præci-
puè, in pri-
mis

quod na-
tura nō sub-
sistere meli-
us sit, quàm
subsistere
in peccatis

Panis qui
sanctifica-
tur in altari-
o, corpus
est caro Do-
mini est, nō
figura.

1. Cor. 11.
Heb. 5.

Luc. 24.
Ioan. 21.
Act. 10.
Regnū re-
surrectionē
nominat.

eum qui Iudæis notus erat. Secedit autem a sanguinaria ciuitate, quā reliquit ut persequantur, & arguat illos postea qui & cedentem insectati fuerint.

Zach. 13
Ioan. 16.

Tunc dicit illis Iesus: Omnes uos scandalū patiēmini per me in ista nocte. Scriptū est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postq̄ autē resurrexero, precedam uos in Galilæam. Futura tanq̄ Deus prædicit. Et ut non offendant quāsi ab ipso acius accusati, dixit scriptum esse, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis, hoc insinuans. Ego contineo uos, mea autem abitio uos disperget. Percutere autem dicitur pater filium, eo quod uoluntate, hoc est, permissione eius crucifixerunt Iudæi Dominū: quia cum ipse possit eos prohibere, & non prohibet, dicitur percutere propter permissionem. Deinde soluens eorum tristitiam, euangelizat eis, Resurgam, & præibo, hoc est, præueniam uos in Galilæam, indicans hoc loco relicturum se Hierusalem, & ad gentes concessurum. Galilæam enim gentiles inhabitant.

Respondens autem Petrus dixit illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego tamen nunquam scandalum patiar. Dicit illi Iesus, Amen dico tibi quod in hac nocte priusquam gallus cantet, ter me negabis. Ob multam mentis confidentiam Petrus solus pollicebatur se non scandalizatum iri, & idcirco permisit illum Christum cadere, ut doceat ne quis in seipso confidat, sed in Deo: & fide digniora existimanda uerba Christi, quā nostram cōscientiam: quoniam & superbia plenum erat dicere, Si omnes scandalizati fuerint. Ostenditur enim esse arrogans, & ignorans suam infirmitatem. Prædicit igitur Dominus illi & horam, quod in illa nocte, & priusquā gallus cantet: & numerum negationum, nempe quod ter negaturus sit.

Dicit illi Petrus, Etiam si oportuerit me mori tecum, neuiquam te negabo. Similiter autem & omnes discipuli dicebant. Tunc uenit Iesus cum illis in uillam quæ dicitur Gethsemane, & dixit discipulis, Sedete hic donec uadam & orem illic. Petrus genuinam suam affectionem declarare uolens, cōtradicit saluatori: liberatus autem a proditionis metu, ex magno amore & ambitione cœpit & contra alios insurgere, & Christo reluctari: sed & alij discipuli nondum experti tentationes, ex ignorantia polliciti sunt quæ præstare non potuerunt. Transiuit autem Christus in locum seorsum oraturus. Ocio enim & sequestratione opus habent preces.

Ocio opus
habent preces & secessu.

Et assumpto Petro & duob. filijs Zebedei cœpit affici dolore ac moestitudine. Tunc dicit illis Iesus, Tristis est anima mea usq̄ ad mortē. Manete hic, & uigilate mecū. Et progressus pulillū, procidit in facie suā, orans & dicens, Pater mi, si possibile est, trāseat a me calix iste. Verūtāme nō sicut ego uolo, sed sicut tu. Nō omnes assumit discipulos, sed tres tantū, quib. ostenderat gloriā in monte Thabor: ne cum uidissent eum orantē & laborantē, scandalizarent. Cæterū & illos relinquit, & abit in secretissimū locum, ac orat. Porro q̄ moestus est & piget, per dispensationē fiebat, ut credatur uerus esse homo. Humanæ enim naturæ est timere mortē, eo q̄ præter naturā ingressa est mors, & propterea illam fugit natura. Itē ut ignoret diabolus, & inuadat eum ut purum hominē, quō cōficiatur ipse morte, & sic cōteratur. Vel aliter, Si Dominus mortem nō timuisset, dedisset Iudæis exultationē q̄ nō peccassent, q̄ ita citra metum ad mortē profiliisset. Ex hoc item discimus ne nos ipsi in tentationē inijciamus, sed precemur ut liberemur ab eis. Et propterea nō longa distantia a discipulis progreditur, sed prope tres discipulos manet, ut audietes eum memores sint ut & ipsi in tentationibus precentur similiter. Calicē uerō passionē nominat, uel propter somnū quē facit, uel q̄ lætitiæ causa sit ac nostræ salutis. Vult autem transferri calicem, uel ut monstret hominē naturaliter deprecari mortē, sicut prædictū est; uel quod noluit Iudæos tam graue peccatū peccare, propter quod destrueretur templum, periretq̄ populus. Veruntāme paternā uoluntatē fieri uult: ut & nos discamus q̄ licet natura nostra relictetur, Deo tamen magis obtemperare q̄ nostram uoluntatē implere debeamus.

Nequaquam nos ipsos in tentationes conijcere debemus.

Et uenit ad discipulos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro, A deo nō potuisti una hora uigilare mecū: Vigilate, & orate ne intretis in tentationē, Spiritus quidem promptus est, at caro infirma. Quoniā audax erat Petrus, & alij discipuli, arguit illorū infirmitatē, q̄ temeraria fuerint locuti: & Petro præsertim sic loquitur, Vna hora nō potuisti uigilare mecū, & quomodo animas uestras pro me ponetis? Sed iterum postq̄ reprehensione eos perstrinxit, curat dicēdo, Spiritus quidē promptus est, at carnis obliuatur

A obliuatur imbecillitas. Hoc est, uenia uos dignor, q̄ nō propter contemptū obdormueritis, sed propter infirmitatē. Vnde posthac, quia infirmi estis, nō sitis tam audaces: sed orate ut in nullā intretis tentationē. Alij autē, Ne intretis in tentationē, intelligūt, ne uincamini a tentatione. Nō em̄ iubet nos sine tentatione esse, nā tentationes nos coronāt, sed ne a tentatione absorbeamur, & intremus in uentrē eius quasi bestię cuiusdā, hoc iubet orare. Nā uictus a tentatione, ingredi in eā, hoc est, absorbet ab ea.

Rursum altera uice abiit & orauit dicens, Pater mi, si non potest hoc poculū transferre a me nisi bibam illud, fiat uoluntas tua. Et uenit & reperit eos iterum dormientes. Erant enim oculi eorum grauari. Et relicti illis iterum abiit, ac orauit tertio eundem sermonem, dicens. Discedens homo continuo precari in tentationibus, audiens & Dominum sæpe orasse. Cum autem inuenisset iterum dormientes, non reprehendit, ne tristitia afficeret: sed reliquit & abiit, ac orauit tertio, confirmans se hominē esse. Ternarius enim numerus ueritatis demonstratiuus & confirmatiuus est.

Tūc uenit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam & requiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradit in manus peccatorū. Surgite eamus. Ecce appropinquauit qui me tradit. Ostendens quod nō opus habeat illorū subsidio quando traditur, dicit illis, Dormite nunc, & requiescite. Vel per ironiam dixit, quasi ita diceret, Ecce appropinquauit proditor, & si placet uobis, & permittit tempus, dormite. Excitat igitur illos a loco illo ubi orabat, & accedit ad eos qui se cōprehensuri erāt, & occurrit eis quasi latum quippiam sibi oblaturi uenirent. Et illa quæ precatus est, precatus est ut credibilior esset dispensatio, & quod uoluisset nō pati, ut seruarentur Hebræi a perditione quæ eis imminebat propter peccatū q̄d in ipsum crāt perpetraturi.

Et illo adhuc loquēte, ecce Iudas unus ex duodecim uenit, & cū eo turba multa cū gladij & fustibus, missi a principibus sacerdotū & senioribus populi. Is uero qui tra-

Ioan. 17.

debat eum, dedit illis signū, dicens, Quēcunq̄ osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et cōfestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi, & osculatus est eum. Dixitq̄ illi Iesus, Amice, ad quid ades? Tunc accesserūt, & manus iniecerunt in Iesum, & ceperūt eū. Vides arma pontificū qualia sint: Ligna, & gladij. Ita erant pacifici, & spiritū mansuetudinis habentes. Vnus autē ex duodecim dicit euāgelista, admirans q̄ ex primis & electis eisset, diaboloq̄ se tradidisset. Vnde homo & tu time, licet ex familiarissimis sis, ne unq̄ desidiæ uaces, & excidas. Signū autē deūt Iudas, eo q̄ nox erat, & nō poterant internofcere. Et aliter, Qui uenerant ad cōprehendendum, nō erant ex turba tot, quot ex seruis pontificū, qui omnino fortē nō cognouerāt Iesum, sed Iudas notū facit eis magistrum osculo. Nam cum sciret bonitatē Domini, audebat illum osculari. Ille autē fert usq̄ ad nouissimā horam, studens sua longanimitate illū lucrari. Cum autē neq̄ sic emendatus est, tunc fecit illos cadere, quemadmodū dicit Ioānes, ut uel cadendo agnoscant ipsius uirtutem. Vnde cum neq̄ sic desiterunt a sua temeritate, tunc semetipsum eis exposuit. Iudam autem amicū uocat, incessens eum, & carpens, quasi diceret, undenam amici osculum? Quod uerō dicit, Ad quid ades? hoc est, qua intentione hic ades? Nunquid ut amicus? sed non oportebat cum gladij aduenire, nunquid ut inimicus? & quomodo oscularis? arguit igitur eum ut dolosum.

Iudam Christi omni simulo reuocauit.

Et ecce unus ex his qui erant cum Iesum, extendens manū exemīt gladium sūum, & percutiens seruum principis sacerdotū, amputauit auriculam eius. Tunc dicit illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suum: Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quod nō possim nunc rogare patrem meū, & exhibebit mihi plures q̄ duodecim legiones angelorū? Quo pacto igitur implebuntur scripturæ: quia sic oportet fieri. Petrus erat qui gladiū exemerat, ut Ioannes dicit. Habebat autem gladium, quo agnum paschalem macerat. Non arguimus autē Petrum, quoniā nō pro se, sed pro magistri zelo ardens hoc fecit. Dominus uerō adaptans eum ad euangelicam uitam, docet nō utendum gladio, etiam si cui Deum ultionē exquirere uideatur. Porro Petrus amputās auriculam, ostendit Iudæos in obediētia laborare. Deinde & dictum legis ponit, quod homicida & ipse occiditur. Lex enim hoc dicit, quod qui acceperint gladiū, moriantur gladio. Insinuat autē quod Romanorū gladio perituri essent Iudæi, contra se gladium accipientes. Iam quod non dixit, Possim exhibere duo decim legiones angelorū; sed, orare patrem meū, dispensatiuē dicit sicut

Genes. 9

Esā. 53.

Ioan. 18.

ribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quae multa aduersus te dicant te...

In festo autem consueuerat praeses turbae dimittere unum unum cuius quem uoluissent. Habebat autem tunc unum in signum, qui dicebatur Barabbas...

Barabbas.

Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens, Nihil tibi cum iusto illo...

Aet. 21. 22. Crucis supplicium. ab odio: malo senti ens

Porro lauatur, ut purum se ostendat, non ignarus odij. Iustum enim nominans Iesum...

est, uerberauit, uel illis gratificans, uel offendens quod & ipse illum condemnet, & non innocentem...

Tunc milites praesidis suscipientes Iesum in praetorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem...

Et postquam illuissent ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum uestimentis suis, abduxerunt eum...

Et uenerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariae locus. Et dederunt ei acetum bibere...

Tunc crucifigunt eum duo latrones, unus a dextris, & alter a sinistris. Praeterea autem conuicia iaciebant in eum...

Esai. 50

Psal. 38

Psal. 117

Psal. 22

Rom. 5

1. Cor. 15

Mat. 15

Ioan. 19

Iudeus.

Ioan. 20

Rom. 60

dex addit,

& pharisaeis

Psal. 113. sicut Deus & opifex potestatem omnium: quia omnia seruiunt tibi, dixit ad eum David: sed uoluntariam subiectionem non habui, quam nunc habiturus sum. Subiecta enim erunt mihi omnia: quandoquidem per crucem uici eum qui potestatem habet mortis. Duplex enim est obedientia & subiectio. Inuoluntaria scilicet, secundum quam omnes sumus serui Dei, etiam inuiti quemadmodum & daemones ipsi: & uoluntaria, quomodo Paulus erat seruus Christi. Cum prius omnia solam obedientiam inuoluntariam exhiberent, & saluator omnium potestate quasi dimidiatam haberet: post crucem, cum Dei cognitio innotesceret omnibus, habuit etiam uoluntarie obedientes omnes qui subiecti fuerunt. Merito igitur dicit Christus, Nunc accepi potestatem omnem, prius enim partiarum potestas mihi erat, eo quod praeter uoluntatem mihi ueluti factori seruebant: nunc autem cum homines sponte & scientes mihi seruiunt, omnis & integra potestas mihi data est. A qua autem data est illi: Omnino a semetipso habuit, & sua humilitate. Nisi enim humiliatus fuisset, & congressus cum aduersario per crucem, non saluasset nos. Et sic intellige, Data est mihi omnis potestas, proprijs meis certaminibus. & laboribus seruaui homines, & facti sunt mihi in forte & peculiare populum. Dominus enim super terram potestatem habet, eo quod omnis terra agnouit illum: in caelo autem, eo quod merces ac municipatus illorum qui credunt, in caelo est. Vel etiam aliter, Quia humana natura prius condemnata, nunc unita Dei uerbo personaliter in caelo sedet, & ab angelis adoratur, merito dicit. Data est mihi omnis potestas in caelo. Etenim humana natura prius seruebat, nunc in Christo imperat omnibus. Breuiter igitur sic intellige, Data est mihi omnis potestas. Nam si tanquam a Dei uerbo dictum intelligas, Data est mihi omnis potestas, eo quod uolentes & nolentes me Deum agnoscunt, qui prius mihi seruebant inuoluntariae obedientiae modo. Si autem de humana natura dicitur, sic intellige, Ego prius condemnata natura, existens autem Deus secundum unionem ad filium Dei absque naturarum confusione, accepi potestatem super omnia, ita ut & ab angelis in caelo adorer, & super terram ab omnibus finibus terrae glorificer. Caterum Apostolos non iam ad solos Iudaeos mittit: sed quia omnem potestatem accepit, omnemque humanam naturam sanctificauit in seipso: merito ad omnes gentes mittit, praecipiens baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti. Confundantur Arrius & Sabellius. Arrius quidem, eo quod Christus non iussit in nominibus baptizari, sed in nomine. Non enim autem trium, & una Deitas. Unus igitur Deus, tres. Sabellius uero eo quod trium personarum meminit Dominus, non unius, sicut ille nugatur tria nomina habere eundem, & nunc uocari patrem, nunc filium, nunc spiritum sanctum: sed tres personae unum habent nomen, Dei scilicet. Deinde quia non sufficit baptizari tantum, sed etiam bene operandum est post baptismum, dicit, Docentes eos seruare omnia quaecumque praecipimus uobis, non unum uel duo, sed omnia mandata mea. Horrescamus & timeamus fratres, quia si unum nobis defecerit, non erimus perfecti serui Christi. Omnia enim exiguntur ut seruentur. Vide autem Domini sermonem, quomodo utrumque Christianismi caput complectatur: contemplatiuam & practica uirtute. Dicendo quidem quod oporteat baptizari in nomine Trinitatis, contemplatiuam nobis tradidit: dicendo autem quod oporteat docere & mandata tenere, practica introduxit. Confirmat quoque & animat illos, eo quod mittat ad gentes, & in morte ac pericula, dicens, Ego enim uobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Vide & istud, quomodo memor fuerit consummationis, ut magis illos excitet ad contemnendum graua. Ne grauatim feratis: finem enim habitura sunt omnia mundana, siue aspera sint, siue prospera: atque ideo ne succubatis in aduersis, praetereunt enim: neque prosperis decipi amini: finem enim habitura sunt. Non solum autem hoc apostolus est pollicitus, quod cum ipsis sit, sed simpliciter discipulis suis omnibus. Neque enim Apostoli usque ad finem mundi uicturi erant: unde & nobis, & his qui post nos erunt, promissit hoc: non quod ante consummationem praesens, post consummationem mundi absfuturus sit. absit. Tunc enim magis nobis aderit, & clarius, & mundus. Nam ubi donec uel usque in scriptura inuenitur, non admittit quod posterius. Quocirca gratias agamus Domino, qui & nunc nobiscum est, & omne bonum suppeditat, & iterum nobiscum erit perfectus post consummationem. Itaque nos quoque hoc loco enarrationem absoluaui. Ipsum enim omnis gratiarum actio, gloria, & honor decet in secula seculorum. Amen.

Duplex obedientia.

Arrius et Sabellius.

Non sat baptizari, sed post bene operandi oportet.

Duo Christianismi capita.

Finem habitura omnia prospera et acerba.

Donec usque in saeculis literis non adimere subsecquentia.

Euangelium secundum Marcum, post decem annos assumpti Christi Rome conscriptum est. Erat autem hic Marcus Petri discipulus, quem Petrus semper filium suum spirituale nominabat. Vocabatur etiam Iohannes. Patruelis uero erat Barnabe fuit item et in Pauli comitatu. Quoniam igitur plurimum uersabatur cum Petro, idcirco Romae rogatus est a fidelibus qui Romae erant, ne tantum predicaret absque scripturis, sed et res Christi literis prodiceret. Itaque uix persuasus, conscripsit. Porro a Deo reuelatum fuit Petro quod Marcus conscripsisset Euangelium. Proinde quum uidisset, et uerum esse confirmasset, deinde in Aegyptum misit illum, ut episcopatu fungeretur. Vbi quum predicasset, et ecclesiam Alexandriam constituisset, omnes qui meridianam mundi partem habitabant, fide illustrauit. Est autem character Euangelij manifestus, nihilque habet quo mens habeat. Et sermo per omnia cum Matthaeo eundem habet processionem hic Euangelista, nisi quod Matthaeus diffusior, et quod natiuitatis Christi secundum carnem, ab initio est memor: hic autem a propheta Iohanne coepit. Unde quidam, tametsi curiosior uideatur, talem sententiam super Euangelistis dedit, quod Deus sedens super Cherubim (quae scriptura quatuor facibus delineat) traiderit nobis quadriforme Euangelium, uno tamen spiritu comprehensum. Igitur sicut ex Cherubim unum, faciem habet leonis similem, aliud autem homini, et aliud aquile, et aliud utulo: ita est et Euangelicae praedicationis negotium Euangelium enim Iohannis leonina facie est. Ut enim leo regium et principale animal est, sic et Iohannes a regia et principali dignitate uerbi diuini exorsus est, dicens, in principio erat uerbum, et uerbum erat apud Deum. Euangelium autem Matthaei faciem gerit hominis, eo quod Euangelista ille ab incarnatione uerbi et natiuitate carnis coepit. Porro Marcum aquile assimilamus. a propheta enim Iohanne inceptum. Et prophetica gratia, quia uidet procul sita acutem, aquila est. Auum enim aquilam perspicacissimis oculis esse, ita ut sola ex alijs aibus solem intuens, non caliget. Denique Euangelium Lucae uitulo simile fuerit, quoniam ille a sacerdotio Zachariae auspiciatus est, pro peccatis populi incensum facientis et sacrificantis. Vitulus tunc sacrificabatur. Exorditur itaque Marcus euangelium suum a praecursoris uita et reuelatione. Audi igitur quid dicat:

Euangelium Marci quod ubi scriptum.

Character Euangelij Marci. Sententia quorundam super euangelistis.

Ratio comparationis quatuor euangeliorum, Iohannis, Matthaei, Marci, Lucae.

C A P V T I.

IN ITIVM Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptum est in prophetis, Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui praeparabit uiam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, Parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Iohannem ultimum prophetarum initium Euangelij filij Dei esse dicit. Finis enim ueteris, initium est noui testamenti. Testimonium autem de praecursore ex duobus prophetis est sumptum. Malachiae enim est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit uiam ante te. Esaias autem, Vox clamantis in deserto, &c. Sermo est Dei patris ad filium, dicentis angelum esse praecursorem, eo quod angelicam & materiae expertem uitam egerit, annunciaueritque & ostenderit Christum uenientem. Praeparauit uiam Domini, animas Iudaeorum, ut per baptismum suscipere Christum. Caterum ante faciem tuam significat prope te fore angelum tuum. Unde ostendit familiaritas praecursoris erga Christum. Nam proxime reges incedunt, qui familiarissimi illis sunt. Vox autem clamantis in deserto, forte in deserto Iordanis, uel forte in synagoga Iudaeorum, quae deserta erat omni bono. Via autem nouum est testamentum: semitae uero uetus, ut detrite. Itaque ad uiam debebant praeparari, hoc est ad nouum testamentum: Semitae autem ueteris rectas facere, quas olim quidem susceperant, deinde peruersi & claudicantes a semitis suis inuenti. Erat Iohannes baptizans in deserto, & praedicans baptismum poenitentiae in remissione nem peccatorum. Et egrediebantur ad eum tota regio Iudaea ac Hierosolymite & baptizabant omnes ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata sua. Baptisma Iohannis non habebat remissionem peccatorum, sed poenitentiam solam afferebat hominibus. Quo pacto igitur inquit hoc loco Marcus, in remissionem peccatorum? Dicimus quod praedicauit baptismum poenitentiae, hoc est praedicauit quod ferrum et baptismum poenitentiae, nempe in remissionem peccatorum, hoc est in Christi baptismum quod habebat peccatorum remissionem, ut quando dicimus, Venit quidam satelles regis praedicans ciborum praeparationem, ut bene fiat his qui praeparant cibos regios: non dicimus hoc, quod satelles benefactorum sit his qui praeparant regios cibos, sed quod ipse praedicauit praeparationem ciborum, ut hi qui illos praepararint, regemque susceperint, beneficia cosequantur. Sic igitur & hoc loco praecursor praedicauit baptismum poenitentiae ut hi qui poenitentiam egerint, suscepto Christo remissionem peccatorum consequantur. Erat

Euangelium Mal. 3. Esaias 40. Mat. 3. 11. Luc. 3. 7.

Via Semitae.

Baptisma Iohannis quale. Comparatio pulchra.



*Saccus
Pellicea
zona.
Matth. 11.*

*Locustarū
natura.*

Erat autem Ioannes uestitus pilis camelis, & zona pellicea circa lumbos suos, uescēbaturque locustis ac melle syluestri. Diximus de his apud Mattheum, & nunc quoque dicemus quae illic praetermissa sunt, quia locus symbolū erat indumentum, monstrante propheta quod oporteat lugere poenitentem. Saccus enim ad luctum pertinet. Pellicea uero zona mortificationem declarat Iudaici populi. Quod autem luctum indicet stola inquit Dominus, Lamentauimus uos, & non planxistis, per lamentum, precursoris uitam significans. dicit enim, Venit Ioannes neque comedens neque bibens, & dixistis, Daemonium habet. Sed omnino quidem & hic cibus Ioannis continentiam manifestat. fortassis autem & indicium erat spiritualis alimoniae populi qui tunc erat, qui non comedeat puras quasdam caeli uolucres, neque sublimē salutare, sed rursus statim decidit. Locustarum enim natura est subsultare, iterumque decidere. Quodammodo igitur & mel quidem edebat populus, quod ab apibus prophetis confectum, non autem agricultura partum, neque domesticum, quod bene intelligeretur, inquireret, & comprehenderetur. Habebant quidam scripturas quasi mel quoddam, sed ipsi non excolebant eas, neque scrutabantur.

Et praedicabat dicens, Venit is qui fortior me est, post me, cuius calceamentorum corrigiam ut procumbens soluam, non sum idoneus. Ego quidem baptizauit uos aqua, ille uero baptizabit uos spiritu sancto. Neque notissimum seruorum eius esse dignus sum, ita ut soluam corrigiam, hoc est uinculum quod ex loris est calceamenti eius. Intelligitur autem & hoc modo, Omnes qui ueniebant & baptizabantur a Ioanne, soluebantur per poenitentiam a uinculo peccatorum suorum, dum credebant in Christum, Omnium igitur aliorum solvebat Ioannes corrigias & uincula peccatorum; Iesu autem corrigiam soluere non potuit, eo quod non inuenit corrigiam, hoc est peccatum in ipso.

*Cur Christi
uenerit
ad bapti-
zanda.*

Et factum est in diebus illis, uenit Iesus a Nazareth Galilaeae, & baptizatus est a Ioanne in Iordane. Et statim cum ascenderet ex aqua, uidit diffundi caelos, & spiritum quasi columbam descendentem super illum; & uox facta est de caelis, Tu es ille filius meus dilectus, in quo mihi bene complaceo. Neque ut remitterentur sibi peccata, uenit Iesus ad baptismum: (peccatum enim non fecit) neque ut spiritus particeps fieret; baptismum enim Ioannis (sicut dixi) peccata non purgabat, quomodo enim spiritum dedisset? Sed neque propter poenitentiam uenit ut baptizaretur; multo enim praestantior erat Baptista. Quare igitur uenit? Vel omnino ut manifestaretur a Ioanne populo. Nam quia multi confluēbant, apparet quod ideo uenerit, ut testimonium acciperet coram multis quis esset. Vel ut impleteret omnem iusticiam, hoc est omnia mandata legis. Quoniam enim & hoc mandatum uidetur, ut credat prophetam baptizantem, quod a Deo missus sit, implet & ipsum. Spiritus uero descendit, non quod opus illo habeat Christus; quomodo enim hoc possibile, cum in eo substantialiter maneat? sed ut tu dicas quod quando baptizaris, etiam in te spiritus sanctus ueniat. Interea & hoc operam spiritus sancti descendit, ne cum pater superne diceret, Hic est ille filius meus, putarent qui audierant, quod de Ioanne dixisset. descendit super Iesum, ostendens quod de hoc dictum sit. Porro caeli diffunditur, ut discamus quod quando baptizamur, aperiantur & nobis.

*Baptizatis
spiritus da-
tur, caeliq;
aperitur.*

Et continuo spiritus illum expulit in desertum, & erat illic in deserto dies quadraginta, & tentabatur a satana, eratque cum feris, & angeli ministrabant illi. Docens nos Dominus non grauatim ferre, si post baptismum in tentationes incidimus, eius gratia ascendit in montem tentandus, Immo non ascendit, sed sursum ducitur a spiritu sancto, demonstrans nobis, non temere nos in tentationes proijcere debere, sed ferre si impetamur. Propterea autem ascendit in montem, ut solitudine loci diabolus animosior fiat, & accedat. Solet enim cum nos uiderit solitarios, statim insidiari. Iam a deo inaccessible erat locus, ut & multae ferae illic essent. Caeterum angeli ministrabant cum tentatus uicisset: quae discas in Mattheo latius.

*Ne in tenta-
tiones nos
temere con-
ijciamus.*

Matth. 4.

Postquam autem comprehensus esset Ioannes, uenit Iesus in Galileam, praedicans Euangelium regni Dei, & dicens, Impletum est tempus, in statu regni Dei, Resipiscite, & credite Euangelio. Secedit in Galileam postquam audiuit Ioannem comprehensum, & in carcerem coniectum: quo monstraret etiam nobis ut subducamus nos a tentationibus, & non temere nos ingeramus; ubi autem incidimus, feramus. Appa-

paret autem Dominus eadem praedicans, quae Ioannes, nempe, Resipiscite, & appropinquabit regnum Dei. Sed non est ita, Ioannes enim dicebat, Resipiscite ut abicerentur a peccatis: Christus autem resipiscite dicit, ut a legali litera fugerent. Ideo apposuit, & credite Euangelio. Credens enim, per Euangelium iam aboleuit legem. Dicit enim Dominus impletum esse tempus legis. Enim uero in id usque temporis lex operabatur, inquit: ab hoc autem tempore regnum Dei, quod est uita Euangelica, qua merito illi conferuntur. Nam si quempiam uideris quasi abique carne uiuere uita Euangelica, an non diceres quod regnum caelorum iam habeat, eo quod non sit in illo cibus & potus, etiam si longe abesse uideatur?

*Aliud in-
telligendum
cum Ioan-
nes dicit,
Resipiscite
aliud cum
Christus.
Matth. 11.
Luca 19.
Regnum
Dei, uita e-
uangelica.*

Cum ambularet autem iuxta mare Galileae, uidit Simonem & Andream fratrem eius incipientes retia in mare (erant enim piscatores) & dixit eis Iesus, Sequimini me, & faciam ut efficiamini piscatores hominum. At illi prius relictis retibus suis secuti sunt eum. Et progressus illinc pusillum, uidit Iacobum filium Zebedaei, & Ioannem fratrem eius, qui & ipsi in nauis recondicinnabant retia, statimque uocauit illos: & illi relicto patre suo Zebedaeo in nauis cum mercenariis, secuti sunt eum. Praecursoris discipuli fuerunt Petrus & Andreas. Cum autem uidissent Iesum a Ioanne testimonium accepisse, adierunt eum. Deinde postquam Ioannes comprehensus fuit, moesti facti iterum ad artem suam redierunt: unde illos Christus secundo uocat. Secunda enim uocatio ista est. Vide autem quomodo illi iustus laboribus sese enutriant, & non ex iniustis. Tales enim digni erant qui primi fierent discipuli Christi. Relictis igitur statim his quae in manibus erant secuti sunt eum. Non enim morę necendae sunt, sed statim sequendum est. Post illos piscatur Iacobum & Ioannem, qui & ipsi pauperes erant, & patrem senio confectum aiebant. Porro reliquerunt patrem, non quod bonum sit relinquere parentes, sed quia impedimento futurus erat secuturis Christum. Sic & tu relinque parentes si ad pietatem tibi obstituerint: & id quod bonum, amplectere. Apparet Zebedaeum non credidisse, mater autem Apostolorum credidit, & sequebatur fortassis mortuo Zebedaeo. Scias ite primum uocari praedicatorum, dein contemplatiuam. Petrus enim praedicatorum symbolum est; feruentior enim erat alius, sicut & praedicator est. Ioannes uero contemplatiuam significat: plus enim de rebus diuinis differit Ioannes.

*Secunda a-
postolorum
uocatio.*

*Quomodo
et quando
parentes re-
linquendi.*

Et ingrediuntur Capernaum: & statim sabbatis ingressus in synagogam docebat, & stupecebant super doctrina eius. Docebat enim eos tanquam autoritate praeditus, & non sicut scribae. Unde ingrediuntur Capernaum a Nazareth. Itaque in die sabbati cum congregati essent legentes, tunc & Christus ingressus est ut doceret. Etenim lex etiam iussit otiosos esse in sabbato, ut lectioni uacent homines, qui in hoc congregantur. Docebat igitur tunc Christus arguens, non adulans, sicut pharisaei. Nam cum ad bonum adhortaretur, minabatur & poenam incredulis. Et erat in synagoga eorum homo obnoxius spiritui immundo, & exclamauit dicens, Ah, quid rei nobis est tecum Iesu Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Noui te quis, nimirum ille sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus, dicens, Obmutescere, & exi ab homine. Et cum discerpisset eum spiritus immundus, exclamassetque uoce magna, exiit ab eo. Et obstupuerunt omnes, ita ut interrogarent inter se mutuum, dicentes, Quid est hoc? Quae doctrina noua haec, quia cum autoritate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei? Emanauit autem fama eius statim in totam undique regionem Galilaeae finitimam. Immundi dicuntur mali spiritus, eo quod omnibus sceleris operibus delectantur, perditionemque suam existimant demon egredi ab homine. Demones enim quia omnis misericordiae expertes sunt, malum quiddam sustinere se putant nisi permittatur eis affligere homines. Insuper quoniam & carnem amant, & pasci solent materialibus uaporibus, magnam ferunt inedia nisi in corpore habitent. Idcirco & Dominus dicit ieiunio egredi demoniorum gentis. Non dixit autem immundus iste, Sanctus es (multi enim prophetae sancti fuerunt) sed, ille sanctus, adiectione articuli, ille, unicus & praedefinitus. Christus uero obmutescere eum facit, ut discamus demones etiam uera dicentes confutandos, & non audiendos. Discerpebat autem & proiecit illi eum demonem, ut homines uisa mali magnitudine, per miraculum credant.

*Christus ar-
guit, phari-
saei adulan-
tur.*

*Immundi
spiritus.*

*Matth. 17.
infra 19.
Demones
etiam uera
dicentes co-
hibendi.
† egressus
uenit*

Et protinus e synagoga egressi uenerunt in domum Simonis & Andreae, cum Iacobus & Ioanne. Socrus autem Simonis decumbebat febricitans, & continuo dicunt ei de illa. Et accedens egressit eam apprehensa manu eius: & reliquit eam febris illico,

est rectum? Mens, quæ suprema nostri portio est. Hæc habet multum terræ & lutum, ne-
gociorum inquam terrenorum: cæterum ubi hæc depolita, & perfossa in nobis men-
tis uirtus, & exonerata fuerit: deinde ego demissus fuero, hoc est, humiliatus, non em
extolli oportet propterea quod rectum mentis exoneratum sit, sed postquam exone-
ratus fuero debeo demitti, hoc est humiliari. Tunc igitur sanabor, & tollam grabatū,
hoc est corpus, ad mandatū operationem ipsū mouens. Non enim à peccato
solum nos suscitari oportet, & intelligere quod peccamus, sed & lectum, hoc est corpus,
ad operationem boni tollere. Tunc igitur & ad contemplationes uenire poterimus,
ita ut omnes nostræ cogitationes intra nos dicat. Hactenus nunquam tale uidimus,
id est nunquam sic intelleximus, sicut nunc quando paralytici curati sumus. Qui e-
nim à peccatis purificatus est, ille uerè uidet.

Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba ueniebat ad eum, ac docebat eos. Et cum
preteriret Iesus, uidit Leui Alphei filium sedentē ad telonium, & ait illi, Sequere me.
Iscariot surgens secutus est eum. Et factū est cum accumberet in domo illius, multi etiam
publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Erant enim
multi qui secuti fuerant eum. Et scribæ ac pharisæi cum uidissent eum capientem ci-
bum cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius, Quid est quod cum pu-
blicanis & peccatoribus edit ac bibit? Hoc audito Iesus ait illis, Non opus habent qui
ualent, medico, sed qui male habent. Non ueni ad uocandum iustos, sed peccatores
ad poenitentiam. Post miraculum paralytici egreditur ad mare, forsatis solitudinem
quærens, at turba iterum concurrat: ut discas quod quanto magis gloriam fugeris, tanto
illa magis te sequet. at si tu illam sequaris, illa te fugiet. Igitur Dominus ut ad mare secessit, tur-
ba illi iterum secuta sunt, & alioqui non illuc fugisset. Et preteriens cepit Mattheum, quod dino-
mius erat. Lucas quidem & Marcus ipsum Leui appellat, obiectes eius nomē: ipse au-
tem non erubescit suum nomē proferre. Vidit enim, inquit, Iesus Mattheum publicanum. Sic
etiam nos quoque nostra peccata confiteri non erubescamus. Sedit autem in telonio (ut ui-
detur) exigens à quibusdam uel rationem faciens, uel aliquid faciens eorum quæ so-
lent in officinis suis publicani agere. Ille autem ita excitatus est, ut relicis omnibus
Christum sequeretur, lætansque conuocaret multos ad conuiuium. Pharisæi autem taxant,
per hoc se mundos facere studentes. At Dominus inquit, Non ueni ad uocandum iustos, hoc
est uos, qui uos ipsos iustificatis (per ironiam enim hoc dicit) sed peccatores, qui uocan-
tur non ut maneat peccatores, sed ad poenitentiam, hoc est conuersionem. Vnde hoc
adiicit, ne existimes absque sui emendatione uocari peccatores.

Et discipuli Ioannis ac pharisæorum ieiunabant, ueniuntque & dicunt illi, Quare di-
scipuli Ioannis & pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant? Et dixit illis Ie-
sus, Num possunt filij thalami nuptialis, in quo cum illis sponsus est, ieiunare? Quan-
diu habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies cum aufere-
tur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Discipuli Ioannis imperfectio-
res adhuc Iudaicis moribus studebant: unde quidam accedebant ad Christum ut de-
nunciarent hoc illos agere, & taxabant quare discipuli eius non ieiunarent, sicut ipsi.
At hic nunc quidem dicit, sponsus sum ego, & oportet illos bono esse animo, & non
ieiunare: ubi autem ego est uita hæc ablati fuero, tunc ingruent tentationes, & ieiuna-
bunt ac affligentur. Proinde sponsum seipsum uocat, non solum quod desponsus uirgines
animas, sed & quod tempus primi sui aduentus, non tempus lucis, neque austeritatis est
ipsi qui in illum credunt, neque labores habens, sed facile & absque operibus legis per ba-
ptismum refocillans nos. Qualis enim labor baptizantis? attamen per faciliam hæc salu-
tem consequimur. Filij autem thalami, Apostoli, utpote & ipsi dominicum gaudium af-
fecuti, & omnis cœlestis boni ac uoluptatis totius participes. Intellige autem & sic quod om-
nis homo quando uirtutem operatur, filius est thalami nuptialis. Quando igitur ha-
buerit secum sponsum Christum: non ieiunat, hoc est, non ostendit opera poeniten-
tiæ: neque enim cecidit, quando autem ab eo ablati fuerit Christus, prolabereturque in
peccatum, tunc ieiunat, & poenitentiam agit, ut à peccato sanetur.

Et nemo assumptum panni rudis assuit uestimento ueteri: alioquin aufert sup-
plementum eius nouum à ueteri, & peior scissura fit. Et nemo mittit uinum mustum
in utres ueteres: alioquin dirumpit uinum mustum utres, & uinum effunditur, & utres

† uerunta
men illinc
etiā fugit.
Mattheus
binominis.
Luc. 5.
Matth. 9.

Christus
cur sponsum
Ioan. 3.
Apoc. 21.
Filij thala-
mi.

res pereunt: sed uinum mustum in utres nouos mitti debet. Quod dicit, quemadmo-
dum pannus rudis, hoc est nouus, si assuatur uestimento ueteri, sua firmitate illud di-
scindit, uinumque nouum sua æstimatione utres ueteres dirumpit: sic etiam discipuli
mei nondum facti sunt fortes: itaque si grauauero ipsos offendam. Veteribus enim ue-
stimentis similes sunt, ob ipsorum animi imbecillitatē. Non oportet igitur illos graui
ieiuniorum præcepto onerare. Vel etiam sic intellige, Discipuli Christi cum sint no-
ui, non possunt seruire prisca moribus & legibus.

Et accidit ut transiret sabbatis per segetes, & coeperunt discipuli eius inter uiam
uellere spicas, & pharisæi dicebant ei, Ecce, cur faciunt sabbatis quod non licet: Et ipse
ait illis, Nunquam legis quid fecerit Dauid, cum opus haberet, & esuriret ipse &
qui cum eo erant: quomodo ingressus sit in domum Dei sub Abiathar principe sacer-
dotum, & panes propositionis comederit, quos non licet edere nisi sacerdotibus,
& dederit etiam ijs qui secum erant: Et dicebat illis, Sabbatum propter hominem fa-
ctum est, non homo propter sabbatum. Itaque filius hominis dominus est etiam sabbati.
Discipuli Domini spicas uellunt, iam non ultra soliti iuxta legem uiuere. Pharisæi au-
tem indignantes, à Christo cofutabantur, in medium afferente exemplū Dauid, qui
propter necessitatē soluerat legem sub Abiathar pontifice. Fugiens enim Dauid pro-
pheta à facie Saulis, uenit ad pontificem illum, & fecellit eum quasi à rege missus rei mi-
litaris gratia, & tunc panes propositionis comedit, gladiumque Goliath Domino oblatum
abstulit. Duodecim autem erant panes, qui quotidie proponebantur super mensam, sex à de-
xtris, & sex à sinistris. Querunt autem quidam, quomodo Euangelista Abiathar nunc sacerdo-
tem nominat: liber autem Regi Abimelech illum nominauit: Dicendum igitur quod forsatis
duo nomina habuerit, id est sit Abiathar & Abimelech. Vel etiam aliter: Liber Regi
sacerdotē dicit esse Abimelech, Euangelista autem pontificem Abiathar: unde hæc inter
se non sunt diuersa. Erat enim sacerdos Abimelech, pontifex autem Abiathar. Disce au-
tem iuxta anagogem, quod discipuli Christi in sabbato, hoc est in animarum quiete. Sab-
batum enim quietē interpretamur. Quando igitur quietem habent ab omnibus affectio-
nibus, & à dæmonibus non infestantur, tunc iter faciunt, hoc est, & alijs ad uirtutē
duces fiunt, uellicantes & eradicantes omnia quæ à terra & humili phantasia germi-
nāt. Nisi enim primum quiescat aliquis ab affectionibus, & seipsum in solitudinem
conferat, ne utiquam alijs ad bonum dux erit.

CAPVT III.

ET introiit iterum in synagogam, & erat ibi homo manum habens arefactā, &
obseruabat eum an sabbatis sanaturus esset illum, ut accusarent eum. Et ait homi-
ni manum habenti arefactam, Excitare in medium. Et dicit illis, Vtrum licet sabbatis
benefacere, an malefacere? animam seruare, an occidere? At illi tacebant. & cum cir-
cunspexisset eos cum iracundia, indolens super cecitate cordis eorum, dicit ho-
mini, Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illius sana, ut altera.
Cum discipuli accusati essent à Iudæis eo quod per sabbata spicas euellissent, Dominus accu-
santes cofutauit, id est exemplo Dauid: magis autem illos nunc cofutat miraculū faciē-
do ostendens quod adeo non peccent discipuli eius, ut & ipse operatur in die sabbati mira-
culū faciēs: ita ut si malū sit operari miraculū, simpliciter malū futurū sit operari neces-
saria in sabbato: sed miraculum facere in salutē hominis, diuinū est: non igitur præuari-
catur qui in sabbato quod malum non est operatur. Propterea etiam interrogat illos non liceat
benefacere, notās eos ut beneficia prohibentes. Aridā autem dexterā omnis habet qui o-
pera eorum non facit qui ad dexteram partē pertinet. Ad quem Christus dicit, Excita-
re, hoc est, surge à peccato, & sta in mediū, hoc est in mediocritate uirtutum. Omnis
enim uirtus mediocritas est, eo quod sicut mediocritas neque in defectum neque in excessum
declinat. Tunc igitur quando se statuit in mediocritatem, restituit dextera eius sana.
Vide autem quod dicit, & restituta est. Erant enim olim nobis sanæ manus, hoc est,
efficax uirtus operatiua, quando nondum fuit transgressio. Vbi autem extenta est de-
xtera nostra ad fructum prohibitum, tunc arefcere coepit ad operationē boni. Resti-
tuetur igitur iterum in pristinam sanitatem, cum in medio steterimus uirtutum.

Egressi uerò pharisæi statim unā cum Herodianis consilium iniebat aduersus illum,
ut eum perderent, Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, & ingens multitudo

1. Reg. 21.

Leuit. 24.

Abiathar
AbimelechSabbatum
quid inter-
pretetur.Matth. 12.
Luc. 6.

do secuta est eum a Galilea, & a Iudaea, & ab Hierosolymis, & ab Idumaea, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum habitabant, ac Sidonem, hominum multitudo magna: quae cum audissent quae faciebat, uenerunt ad eum. Et Iesus iussit discipulos suos ut nauiculam appellerent sibi propter turbam, ne ipsum premeret. Multos enim sanauerat, ita ut irruerent in eum, quo illum tangerent quotquot haebant flagella. Et spiritus immundi cum illum uiderent, procidebant ei, & clamabant dicentes, Tu es filius Dei. Et uehementer interminabant eis ne se manifestum facerent. Quinam erant Herodianum: Vel milites Herodis, uel haereticis quaedam nuper admodum orta, quae docebat Herodem ipsum esse Christum, eo quod in illo Iudaicorum regum successio finem habuisset, ita enim exponebant prophetiam Iacob, quando defecituri successit ex Iuda principes, tunc uenturum Christum. Cum igitur Herodis temporibus nullus usque esset Iudaicus princeps, sed regnaret Herodes alienigena, Idumaeus enim erat: opinati sunt quidam ipsum esse Christum: & constituta quadam factione attentauerunt perdere Dominum. Ipse autem secedendo. Nondum enim erat patiendi tempus, Interim pluribus beneficiebat, ab ingratis secedendo. Etenim secuti sunt eum multi, & sanauit illos: quauis Tyrijs & Sidonis, tametsi essent allophyli, pderat. Cognati autem eius eum persequerentur. Adeo nulla a genere potuit utilitas, nisi etiam boni mores assint. Et alienigenae quidem a remotis locis ad eum ueniunt: Iudei uero cum ad ipsos uenisset, infestant. Vide autem quod alienus sit a fastu. enim uero ne turbae obstrepentes ei negotium facerent, nauiculam quaerit. Flagella uero dicit morbos. nam ad emendationem nobis morbi multum conducunt, flagellante nos Deo quasi filios patre. Intelligit autem per Herodianos, carnales & pelliceos, & eos qui occidere uolunt Iesum. Herodes enim si quis interpretet, pelliceus sonat. Qui egrediuntur a domibus suis & patria sua, hoc est, consuetudinibus carnis, illum sequuntur: unde & flagella eorum sanant, peccata dico, quae conscientiam flagellant: & immundi spiritus eijciuntur. Attende hic quod discipulis suis praecipit Iesus, ut appellat sibi nauis propter turbas, ne ipsum premerent. Iesus enim est ratio quae in nobis imperat ut nauis nostra, hoc est corpus appellat sibi, & ne proiciatur in procellam secularium negotiorum, & ne prematur turbae negotiorumque turbulentiae Christum qui in nobis est.

Herodiani qui fuerint. Gen. 24.

Flagella.

Herodes.

Matth. 19. Act. 1.

Boanarges.

Ordinatus orandus. Iudas cur in apostolum electus.

Et ascendit in montem, ac uocat ad se quos uoluit ipse, ueneruntque ad eum. Et fecit duodecim ut essent secum, & ut emitteret eos ad predicandum, utque haberent potestatem sanandi morbos, eijciendique demonia. Et imposuit Simon in nomine Petrus, & Iacobum filium Zebedaei, & Ioanem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanarges, quod est filij tonitruum. Et Andream, & Philippum, & Bartholomeum, & Mattheum, & Thomam, & Iacobum Alphaei filium, & Thaddaeum, & Simonem Chananaeum, & Iudam Iscariotem, qui & prodidit illum. Ascendit in montem, ad orandum. Quoniam enim miracula fecerat, factis miraculis orat, docens omnes nos gratias agere Deo, & sicubi boni quippiam profecerimus, id diuinae uirtuti offerre debere. Vel quia ordinaturus erat apostolos, eius gratia ascendit oraturus, ut discamus quod nos quoque quando aliquos sumus ordinaturi, prius orare debeamus ut reuelent nobis qui dignus sit, & ne comunicemus peccatis alienis. Assumitur & Iudas in Apostolum, ut discamus quod non propter futuram malitiam alii cuius aspernet Deus quempiam mala operaturum, sed propter praesentem uirtutem honoret quem dignum censet, etiamsi postea malus sit futurus. Porro apostolorum nomina propter falsos apostolos recensent, ut sint notum ueri. Filios autem tonitruum nominat filios Zebedaei, ut praecipuos praedicatores, & maxime theologos.

Et ueniunt in domum: & conuenit iterum turba, sic ut non liceret illis uel panes edere: & cum audissent qui ad illum attinebant, exierunt ut manus iniicerent in eum. Dicebant enim, in furorē uersus est. Et scribae qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant, Beelzebubul habet, & pro principem demoniorum eijcit demonia. Cum audissent, inquit, qui ad illum attinebant, hoc est necessarii eius, uel etiam fratres eius, exierunt ut comprehenderent eum. Dicebant enim, quia in furorē uersus est, hoc est, demonem habet. Audiētes enim quod demonia eijceret, & morbos sanaret, praeter inuidiam opinabantur quod demonium haberet, & furiosus esset: unde uolebant comprehendere illum, ut eum tanquam demoniacum ligarent. Et familiares eius sic quidem agebant, similiter autem & scribae faciebant, qui a Hierosolymis descenderant, demonium ipsum habere dicentes. Cum enim non possent contradicere his quae fiebant, alio modo arguebant ea, nempe quod a demonijs fierent.

Et ad

Et ad se uocatis illis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest satanas satanā eijcere: Et si regnum aduersus sese diuisum fuerit, non potest stare regnum illud. Et si domus contra seipsam diuisa fuerit, non potest stare domus illa. Et si satanas insurrexerit aduersus semetipsum, ac diuisus est, non potest stare, sed habet finem. Non potest quisquam uasa fortis ingressus in domum illius diripere, nisi prius forte alligarit, & tunc domum eius diripiet. Exemplis quibus contradicere non poterat, uincit inuidios Iudaeos. Quomodo enim possibile est demonem demones eijcere: sicut & in domibus uideamus, quae diu pacifici sunt, bene habent hi qui in illis sunt: quando autem diuisi fuerint, destruantur. Quomodo autem, inquit, potest quis diripere uasa fortis, nisi prius illum uinxerit. Caterum quod dicit, hoc sibi uult. Fortis est demon: uasa autem eius, homines sunt qui ab illo tenentur. Itaque nisi quis primum alliget demonem & destruat, quomodo uasa eius ab eo auferet: demoniacos inquit. Proinde quia ego uasa eius diripio, hoc est, libero homines ab afflictione demoniaca: consentaneum est quod primum ligauerim & destruxerim demones, & inimicus illorum sum. Quomodo igitur uos dicitis quod Beelzebubul habeat, hoc est, cum amicus sum demonum & magus, eijciam demones?

Matth. 9. 12. Luc. 11.

Qui foris, & quae uasa eius.

Matth. 12. Luc. 12.

Amen dico uobis, Omnia remittentur filiis hominum peccata & conuicia quibuscumque conuiciati fuerint: at qui conuicium dixerit in spiritu sanctum non habet remissionem in aeternum, sed obnoxius est aeterno iudicio, quia dicebat, spiritum immundum habet. Tale quiddam hoc loco dicit, Quaeque alia peccauerint homines, habent forte quod praeterxant: & indulgisse se humanae infirmitati: ut exempli gratia dicebat Christum helluonem & bibonem, amicum publicanorum & peccatorum. in illo ueniam assequens, quando autem uidentes eum operari miracula indubitata, blasphemarint spiritum, hoc est mira opera per spiritum sanctum facta, quomodo tunc ueniam assequentur, nisi poenitentiam egerint: Quando enim offendunt in carne Christi etiam si per illo non egerint poenitentiam, ueniam obtinent tanquam offensus homines. Verum cum uident eum opera Dei facere, & blasphemare pergunt, quo pacto dimittetur eis, si alieni a poenitentia manserint.

Matth. 11. 1 quoniam consequatur, Deo id condonatur.

Et ueniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum qui euocarent eum, & sedebat turba circa eum, dicuntque ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quaerunt te. Et respondit eis dicens, Quae est mater mea, & fratres mei: Et cum circumspexisset in circuitu circum se discipulos sedentes, ait, Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est. Fratres Domini inuidioses accesserunt ad eum, ut caperent eum tanquam in furorē uersum & demoniacum. Mater autem fortassis inani gloriola mota uenit ut illum a doctrina ad se attraheret, & ostenderet turbis quod ipsa illum qui tantis miraculis conspicuus erat, gubernaret, atque ita ut a doctrina auelleret. Dominus igitur respondit quod nihil profuturum sit matri suae esse matrem suam, nisi etiam alias uirtutes possederit. Similiter nec per fratres, esse consanguineos. Illi enim sunt ueri cognati Christi, qui uoluntatem Dei faciunt. Itaque non negando matrem haec dixit, sed ostendens quod non propter natiuitatem solam digna fuerit hoc honore, sed propter omnes alias uirtutes quibus praedita fuit: ita ut si illis caruisset, alij ei fuissent praelati.

Cognati Christi.

C A P V T I I I I.

Et iterum coepit docere iuxta mare: & confluxit ad eum turba multa, ita ut nauim ingressus sederet in mari, & tota turba iuxta mare in terra erat, & docebat eos per parabolas multa. Quauis uideat dimisisse matrem, iterum tamen obedit ei, propter illam enim egreditur ad mare. Caterum in naui sedet, ut in conspectu habeat auditores omnes, magisque audiatur, & nullus sit a tergo.

Et dicebat illis in doctrina sua, Audite, Ecce exibat seminador ad seminandum, & accidit inter seminandum, aliud quiddam cecidit secus uiam, ueneruntque uolucres caeli, & comederunt illud. Aliud uero cecidit super petrosam, ubi non habuit terram multam, & statim exortum est quod non haberet altitudinem terrae: sole autem exorto, estu affectum est, eo quod non haberet radicem exaruit. Et aliud cecidit in spinas, et succreuerunt spinae ac suffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum emergentem & crescentem, & afferebat unum triginta, & unum sexaginta, & unum centum. Ac dicebat illis, Qui habet aures ad audiendum audiat. Cum autem coepisset esse solus, interrogauerunt eum hi qui circa ipsum erant cum duodecim de parabola, & dicebat eis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autem qui foris sunt, per parabolas omnia fiunt, ut uidentes uideant, & non cernant: & au-

Matth. 13. Luc. 8.

Et dimissa turba assumunt eum ita ut erat in nauis. sed & alia nauiculae erant cum eo. A
 & oritur procella uenti magna, & fluctus irruerant in nauim, ita ut illa iam implere
 tur. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens, & excitat eum, dicitque illi: Praeceptor
 non est tibi cura quod perimus? Et excitatus increpauit uentum, dixitque mari, Tace, obmu-
 tesce. Et conqueuit uentus, factaque est tranquillitas magna: & ait illis, Quid timidi estis a-
 deo? Qui sit ut non habeatis fiduciam? Et timerunt timore magno, dicebantque inter
 sese: Quisnam hic est, quia uentus & mare obediunt ei? Aliter haec enarrauit Mattheus,
 aliter Marcus. Nam quae ille dixit diffusius, hic in compendium contraxit: & est diuerso
 quoque ille contractius, hic diffusius dicit. Assumit igitur solos discipulos, qui futuri miraculi
 spectatores essent. Porro ne extollerentur quod ipsos dimissis alijs assumpserat, & ut
 doceat ferendas tentationes, relinquit eos procellis periclitari. Dormit autem, ut ma-
 ius appareat miraculum, cum prius turbati fuissent. Nam si uigilasset Christus, & fa-
 cta fuisset tempestas, uel non timuissent, uel non orassent: proinde permittit eos in me-
 tum periculi incidere, quod uirtutem ipsius sentirent manifestius. Quia enim uide-
 bant alijs beneficia dari, sese autem nullo tali frui: periculum erat ne fierent negligenti-
 ores. Itaque tempestate oriri permittit. Porro super ceruical dormit, quod in nauis erat
 nimirum ligneum. Excitatus uero, primum increpauit uentum (hic enim est qui ferox
 reddiderat mare) deinde & mare. Discipulos autem increpauit, eo quod non habuerant
 fidem. Nam si fidem habuissent, credidissent utique quod & dormiens possit illos seruare
 illaesos. Dicebant enim inter se, Quisnam est hic? Adhuc enim de eo dubitabant. Ca-
 terum secundum quod solo praeepto mare sedauit, & non uirga, ut Moyses mare: neque
 inuocatione, ut Helias Iordanem: neque arca, ut Iesus Naue: propterea super hominem
 illis uidebatur. In eo autem quod dormiuit, rursum eis homo uidebatur.

Matth. 8.
Luc. 8.

Exod. 14.
4. Reg. 2.
Iosue 3.

C A P V T V.

ET uenerunt trajecto mari in regionem Gadarenorum. Egressoque ei de nauis, sta-
 tim occurrit ei monumentis homo spiritui obnoxius immundo, qui domicilium
 habebat in monumentis. & neque catenis quisquam poterat eum ligare, propterea quod
 cum saepe compedibus & catenis uinctus fuisset, disceptae essent ab illo catenae, & co-
 pedes essent cominutae, neque quisquam ualuisse eum domare, & semper die ac nocte in
 montibus ac monumentis erat clamans, & concidens seipsum lapidibus. Probatoria
 exemplaria habent, in regionem Gergesenorum. Igitur Mattheus duos dicit daemo-
 nio agitato, Marcus & Lucas unum, atrociorum in medium proferentes. Venit igitur
 qui daemone agitabatur, confitens illum esse filium Dei. Quoniam in nauis dubi-
 tabant discipuli quantum hic esset, maioris fidei sit testimonium ab inimicis: quos per
 daemones intelligo. Habitabat autem in sepulchris, uolens hominibus malam opinio-
 nem inferre, quod morientium animae daemones fiant, quod absit ut quis credat.

Matth. 8.
Luc. 7.

Tormentum
est demoni-
bus, pelli ab
homine.

Cum uidisset autem Iesum eminus, cu currit & adorauit eum, & clamans uoce ma-
 gna dixit, Quid mihi tecum est Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deum, ne me tor-
 queas. Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum, Quod
 tibi nomen est? Et respondit dicens ei, Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Et de-
 precabatur eum multum, ne se emitteret extra regionem. Tormentum suum putat
 daemones, si cogant exire ab homine: ideo dicunt, Ne torqueas, hoc est ne educas nos
 ex habitaculo nostro, hoc est homine. Sed & aliter existimabant quod propter grauiam
 quae attentassent, non ultra passurus esset ipsos, sed mox supplicis traditurus, idcirco
 & orant ne se torqueat. Interrogat autem illum Dominus, non ut ipse discat, sed ut alij
 discant multitudinem demoniorum qui in illo erant. Quandoquidem unus appa-
 rebat esse, ostendit Iesus cum quot inimicis miserabilis homo ille certarit.

Iob 7.

Erat autem ibi iuxta montem grex porcorum magnus pasceus, & deprecabantur
 eum omnes daemones dicentes, Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et permi-
 sit statim Iesus. Et egressi spiritus immundi ingressi sunt in porcos. Et ferebat grex per
 praeeptum in mare. Erant autem ferme bis mille, & suffocati sunt in mari. Porro qui pa-
 scebant porcos, fugerunt, & renunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Daemones o-
 rant Dominum ne mitteret se extra regionem, sed in gregem porcorum. Qui hoc per-
 misit: Quia enim certamen est uita nostra, noluit Dominus extra hanc uitam demo-
 nes

nes esse, ut certates nobiscum nos probatiores comonstrarent. Permittit autem illis intrare
 in porcos: ut discamus, quod sicut non pepercerunt porcis, ita neque homini illi pepercerunt,
 nisi eum diuina uirtus custodisset, daemones enim cum inimici nostri sint, protinus nos
 conciderent, nisi Deus nos conseruaret. Disce autem quod neque in porcos habent po-
 statem, & multo minus in homines, nisi permittat Deus. Obserua autem quod in ho-
 mines qui porcorum more uiuunt, & in luto uoluptatis uersantur, ingrediuntur daemo-
 nes, & mittunt illos praecipiti perditione in mare huius uitae, ut suffocentur.

Neque in por-
cos demo-
nes habent
potestatem.

Et egressi sunt ad uidentum quid esset quod acciderat: & ueniunt ad Iesum, & ui-
 dent illum qui a daemone uexabatur, sedentem ac uersutum, & sanam mentis, qui habue-
 rat legionem: & timuerunt. Et narrauerunt illis qui uiderant, qualiter acciderat ei qui
 daemone habuerat, & de porcis. Et rogare coeperunt eum ut discederet de finibus
 ipsorum. Et cum ingressus esset nauim, rogabat illum qui fuerat a daemone correptus, ut
 esset cum illo: Iesus autem non permittit eum, sed ait illi, Abi in domum tuam ad tuos, &
 annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abiit, & coepit praedi-
 care in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur. Exierunt igitur ui-
 ri illius ciuitatis ad Iesum stupefacti miraculo: & cum audissent, timuerunt magis. Idcirco
 & Iesum rogant ut egrediatur a finibus ipsorum. Timuerunt enim nequando &
 maius quiddam patiantur. Qui enim perdidit porcos, in perditione dolentes precan-
 tur ut abeat Dominus. Caeterum is qui daemone agitato erat, orabat illum ut cum ipso
 esset: timebat enim, ne si quando daemones eum inuenissent solum, iterum se adirent.
 At Dominus dimisit eum in domum eius: ostendens ei quod licet ipse non absit, nihil
 minus tamen uirtus sua & uisitatio custodiat eum: insuper ut & alios lucrifera, qui ipsum
 uisuri essent. Et ecce praedicare coepit: & omnes mirabantur. Vide autem quam alienus sit
 a fastu seruator. Non dixit, annuncia quae tibi feci: sed, quae tibi fecit Dominus. Sic &
 tu quando bonum quid feceris, ne tibi ipsi, sed Domino factum tribuas.

Luc. 8.

Et cum traiecisset Iesus nauis rursum in ulteriorem ripam, conuenit multa turba ad
 eum, & erat circa mare. Et ecce uenit quidam principum synagogae nomine Iairus: &
 cum uidisset eum, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens, Filiola
 mea in extremis est: oro ut uenias & imponas illi manus, ut salua sit & uiuet. Et abiit cum
 illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. Et mulier quaedam quae fue-
 rat obnoxia profluuio sanguinis annis duodecim, fueratque multa perpessa a compluri-
 bus medicis, & insumpserat omnia sua, neque quicquam adiuuenti senserat, sed magis
 in deterius uenerat: cum audisset de Iesu, uenit in turba a tergo, & tetigit uestimentum
 eius, dicebat enim, Si uel uestimenta eius tetigero, salua ero. & confestim siccatas est
 fons sanguinis eius: & sensit corpore quod sanata esset a flagello. Post miraculum quod in
 daemone actu, aliud operatur Dominus suscitando filiam principis synagogae. No-
 men autem ipsius exprimit propter Iudaeos qui sciebant id quod factum fuerat, dimidia
 tam autem fidem habebat uir ille. Fidelis enim erat, eo quod procidebat ad pedes Iesu:
 sed quia & obsecrabat ut ueniat, non quantam oportebat praese fidem ferebat. Debe-
 bat enim dicere, Dic uerbo. Obiter autem iturus Dominus curat mulierem sanguinis
 profluuio laborantem. Fidelissima erat mulier haec, eo quod a uestibus utilitate se asse-
 qui credebatur, & idcirco etiam sanatur. Intelligas autem haec etiam de humana natura, quae san-
 guinis profluuio laborat. Scaturit enim in ea peccatum, quod mors est animae, & sangui-
 nem animae nostrae effundit. A multis autem medicis, hoc est sapientibus huius mundi,
 sed & a lege & a prophetis non potuit curari. Tetigit autem uestem Christi, hoc est carne
 eius, & sanata est. Qui credit enim esse incarnatum Deum, is est qui tangit uestimentum eius.
 Tangere ue-
stem Chri-
sti quid sit.

Et statim Iesus in semetipso cognoscens uirtutem ex sese prodisse, conuersus in tur-
 ba aiebat, Quis tetigit uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli ipsius, Vides turbam un-
 dique prementem te, & dicis, Quis me tetigit? Et circumspiciebat, ut uideret eam quae hoc
 fecerat. Mulier uero timens ac tremens, sciens quod factum esset in se, uenit & accidit
 ei, dicitque ei omnem ueritatem. Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te seruauit. uade cum
 pace, & esto sana a flagello tuo. Egreditur uirtus a Christo, non a loco in locum transiens,
 sed manens immota in Christo, comunicatur & alijs, quemadmodum & doctrinae a
 docentibus sunt, & discipulis traduntur. Vide autem quomodo turbam quidem com-
 primant, & ex eis nullus illi tetigerit: contra illa quae non premebat, illum tetigerit. My-
 k sterium

in tanto honore & reuerentia obseruabat, ut libidini satisfiat contemnit.

Et cum dies opportunus accidisset, cum Herodes in natalitijs cenā faceret primati-
bus ac tribunis & primoribus Galilææ, cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, ac sal-
tasset, placuissetq; Herodi, ac simul accubentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod uis, &
dabo tibi. Et iurauit illi, quicquid à me petieris, dabo tibi ad dimidiū regni mei. At illa
egressa statim dixit matri suæ, Quid petam? Illa uerò dixit, Caput Ioannis Baptistæ. Et
ingressa statim cū festinatione ad regē, petiuit dicens, Volo ut protinus des mihi in lan-
ce caput Ioannis Baptistæ. Et dolore affectus rex, propter iusiurandū, eosq; qui simul
accumbēbāt, noluit eam reijcere. Et cōfestim rex misso spiculateure iussit inferri caput
eius. At ille abiit, ac decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in lance, & dedit il-
lud puellæ, & puella dedit illud matri suæ. Quo audito discipuli eius uenerūt & sustule-
runt cadauer eius, posueruntq; illud in monumento. Conuiuū celebratur. Saltat per
puellam diabolus, sit iusiurandū impium & nephariū, immò stultum. Nequā aut mul-
ter dicit, Da mihi protinus, hoc est statim, ha hora. Insuper uerò & amore captus He-
rodes iusiurandum implet, & iustum propter illud occidit. Oportebat hic periurū fie-
ri, & non tam abominabile facinus perpetrare. Non enim ubiq; honestum est seruare
quod iuraris. Spiculator miles carnifex est, deputatus in hoc ut occidat. Cadauer, id est
corpus. Postquā enim detruncatū est caput, corpus quod decidit, cadauer dicitur. Acci-
pere hæc potes & spiritualiter. Herodes enim dicitur populus pelliceus Iudæorū. Du-
xit aut uxorem, uanam & impudicā gloriam, cuius filia adhuc saltat & tripudiat apud
Iudæos, nempe scripturarū cognitio qua seducuntur. Videntur enim sibi cognoscere
scripturas: ueruntamen non sic habet res. Nam Ioannem detruncarunt, hoc est, pro-
pheticum sermonem: caput enim prophetiæ, Christum dico, non receperunt. Esti igitur
propheticum habeant sermonem, sed absq; capite, hoc est Christo, illum habent.

Et congregantur Apostoli ad Iesum, ac renunciauerunt ei omnia, & quæ egissent,
quæq; docuissent. Et ait illis, Venite uos soli seorsum in desertū locū, & requiescite pu-
sillū. Erant enim qui uenirent & abirent multi, ac ne cibū quidem capere uacabat. Et
abiit in desertū locum nauigio seorsum: & uiderunt eos abeuntes, & agnouerunt eum
multi, & itinere pedestri ex omnibus ciuitatibus concurrerūt illuc & præuenerūt eos,
cōueneruntq; ad illū. Apostoli postq; prædicauerunt, cōgregantur apud Iesum: ut &
nos discamus si quando in ministeriū mittamur, ne nos totos ab eo qui mittit, abripia-
mus, sed illū sciamus caput, & ad illū redeamus, annūciemusq; ei omnia quæ uel docui-
mus uel fecimus. Neq; enim satis est si doceamus, nisi & fecerimus. Quiescere aut facit
Christus discipulos, ut sciāt prælati, laborātes in uerbo & doctrina, dignos qbus deū sua
quies, & nō semper intendant laboribus. Porro in locū desertū secedit, ut inanis gloria
uite: sed neq; eo loco latere potest quærētes. A deo aut uigilabat illi ne se effugeret, ut
& præuenerint apostolos, & abiuerint in locū ubi Christus quietē habiturus erat. Sic &
tu præueni Iesum: ne expectes ut ille te uocet: sed præcurre, & tu magis illū præuenito.

Et egressus uidit turbam multam Iesus, & affectu misericordiae tactus est erga eos:
quia erant uelut oves non habentes pastorem. Et cepit illos docere multa: & cum iam
multum temporis præterisset, accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, Desertus est
locus, & iam multū temporis est: dimitte illos, ut abeant in circumiacentes uillas ac ui-
cos, emantq; sibi panes, nam quod edant non habent. At ille respondens ait illis, Da-
te illis uos quod edant. Et dixerunt ei, Eunt es emamus ducentis denarijs panes, & de-
mus illis quod edant. At ille dicit eis, Quot panes habetis? Ite & uidete. Et cum cogno-
uissent, dicunt, Quinq; & duos pisces. Et præcepit illis ut accumbere facerent omnes,
distributis conuiujs in utridi gramine. Et discubuerunt diuisim in areolas centeni &
quinquageni. Pharisei cum essent lupi rapaces, non pascebant populum, sed deuo-
rabant, propterea relictis illis ad Christum uerum pastorem turbæ congregantur, un-
de & ipse alimoniam eis suppeditat, & primum utiliore & honestiore, nempe uer-
bum surum, deinde & corporalem. Vide aut discipulos quomodo in misericordia pro-
ficiant. Misericordia enim moti erga turbas, accedunt ad Christum, & pro illis orant.
Dominus aut tentans & probans num suā agnosceret uirtutem q; possit illas alere, ait,
Date illis uos ut edant. Illi aut & arguerunt eum, ut ignorantē quanta laborent rerum
penuria, & quanta populū esset multitudo. Nonnulli enim grauati animo dicebant,
Emamus

A Emamus ducentis denarijs panes, & demus illis ut edant? Deniq; recumbere facit o-
mnes in sceno separatos, hoc est enim distributis conuiujs, id est diuersis mensis, quod
iterū designat dum dicit, discubuerūt diuisim in areolas, hoc est multas partes & sectio-
nes. Areolæ enim dicuntur uariæ sectiones in hortis in quibus plantantur uaria olera.

Et cum accepisset quinq; panes & duos pisces, sublati in cœlum oculis benedixit
ac fregit panes, deditq; discipulis suis, ut apponerēt illis: & duos pisces diuisit omnibus.
Et comederunt omnes, ac saturati sunt, & sustulerunt fragmentorum duodecim cophi-
nos plenos, & de piscibus. Et erant qui comederant panes, quinq; millia uirorum. Su-
spicit in cœlum, partim nos docens a Deo petere cibum, nō a diabolo: id quod faciunt
qui iniustus prædis uiuunt: partim monstrans turbis se nō esse aduersarium Deo, quē
inuocabat. Porro discipulis dat, ne miraculi obliuiscatur, quia suis manibus tenuissent
panes. Residui aut sunt duodecim cophini, eadem de causa, ut suis quicq; humeris u-
num gestantes, memoria rem seruarent. Virtutis aut magnitudo indicatur, q; non so-
lum tam multi pascentur, sed & multa relinquuntur residua. Moses enim quāuis man-
na dedisset, tamen pro singulorum usu dabat, nam quod supererat, uermiculis scaturie
bat. Helias quoq; uiduā pascent, suppeditabat quantū satis erat. Iesus aut ut Dominus
etiā residua facit. Et hæc quidem iuxta historiā: uerū iuxta anagogen, quinq; panes
sunt libri Moysis, qui quinq; sunt, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, & Deuterono-
mum. Duo aut pisces, piscatorum libri, Apostolus & Euangelium. Illis enim pascentur
quinq; nostri sensus, qui per quinq; millia signantur. Verū nō possunt omnia edere,
sed multa residua relinquunt, quæ apostoli gestare possunt. Nam difficiliores sensus le-
gis & euangeliorū nos quidem quinq; sensibus seruientes non portamus, sed apostoli.

Et statim cogit discipulos suos conscendere nauim, ut præcederent transmissio mari
Bethsaidam, dum ipse dimitteret turbā. Et cum dimisisset eos, abiit in montē ad oran-
dum. Et cum uespera aduenisset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra: uiditq;
eos laborantes in remigando. Erat enim uentus cōtrarius eis. Et circa quartā uigiliam
noctis uenit ad eos ambulans super mare, & uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt
eum ambulante super mare, putauerunt spectrū esse, & exclamauerunt. Omnes enim
uidebant eum, & conturbati sunt: & statim loquutus est cū eis, dixitq; eis, Confidite e-
go sum, ne terreamini. Et ascendit ad illos in nauim, & cōquieuit uentus. Et uehemen-
ter supra modū intra se stupebāt & admirabant. Non enim intellexerant de panibus,
erat enim cor eorum obcæcatū. Cogit discipulos. Nolebant enim auelli ab eo, sed ui-
separabantur, partim propter amorē erga illum, partim q; dubitabant quomodonam
ad ipsos redire, cum abisset nauis. Dimisisset itaq; turbis ascendit in montem ut ora-
ret seorsum. Quietē & tranquillitate opus habent preces. Caterū discipulos tenta-
ri permittit, ut discant patientiam. Nam propterea nō statim illis assistit, sed tota nocte
sinit in tēpestate esse, ut doceat fortes esse, & nō in principio tentationū sperandam re-
quiem. Obserua & aliud, quod daturus finem rerum difficultatibus, in maiorē illos ter-
rorem adducit. Viso igitur illo clamauerunt turbati tanq; in phantasmate: & statim per-
uocē succurrit eis, dicens, Ne terreamini. Deinde & per ingressum in nauim, maiorē
illis securitatē parit. Cōfestim enim cōquieuit uentus. Magnū aut miraculū, ambulare
super mare, & reuera diuinū: & cū esset tanta tēpestas, tamq; cōtrarius uentus, miraculi
incrementū erat. Apostoli aut cum non intellexissent de panibus, ex hoc miraculo in
mari intellexerūt. Videtur sanē Christus propter hoc permisisse illos tentari, ut quoniā
a panibus eum nō cognouissent, notitiā a mari perciperēt, atq; utilitatē consequerent.

Et cum traiecissent, uenerunt in terrā Genezareth, & applicuerūt in portū. Cumq;
egressi essent e nauī, cōtinuō agnouerunt eum: ac percurrentes totam undiq; regionē
illā, cœperunt in lectis eos qui malē habebāt circumferre, cum audissent eum illic esse:
& quocūq; introisset in uicos aut ciuitates, aut in uillas, in plateis ponebant infirmos,
& deprecabantur eum, ut uel fimbriā uestimenti eius tangerent: & quotquot tangebāt
eum, saluifuebant. Aliquanto tēpore, ut uidetur, peregrinatus est Dominus in loco il-
lo, eo q; Euangelista dicit, Cum agnouissent illum, attulerūt infirmos. Non enim in do-
mos ipsū uocabant, sed ipsi afferbant eos qui malē habebant, obsecrantes ut illis uel
fimbriā uestimenti tangere liceat. Nam miraculum quod in muliere operatus fuerat,
quæ sanguinis profluuio laborabat, ad omnium aures peruenerat, si demq; auxerat.

tanta pateretur. Vnde & qui sanarat, à sanatis prædicatur; tamen illis ipse interdiceret ac prohiberet ne quid dicerent. Docemur & item hoc loco q̄ quando benefacturi sumus, ne plausus uel celebritates ex beneficijs quæramus: quum autem beneficia acceperimus, ut benefactores, licet ipsi reculent, laudemus & prædicemus.

C A P V T V I I I .

1047. 17.

IN diebus illis cum turba admodum multa esset, nec haberent quod manducarent, Iaccesit ad se Iesus discipulis, ait illis, Misericordia tangor erga turbam: quia iam tri duo apud me manent, nec habent quod edant: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in uia. quidam enim ex eis è longinquo uenerunt. Et responderunt ei discipuli sui, Vnde illos quis poterit hic satiare panib. in solitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Illi uero dixerunt, septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram: & acceptis septem panibus, cum gratias egisset, fregit, deditq̄ discipulis suis, ut apponerent, & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos: & quum benedixisset, iussit apponi & hos, Comederunt autem & saturati sunt: ac sustulerunt quæ superfuerant fragmentorum septem, sportas. Erant autem qui comederant, ferme quater mille: & dimisit illos. Etiam antea tale quoddam miraculum fecit Dominus, & nunc idem denuo operatur sumpta occasione iusta, nempe q̄ tres dies mæserat turba, & absumpta erant omnium uisita. Non enim semper miraculum facit in alimentis, ut ne putent quod propter cibos populus illum sequatur, & nunc nisi periculum ex ciborum penuria fuisset, ne uicq̄ fecisset miraculū. Vide autē & discipulos quàm insipienter se habeant, nondū credentes uirtutes illius ex prioribus signis. Ipse autē non reprehendit docens & nos ne morosiores & austeriores erga indociles simus, sed sunt quæ illis oportet ignoscere ut insipientibus. Considera autē & hoc, quod Christus nullū uult dimittere ieiunū. omnes enim uult delicijs suorū donorum alere, & maxime eos qui triduo apud se manent, hoc est baptizatos. Illuminatio enim dicitur baptisma. Quia autem baptismus in tribus mersionibus fit, ita & triduo manent qui per baptismum illustrantur. Accepit septem panes, spirituales in quā sermones. Numerus enim septenarius, spiritus sancti symbolum est, qui perficit omnia. Septenario enim numero perficitur uita hæc, & hoc seculum. Comedunt autem illuminati, & saturantur, & reliquæ super sunt. Neq̄ omnes sensus diuinos edere ualent. Verūm sicut in illo quinq̄ panum miraculo, duodecim cophini sunt, & plures reliquæ: erant enim quinq̄ millia, hoc est, quinq̄ sensibus seruiebant, & propterea nō potuerunt multa edere, sed paucis contenti fuerunt, & ideo plures sunt reliquæ: ita hic septem sunt sportæ, & pauciora reliqua, eo quod quatuor millia fuerunt, hoc est quatuor uirtutibus exercitati, & propterea tanquam potentiores, plura comederunt, & pauciora reliquerunt. Illa enim sola non potuerunt comedere, quæ fuerunt magis spiritualia, & profundiora, unde & per septem sportas designantur. Disce & hoc iuxta historiā, quod debemus his quibus indigemus contenti esse, & nihil amplius quærere. Ecce enim turbæ quæ comederunt, & saturatæ fuerunt, non acceperunt secum reliquias panum, sed discipuli has gestarunt, quemadmodū & in cophinis factū fuerat, sic igitur & nos usu nobis cōgruo esse contentos decet.

Matth. 14. Sup. 6. Luc. 9. Ioan. 6. Erga indociles non decet austeriores nos esse.

Baptismi trina immeritio. Septenarius numerus.

Matth. 16. Hebr. 13.

Et mox ingressus in nauim cū discipulis suis, uenit in partes Dalmanutha: & egressi sunt pharisæi, coeperuntq̄ disputare cū illo, quærentes ab eo signū è cælo, tentantes eum. Et cū ingemisset spiritu suo, dicit, Cur generatio hæc signū quærit? Amen dico uobis, si dabitur generationi huic signum. Post signum hoc septem panū statim secedit in alium locum, timens nequo pacto turba tanto miraculo excitata, quid nouarum rerum moliretur, regemq̄ se faceret. Pharisæi signum quærun de cælo, utpote quod solem si stat & lunam, fulmina deducat, aerem immutet. Arbitrabantur enim eum non posse facere signū de cælo: in Beelzebub facere solum signa in terra. Ipse autem morem eis nō gerit. Aliud enim est tempus signorū de cælo, nempe secundū aduentus tempus, quando uirtutes cælorum commouebuntur, & luna non dabit splendorem suum, Primū autem aduentus tempus nihil tale habet, sed omnia mansuetudine plena sunt, & ita non dabitur generationi huic signum tale, hoc est de cælo.

*Codex Romanus addit, discipuli eius.

Et relictis illis ingressus rursus nauim abiit traiecio lacu. Et oblitū fuerat sumere panes, nec præter unum panem habebant secum in nauī. Ac præcepit illis dicens, Videte, cauete à fermento pharisæorū, & à fermento Herodis. Et disputabāt inter sese dicentes,

Panes

Panes nō habemus, Et eo cognito Iesus dicit illis, Quid disputatis q̄ panes nō habetis? Nondum animaduertitis nec intelligitis: adhuc obcæcatū habetis cor uestrum: oculos habentes non cernitis, & aures habentes non auditis: & non meministis cū quinq̄ panes fregissem in hominū quinq̄ millia, quot cophinos fragmentis plenos sustulistis: Dicitur ei, duodecim. Cū autē septem in quatuor millia, quot sportas ex reliquijs fragmentorū tulistis: Illi uero dixerunt, septem, & dixit illis, Qui fit ut nō intelligatis? Reliquit Pharisæos Dominus, ut incorrigibiles. Vbi enim spes est correctionis, ibi immorandū est: ubi autem illa defuerit, inde transcundum. Singulari autem dispensatione fit ut discipuli obliuiscantur panum, quō meliores euadant obiurgati, & intelligant Domini uirtutem. Nā quum dixisset cauendum à fermento pharisæorum, hoc est doctrina, illi eum putabant de panū fermento loquutum. Vnde merito perstringuntur tanq̄ stupidi, & non intelligentes uirtutem Christi, qui possit ex nihilo facere panes. Fermentum ideo nominat doctrinam pharisæorum & Herodianorum, quia amara est, malitiæq̄ ueteris plena. Quicumq̄ enim malitia inueteratus est, & nihil spirituale potest dicere quod auditoris faucibus sit dulce, ille fermentum habet, ac mordacem ueteris malitiæ doctrinam, quæ illi obedientē ad pœnitudinē tandem ducat. Herodiani autē erant doctores quidam nuper orti, dicentes Herodem esse Christum, & illi esse credendum.

1048. 6.

Cur doctrina pharisæorum fermentum. Herodiani.

Et uenit Bethsaidan, & adducit illi cæcū: & obsecrabant eū ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit illum extra uicū: & quū expuisset in oculos illius, imposuissetq̄ illi manus, interrogauit eū si quid uideret: & recepto uisu dicebat, Video homines, quoniam uelut arbores cerno ambulantes. Deinde rursus imposuit manus super oculos illius, & fecit ut uisum reciperet, & restitutus est: ac denuo uidebat dilucidē omnes: & dimisit illum in domum suā, dicens, Neq̄ in uicū ingrediaris, neq̄ dixeris cui quā in uico. Apparet Bethsaidan incredulitate multa laborasse: ideo & miseram eam dicit Christus, sicut Matthæus inq̄, Vae tibi Chorazin, uae tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, pridem resipuissent. Huc igitur quū uenisset Iesus, adducunt ad eū cæcum. Non erat autē pura adducentium fides, unde & Dominus educit cæcū è pago, & sic sanat illum. Expuit uero in oculos cæci, & manus imponit, ut discamus nos q̄ sermo diuinus & operatio illum subsequens ad miracula faciendā efficacis sit. Manus enim, operationis symbolū est: sputum autē ferens, eo q̄ ex ore sit. Et quia neq̄ cæcus ille pfectā habuit fidē, idcirco nō statim ipsum respicere facit, sed sensim, utpote integra carentē fide. Iuxta fidei enim magnitudinē & sanitas datur. Prohibet autē ne ingrediatur in pagū suum, eō q̄, sicut dixi, increduli erāt homines, & animæ eius nocuissent. Sed neq̄ Christus hoc de se alieni dici uult, ut ne in incredulitate sua perseverantes illi, in grauius inciderent iudiciū. Et nos quandiu in hoc pago, id est mundo agimus, anima sumus cæci: ducti autē è mūdo & secularibus negocijs, à Christo sanamur. Postquam autem sanati fuerimus, dicit nobis ne ultra reuertamur in pagū, sed in domū. Domus autē uniuscuiusq̄ nostrū cœlū, mansiones q̄ illuc sunt.

Matth. 22.

Manus. Sputum.

Et regressus est Iesus & discipuli illius in uicos Cæsariæ q̄ cognominat Philippi: & in uia interrogauit discipulos suos dicens, Quē me dicūt homines esse? Illi uero responderunt, Iohannē Baptistā, & alij Heliam, alij rursus unū de numero Prophetarū. Et ipse dicit illis, At uos quē me dicitis esse? Respondens autē Petrus dicit illi, Tu es ille Christus. Et interminatus est eis ne cui dicerent de se. Quum abduxisset eos procul à Iudæis, interrogat de se, ut nullum timentes ueritatem faterentur. Respondent igitur, alij quidē Iohannem Baptistam te suspicantur, alij uero Heliam. multi enim Iohannem resurrexisse credebant, sicut etiam Herodes opinatus est, q̄ propter resurrectionem accessisset ei uirtus illa qua miracula faciebat. Iohannes enim quum uiueret, non faciebat miracula. Vbi igitur interrogauit eos de aliorum opinionibus, rogat ex eis & suam ipsorū sententiam, quasi diceret: Illi errātes sic de me sentiunt, uos autē aliud quiddam dicite. Quid igitur Petrus? Confitetur eum esse illum qui à prophetis prædictus est. Quid autē ad confessionem Petri dixerit Dominus, & quomodo beatificauit illum, Marcus quidem prætermisit, ne uideretur ad gratiam Petri præceptoris sui hæc dixisse: Matthæus autem non omisit. Interminatus est autem illis ut nulli de se dicant. Volebat enim adumbrari gloriam suā, ne postea multi in se scandalizarentur, & propterea ob incredulitatem suam maiori supplicio fierent obnoxij.

Matth. 27.

Ei

Et coepit docere eos q̄ oporteret filiū hominis multa pati, & reprobari à senioribus summisq̄ sacerdotibus ac scribis, & occidi, & post tres dies resurgere: & aperte sermo nē loquebat̄. Et apprehendit illū Petrus, coepitq̄ increpare eū. At ille conuersus, & intuitus discipulos suos, increpauit Petrū, dicens, Abi post me satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominū.] Quādo deprehendit eos cōfessos se esse uerum illū Christū, tunc tandem & crucis sacramentū eis manifestat, tamen si nō omnino nude: neq̄ enim sic qd diceret intellexissent, neq̄ intelligebāt quid esset resurgere. Vnde putabant melius esse omnino nō pati. Vnde & Petrus incepit eum increpare, q̄ temere in mortem se offerret, potuisset enim nō pati. At Dominus monstrans ad salutem suā passionem pertinere, & solum satanam eum nolle pati, ne saluentur homines: satanam nominat Petrum, tanquam idem cum satana sentientem, nolentemq̄ se pati, sed magis se opponentem. Satanas enim idem est quod aduersarius. Vade autem post me, inquit, hoc est, sequere uoluntatem meam, & nō obliuisceris, neq̄ ex aduerso mihi stes, sed post me sequaris. Humana dicebat sapere Petrū, eō q̄ humilia quædā & carnalia sapiebat, mollius agere, & nō crucifigi, nec in tentationes incidere dominū ppter mūdi salutē.

Et quū ad se uocasset turbā unā cū discipulis suis, dixit illis, Quicumq̄ uult sequi me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequat̄ me. Nam quisquis uoluerit animā suam seruare, perdet eam. Quisquis autem perdidit animam suam causa mea & euangelij, hic seruabit eam. Quid aut̄ profuerit homini si lucratus fuerit mundū uiuierit, & animæ suæ iacturam fecerit? Aut quid daturus est homo quo repenset animam suam?] Quando quidem Petrus increparat eum uolentem crucifigi, aduocat turbā: & audientibus omnibus Petrū acutus alloquitur, Tu me, inquit, reprehendis Petre, quod crucem tollo? ego autem tibi dico, quod neq̄ tu neq̄ quisquam saluabitur, nisi moriat̄ pro bono & ueritate. Caterū uide q̄ nō dixit, etiā si nō uelit quis, moriatur, sed, quicumq̄ uult. Nullum enim cogo. Ad bona uoco, non ad mala, ut & compellam: & ita si quis non uult, nō est his dignus. Quid sit autem abnegare semetipsum, discemus, si dicērimus quid sit abnegare aliū. Qui enim abnegat aliū, fratrem fortassis, uel familiā rem, uel patrem, etiā si flagellari illum uiderit, & occidi, nō aduertit, nō dolet, nō compatitur semel ab eo alienatus: sic quoq̄ & nos uult corpus nostrum despiciere, ut siue flagella, siue aliud quid patiat̄, ne illi parcamus. Tollat autem crucem suam, hoc est ignominiosam mortem. Ignominiosa enim tūc uidebatur crux. Præterea quia multi in cruce agebantur latrones, addit quod cum crucifixione etiā omnem aliam uirtutem habeat. hoc enim est, & sequatur me. At quoniam graue hoc esse uidebatur & crudele quod imperat nobis ut nos morti exponeremus, dicit q̄ hoc modo plus habeat misericordiae. Nā quisquis perdidit animā suam propter me, non tanq̄ latro qui occiditur, uel tanq̄ is † qui suspendit̄ (hoc enim nō est propter me) talis inueniet animā suā: sicut contra si quis uideat̄ lucrari, perdet eam si in tempore martyrij non resiterit. Ne mihi dixeris q̄ lucratus sit uitā, nam † quum postea deponēda sit, etiā si totum mundū fuerit lucratus, nulla erit utilitas, neq̄ enim diuitijs salus repensari potest. siquidem enim hoc est, quod is qui lucratur totū mundū, animā aut̄ perdit. Dedit̄ enim & is qui in flāma cruciabat̄, & innocens fuisse. At nō est tūc talis quædā cōmutatio illic. Proinde & hoc loco cōsuetabimur Origenistas dicētes q̄ futura sit quædā animarū reparatio, postq̄ puniā fuerint iuxta peccatorū suorū rationem. Audiāt enim q̄ illic nō repenset quippiā p̄ aīa. Proinde neq̄ tantum subire licet supplicium, quantū p̄ peccato rependendū est.

Quemcūq̄ enim puduerit mei ac meorū sermonū in generatione hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filiū hominis, ubi uenerit in gloria patris sui cū angelis sanctis. Et dicebat illis: Amen dico uobis, sunt quidā inter eos qui hic stāt, qui nō gustabunt mortem donec uiderint regnum Dei uenisse cum uirtute.] Non sufficit mentalis fides, sed etiam oris cōfessio exigitur. Nam quia duplex est homo, duplex fiat & sanctificatio. Sanctificatur quidem anima per fidem, corpus autem per confessionem. Quem igitur puduerit crucifixum confiteri Deum suum, illius & ipsum pudebit. Indignum se illum seruum iudicabit quum uenerit, non tunc humilis, neque (sicut hic apparebat) contemptus ita, ut quem eius tunc pudere debeat: sed in gloria, & cum comitatu angelorum. Quia autem de gloria sua dicebat, uolens eis declarare quod non hoc in uanum per arrogantiam loqueretur, dicit quod sunt quidam ex hic stantibus, nempe Petrus,

Satanas.

Iohan. 12.

Nota.

Abnegare semetipsum

Crux ignominiosa.

† qui seipsum suspendit. cat. † si etiā addiderit, q̄

Origenistae consueuerunt.

Mat. 18.

Luc. 9.

Sanctificatio corporis et anime.

A

B

Petrus, Iacobus, & Ioannes, qui non morientur donec ostendero eis in transfiguratione quanta cum gloria uenturus sim in secundo aduentu. nihil enim aliud erat transformatio, quā secundi aduentus significatio. Sic enim tūc & ipse fulgebit & sancti eius.

CAPVT IX.

ET post dies sex assumit Iesus Petrū & Iacobum, ac Ioannē, & subducit eos in montem excelsum seorsum solos, & transformatus fuit corā illis, & uestimenta illius facta sunt splendida & candida ualde uelut nix, q̄ cādidā facere nō potest sullo super terram.] Lucas autem post octo dies dicit, non dissidens à Marco, sed planē consonans. Ille enim & diem quo locutus erat, & diem quo ascendit, dixit: Marcus aut̄ intermedios dūtaxat. Assumptos igitur præcipue secū subducit in montem excelsum, Petrum quidem, tanq̄ eum qui confessus erat, & diligebat: Ioannem, ut eum qui diligebatur: & Iacobum, ut & ipsum theologum uocalissimum. nam ita molestus erat Iudæis, ut etiā Herodes Iudæis placere uolens ipsum occiderit. In montem aut̄ excelsum subduxit, quod gloriolius fiat miraculum. Et seorsum. sacramentū enim seorsum demonstraturus erat. Per transformationem intellige nō characteris & lineamentorum immutationem, sed manente caractere qualis prius erat, ineffabilis lucis factum esse augmentum.

Est conspectus est illis Helias cum Moyses, colloquebanturq̄ cū Iesu. Et respondens Petrus dicit Iesu, Rabbi, bonū est nos hic esse: & faciamus tabernacula tria, tibi unum, Moyse unū, & Heliae unū. Nō enim nouerat quid loqueret̄. erant enim expauescēt. Et facta est nubes quæ obstrauit illos: & uenit uox e nube dicens, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et repente quū circūspexissent, nō amplius uiderunt quenq̄, sed solum Iesum esse secū.] Helias & Moyses uident̄ colloquentes multis de causis, sed duæ sufficiūt. Quia enim dixerat discipuli populū dicere q̄ Christus sit uel Helias, uel alius ex prophetarū numero: ostendit eis prophetarū præcipuos, ut & inde discant quantum inter seruū & dominū interfit. Vna quidē causa hæc est. Alia aut̄, quia multi eū putabant aduersarium Deo, & quod solueret sabbatū, ac legem præuicicaretur, ostendit in monte prophetas, quorum unus legislator, alter æmulator fuerat. Neq̄ enim colloquū habuissent tales prophetæ cū eo, qui uisus fuisset soluere legem nisi ipsis placuissent ea quæ diceret. At Petrus timebat descendere à mōte, timebat enim ne crucifigeret Dominus: & dicit, Bonum est nos hic esse, & non illuc descendere in medium Iudæorum. Nam si huc uenirent qui aduersum te seruiunt, haberemus Mosen, qui de Aegyptijs triumphauit: haberemus item Helīā, qui ignem de celo deduxit, quinquagenarios consumens. Quid aut̄ colloquebantur cum eo prophetæ: De cruce & de morte eius. Porro de Petro dicit q̄ nescierit quid loqueretur. Territi enim facti sunt ob ineffabilem lucem & gloriā. Nō enim integrē erat in eius animo, q̄ nunq̄ uellet descendere Iesum ut crucifigeret p̄ salute nostra, sed in monte semper manere. Nūc etiā sermonē ad anagogiā subducamus. Post confirmationem mūdi, qui sex dieb. est cōditus, & nos ascendere faciet Dñs, si qdem discipuli eius fuerimus, in mōtem excelsum, cœlū dico, & ostendet nobis semetipsum fulgidiorē. Nūc qdem quasi in ignobilitate apparuit, crucifixus, & fabri filius: tūc aut̄ uidebimus unigeniti illius gloriā, uidebimus etiā legē & pphetas cū ipso colloquētes, id est ea quæ de ipso dicta sunt tā à Mose, q̄ à ceteris pphetis, & tūc cōperiemus ac uidebimus quod cū suis operibus consonent: ac tunc audiemus reuera paternam uocem, quæ reuelat nobis patris filium, & docet, Hic est filius meus. Quomodo docebit nos: Nube obumbrante, id est spiritu sancto, qui est fons sapientiæ.

Porro cum descenderent de monte, præcepit illis ne cui dicerent ea quæ uiderāt, donec filius hominis à mortuis resurrexisset. Ac uerbū hoc tenuerūt apud sese, inter sese disputantes quid esset hoc quod dixerat e mortuis resurgere.] Quam ob causam interdicit Dñs discipulis ne quid dicant cuiuspiam de transfiguratione: Vt ne scandalizarentur homines, si quum tam honorifica de Christo audissent, postea uiderent ipsum crucifigi. Igitur postquam à mortuis surrexit, tempestiuum erat de Christo dicere gloriosa quæ ante crucem erant facta. Tenuerunt itaq̄ apostoli apud se sermonem, disputantes inter sese quid esset ex mortuis resurgere, nondum enim sciebāt, inquit, quod oportebat e mortuis resurgere.

Et interrogabant illum, dicentes, Quid est quod scribæ dicunt, Helīā oportere uenire prius? Ille uerò respondens dixit illis, Helias quidem ubi aduenerit prius, restituet omnia,

Mat. 17. Luc. 9.

Act. 12.

Causa est Moses et Helias in monte et quid cū Iesu colloquitur sine Iohan. 9.

Exod. 14. 4. Reg. 1.

Gen. 1.

Esai. 53. Malac. 4.

Mat. 23. 33. dach. 4.

Duorum ad uentū Christi p̄cursor res duo.

Supra 6.

Fidei Christi miracula sua adscribit.

omnia, & quemadmodum scriptū est de filio hominis, ut multa patiat, & contemnat. Verū dico uobis Helīā uenisse; & fecerūt illi quaecunq; uoluerūt, sicut scriptū erat de illo. De Helīā rumor quidā erat apud Hebræos q̄ uenturus esset ante Christū. Verū tamen pharisæi nō ut oportebat interpretabantur de Helīā, sed spontanea malitia ueritatem occultabant. Duo enim sunt aduentus Christi, is scilicet qui prateriit, & is qui futurus est. Prioris p̄cursor fuit Ioannes, posterioris autem erit Helīas. Proinde Christus uocat Ioannem Helīam, & quod acriter reprehendebat ac̄mulabatur, & quod solitudine amabat. Urget itaq; Christus iuxta pharisæorū opinionē, suspicantiū quod prioris aduentus Christi p̄cursor sit Helīas. Et quō urget Helīas q̄dem quū uenerit, restituet omnia; & quemadmodū scriptū est de filio hoīs ut multa patiat, Sensus autē dīctorū is est; Helīas Thesbites quādo ueniet, facturus est pacē cū Iudæis q̄ nō credūt, & adducturus est illos ad fidem; & ita secundi aduentus p̄cursor futurus est. Nā si primi aduentus p̄cursor fuisse Thesbites restitutus omnia, quomodo scripta essent de filio hominis quod hæc & illa, debeat pati? Igitur ē duobus alterum colligitur: uel non esse Helīā prioris aduentus p̄cursorem, si quidē uerē dicunt scripturæ q̄ pati debeat; uel nō uerē dicere scripturas dicentes quod patiet Christus, si quidē crediderimus quod iuxta pharisæorum mentem prioris aduentus p̄cursor erit Helīas. Helīas enim restitutus est omnia, & nō erit ultrā incredulus Iudæus, sed omnes credent p̄dicationi quot quot Helīam audierint. Itaq; Dominus opinionem pharisæorum eueruens dicit q̄ Helīas iam uenerit, hoc est Ioannes, & fecerunt quaecunq; uoluerunt in eo, non enim crediderunt ipsi, & tandem capite truncatus factus est Iudæi apud Herodem p̄ceptum.

Et quum uenisset ad discipulos suos, uidit turbam multam circa illos, & scribas discipulantes cum illis. Et protinus uniuersa turba quum uidisset eum, obstupuit, & accurrentes salutauerūt eum, & interrogauit scribas, Quid discipulatis cū illis? Et respondens unus ē turba dixit: P̄ceptor, adduxi filium meū ad te, habentē spiritū mutum: & quādo cunq; eum corripuerit, lacerat eū, atq; ille spumat ac̄stridet dentibus suis, & arefcit: & dixi discipulis tuis ut eijcerent illū, & nō potuerūt. Quum uenisset ad discipulos, nouem uidelicet qui non ascenderant secū, uidit discipulantes eos cū pharisæis. Pharisæi autem freti absentia Iesu, molesti erāt discipulis. Ac turbe repente uiso illo (desiderabant enim illum uidere) quasi à longinqua peregrinatione aduentantem salutant. Quidā autem dicunt q̄ facies eius facta à luce trāshgurationis formosior, ad salutationem populum inuitari. Porro respondens unus ē turba dixit. Infirmæ fidei homo ille erat, sicut & Dominus testatur dicens, O generatio incredula, & iterum, Credenti omnia sunt possibilia. Et ille ipse, Succurre incredulitati meæ. Taxat autem discipulos tanquam incredulos. Etenim oportebat ipsum non coram omnibus illos accusasse, sed seorsum.

At ille respondens ei dicit, O natio incredula, quousq; apud uos erit quousq; patiar uos: adducite illū ad me. Et adduxerūt illū ad eū. At uiso illo, cōtinuō spūs discerpebat eū, & plapsus in terra uolebat spumās. Et interrogauit patrē illius, Quantū temporis est q̄ hoc accidit ei? At ille dixit, A puero: & frequenter illū in ignē abiecit, & in aquas, quō pderet eū, age si quid potes, subueni nobis misertus nostri. Iesus autē dixit illi, Illud si potes credere, omnia possibilia credenti. Et confestim exclamās pater pueri cū lachrymis dixit, Credo Domine, succurre incredulitati meæ. Quum uidisset autē Iesus q̄ turba simul accurreret, increpauit spiritum immundū, dicens illi, Spiritus mute & surde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne posthac ingrediaris in illū. Et cū clamasset spiritus, multūq; discerpsisset eū, exiuit, & factus est tāq; mortuus, adeo ut multi dicerēt, mortuus est. At Iesus correpta manu illius erexit eū, & ille surrexit. Ille quidē q̄ accesserat ad Dñm, arguit discipulos q̄ non possent sanare: Christus autem in ipsum crimen regerit, quasi ita dicens, Tu quia incredulus es, in causa fuisti q̄ nō sanatus sit filius tuus. Verū hoc nō illi soli dicit, sed generalē ad omnes sermonē uertit, & Iudæos oēs simul ob incredulitatem obiurgat. Verisimile enim erat multos ex astantibus fuisse scādalizatos. Ostēdit autē de siderabilē sibi esse mortē, eo q̄ dicit, Vsq; quōd ero uobiscū: hoc est, affligor uersans cū uobis incredulis. Nō tamen subsistit in hoc q̄ eos reprehendit, sed etiā medicinam addit, nō ut se ostentaret, sed magis ut cū summa modestia sanaret puerum. Vide autē quomodo nō suæ uirtuti, sed illius fidei sanitatem tribuat, dicens, Oīa possibilia credēti. Sed & aliud, quū uidisset cōgregari turbā, increpauit spiritū, nolēbat enim corā turba sana-

er. &

re, & ostentare se ut arrogante. Quū increpasset autē & dixisset, Egredere, & ne ultrā ingrediaris: insinuat quod propter incredulitatē hominis ingressurū iterū fuisset dæmonium, nisi suo prohibito fuisset p̄cepto. Permittit autē discerpi filiū, ut omnes sciant dæmonis insidias, & quod occidisset hominem, nisi diuina manu refrenatus & retractus fuisset. Sæpe enim in ignē q̄s à dæmone projicit cōcupiscentiæ & iræ, & in aqua seculariū negotiorū procellis undantē. Porro dæmon hic mutus erat & surdus. Surdus quidē, ut audire nolēs diuina eloquia: mutus uerō, ut neq; alios docere ualens quod operabatur. At ubi Iesus, hoc est sermo Euāgelicus, manū apprehenderit, operatiū dico uirtutē, tūc liberamur ab hoc dæmone. Vide autem quod Deus quidem adiuuat nos, deinde à nobis bona opera exiguntur. Dicit enim, Exiit illum Iesus, hoc erat Dei adiutorium, & surrexit, hoc est illius in bonis studium.

Et cū esset ingressus domū, discipuli illius interrogabant eum seorsum: Cur nos non potuimus eijcere illū? Et dixit illis, Hoc genus nulla re potest exire, nisi p̄ orationem & ieiuniū. Timebant discipuli ne forte amittent gratiam quam eis dederat Dñs, & propterea non potuissent eijcere dæmonū. Vide autē & reuerentiā eorum quomodo seorsum ad illū accedunt. Hoc enim genus, Quale: Vel lunaticorū, uel omne dæmoniorū genus nō egredit alio quodā modo, nisi p̄ orationem & ieiuniū. Oportet enim ieiunare eū qui dæmonem patit, & qui sanaturus est: & utriq; necessariū est ieiuniū, magis autem illius qui dæmonē patitur, ieiuniū exigit sermo. Oportet autē non ieiunare solum, sed & orare: neq; solū orare, sed & ieiunare. Sic enim ueræ preces fiūt, si nō solum oratur, sed & ieiunetur: ut ne grauetur q̄ orat, ciborū uaporib; sed expeditus sit & leuis.

Et illinc digressi iter fecerunt p̄ Galilæā, nec uolebat ut quisq; sciret. Docebat enim discipulos suos, & dicebat illis, Filius hominis tradit in manus hominū, & occidetur, & occisus tertio die resurget. At illi ignorabāt quod dixerat, & timebāt eum in terrogare. Vbiq; miraculorū operationibus interserit sermonē de passione, ut ne putent ipsum propter impotentiam pati. Dixit igitur quod durum erat, quia occidetur, & subdit quod succundum, quia tertio die resurrecturus esset: ut discamus quod semper lata sequuntur ad tristitia, & in tristibus non frustra moeremus, sed speremus meliora.

Et uenit in Capernaum: & cum uenisset in domū, interrogauit illos, Quid in itinere inter uos disputabatis? At illi siluerunt. Nā inter se disputauerant inier uam quis esset maior. Et quū cōsedisset, accersit duodecim, & dicit illis, Si q̄s uult primus esse, is erit oīm postremus & omniū minister. Atq; arreptū puerū statuit in medio illorū: & cū cepisset illū in uulnas suas, dixit illis, Quisq; unū ex talib; pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicq; me recipit, nō me recipit, sed eū q̄ me misit. Discipuli adhuc humanū quiddā sapiētes, cōtendebāt inter se q̄s eorū maior & dignior esset apud Christū. Dñs autē nō prohibebat plationis cupiditatē: uult enim nos aspirare ad sublimiorē gradū: at nō rapere nos uult primas dignitates, sed potius per humilitatē respicere sublimitatē. Puerū enim statuit in mediū, & illi similes nos uult fieri. Puer enī neq; gloriā desiderat neq; inuidet, neq; uindictæ cupidus est. Et nō solū, inquit, si ipsi tales fueritis, mercedē accipietis magnā: sed & si alios tales uenerabimini propter me, regnū celorū accipietis, me enim accipitis, qui autem me suscipitis, suscipitis eum qui me misit. Vides igitur quanta sit humilitas, simplicesq; & absq; fraude mores. Filium enim & patrem in nobis habitare facit, manifestum autem quod & spiritum sanctum.

Respondit autem ei Iohannes dicens, P̄ceptor, uidimus quendā in nomine tuo eijcere dæmonia, nec sequitur nos: & prohibuimus illum propterea quod nō sequitur nos. At Iesus ait, Ne prohibeatis illum. Nullus enim est qui si fecerit uirtutem per nomen meum, possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersus nos, pro nobis est. Non zelotypia quadā uel inuidia ductus tonitruū filius prohibet illum qui dæmonia eijcit, sed uolens omnes qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, etiam sequi ipsum, & unum esse corpus omnes discipulos. Vel enim in principio p̄dicationis quidā uanæ gloriæ studio capti, uoluerunt & ipsi signa facere. Videntes autē nomen Iesu multum ualere, super infirmos hoc dicebant, signaque faciebant, alioqui gratia diuina indigni. Uolebat enim Christus dilatarī p̄dicationem etiam per indignos. Quid igitur saluator? Non permittit Iohannem prohibere signa facientem. Omittite, inquit, nullus enim qui fecerit uirtutem in nomine meo, statim poterit de me male lo-

Bona op̄erā exigunt.

Ieiuniū nō solum in ueritate.

Veræ preces quomodo fiāt.

Mat. 18. Luc. 9.

Facquirere Puer.

Quanta sit humilitas.

I quis

qui. Nam quo pacto male loqueretur de me, qui nomen meum in occasionem gloriae praetexit, & inuocando illud operatur mira: Videtur autem Dominus sibi contradicere. **Luc. 11.** Dixerat enim alibi, Qui non est mecum, contra me est: nunc dicit, Qui non est contra nos, pro nobis est. Videntur quidem haec diuersa, non sunt autem. Nam cum dicit, Qui non est mecum, contra me est: de daemonibus est dictum, qui student a diuinis abstrahere: & quae Dei sunt, dispergere. Quod autem nunc, dictum de hominibus, qui ad Deum quosdam adducunt per miraculorum operationem.

Quisquis enim ad bibendum dederit uobis calicem aquae nomine meo, quod sitis Christi: amen dico uobis, nequaquam perditurus est mercedem suam. Et quisquis offenderit unum ex pusillis qui confidunt in me, melius foret illi si circumdaretur saxum molare circa ceruicem eius, & abijceretur in mare. Non solum, inquit, facientes uirtutem in nomine meo, non prohibeo: sed si quis minimum quiddam dederit uobis propter nomen meum, & susceperit uos propter me, non propter humanam gratiam, uel mundanam, ne utique qua perdet mercedem suam. Dixit autem calicem aquae, propter eos qui perperatam praetextunt. Etiam si calicem, inquit, aquae dederis contempibilem, neque illum perdis. Quem admodum autem si unum ex paruulis honoraueris, gratus eris Deo: sic si unum ex paruulis scandalizaueris, hoc est despexeris, offenderis, expediret tibi si mola asinaria de collo tuo suspenderet. grauiorem enim poenam sustinebimus. Sensibile autem supplicium dixit, terrens nos per hoc insensibile exemplar.

Et si tibi fuerit obstaculo manus tua, amputa illam, bonum est tibi mutilum ad uitam ingredi, potius quam duas manus habentem abire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi uermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus fuerit tibi obstaculo, amputa illum: bonum est ut ingrediaris ad uitam claudus, potius quam duos pedes habens mittaris in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi uermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si oculus tuus tibi obstaculo est, erue illum: bonum est tibi ut luscus introeas in regnum Dei, potius quam ut duos oculos habens mittaris in gehennam ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Nam omnis homo igne saliet, & omnis uictima sale saliet. Bona res est sal, ceterum si sal insulsus fuerit, per quod ipsum condietis: Habete in uobis ipsi sale, & pacem habete inter uos inuicem. Postquam interminatus est his quod scandalizant, quod expediret eis si proficerent in mare: nunc admonet eos qui scandalizant, ut caueant sibi ab his qui parati sunt offendere & scandalizare alios. Nam siue pes siue manus siue oculus fuerit qui scandalizat te, hoc est, quantumuis sit tibi familiaris, etiam si tibi sanguine iunctus sit, uel utilis, amputa illum, hoc est, renuncia eius animi conscientia, & memoria eorum quae in hac uita foedae sunt acta: quia quasi uermis absument, & quasi ignis ardet. Omnis enim homo igne saliet, hoc est probabitur: id quod & Paulus dicit, quod in igne probabunt omnia. Et omnis, inquit, uictima sale saliet. Hoc autem ex Leuitico dicit. Ibi enim inquit Deus, Omne donum uictimae uestrae saliet. Bonum igitur est nos sale condire sacrificia nostra, sale Dei: hoc est, non offerre uictimas infirmas & pigras, sed uegetas & ualidas. Sal autem dicit etiam apostolos Dominus, & omnes simpliciter quod uirtutem habent conseruandi, & a putredine cohibendi. Nam sicut sal carnem prohibet, & non finit uermes procreare, ita & sermo doctoris si recens & mordax sit, carnales homines costringens, non finit in ipsis generari uermem irrequietum. Si autem doctor insulsus fuerit, & nihil habeat quod constringat & cohibeat, in quo salietur, hoc est, condietur: Habete igitur in uobis ipsi sale, hoc est, spiritus gratiam, quae cohibeat, ita ut pacifici sitis. nam qui constringit charitate erga proximum, hic sale habet, & pacificus est cum fratre suo.

CAPVT X.

Et quum inde surrexisset, uenit in fines Iudaeae per regionem quae est ultra Iordanem, & conueniunt rursus turbae ad illum, & sicut consueuerat, rursus docebat eas. Et aduentus Pharisaei interrogabant illum, Licet ne uiro uxorem repudiare? tentantes illum. At ille respondens dixit illis, Quid uobis, praecipit Moses? At illi dixerunt, Moses permisit libellum repudij scribere, ac dimittere. Et respondens Iesus dixit illis: Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis praecipit istud: ceterum ab initio creationis masculum & foeminam fecit illos Deus: propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhaerebit uxori suae, & fient duo caro una, Itaque non sunt

Math. 19.
Deut. 14.
Gen. 1. 2.
Eph. 5.

Vermis non moriens.
Ignis inextinguibilis.
1. Cor. 3.
Leuit. 2.
Sal qui sunt simile.

ri suae, & fient duo caro una. Itaque non iam sunt duo, sed una caro. Quod igitur Deus conpulauit, homo ne separet. Sapienter reliquit Dominus Iudaeos propter inuidiam illorum, nunc autem iterum in eorum regione transit, quia passionis tempus appropinquabat. Et non Hierosolyma nunc ascendit, sed in fines Iudaeae, ut populo simplici prodesset. Hierosolymitae enim omnis malitiae officina erant, propter pharisaeorum malitiam, & pharisaeorum nomine. Vide ergo malitiam illorum, quomodo tentent Dominum, non relinquentes Iesum, ne credant ei turbae, sed semper accedunt, & sperant se questionibus illi facturos perplexum animo, & confuturos. Rogabant enim quaestionem quae utrinque praecipua habebat. An liceat homini uxorem dimittere? Nam si diceret quod liceret absoluere, obieissent ei quod dixisset extra causam fornicationis non licere absoluere. Si autem diceret quod non liceret, taxarent eum ut aduersarium doctrinae Moysi. Christus igitur, qui est sapientia ipsa, respondet eis responsione quo laqueos illorum effugit. Rogat enim illos quid eis praeeperit Moyses. Quum autem illi dixissent praecipit esse dimittendam, interpretatur eis legem. Non adeo crudelis erat Moyses, inquit, ut talem introduceret legem, sed ad uestri cordis duritiam scripsit hoc. Deus enim sciens Iudaeorum inhumanitatem, quod qui semel ex eis odio habere coepisset: mulierem, occidisset eam: concessit eis legem talem, non sibi placentem. Ab initio autem non sic erat, sed Dei consilio coniuges ad inuicem coniungit, & demissis parentibus unum facit. Vide autem quid dicat, quod Deus noluit polygamiam, ut haec relinqueret, & altera duceretur uxor: & iterum relinqueretur illa, & assumeret aliam: Nam si hoc esset, fecisset Deus unum quidem uirum, multas autem mulieres. Nunc autem hoc non fecit, sed masculum & foeminam fecit, unum uni copulari iubens. Possemus forte & sic hunc locum intelligere. Sermo doctoris, qui semen bonum mittit in animam fidelis hominis, habet rationem utriusque animae quae illi suscipit. Saepem igitur ratio quae cupit prodesse animae quae uerbum suscipit, relinquit patrem suum, hoc est mentem sublimem: & matrem suam, hoc est uerbum ornatum: & adhaeret uxori suae, attemperando se illi, quae illi expediant docens, & saepe sensum imperfectum ac uerba simplicia & idiotarum proferens: & tunc sunt duo in carne unam, hoc est, credit anima carnem factum esse uerbum Dei, & nulla humana cogitatio potest separare animam a tali fide.

Et in domo rursus discipuli illius eadem de re interrogauerunt illum, & dicit illis, Quicumque repudiauerit uxorem suam, & duxerit aliam, adulterium committit aduersus illam. Et si mulier repudiauerit uirum suum, & nupsit alteri, adulterium committit. Iterum etiam discipuli scandalizati sunt, atque eam ob causam denuo ad eum accedunt & interrogant, quasi nondum satisfactum esset menti eorum. At ipse respondit eis dicens, Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, adulter est eius, scilicet secundae. Similiter quoque & uxor adultera est, quae reliquit uirum proprium, & alteri coniuncta fuerit.

Et attulerunt ad Iesum pueros, ut tangeret illos. Discipuli uero increpabant eos quod adducebant. Quum uidisset autem Iesus, indignatus est, & dixit illis, Sinite pueros uenire ad me, ne prohibete illos: talium enim est regnum Dei. Amen dico uobis, Quicumque non acceperit regnum Dei tanquam puellus, haudquaquam ingreditur in illud. Et quum cepisset illos in ulnas, impositis manibus super illos benedixit eis. Magna fides turbarum, quae etiam sola manu impositione benedicti a Christo existimabant pueros quos offerebant. Discipuli uero indigni hoc esse Christo arbitrabantur, quod pueri adducerentur ad ipsum: & prohibebant adducentes. Quid igitur Christus? Ut doceat humilitatem, & mundani fastus contemptum, illos & suscipit, & ulnis amplectitur. Ostendit enim quod simplices & innocentes suscipiat, ideoque dicit, Talium est enim regnum Dei. Vide, non dixit, horum est enim regnum Dei, sed talium, hoc est, eorum qui per exercitationem innocentiam acquirunt, quam puelli a natura habent. Puer enim neque inuidet, neque uindictam meditat, neque si flagellatur a matre, recedit: sed & uestem suam nouam regiae purpurae praefert. Sic & quod uirtutibus uacat, matri suae, Ecclesiae dico, neque uoluptate, quae multis imperat, neque quippiam praefert. Ideo in ulnas tales suscipit Iesus, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & benedicentes, Venite benedicti patris mei. Regnum autem Dei, praedicatione & promissione praesentium bonorum dicit. Quisquis igitur acceperit praedicationem Dei sicut puer, non diiudicans uel discredens, ille ingreditur in regnum Dei, & in bona quae iam fide suscipit.

Et cum exiret in uiam, accurrunt quidam, ac genua flexit illi, & interrogabat eum, Praeceptor bone, quid faciam ut uitam aeternam possideam? Iesus autem dixit illi, Cur me dicis bonum? Ne-

1. Cor. 6.

Hierosolyma
ma
pharisaeorum
mine.
Captiosa
pharisaeorum
quaestio.

Iudaeorum
humilitas
ergo uxores.
dimittete uxorem

Secundus
locus
tellectus.

Luc. 16.

Simplicitas
puerilis.

Mat. 11. 25.
Thae, etiam
si uestes detritas ferat,
regina
bonorum
hic dicit

Exod. 20. mo bonus, nisi unus, nempe Deus. Præcepta nosti: Ne cõmittas adulteriũ, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimoniũ dicas, ne fraudes, honora patrem tuũ & matrẽ. At ille respondens dixit illi, Præceptor, hæc omnia seruavi ab adolescentiã mea. Iesus autem intuitus illum, dilexit eũ, & dixit illi, Vnum tibi deest: abi, quæcũq; habes uende, & da pauperib; & habebis thesaurũ in cœlo, & ueni sequere me, sublata in humeros cruce. At ille molestia affectus per sermonẽ, discedebat, moerens. habebat enim possessiones multas. Quidã taxant adolescentem illũ ut insidiatorẽ & malũ & tentatorẽ. At non ita ferres habet, sed amabat diuitias, nõ tentabat. Audi enim Euangelistã, q; quũ intuitus esset eũ Iesus, dilexit illum. Quare igitur sic respondit ei Christus dicens, Nullus bonus: Quia ad ipsum accesserat tanq; ad hominem, & ad unum ex magistris. Dicere enim uult, Christus: Si quidem ut magistrũ, putas me esse bonum; nullus homo bonus, si cum Deo conferatur. sin ut Deum, me bonũ esse censes, quid igitur magistrũ me uocas: Et ita uerbis istis Christus mentem hominis illius sublimiorem reddere uult, ut ipse tanq; Deus agnoscat. Sed & aliud quiddam corrigit, docendum illum ne adulescẽtũ cũ quibus conuersaturus est, sed radicem fontemq; bonitatis sciat Deum, cui honor tribuendus est. Admiror autẽ adolescentem, q; cum alijs pleriq; sanctorum morborum gratia accesserint, ille uitã æternã hereditatem quaesierit, tamen grauisimo auaritiæ morbo teneretur: propter quod quũ audisset, Vade uende, & da pauperibus, abiit tristitia affectus. Vide autẽ q; non dixerit, Vade, & quæcũq; habes, particulatim uende, & da: sed, uende semel, & da pauperibus, inquit, sed nõ adulatoribus & intemperatis. Insuper & hoc dicit, Veni sequere me, hoc est, & omnẽ aliã uirtutem amplexare. Multi enim pauperes sunt, sed nõ humiles: uel etsi humiles, nõ tamen sobrijs, sed ebrijs, uel alio quodã malo impliciti. Et propterea Dominus dicit, Vende, & da pauperibus, & sequere me, sublata cruce, hoc est præparato teipso pro me ad mortẽ. At hic moerens ob sermonẽ illũ, abiit. Habebat enim possessiones multas. Nec frustra addidit, multas, nõ enim similiter alligantur hi q; multum, & hi q; parum possident. Difficilius enim expediunt uincula eorum qui multa possident. Verũ & si quis adolescens fuerit iuuenili ac leui sensu, & malẽ cõposito pectore, uendat facultates suas, utpote iram & concupiscentiam, & quæcũq; ex his mala pullulant, & det ea ac abijciat pauperibus, hoc est demonibus (pauperes enim sunt, omniq; priuati bono, & exciderunt diuitijs bonitatis Dei) & tunc sequatur Christum. Nã q; diuitias peccatorum demonibus obiecerit, sequi poterit Christum. Declina enim a malo, inquit, hoc est, abijce malas diuitias pauperibus potestatibus, demonib; in quã: & fac bonum, hoc est, sequere Christum, & tolle crucẽ. Et cum circumspexisset Iesus, dicit discipulis suis, Quã difficulter ij qui pecuniã habent, in regnum Dei intrabũt. Discipuli uerò obstupuerũt super uerbis istis. At Iesus rursum respondens dicit illis, Filij, q; difficile est eos qui fiducia habent in pecunijs, regnum Dei ingredi. Facilius est camelũ per foramen acus ingredi, q; diuitem in regnũ Dei ingredi. Illi uerò supra modũ admirati sunt, dicentes intra sese, Et quis potest saluus esse: Intuitus autẽ Iesus illos dicit, Apud homines impossibile est, non apud Deũ: nam omnia possibilia sunt apud Deum. Diuitiã non malã sunt, sed qui illas habent, digni sunt qui taxentur: nõ enim illas habere oportet, hoc est detinere, sed eis uti pro necessitate. Quia enim, hoc est opes, dicte sunt, quia usui sunt hominibus, & opem atq; auxilium afferũt: nõ autẽ q; detinendæ sint. Qui igitur illas habet & includit, difficile in regnũ Dei ingrediunt. Difficile autẽ hoc loco p; impossibili intellige. Impossibile enim diuitẽ hominẽ saluari. Hoc autẽ manifestũ ab exemplo quod ponit Dominus, dicens q; facilius sit camelũ intrare p; foramẽ acus, q; diuitẽ in regnum Dei. fieri enim nõ potest ut camelus per foramen acus transeat. Per camelum autem intellige uel animal, uel crasum funẽ q; nauatã in maximis nauigijs utunt. Impossibile enim est hominẽ, quatenus diues est, saluari. Etenim apud Deũ hoc possibile est. Dixit enim Christus, Facite uobis amicos ex mamonã in iustitiã. Vides q; si Deũ audiuerimus, q; modo possibile fiat. Apud homines autẽ impossibile, hoc est, quando humana sapimus, impossibile est. Iam quare discipuli obstupuerunt super uerbis istis: Non enim ipsi diuites erant. Mihi uidetur quod pro omnibus hominibus anxij fuerint. Iam enim misericordes coeperant fieri. Quidam hoc loco dubitant quomodo dixerit, Omnia possibilia sunt Deo: quum Deus peccare nequeat, Dicimus itaq; quando dicit omnia, intelligimus ea q; sunt, peccatum

Non omnes pauperes humiles.

Pauperes demones. Psal. 136.

Cur Græcis x̄m̄ata hoc possessiones dicte. Græcis animal uel rudẽs quo nauatẽ alligãtis anchoris utuntur. Luc. 16.


At tunc autẽ non est. Peccatũ enim res est sine essentia, & sine substantia. Vel aliter, Peccatum non est potentia, sed infirmitatis: sicut & Apostolus dicit, Christus, quum nos infirmi essemus, mortuus est. Eriterum David, Multiplicatae sunt infirmitates eorum, & ita peccatum apud Deum non est possibile, quia infirmitas est. Nunquid autem dicunt, Deum factũ in se factum non posse: Dicimus Deum esse ueritatem. factum autẽ in se factum facere, mendacium est. Quo pacto, queso ueritas fecerit mendaciũ: Prius enim perderet naturam suam: & ideo qui sic loquuntur, perinde loquuntur ac si quarant, Num potest Deus non esse Deus: Vides igitur quã ridicula sit quaestio. Et cœpit Petrus dicere illi, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Respondens autẽ Iesus dixit, Amẽ dico uobis, nullus est q; reliquit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut uxorem, aut liberos, aut agros, mea causa & euangeliũ, quin recipiat centupla nunc in tempore hoc, domus, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros cũ persecutionibus, ac in ueturo seculo uitã æternã. Multi autẽ primi erunt postremi, & postremi primi. Petrus tamen pauca reliquit, quia tamen dixit omnia, in dicitum est quod etiam pauca uinculo quodã illum detinuerint: & ita beatificatus est is qui etiam pauca reliquerat. Quumq; solus Petrus rogasset, omnibus generaliter loquitur Christus, dicens, Omnis qui reliquerit uxore, uel patrem, Hæc dicit non ut parentes uelit auxilio destitui, & ab uxoribus separari, sed docet nos præferre pietatem erga Deũ omnibus carnalibus. Quia enim uerẽ bellũ a prædicatione accensum erat, & negaturĩ erãt pueri parentes propter pietatẽ, dicit, Quisquis reliquerit cognatos quos sibi natura dedit, & in summa, corporalia omnia propter Euangeliũ, centupla omnia accipiet in præsentĩ seculo, & in futuro uitã æternã. Nunquid ergo & mulieres centum accipiet: Etiam. Tamen si maledictus Iulianus hoc irriserit. Quid cõfert uxor domui uiri: Omnino curat ut uir habeat quod edat, quibus induatur, & horum omnium curam admittit uiro. Vide itaq; hoc etiã in Apostolis. Quot mulieres fuere quibus cura erat de amictu & esu illorũ, & quæ ministrarũt eis, qui nihil horũ curabãt, sed solũ sermonẽ & doctrinã: Similiter matres & patres multos habuerũt apostoli, qui diligenter, & amico affectu erga se essent. Et Petrus quonã domũ reliquerat, postea omnũ discipulorũ suorum domos habebat. Et nunc quoq; ubiq; terrarũ erecta sunt templa in nomine eius, quæ sunt claræ domus. Et quod maius, hæc omnia in persecutionibus, possident sancti, hoc est quod dicit, cũ persecutionibus, id est persecutionem passi, & malẽ affectũ atq; afflictũ. Vnde & qui ultimi in hoc seculo uidentur propter afflictiones & persecutiones, erũt primi propter spem in Deũ. Sed & pharisæi qui uidentur primi, facti sunt postremi. Qui autem reliquit omnibus sequuti sunt Christum, facti sunt primi. Erant autẽ in uia ascendentes Hierosolyma, & præcedebat illos Iesus, erantq; pauperes facti, & sequentes timebant. Et assumptis rursum duodecim, cœpit illis dicere quæ sibi euentura essent. Ecce ascendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ & scribis, & condemnabũt eum ad mortem, & tradent illũ gentibus, & illudent illi, & flagellabũt eum, & inspuent in illum, & occident eũ, & tertia die resurget. Quare prædicit eis euentura: Vt mentes discipulorum præparet, quo prius audita factum serant, & non repente percellant animo. Insuper ut sciant quod uoluntarius patiantur. Nam qui prænouit, & effugere potest, & non fugit: manifestum quod uoluntarium se passionibus exponat. Seorsim autem assumit discipulos, & cum solis illis loquitur. Secretum enim mysterium erat passio, quod familiarioribus duntaxat reuelandum erat, & propterea in uia omnes præcedit, uolens a multitudine segregare discipulos. Insuper per hoc quod omnes præcedit & præuenit in uia, ostendit quod ad passionem accurrat, & non fugiat mortem propter nostram salutem. Quamuis autem multa enumerat aspera, omnium tamen illorum sufficiens consolatio est unum hoc, quod tertia die resurget. Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi dicentes, Præceptor, uolumus ut quicquid petierimus, facias nobis. Ille uerò dicit eis, Quid me uultis facere uobis: Illi uerò dixerunt ei, Da nobis ut unus tibi a dextris, & alter tibi a sinistris sedeamus in gloria tua. Iesus autem dixit illis, Nescitis quid petatis. Potestis bibere poculum quod ego bibo: & baptisate quo ego baptizor, baptizari: At illi dixerunt ei, Possumus. Alius Euangelista dicit quod mater illorum accesserit ad Christum. Verisimile

Quomodo Deo omnia sint possibilia. Peccatum quid. Rom. 7. Psal. 136.

Quomodo uxor et parentes relinquentur.

Iulianus. Quomodo uxor et uxor uilitas.

Qui primi et qui postremi. Math. 20. Luc. 18.



Math. 20. 1 3 autem

autem est utrunque factum, & apostolos pudore quodam matrem pramississe, & dein A de ipsos seorsum adijisse: idcirco & Euangelista assignat hoc dicens, Acceperunt, hoc est, seorsum adierunt, alijs segregatis. Quid igitur fuerit quod petierunt, dicamus, Cogitabant quod ascenderet in Hierosolyma ut regnaretus temporali quodam regno, & postquam regnasset, passurus esset ea de quibus dicebat, Talia secum cogitantes, petierunt sedem & a dextris & a sinistris: idcirco & Dominus increpat eos tanquam stultum quiddam petentes. Nescitis enim, inquit, quid petatis. Vos enim creditis sensibile quoddam meum regnum esse, & temporalem sedem petitis: at res non ita se habet, sed

Sedere a dextris Christi. Crux poculum & baptismus.
omnia hæc supra mentem hominis sunt. Et sedere a dextris meis, magnum est, & quod excellit etiam angelicos ordines: & uos quidem ad gloriam festinat, ego autem ad mortem uos uoco. Poculum enim & baptismum crucem nominat. Poculum quidem, quod statim somnum conciliet, & quod ab ipso magna cum suauitate sumatur. Baptisma autem, quod futura esset peccatorum purificatio. At hi non intelligentes quid diceret, polliciti sunt. Opinabantur enim eum loqui de poculo sensibili, & baptismate quo baptizabantur Iudæi cum ante cibum se lauarent.

Iesus autem dixit illis, Poculum quidem quod ego bibo, bibetis: & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini: ceterum sedere mihi a dextris ac sinistris, non est meum dare, sed ipsi continget quibus paratum est. Ad martyrium quidem, inquit, peruenietis, & moriemini pro ueritate: at sedere a dextris ac sinistris, non est meum dare. Hoc loco duo queri solent: Primo, num cuiquam paratum sit sedere: deinde an omnium Dominus non possit sedem istam dare: Dicimus igitur, quod nullus a dextris sedebit & sinistris. Et quum saepe in scripturis audieris cathedram, non cathedram intelligas, sed excellentem dignitatem. Quod autem non sit meum dare, hoc talem habet sensum: Non est meum, hoc est iusti iudicis, dare uobis ad gratiam dignitatem istam (non enim iustus essem) sed his qui laborauerint, præparata est dignitas illa: quemadmodum si iustus rex præsideret certamini cuiquam, & deinde accedant ad illum quidam amici eius, & dixerint, Da nobis coronas: dicit utique, non est meum dare, sed si quis certauerit & uicerit, illi præparata est corona. Et ita etiam uos o filij Zebedæi, martyres quidem eritis propter me: si autem quis inuentus fuerit cum martyrio omnes alias uirtutes possidere amplius quam uos, ille uos præcedet.

Et cum audissent decem, coeperunt indignari super Iacobo & Ioanne. Iesus autem cum uocasset eos ad se, dicit illis, Scitis quod qui uidentur imperare gentibus, dominium exercent aduersus illas: & qui magnates sunt inter eas, potestatem exercent in illas. Verum non sic erit inter uos: sed quicumque uoluerit ex uobis fieri magnus inter uos, erit minister uester: & quicumque uoluerit ex uobis esse primus, erit omnium seruus. Nam & filius hominis non uenit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, ac daret animam suam redemptionem pro multis. Discipuli adhuc humanis affectionibus & inuidia laborabant: ideo & indignantur aduersus duos. Sed quando? Quum uidissent eos non susceptos esse a Domino, sed quasi repulsam passos, tunc indignati sunt. Quamdiu enim a Domino honorabantur, ferebant non indignantes, quamuis uiderent eos præferri: cum autem nunc ipsi honorem sibi deposcunt, non ferunt alij. Ceterum nunc quidem ita imperfecte se gerunt, postea autem uidebis eos mutuum sibi de primatu cedere. At Christus sanat illos, & primum demulcet illos propius ad se uocando. Hoc enim significat quod dicit, Quum uocasset eos ad se. Deinde monstrat quod rapere honorem, & ambire dignitates, gentium sit. Principes enim gentium magna potestate & autoritate efferuntur: discipuli autem mei non sic: sed qui uult esse magnus, ministret omnibus: quoniam & hoc magnæ animæ est, omnia ferre, & omnibus seruire. Et exemplum in promptu erat. Etenim filius hominis non uenit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis, quod maius est quam ministrare. Quando enim quis non solum ministrauerit, sed & mortuus fuerit pro eo cui ministrat, quid illo maius & admirabilius? Attamen ministerium illud & condescensio, exaltatio fuit ac gloria tam sua quam omnium. Etenim priusquam factus est homo, tantum ab angelis agnoscebatur: postquam autem factus est homo & crucifixus, non solum illam gloriam habet, sed & aliam accepit, & in toto regnat orbe.

Et

Et ueniunt Hiericho: cumque egrederetur ab urbe Hiericho, ac discipuli illius, & turba copiosa, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta uiam mendicans. Et cum audisset, quod Iesus Nazarenus esset, coepit clamare & dicere, Fili Dauid Iesu miserere mei. Et increpabant illum multi ut taceret. At ille multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei. Et stetit Iesus, ac iussit illum uocari: & uocant cæcum, dicentes illi, Bono animo esto: surge, uocat te. Ille uero abiecto pallio suo surrexit, & uenit ad Iesum. Et respondens dicit illi Iesus, Quid uis factam tibi? Cæcus autem dixit ei, Rabboni, ut uisum recipiam. Iesus autem dixit illi, Abi, fides tua saluum te reddidit, ac protinus recepit uisum, & sequebatur Iesum in uia. Matthæus duos cæcos narrat: & fieri potest duos quidem esse sanatos, hunc autem ex illis clariorem fuisse, cuius nunc mentionem facit Marcus. Vide autem quomodo turbæ Iesum uenerantur, ita ut increparet cæcum clamantem, quasi rex quispiam præteriret. Porro Iesus illū interrogat, ut ne quis putet quod ille alia uoluerit, Christus autem alia dederit. Grati autem animi cæcus erat, qui postquam sanatus est, Iesum non dimisit, sed sequutus est illum. Iam & per anagogen intelligere possumus: Hiericho locus iste inferior est: cæcus autem qui sedet hoc loco, humana est natura, quæ filius erat Dei, qui omnem superat dignitatem. Ista igitur clamabat ad Iesum, per Hiericho, id est hanc uitam, euntem. Misericordia autem motus erga illam, & propter fidem, saluam eam fecit ubi uetus peccati uestimentum exiit. Seruata autem sequuta est illum, faciendo mandata in uia, hoc est in hac uita. Hic enim possumus sequi Christum: postea autem excluduntur omnes a mandatorum operatione.

CAPVT XI.

Et cum appropinquant Hierosolymis ad Bethphage & Bethaniam iuxta montem Oliuarum, emittit duos de discipulis suis, & dicit illis, Abite in uicum qui contra uos est, & statim ingredienti in illū inuenietis pullum alligatum, supra quem nullus hominum sedit: soluite eum, & adducite: & si quis uobis dixerit, Cur facitis hoc? dicite quod Dominus eo opus habet: & ceterum illud mittet huc. Abierunt autem, & inuenierunt pullum alligatum iuxta ianuam foris in biuio, & soluunt illū. Et nonnulli eorum qui illic stabant dicebant illis, Quid facitis soluentes pullum? At illi dixerunt eis quemadmodum ipsis præceperat Iesus, & sinebant illos. Saepe etiam alias uenit Hierosolymam, sed nunquam cum tanta maiestate, quanta nunc. Prius quidem delitescere propter inuidiam illorum: nunc autem quia passionis tempus aderat, quod ipse sibi præfinierat, clarior uenit: ut si uelint, gloria eius intelligant, & ex prophetijs quæ in ipso impletæ erant, agnoscant eum esse Deum uerum. Sin nolint, in maiorem condemnationem eorum sit, quod etiam tam claris miraculis non crediderint. Vide enim quot signa eis hoc loco dixerit. Dixit eis, Inuenietis pullum: dixit prohibendum: & deinde cum dicerent, Dominus isto opus habet, dixit dimittendum. Neutiquam enim hoc parum fuisset apostolis permitti ut abducant pullum, nisi diuina quædam uirtus dominos pulli adegisset: præsertim pauperes & agricolas fortassis. Attamen disce Dominum id non sine causa fecisse: nec opus habebat pullo, qui totius Iudæam & Galilæam peragraverat: sed monstrabat quod super populum gentium sessurus esset, qui tum incredulus erat & inruditus, & uinctus peccatis suis in biuio, hoc est uita hac, apud ianuam, quæ est extra ecclesiam. Solutus est autem ab apostolis per baptismum & fidem: & uetus est in eo Dominus, cum apostoli uestimenta sua, hoc est omnem qui est ex uirtute decorum imposuissent. Prius enim nudi erant Gentiles & deformes, patrans nepharia: postquam autem ab apostolis adducti fuerunt, tunc honeste didicerunt ambulare, & propterea etiam in ipsis fertur gestatus Christus. Fuerunt autem quidam, nempe ij qui prius domini pulli, hi prohibere ausi fuerunt apostolos: uel certe demones: sanæ & his apostoli præualuerunt.

Et adduxerunt pullum ad Iesum, & iniecerunt illi uestimenta sua, sedentes super illum. Multi uero uestimenta sua sternerant in uiam, alij uero frondes incidebant ex arboribus, & sternerant in uiam. Et qui præcedebant, qui sequebantur, clamabant dicentes, Hosanna, benedictus qui uenit in nomine Domini. Benedictum quod uenit regnum, in nomine Domini patris nostri Dauid, Hosanna in altissimis. Multitudo quamdiu incorrupta manet, agnoscit quantum opus erat: ideo & singuli pro uiribus suis Iesum uenerant. Laudantes autem quid dixerint, uideamus. A Dauid sanæ hymnū illū sumpserunt. Porro Hosanna iuxta quosdam significat, salua obsecro: iuxta quosdam uero hymnum.

† cetero-
decimo-
ptimo.
Rectius tamen est quod primo dictum, Habetur enim in **T** decimo septimo psalmo, **O** Domine salua obsecro: id quod in Hebraico Hofanna scriptum est. Regnum autem Dauid, regnum Christi dicebant, tum q̄ a semine Dauid deductus esset Christus, tum q̄ Dauid interpretari quis potest idoneū uel sufficientem manu. Quis autem alius manu usque adeo ualidus & potens ut Dominus, cuius manus tanta miracula sunt operata: Ceterum sternamus & nos uestimenta nostra, hoc est carnem. Vestis enim anime, caro, quam subijciamus Domino, & sternamus uiam uitae nostrae: deputantes & incidetes ab arboribus ramos, hoc est, sanctorū uias imitemur. Arbores enim sunt sancti, a quibus ramos secant, qui illorū imitantur uirtutem. Opera item nostra & quae praecedunt & quae sequuntur, sint in gloria Dei. Sunt etenim qui uitam honestam principio praeseferunt, quorum uita subiequens longē dissimilis est: non enim in gloriam Dei.

Et ingressus est Hierosolymā Dominus, & in templum. Et cū circumspexisset omnia, iamq̄ tempus esset uespertinū, egressus est in Bethaniā cum duodecim: & postero die cum exissent Bethania, esurijt: cumq̄ uidisset arborem ficī procul habentē folia, ueniebat si scilicet inuenturus esset aliquid in illa: & cū uenisset ad illam, nihil inuenit nisi folia. Nō enim erat tempus ficorū. Et respondens Iesus dixit ficū, Ne posthac ex te in aeternū quisquā edat fructū. Et audiebant discipuli illius. Ingressus quidē est in Hierosolymā, sed iterū exijt: ostendens q̄ relicurus esset eam desertā, & in direptionē. Et egreditur in Bethaniā, quam uertunt interpretes domū obedientie. Iudaeis enim inobedientibus & duris corde relictis, uenit cū discipulis ad eos qui sibi obedierunt. Videamus autē & quae de ficu dicuntur. Emergunt enim & apparent quaedā absurda. Primum quidem q̄ esurierit manē: deinde q̄ cum nō esset tempus fructuū, fructum quaesierit: ad hanc qua ratione plantam insensatā punierit. Dicunt igitur omnia haec singulari dispensatione facta. Nam quoniā saepe miracula fecit benefaciendo hominibus, non uiderant autē discipuli potentia eius si quem uellet affligere: eius gratia hic uult ostendere discipulis quod & affligere, & se crucifixuros in uno momento perdere potuisset, si uoluisset: & ideo in arbore insensata ostendit uirtutem suam: quae res magna ac mira est,

Et ueniunt Hierosolymā, & ingressus Iesus in templum coepit eijcere eos qui uendebant & emebant in templo: & mensas collybistarum, & sellas uendentium columbas subuertit: & non permisit ut quisquā deportaret uas per templum: & docebat dicens illis, Nōne scriptum est, Domus mea domus precationis uocabitur omnibus gentibus: uos autē fecistis eam speluncā latronū. Et audierunt scribae principesq̄ sacerdotū, & querebant quō illum essent perdituri. Timebant enim eum, quod tota turba admirabatur doctrinam illius. Quod eiecerit uendentes, etiā Ioannes narrat: sed Ioannes in principio Euangelij, hic autē sub finem. Verisimile igitur hoc secundo factū quo etiā Iudaeorum accusatio maior esset: quandoquidē neq̄ cū sepe idem fecerit Dominus, sunt conuersi. Speluncā autē latronū nominat templū propter avaritiā. Latronū enim genus ad lucrū spectat. Et quoniā etiam illi propter sacrificia, animalia quae offerrent, lucrī gratia uendebant, latrones ipsos nominauit. Collybistae autē fuerunt qui nūmos permutabant. Collyba enim genus est numismatis minimi aerei. Accusando autē illis etiā Esaiā prophetā affert dicentē, Domus mea domus precationis uocabit. Absit autē ne & nos extra templū eijciamur. Multi enim & in nostrū templū ingredimur uendentes utilia, & emētes deteriora. Sunt autē qui & plenas mensas nummorū habent, qui administrāt & dispensant ecclesiastica, & omnia propter avaritiā faciunt. Quin & sellae uendentium columbas subuertunt, hoc est pontifices uendentes spiritualia dona. Columba em̄ symbolum est spiritus sancti: quē qui uendūt, a Dño a sacerdotio repellunt. Nam qui propter datū aurū ordinatur, depositus est. Sed & quisquā gratiā quae ex baptisimo est, &

Bethania.
Ficus qua-
re a Domi-
no excera-
ta.

Fici hu-
miditas
Ficus, ty-
pus synago-
ge iudicae.
Ioan. 4.

Esai. 56.
Hier. 7.

Ioan. 2.

Quamob-
rem templū
spelunca la-
tronum, &
qui nam la-
trones.

Plenas men-
sas nummo-
rum habent
tes q̄ sunt.

munditiā prodit diabolo, hic uendit columbam suam: propterea ex templo eijcitur.

Et cum iam uespera esset, egressus est Iesus ē ciuitate. Et manē praetereuntes uiderunt ficum exaruisse radicitus, & recordatus Petrus dicit illi, Rabbi, ecce ficus illa quae execratus es, exaruit. Et respondens Iesus dicit illis, Cōfidite Deo: amen dico uobis q̄ quicunq̄ dixerit monti huic, tollaris, ac mittaris in mare, & non hāsitauerit in corde suo, sed crediderit fore quae dixerit, erit illi quicquid dixerit. Tamen si Matthaeus dixerit quod statim exaruit ficus, & uidentes discipuli admirati sint: nihil mouearis audiēs nunc Marcum dicentem q̄ sequenti die uiderint exaruisse ficum. Sic enim intelligere debes id quod apud Mattheum, Et statim exaruit ficus: quo lecto, sublitte, & dein dic, Et cum uidissent discipuli, admirati sunt. Quando? Cum uidissent: non statim, sed sequenti die: proinde sic intelligenti nihil difficile occurrit. Vide itē & ex hoc loco quomodo Christus monstretur Deus. dicit enim per prophetā Dominus, Ego aridū facio ligam uiride. Porro mireris diuinā misericordiā, quomodo etiā nobis, qui per fidem illi assimilamur, uirtutē dat faciendi miracula, quae ipse natura habet, ita ut montes trāsferre possimus. Mons autem est etiam superba mens, cum arrogans est & obstinata. Nam qui uidet superbiae morbum sibi obstinentē & conantem eijcere ipsum a uisitatio ne & prouidentia Dei. (superbus enim ille est qui dicit q̄ omnia possit ipse sine Deo perficere) talis igitur debet increpare illum montē, superbiā dico, & dicere ei, Mittaris in mare, hoc est in mūdanos homines, hoc est, eos qui in mari huius uite sunt, ac increduli: ipse autē nunquam hāsitet, hoc est, separatur a Deo. Superbus enim separatur a Deo dicens, Nihil a Deo habeo neq̄ indigeo eius auxilio.

Propterea dico uobis, Omnia quaecunq̄ orantes petitis, credite q̄ accipietis, & erūt uobis. Et cū steteritis orantes, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in caelis est, remittat uobis delicta uestra. Quod si uos non dimiseritis, neq̄ pater uester qui in caelis est dimittet uobis peccata uestra. Qui magna affectione credit, cor suum omnino extendit ad Deum. Et ut ipsius Dauid uerbis utar, effundit animā suam coram Deo. qui autem extendit cor suum ad Deum, unitur illi, & seruefactū cor eius magnā certitudine sumit q̄ uoti compos fiat: id quod experti sciunt omnes. Opinor autē omnes hoc experiri, qui uel mediocriter attendunt, propterea dicit Christus q̄ omnia accipietis, quae cum fide petitis. Qui autē credit, totum se dat Deo, cū lachrymis illi colloquens, quasi pedes Domini precando tenere se putans. Vis autē & alia ratione accipere quae petis: Dimitte si quid in te peccauerit frater. Vides facilitatem doni Dei.

Et ueniunt rursus Hierosolymā, & cū ambularet in templo, ueniunt ad illum principes sacerdotū, & scribae & seniores, & dicunt illi, Qua auctoritate haec facis? & quis tibi dedit auctoritatē istam, ut ista facias? Iesus autē respondens dixit illis, Quae a uobis & ipse quiddā, & respondete mihi, & dicā uobis qua auctoritate haec faciā. Baptismus Ioannis utrius ē caelo erat, an ex hominibus, respondete mihi. Et cogitabāt apud se dicentes, Si dixerimus, ē caelo, dicet, Cur igitur nō credidistis illi? At si dixissent, ex hominibus, timebant populum. Omnes enim habebant Ioannē q̄ uerē propheta fuisse. Et respondentes dicunt Iesu, Nescimus. Et Iesus respondens dicit illis, Nec ego dico uobis qua auctoritate haec faciā. Infantentes q̄ eiecisset ē templo negociatores, accedūt ad eum, ut animo perplexum redderent, quārentes quā potestate haec faceret, quasi talia ei dicentes: Quis es tu qui haec facis? magister constitutus es? sacerdos ordinatus es? Haec autē dicebant ut dubitare eum faciāt, & in uerbis capere queant. Nam si dixisset, potestate mea haec facio, lapidassent illum ut Deo cōtrarium. Sin autē dixisset, potestate Dei facio, abduxissent ab eo plebem, quae illum arbitrabatur esse Deū. Dominus igitur interrogat illos de Ioanne, nō sine causa, neq̄ sophistarū more uicissim illos capiens: sed quia Ioannes de ipso testificatus erat, idcirco de illo malignos interrogat, ut cū receperint Ioannem a Deo esse, cogantur & testimonium Ioannis quod de Christo dederat, accipere. Et quia maleuoli dubitabant, neq̄ ego dico uobis, inquit, non dixit, neq̄ ego scio quid dicā: sed, neq̄ ego dico, hoc est, quia maleuoli estis, nō dignabor uos respō-

CAPVT XII.

Et coepit illis per parabolas loqui: Vineam plantauit homo, & circumdederat se-
pem, & foderat lacum, & edificauerat turrim, & elocauerat eam agricolis, & pe-
regre profectus est: & misit ad agricolas, cum tempestiuum esset, seruū, ut ab agricolis
acciperet

Cap. 21.

Exech. 17.

Mons super-
ba mens.

Matth. 7.
20.

Ecl. 18.
Credens.

Esai. 5.

Matth. 21.

Luc. 20.
Esai. 5.

acciperet de fructu vineæ. At illi arreptum illum ceciderunt, ac remiserunt uacuū. Et rursum misit ad illos alium seruum, & illi coniecit in eum saxis, cōminuerunt caput, & remiserunt contumelijs affectum. Et rursum alium misit, & illum occiderunt, multosque alios: hos quidem cædentes, illos uero occidentes. Itaque cum unum adhuc haberet filium suum dilectum, misit etiam illum ad eos postremum, dicens: Reuerentur filium meū. Illi uero agricolæ dicebant inter sese: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et arreptum illum occiderunt, & eiecerunt e vinea. Quid igitur facturum est dominus vineæ? Veniet & perdet agricolas, & dabit vineam alijs.] Vineam populum est, quem plantauit dominus. Perfice enim, inquit, vineam istam, quam plantauit dextera tua. Et Moses, Introducens planta eos in monte sancto tuo, Sepes autem, lex, quæ prohibebat ipsos commiseri gentibus. Turris uero, templum. nam conspicuum erat. Porrò torcular, altare in quo effundebatur sanguis. Elocarat autem populum agricolis, hoc est doctoribus qui per id temporis erant, & principibus Iudæorum. Misit uero seruum unum, forte Heliam, & qui tunc erant, & Michæam, quem cecidit Sedechias, pseudopropheta scilicet. Secundum autem seruum lapidatum ceciderunt, hoc est occiderunt, & contumelijs affecerunt, Osee & Esaiam prophetas. Tertium autem seruum, id est eos qui in captiuitate fuerunt, ut Daniele & Ezechielem. Vltimo autem misit filium suum Deus (qui homo nominatur propter misericordiam) dicens, Reuerentur filium meum. Non ut ignorans quod futurum erat hoc dixit, sed quod fieri oporteret, & uerisimile erat futurum dicens. Mali autem agricolæ cum didicissent quod hic esset filius Dei, eiecerunt illum extra vineam, id est, terra Hierusalem, & interfecerunt, extra enim illam crucifixus est. Dominus igitur vineæ, pater occisus filij, immo & ipse occisus filius, perdidit agricolas, quos tradidit Romanis, & populū collocauit alijs, agricolis, apostolis scilicet. Vis uidere quomodo apostoli coluerint vineam? lege librum Actorum, & inuenies tria millia & quinque millia simul credere ac offerri in primitias Deo.

An ne hanc quidem scripturam legistis, Lapidem quem reprobauerunt ij qui ædificabant, hic factus est in caput anguli: à Domino factus est hoc, & est admirabile in oculis nostris. Et quærebant eum comprehendere, & metuebant turbā: sciebant enim quod aduersus ipsos parabolam dixisset. Et relicto illo abierunt. Per omnia ista ostendit reiectos Iudæos, gentes autem acceptas. Lapis enim ille, Dominus: ædificantes autē, doctores populū. Quæ igitur reprobauerunt doctores: ille in caput anguli factus est. Caput enim ecclesiæ factus est. Angulus enim ecclesia, quæ in unū coniungit Iudæos & Gentiles: quemadmodū & angulus duos parietes inter se cōmittit. Igitur iste angulus, hoc est ecclesia, à Domino factus. Et est mirabilis in nostris fidelium oculis. Ab infidelibus etiā miracula calumniam patiuntur. Mirabilis est igitur ecclesia, quasi ex miraculis cōstituta, Domino cooperante apostolis, & sermonem confirmante per sequentia signa. Et mittunt ad illum quosdam à Phariseis & Herodianis, ut eum captarēt sermone. Illi uero cū uenissent, dicunt ei, Præceptor, scimus quod uerax es, & non curas quenquē: non enim respicis personā hominū, sed cū ueritate uia Dei doces. Licet censum dare Cæsari, an nō? demus, an non demus? Ille uero sciens illorū simulationē, dixit illis, Quid me tentatis? Afferte mihi denariū, ut uideam. Illi uero attulerunt. Et dicit eis, Cuius est imago hæc & inscriptio? Illi autē dixerūt ei, Cæsaris. Et respondēs Iesus dixit illis, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et admirati sunt de eo. Diximus etiā alijs de Herodianis, quod fuerit hæresis quæ dā tūc nuper orta dicentū Herodē esse Christum, eo quod in temporibus illius defecisset successio regū Iudæicorū. Alij autē dicunt Herodianos hoc loco dictos esse milites Herodis, quos pharisei in testes eorum quæ Christus diciturus erat, assumunt, ut consequenter cōprehendant illum & abducant. Vide autē malitiam illorū, quomodo adulatione tenterit decipere Dominū. Scimus dicit, quod non respicis personā hominum, & ita neque Cæsarem reuereris. Totū enim hoc artificium erat utrinque habens præcipitū: ut si quidem diceret quod liceat dare Cæsari tributū, arguerent eum apud populum, tanquā qui eos in seruitutem redigeret: sin diceret non persoluendū, accusarent eum ut ad seditionem populum mouentem cōtra Cæsarem. At fons sapientiæ dolos illorum euadit, Ostendite mihi, inquit, numisma. Cum enim uidisset quod imaginem haberet Cæsaris, dicit, Reddite quod habet imaginem, ei cuius

Psal. 79. Ecod. 25.

Psal. 147. Act. 4. hic, & est admirandus. ista enim anguli refert Theophylactus. Lapis quis. Aedificantes qui. Angulus. Ecclesia mirabilis. Matth. 22. Lucae 20.

Sup. cap. 3.

cuius gerit imaginem, hoc est Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo, hoc est, Nihil obstat uobis ad pietatem persoluerè Cæsari. Potestis enim & Cæsari persoluerè, & Deo sua tribuere. Cæsari item unicuique nostrū, in euitalis illa corporis nostrī necessitas est. Iubet igitur Dominus reddere etiam corpori sua necessaria, cibos scilicet ac uestes: & quæ Dei Deo, nempe uigilias quantas possumus, orationes &c. Sed & diabolo, qui Cæsari est, obijce quæ tibi ab illo data, iram, concupiscentiā malam: & quæ Dei sunt, offer Deo.

Et ueniunt Sadducei ad illum, qui dicunt nō esse resurrectionē: interrogaueruntque eū dicētes, Præceptor, Moses scripsit nobis, Si cuius frater moriatur, ac relinquat uxorē, & liberos non relinquat, ut accipiatur frater eius uxorē illius, & fuscitet semen fratri suo. Septē fratres fuerūt, ac primus accepit uxorē, isque moriens nō reliquit semen: & secundus accepit illā, ac mortuus est, & nec ipse reliquit semen: & tertius similiter: & ceperūt eam septē, nec reliquerūt semen: postremò uerò omnium mortua est & uxor, in resurrectione igitur, cum resurrexerint, cuius illorū erit uxor? Nam septē habuerūt eam uxorem. Et respondens Iesus dixit eis, An nō propterea erratis, quod nescitis scripturas, neque uirtutē Dei? Cū enim à mortuis resurrexerint, neque cōtrahunt matrimoniū, neque nuptiū dant: sed sunt uelut angeli qui in cœlis. Ceterū de mortuis quod resuscitant, nō legistis in libro Moysi, quō in rubo loquutus sit illi Deus dicens, Ego ille Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: nō est Deus mortuorū, sed Deus uiuentium. Vos igitur multū erratis. Hæretici apud Iudæos erant Sadducei, dicentes nō esse resurrectionē, neque angelum, neque spiritū. Oblique autē, ut dolosi, aggressi, fingunt narrationē quandā qua subuertatur resurrectio, cōtexto argumēto quod nunquā euenit, neque forte eueniet. Septem autē fingunt qui unā ducunt uxorē, quo magis resurrectionē dissepant. Igitur quia prætebant illi legē Moysi, ostendit eos ignorare scripturā. Non enim intelligitis, inquit, de qua resurrectione scriptura loquitur. Vos enim opinamini quod olim resurrectio talis magis corporalis sit futura: at nō sic erit. Itaque ignoratis scripturæ mentē, sed & Dei uirtutem ignoratis. Enim uero uos ad difficultatē rei fortasse respicitis, & propterea addubitis quō poterunt dissoluta corpora redire ad animam. Sed uirtuti diuinæ hoc quasi nihil erit. Erat igitur resurrectio, & nō corporalis, sed diuinior quidā uitæ status, angelicus uidelicet. Incorruptibiles enim erimus, & ijdem qui sumus manētes, propterea que tollentur etiā nuptiæ. Nunc enim nuptiæ propter corruptionē sunt, ut successionē generis durātes homines nō intereant: tunc autē sicut angeli absque nuptiali successione illi ipsi erunt, & nunquā deficient: sic & qui resurgunt, sine nuptijs permanent, nunquā inmundi. Et aliter quoque taxatur ut nescientes scripturas. Si enim intellexissent illas, intelligerent etiā quomodo scriptum sit, Ego sum ille Deus Abraham, utpote manifeste uiuentium. Non enim dixit, Ego eram, sed, sum: utpote præsentium, atque illorum non perditorum. Iam fortassis dicet quis, quod hoc de sola Abraham anime dixerit Dominus, & nō item de corpore, & ita corpora nō resurgunt. Dico igitur primū quidem quod Abraham utrinque dicatur, anima & corpus, & ita etiā Deus est corporis, quod & ipsum uiuit apud Deum, & nō omnino in nihilum redigitur. Insuper quia Sadducei de corporis resurrectione dubitabāt, certum quod Dominus de corporibus dixerit quod uiuant apud Deum, nō de anima. nam istud iam ex confesso erat etiā apud carnales Iudæos, Obserua & hoc. Resurrectio est eius quod ceciderat resurrectio, immortalis autem anima non cecidit, sed corpus hoc: itaque & resurget iterum, coniugali animæ complicitum.

Et cum accessisset quidā scribes, & audisset eos simul disputantes, uideretque quod bene respondisset eis, interrogauit illum, Quod est primum omnium præceptorū? Iesus autē respondit illi, Primū omnium præceptum est, Audi Israel, Dñs Deus noster, Dñs unus est: & diliges Dñm Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis. Hoc est primum præceptū: & secundum simile hoc est, Diliges proximum tuum ut teipsum. Maius his aliud præceptum nō est. Et dixit illi scriba, Bene præceptor cum ueritate dixisti, quod unus sit Deus, & non sit alius præter illum: quod et diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis uiribus, ac diligere proximum ut seipsum: plus sit quā uniuersa holocaustomata & uictimæ. At Iesus cum uideret quod cordatē respondisset, dixit illi: Haud longè abes à regno Dei. Et nemo post illa audebat illum interrogare. Mathæus quidem inquit quod tentans accesserit, Marcus uerò dicit quod prudenter responderit. Nunquid ergo dicunt contraria?

Cæsar quid.

Deut. 29.

Exod. 3.

Sadducei apud Iudæos hæretici erant.

Exod. 3.

Sadduceos Resurrectio.

Deut. 6.

Leuit. 19.

Cap. 22.

2. Jo. 4. 5.

Ioan. 14.

Ioan. 13.

Tres virtu- tes animæ

Psal. 109.

Quomodo pharisæica damnentur disciplina.

Sapient. 6.

Luc. 21.

Præcatio Theophylacti.

traria? Minimè: sed uerisimile est primū quidē ipsum ut tentantē interrogasse, deinde cū profuisset ei responsum Christi, & cordatē respondisset, ab illo laudatū, Vide autē & laudem. Non perfectū illum testatur. Non enim dixit intra regnū cœlorū es: sed, non procul es. Quare autē hanc potissimū quæstionē legisperitus ille proposuit Christo? Putabat reprehendi posse Christū, qui emēdaturus esset legē, unde accusari possem tanquā legis aduersarius. Verū Dñs ostendens ei q̄ charitatē simpliciter non habeat, sed inuidia corruptus uenisset ad hęc interroganda, dicit: Primū & magnū mandatū est, diligere Deum: secundū simile, diligere proximū. Quomodo autē simile? Eo q̄ simul inter se connexa sunt. Qui enim diligit Deum, diligit & facturam eius, homo autē maxime propria factura Dei: & ita qui diligit Deū, diliget etiā omnes homines: & dum proximū diligit, multo magis Deū diligit. Nā si homines diligit, q̄ multas sape scandalorum occasiones & odia fouēt, quāto magis Deū, qui semper benefacit? Audi autē Dominū, Qui diligit me, mādāta mea seruabit. Vides nos diligendo Deū seruare mandata eius. Mandata autē eius omnia de amore mutuo tractant. Et iterū, In hoc sciēt omnes q̄ mei discipuli estis, si diligitis inuicem, Vides iterum q̄ ex mutuo amore discitur amor erga Christū, ita ut simus eius discipuli & amici. Obserua autē quomodo omnes animæ uirtutes enumerarit. Est enim uirtus animæ animalis, quā insinuat dū dicit ex tota anima. Irā em̄ & concupiscētā totā dilectioni Dei dari uult. Est etiā alia uirtus animæ quę dicit nutritiua, ea est & plantarū: q̄ & ipsa quoq̄ Deo tota est dāda, Est insup̄ rationalis uis, quā nominauit lex intelligentiā. Omnes igit̄ animæ uirtutes charitati offerendæ sunt. Et respondēs Iesus dicebat docēs in tēplo: Quomodo dicunt scribę Christū esse filiū Dauid? nam ipse Dauid dixit afflatus spiritus sancto, Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris mihi, donec posiero inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Ipse ergo Dauid uocat eū Dñm, & unde filius eius est? Et pleraq̄ turba audiebat illū libeter. Et dicebat illis in doctrina sua, Cauete a scribis, qui amant insulatū obambulare, & amant salutationes in foris, primasq̄ sellas in cōgregationibus, & primos accubitus in cenis, qui deuorant domos uiduarū, & sub prætextu lōgas faciūt preces: isti accipient grauiorē damnationē. Quia Christus ad passionē accessurus erat, corrigit prius opinionē scribarū erroneā, qui suspicabantur Christū esse filium Dauid, sed non Dominū. Demonstrat igitur se Deum ex ipsis Dauid uerbis: & nō simpliciter, sed deterret, eo q̄ dicit, Do nec posiero inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Nam ipsi omnino erāt inimici eius, quos posuit Deus pater scabellū pedum Christi. Vide autē & quomodo interroget. nō enim dixit, Quid uobis uidetur de me, sed, de Christo: Et ita non perstringit eos. Et neq̄ potestis mihi dicere quōd absq̄ spiritu hoc dixerit, sed spiritus sancti afflatus dixit Dominū, hoc est, motus gratia spiritus. Quomodo ergo Christus, filius est Dauid, an nō Dominus eius, & Deus? Turba igitur audiebat eum libenter. Et dicebat tibi, Cauete a scribis, qui splendiores ferunt stolas, & propter illas præferri uolunt, salutationesq̄ & celebritates fori probant, & gloriæ omnibus modis studēt: qui & domus uiduarum comedunt. Clām enim accedunt ad mulieres præsidio destitutas, quasi illarum futuri tutores & patroni & prætextu longæ orationis, & pietatis colore & simulatione decipiunt simpliciores, deuorantes domos diuitū. Illi igitur grauiorem accipient damnationem, quā alij Iudæi peccantes. Potentes enim potentius punientur. Interim & Apostolos docet ne iuxta scribarum morem uiuant, sed se imitentur. Doctores enim illos ordinans uerisimile est ut uitæ suæ fecerit imitatores.

Et cū sederet Iesus ex aduerso gazophylaci, spectabat quomodo turba mitteret aë in gazophylaciū, & multi diuites mittebāt multa: & uenit quædam uidua pauper, misitq̄ minuta duo, quod est quadrans. Vocatisq̄ ad se discipulis suis, dicit illis: Amen dico uobis, q̄ uidua hæc pauper plus misit, q̄ omnes q̄ miserūt in gazophylaciū. Nam omnes ex eo quod ipsis supererat, miserūt: at hæc ē penuria sua omnia quęcūq̄ habebat misit, totā substantiā suam. Mirabilis quædā cōsuetudo apud Iudæos erat. Qui enim poterant & uolebant, mittebant in thesaurū templi, qui uocabatur gazophylacium, e quo sacerdotes & pauperes & uiduæ alebātur. Quūq̄ id multi facerēt, & uidua accessit, suam uoluntatē declarans opibus abundantiorē. Gloria tibi Christe, qui & parua gratiora sepe habes q̄ magna. Quæso ut etiā mea anima uidua talis sit, quę abijciat sathanam, cui ut uiro adhaerit, & mittat in thesaurū sacrū duo minuta, carnē & mentē, ipsa immi-

A Imminuat, continentia quidem carnē, humilitate uerō animā, ut & ego audiam q̄ totā tam meā uitam cōsecrarim Deo, nō relicta ulla cogitatione uel affectione huic mūdo.

CAPVT XIII.

E T cū exiret de templo, dicit illi quidam ediscipulis illius, Præceptor, uide quales lapides, & quales substructiones. Et Iesus respondens ait illi, Vides has magnas substructiones? Non relinquetur lapis super lapidem, qui nō diruatur. Et cū sederet in monte oliuarū ē regione templi interrogabāt illum secretō Petrus & Iacobus, & Ioannes & Andreas: Dic nobis, quādo hæc erūt? & quod signū est quando hæc omnia sint cōsummanda? Quoniam multa de desolatione Hierusalem dicebat Iesus, q̄ relinquere retur domus illorū deserta, discipuli eius admirantes q̄ tantæ magnitudinis, tanq̄ pulchra ædificia abolenda essent, ostendunt illi decorē templi. At ille nihilominus prædicit perdenda, & in tantū, ut neq̄ lapis super lapidē maneat. Et dicūt quidam multas ueteris ciuitatis Hierusalem reliquias superstitas, & ita Christū mendacē ostendere tentant, sed hoc neutiq̄ uerum est. Nam etiā si reliquias quædā relictae essent (quod uerum non est) nō tamen relinquuntur usq̄ ad cōsummationē seculi. Quin historiæ habēt q̄ Aelius Hadrianus templū & ciuitatem a fundamentis effoderit, & ita in illo impletū est q̄ non sit relicta lapis super lapidem. Porro sedente illo in monte oliuarum, accesserunt ad eum interrogantes: Quando hæc erunt? hoc est, quando cōsummabitur Hierusalem? At ipse antequam responderet eis de his de quibus interrogabant: nūm̄ cogitationem illorum, ut ne errent. Quia incipientibus illis fieri in Iudæa surrexerunt quidam qui se dicebant magistros, dicit Dominus, Videte ne decipiāmini. At Iesus respondens illis coepit dicere, Videte ne quis uos fallat: multi enim ueniunt in nomine meo dicētes, Ego sum Christus, multosq̄ decipient. Cū autē audieritis bella, & rumores bellorū, ne turbemini. oportet enim fieri, at nondū finis. Insurret enim gens aduersus gentē, & regnū aduersus regnū. Et erunt terræ motus in singulis locis, & erunt fames ac turbationes. In ita dolorū hæc. sed caute uos uobis. Tradent enim

uos in concilia, & in synagogis apud eundem, & sub principibus ac regibus + ducemini propter me, in testimoniū illis. Et apud omnes gentes oportet prius prædicari Euangelium. Multi ueniēt, qualis erat Iudas, qualis Theudas, qui dicebāt se a Deo missos esse. Bella autē futura dicit, quæ & Iosephus narrat ante captiuitatē facta. Nam insurgēbat quidem gens, & nō reddebat tributa. Romani autē irati eos infestauerunt, & cōtinuis indijs ac cladibus affecerunt, sed nondum finis Hierusalem. Romani enim misericordes erant. Nō solum autem bella erant, sed etiā aliæ clades a Deo immissæ, ut fames, & terremotus: ostendente eis Deo manifestē q̄ ipse illos impugnet. Omnia enim hæc principia parturitionum, hoc est malorum quæ ipsis euentura sunt. Cauete autem uos uobis. tradent enim uos in concilia. Tempestiue interserit narrationem illam, Tradēt uos in concilia, ut ex cōmunibus habeant consolationem quandam in proprijs calamitatibus. Sed & dicendo, Propter me ducemini ad duces & reges, consolationem eis non mediocrē attulit, q̄ pro ipso passuri essent. In testimoniū uerō illis, hoc est, ut inexcubiles illi sint, & ob hoc condemnati, q̄ etiā torquentes uos, ueritatem uincere non potuerunt. Deinde ne putes q̄ pericula & afflictiones prædicationem prohibeant, inquit, Et in omnes gentes oportet prædicari Euangelium, & tunc capietur Hierusalem. Nam q̄ ante captiuitatem prædicatum sit Euangelium, audi Paulum, In omnem terrā exiuit ionus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. quod etiam in maiorem condemnationem Iudææ factum est, q̄ ante captiuitatem ubiq̄ Euangelium prædicatum est. Nam cum uiderēt tam breui tempore in totum orbem prædicationem transire, etiam ipsi agnoscere debuissent Christi uirtutem, pœnitentiā agere, & liberari a calamitatibus: sed non intellexerunt, & idcirco maius illorum iudicium.

Cum autem duxerint uos tradentes, ne præcogitetis quid dicuri sitis, neq̄ meditemini, sed quicquid datum fuerit uobis in illa hora, hoc loquāmini. Non enim estis uos qui loquimini, sed spiritus sanctus. Traditurus est autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgēt filij aduersus parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum. Sed qui perseuerauerit usq̄ in finē, hic saluus erit. Anteq̄ bellum perfectū excitatū esset, quid nō patiebantur Apostoli ab illis dum protraherentur ad tribunalia, ducebantur ad reges, Herodē, & Agrippā, & Neronē?

Matth. 24. Luc. 21.

Matth. 23.

Aelius Hadrianus cōsummabitur uita Hierosolymorum funditus suffodit.

* Rom. cōdex habet scribē ad de id est, sistēmini uel stabitis.

Ad Ro. 10. Iosephus.

Act. 11. 25. 16. 26.

m Ne igit

Luc. 12. Ne igitur antea solliciti sitis (inquit) quid loquamini, sed in ipsa hora dabit vobis spiritus sanctus que loquamini. Prædicit autem eis, quod omnium est gravissimum: nempe a maximè familiaribus impugnandos. Et dicit hoc, ut quibus prius audierint, præparent, & periculum facilius ferant: deinde consolatio sequitur, quod propter me odio eritis habiti. Quod enim propter ipsum fuerit odio habiti, satis erat ad omnes calamitates leniendas. Quia & qui salvandi erant perseveraturi usque in finem, etiam ipsum maximam afferebat consolationem.

Dan. 9. Porro cum videritis abominationem desolationis de qua dictum est à Daniele propheta, stantem ubi non oportet, qui legerit intelligat. Tunc qui fuerint in Iudæa, fugiant ad montes: qui vero fuerit in templo, ne descendat in domum, nec ingrediat ut quicquam tollat de domo sua: & qui fuerit in agro, ne revertatur ad ea que reliquit à tergo, ad tollendum pallium suum. Væ autem prægnantibus, & lactantibus in diebus illis. Abominatio desolationis, statua est eius qui civitatem destruxit. Abominatio enim omne idolum dicitur: desolationis vero quod capta & desolata Hierusalem, illam statuerunt intra adytum templi. Pilatus quoque Cæsaris imagine noctu in templum illata, magni tumultus author fuit plebi, tunc enim coepit & bellum, & desolatio Hierusalem. Igitur tunc hi qui in Iudæa fuerint, fugiant in montes. Bene autem dixit, hi qui in Iudæa. nam Apostoli non fuerunt in Iudæa: sed, ut diximus, antequam bellum exortum est, in persecutione exacti sunt à Hierusalem, immo ipsi exierunt, diuino afflati spiritu. Qui igitur inveni fuerint in Iudæa, fugiant: Et is qui supra templum, nullius rei gratia que in domo, revertatur. Expedit enim ut quis vel nudo corpore saluus fiat. Insuper væ & prægnantibus, & lactantibus væ. Quare? quia non possunt fugere mulieres quibus sunt pueri, affectione erga illos detentæ. Prægnantes quoque propter uteri sarcinam neque ipsæ facillè fugam inveniunt. Existimo autem quod & pueros hoc loco significet uorandos. Fame enim obsessi nec pueris pepercerunt.

Orate autem ne fuga uestra fiat hyeme. Erunt enim dies illi talis afflictio, qualis non fuit ab initio rerum conditarum quas condidit Deus. usque ad hoc tempus, nec futura est. Et nisi Dominus abbreviasset dies illos, haudquam salua fuisset uniuersa caro. Sed propter electos quos elegit, abbreviavit dies. Si hyeme fuga fieret, temporis iniuria impedimenta habituri essent fugere uolentes, & omnino afflictio futura est earum que fuerunt uel erunt unquam gravissima. & nisi abbreviasset Deus, hoc est, citius Romanorum bellum dissoluisset, non fuisset salua uniuersa caro, hoc est, Iudæus non fuisset relictus. Sed propter electos, hoc est eos qui ex Iudæis crediderunt, uel postea credituri sunt, bellum citius direptum est. Deus enim quia præcognouit ex Hebræis multos post captiuitatem credituros, non permisit totum genus aboleri. Possunt autem hæc moralè sensu sic exponi. Abominatio desolationis, est omnis diabolica cogitatio, que stat in loco sancto, hoc est nostra mente. Tunc igitur qui est in Iudæa, fugiat in montana, hoc est, qui confessus fuerit, currat ad uirtutum montes. Iudæa enim confessio dicitur. Et qui in summo stat, non descendat. Quando enim affectio quedam in mente nostra reperitur, oportet per confessionem ad summa recurrere, & à summitate uirtutis non descendere. Et qui operatur quod bonum, non revertatur ut tollat ueterem consuetudinem, que est uestis quam exuit. Væ autem fugienti in hyeme, Oportet enim nos fugere à peccato cum alacritate, & non frigide & segniter. Hoc enim per fugam in hyeme insinuatur.

Tunc si quis uobis dixerit, ecce hic Christus, ecce illic: ne credatis. Exorientur pseudochristi & pseudoprophetae, & edent signa ac prodigia ad decipiendum, si fieri possit, etiam electos: uos autem caute, ecce prædixi uobis omnia. Cæterum in illis diebus post afflictionem illam sol obtenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stelle cœli decidant, & uirtutes que in cœlis sunt, concutientur: & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum potestate multa & gloria. Quia impleuit que ad Hierusalem attinent, incipit igitur nunc de aduentu Antichristi dicere. Quod autem dicit: Tunc, ne intelligas quod quando fient ea que supra dicta sunt de Hierusalem, si quis uobis dixerit, Ecce hic Christus, ne credatis: sed scito quod scripturæ proprietates hæc est, sicut etiam Matthæus post genealogiam Christi dicit, In diebus illis aduenit Ioannes. Quibus diebus? Non mox sequentibus post Christi natiuitatem: Non, sed indefinitè. Sic igitur & hoc loco dicit tunc: non quando Hierusalem desolata fuit, sed per tempus aduentus Antichristi, ne seducamini. Multi enim prætexent nomen Christi, ita ut &

Quado coepit bellum & desolatio Hierosolymorum.

Sensus moralis.

† conscientiam

Iob. 2. Esai. 13.

† & gloria multa.

Scripturæ proprietates.

Matth. 3.

A ut & electos seducere queant. At post aduentum Antichristi omnis creatura immutabitur, quando stellæ obtenebrabuntur propter immensam lucem Christi. Commouebuntur autem & angelicæ uirtutes, hoc est obstupescunt, uidentes tantam rerum mutationem fieri, & conuersos suos iudicari. Et tunc uidebunt Dominum ut filium hominis hoc est in corpore. Nam quod spectatur, necesse corpus est, Quæuis autem in corpore ut homo ueniet, aderit tamen cum potestate & gloria magna.

Et tunc mittet angelos suos, & aggregabit electos suos à quatuor uentis, à summo terræ usque ad summum cœli. A sic uero discite similitudinem: cum ramus eius tener fuerit, produxeritque folia, scitis quod prope sit æstas, sic & uos cum uideritis hæc fieri, scito te quod prope sit in foribus. Amen dico uobis, quod non præteribit generatio hæc donec omnia hæc facta fuerint. Cœlum & terra transibunt, sed uerba mea non præteribunt. Vides quod & filius angelos mittit, sicut & pater. Vbi igitur sunt qui dicunt, Non est æqualis Deo & patri: Venient igitur angeli ut congregent electos, qui tanquam in nubibus rapti, occurrant Domino. A siculnea autem discite quod dico, Quemadmodum enim folia sicu habente, statim æstas adest: sic & post afflictionem Antichristi statim absque ullo mediatore aderit Christi aduentus, que reuera iustis æstas quæ dicitur ab hyeme, peccatoribus autem hyems ab æstate. Amen dico uobis, quod generatio hæc, hoc est Christianorum, non transibit donec hæc omnia, de Hierusalem & antichristi aduentu, fiant. Non enim generatio dicitur Apostolorum, quia plerique non usque ad consummationem Hierusalem uixerunt, quomodo ergo ad consummationem mundi pertinere dicerentur? Generationem itaque Christianorum dicit, ita consolans Apostolos, ne suspicentur quod cum tanta mala fiant, forte deficiat fides. Quasi diceret, Confidite, & bono animo estote: non præteribit generatio fidelium, neque deficiet. Prius enim transibunt immobilia hæc elementa, cœlum & terram dico, quam mei sermões in uolo intercidant, Omnia quecumque dixi, perficientur.

Cæterum de die illo ac tempore nemo nouit, ne angeli quidem qui in cœlo sunt, nec ipse filius, sed solus pater. Cauete, uigilate & orate: nescitis enim quando tempus sit: sicut homo qui peregre ait relicta domo sua, deditque seruis suis substantiam suam, ac suum cuique opus, & ianitori mandauit ut uigilaret. Uigilate igitur: nescitis enim quando dominus domus uenturus sit, sero an medio noctis, an in gallicinio, an diluculo: ne si uenerit repente, offendat uos dormientes. Cæterum que dico uobis, omnibus dico, uigilate. Volens Dominus discipulos à diei & horæ illius interrogatione cohibere, dicit quod neque angeli neque filius sciant. Si enim dixisset, scio quidem, sed nolo uobis reuelare, mœrore illos affecisset: nunc autem prudenter rem agit, & eos omnino prohibet ne discere affectent ac molesti sint, dicens, Neque angeli sciunt, neque ego. Ab exemplo autem intelligas quod dicitur. Sæpe pueruli uident patres suos tenere quiddam in manibus, & hoc petunt, patribusque dare nolentibus, plorant quod non accipiunt: denique patres occultant illud quod tenent, & ostendentes manus uacuas pueris, fletum illorum listunt. Sic & Dominus quasi pueros apostolos alloquens, occultauit diem. Nam si dixisset, scio, non dico autem, indoluissent quod ab illo non discerent. Quod autem Dominus sciuerit & diem & horam, manifestum, quia seculi conditor est. Et quo pacto quod fecit nesciret? Verum uti liter abscondit Deus consummationem uite, siue omnium in comuni, siue uniuscuiusque in singulari, ut dum incertus est finis, semper solliciti simus ac anxii, expectantes illum, & timentes ne impræparatis superueniat. Consideremus autem uerba. Tardè quidem tunc adest finis, quando quis in bona senecta moritur. Media autem nocte, cum mediam ætatem peregerit. In gallicinio autem, quando in nobis ratio completa fuerit. Gallus enim ratio est, que nos à somno excitat, & stuporem repellit. Cum igitur puer incipit iuxta rationem uiuere & sapere, tunc gallus ei canit. Ante gallicinium autem omnino puerilis ætas est. Omnes igitur finem in memoria habere oportet: etiam si quis puer sit, prouidendum ne forte non baptizatus moriatur. Omnibus autem hæc præcipit Dominus, & his qui in mundo uiuunt, & his qui secesserunt. Debemus igitur uigilare & orare. Vtraque hæc necessaria sunt. Multi enim uigilant, sed noctem male absumunt. Vide autem quomodo non dixerit, Nescio enim quando tempus est, sed, nescitis. Occultauit enim nostram obutilitatem. Nam si nunc, cum est finis mundi incertus, mutuis odijs insanimus, quid non faceremus scientes finem? In extremam sanè malitiam insumemus

Contra dicentes Christum non esse æqualem Deo & patri. Secundus Christi aduentus quoad assuetudinem.

Exemplum occultationis diei secundi aduentus.

meretrix tempus quod uitæ finem præcederet, deinde ultimo die summa cum iactura poenitentiam ageremus.

C A P V T X I I I I.

Matth. 22. Luc. 22. Ioan. 11.

Erat autem pascha, & azymorum dies futuri post biduum. Et quærebant summi sacerdotes ac scribæ quomodo eum per dolum comprehensum occiderent. Dicebant autem, Non in die festo, ne tumultus fiat populi. Et cum esset Bethania in domo Simonis leprosi, accumbente eo uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi piscicæ preciosæ; & cõminuto alabastro effudit illi in caput. erant autem quidam qui indignarentur apud se, ac dicerēt, Ad quid perditio hæc unguenti; nam poterat hoc uendi pluris quam trecentis denarijs, ac dari pauperibus. Et infremuerūt aduersus illum. ¶

Cur quartis nos ferijs ie iunamus. Christus pascha uerit.

Feria quarta concilium conuenit, & propterea ieiunamus etiam nos quartis ferijs. Illi quidem cõsultabant solennitatis tẽpus prætermittere, at non permissum est eis, sed ipse sibi ipsi tempus passionis statuens, in pascha crucifigi uoluit, ipse enim erat pascha uerum, unde uirtutem eius admirari licet. Nam cum illi uellent ipsum comprehendere, non potuerunt: quando autem illi noluerunt propter festum diem, tunc uoluntarius ipse seipsum tradidit. At cum ipse esset in Bethania in domo Simonis leprosi, uenit mulier. Et quatuor mentionem faciunt unguenti: & uidetur quibusdam una esse: nõ aut ita est, sed duæ sunt. Vna quidem quæ apud Ioannem, quæ & Lazari soror est. Altera quæ à reliquis tribus memoratur. Veruntamen attende & inuenies quòd tres sint. Apud Ioannẽ quidem una, apud Lucam alia, & apud duos illos adhuc una alia. Nam illa quæ apud Lucam, meretrix erat, & in medio prædicationis Christi ad Christum uenit; quæ apud Matthæum, tempore passionis, & non dicitur meretrix. Probat autem Christus eius uoluntatem, quòd tanta expenderit in nardum. De nardo piscica scias quòd est species quædam nardi quæ piscica dicatur, uel quòd syncera sit, & non adulterata, uel cum fide confecta. Erant autem quidam ægreferentes. Ioannes autem dicit Iudam ægrè uulisse. Verisimile igitur & alios quidem Apostolos mulierẽ oburgasse, utpote qui audierant Christum semper multa de eleemosyna docerẽ. Iudas sanè non eodem scopo aduersus mulierẽ indignabatur, sed propter auaritiã, & turpe lucrũ suum. Propterea & Ioannes ipsius duntaxat meminit, tanq̃ dolosa mordacitate mulierẽ reprehenderit. Et infremuerūt in eam, hoc est indignabant, cõuiciabantur, perstringebat eam. ¶

Ioan. 12. De tribus Magdalenis. Luc. 7.

At Iesus dixit, Sinite illã, cur illi molesti estis? Bonũ opus operata est erga me. Sæper enim pauperes habetis uobiscũ, & quando cũq̃ uolueritis potestis illis benefacere: me uerò nõ semper habetis. Quod potuit hæc, fecit; præuenit ut ungeret corpus meum ad sepulturã. Amen dico uobis, ubicunq̃ prædicatũ fuerit Euangelium hoc in totum mundum, etiã hoc quod fecit hæc, dicetur in memoriã istius. ¶ Reprehendit Dominus discipulos, quõd in tempestiue mulieris alacritati obliuiscunt. Cur enim (inquit) illi negociũ faciatis, & estis molesti? Num quia donum attulit, auersamini eam cũ ignominia? Interim autem perstringit & proditorẽ dicendo, In sepulturã meam hoc fecit, & planè conscientia expertem arguit, quasi ita diceret ei, Tu quidem in mortem me tradidisti, & nõ reprehendis te ipsum: ista autem in sepulturam meam unguentum afferens, tanq̃ à Deo mota, digna ne est quæ à te reprehendatur? Prophetã autem agit hoc loco Dominus, duocũq̃ prædicat, & quæ Euangelium prædicandum sit in toto mundo, & quòd opus mulieris simul prædicandũ. Confundantur hoc loco qui pauperes Christo præferunt. Audiui enim ego aurifabros dicentes, quòd si ego dissectum sacrum uas dem pauperibus, & ego uiuam, nec condemner. Audiant igitur quomodo Christus præferat sui curam pauperibus. Christi autem corpus propriè est, quod in disco aureo, & sanguis qui in poculo. Qui igitur abstulerit discum preciosum, & cogit ut corpus Christi in uiliori ponatur, prætexens scilicet pauperes, sciat cuius partis sit.

Matth. 26. Nardus piscica quid.

Christus propheta. Christi cura præferenda curæ pauperũ. Corpus Christi uere est in altari.

vnus è duodecim, non temerè additum.

Et Iudas Iscariotes vnus è duodecim abiit ad summos sacerdotes, ut traderet eum illis. Quo audito illi gauisi sunt, & polliciti sunt se ei daturus pecuniã. Et quærebat quomodo opportunè illum traderet. ¶ Cum mulier suam liberalitatem declararet, insaniebat discipulus vnus è duodecim. Non enim temerè additum est, vnus è duodecim, sed ut ostenderetur quõd vnus è duodecim electioribus esset. Quid autem est hoc quod ait, ut traderet illum? hoc est, significaret illis quãdo solus esset. timebant enim eum inuadere cũ doceret, propter turbam. Ipse itaq̃ pollicebatur illis se dicturũ quando ille solus esset.

Ac pri-

A Ac primo die azymorũ, cum pascha immolarent, dicunt illi discipuli sui, Vbi uis ut abeamus & paremus ut edas pascha? Et emittit duos è discipulis suis, & dicit illis, Ite in ciuitatẽ & occurret uobis homo hydria aquæ baiulans, sequimini illum, & quocunq̃ ingressus fuerit, dicite patrifamiliã, Magister dicit, Vbi est diuersoriũ ubi pascha cum discipulis meis edam? Et ille uobis ostendet triclinium magnum stratum, paratum: illic parate nobis. ¶ Primũ diem azymorum, diem quintũ dicit qui erat ante azyma. Azyma enim & in fermentata die pasceues comedebant. Accedunt itaq̃ discipuli, & interrogant ubi comedant pascha. Ex hoc autem manifestũ est Christum non habuisse proprium diuersoriũ, & nec discipulos habuisse domum propriam. Nam si habuissent, illic eum suscepissent. Mittit autem duos è discipulis suis, Petrum & Ioannem, sicut & Lucas inquit, ad hominẽ ignotum: ostendens illis quòd posset non pati. Qui enim mentem hominis ignoti conciliare sibi poterat ut se exciperet, quid non fecisset in alijs? Præerea dat illis signum quomodo inueniant domum: nempe ut sequantur hominẽ figulinum uas aquæ gestantem. Hæc etiam sublimius intelligi possunt. Hydriam baiulat baptizatus. uadit autem in domum, quæ rationali suo ordine digna est. Qui enim habet baptismã, ad requiem uadit, iuxta rationem uiuens, & uiuit in ordine quasi in domo quadam, Paterfamiliã mens est, qui ostendit magnum triclinium, sublimẽ scilicet sensus. Verũ tricliniũ hoc stratum est, hoc est, tamen si sublime sit, nihil tamen habet uel asperum, uel superbum: sed stratum est, & humilitate complanatum. Illic ergo, in tali inquam mente, præparetur pascha Christo à duobus discipulis, Petro & Ioanne, practica dico & contemplatiua. Petrus enim propter feruorẽ practicus, Ioannes uerò ut theologus, contemplatiuus.

Et exierunt discipuli eius, & uenerunt in ciuitatem, & repperunt quemadmodum dixerat illis: paraueruntq̃ pascha. Et cum uespera iam esset, uenit cum duodecim. Et cum accumbentẽ, ederentq̃, dixit Iesus, Amen dico uobis, vnus ex uobis proditorus est me, qui edit mecum. At illi cœperunt esse moesti, ac dicere illi singillatim: Num ego? Et alius, num ego? Ille uerò respondens dixit illis, Vnus è duodecim, qui intingit mecum manum in carinũ. Filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo: sed uæ homini illi per quẽ filius proditor. bonum erat illi si natus non fuisset homo ille. ¶ Quomodo accumbebant, cum lex præciperet àstantibus comedendum pascha: Verisimile igitur primũ perfecta ea quæ sunt legis, deinde recubuisse proprium pascha traditurum. Cœperunt autem discipuli tristes fieri propter sermonem Domini quem dixerat, quòd vnus ex eis se traditurus esset. Quamuis autem nihil sibi conscj essent, attamen anxij erant, credentes magis ei qui corda cognoscit, quam sibi ipsis. Obserua autem & uerebum, uadit. Mors Christi quasi peregrinatio quædam fuit, non mors. Quod autem dicitur, bonum esset homini illi si natus nunquã fuisset, dictum est propter poenam qua cruciandus erat Iudas. Melius enim est omnino non nasci, quã ad talem poenam nasci. Igitur quantum ad finem attinet, melius uidetur omnino si nõ fuisset Iudas, Deus quidem illum fecerat, & ad bona opera: at quia ipse in talem incidit malitiã, ut appareret, melius erat si nunquam fuisset genitus.

Et edentibus illis, sumpto Iesus pane, cum gratias egisset, fregit & dedit illis: ac dixit, Sumite, comedite, hoc est enim corpus meum. & accepto poculo, cum benedixisset, dedit illis. Et biberunt ex ea omnes, & dixit illis, Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effunditur. Amen dico uobis, posthac nõ hibam de fructu uitis usq̃ ad diem illum cum illud bibero nouum in regno Dei. ¶ Quidam dicunt Iudam non fuisse participem sacramentorum, sed egressum esse priusquam Dominus sacramenta traderet. Alij autem dicunt quòd etiam ingrato illi sacrosancta dederit. Cum benedixisset, hoc est, gratias egisset, fregit panẽ: id quod etiã nos facimus, preces adiungendo. Hoc est corpus meum, hoc in quã quod sumitis. Non enim figura & exemplar quoddam Domini corporis panis est, sed in tẽ illum conuertitur corpus Christi, Dominus enim dicit: Panis quẽ ego dabo, caro mea est. non dixit, figura est carnis meæ, sed, caro mea est. Et iterum, Nisi ederitis carnem filij hominis. Et quomodo, inquis, caro non uidetur? O homo, propter nostram infirmitatem istud fit. Quia enim panis quidem & uinum ex his sunt quibus affueuimus, ea nõ abhorremus: sanguinem uerò propositũ & carnẽ uidentes, non ferremus, sed abhorreremus: idcirco misericors Deus nostrã in-

Nec Christi sum, neque discipulos proprios adeo habuisti.

Mors Christi quasi peregrinatio.

illud ipsum Panis non figura est corporis, sed conuertitur in corpus Christi.

m 3 firmi-

Exod. 24. firmitati cōdescendens, speciem quidem panis & uini seruat, in uirtutem autem carnis & sanguinis trāselementat. Sanguinē uerò noui Testamenti dixit, opponendo ueteri. Habebat enim & uetus Testamentū sanguinē quo aspergebantur & populus, & liber legis. Non autē bibam ex hoc uino, dicit, usq; ad resurrectionē. Regnū enim resurrectionē uocat, tanq; rex qui aduersus mortē certarit, & regnat. Sanē post resurrectionem bibit & comedit cū discipulis, probans q; ille ipse esset qui passus fuerat. Nouū autem illud bibit, hoc est nouo quodam modo & insolito, non enim ultra corpus habebat passibile, quod cibo indigeret, sed immortale & incorruptibile. Intelligit autē etiam sic. Vitis Dominus ipse est, fructus autē uitis mysteria sunt & abscondita scientia, quam ipse profert, docens hominē scientiam. In regno itaq; Dei, hoc est, in octauo seculo, bibet cum discipulis suis, mysteria & sapientiam nouā quandam docens nos, & reuelans quæ nunc abscondita sunt.

Zach. 13. Et cum hymnum dixissent, exierunt in montem oliuarū : & dicit illis Iesus, Omnes offendiculum patiēmini per me in hac nocte : quia scriptum est, Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Sed posteaquā surrexero, præcedam uos in Galilæam. Petrus autem dixit illi, Etiam si omnes offendiculum passi fuerint, at ego non. Et dicit illi Iesus, Amen dico tibi quod tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus cecinerit, ter abnegabis me. At ille uehementius dicebat, Immo si me oportuerit commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebāt. Gratias egerunt. Et antequam & postquam bibissent, gratias egerunt: ut & nos discamus quod oporteat gratias agere Christo, & ipsum laudare & ante cibum, & post cibum. Præterea etiam hoc indicat quod grata sit ei mors pro nobis, quoniam etiam exiens ut traderetur, laudat Dominū. Omnino autem & nos docet, si quando in aduersa pro multorū salute inciderimus, ne tristes simus, sed & gratias agamus Deo, qui nostram afflictationem in multorū salutem operatur. Egređitur uerò in montem oliuarū, ut solitariū adorirentur, & detinerent, ne tantum tumultum faciant. Nam si in ciuitate ipsum inualissent, fortassis suborta fuisset turba, & inimici occasione quapiam, quæ iusta uideri potuisset, apprehensa, uisi fuissent ipsum iuste ut seditiosum interficere. Prædicat autem illis quod & offendiculum passuri essent. Postea ne uideantur hæc in manifestam omnium accusationem, adducit etiam testimonium ex propheta Zacharia quod dispergendi essent. Deniq; & consolationem illis affert dicens, Præcedam uos in Galilæam, hoc est, prauentiam.

Abnegatio Petri quomodo se habeat.

Cadere permisit Dominus Petrum & ceteros, ut humana natura imbecillitatem suam prodatur. Idigressus, in Romano coelice non habetur.

At Petrus oblitit: ideo & audit quod antequam gallus bis canat, ter me abnegabis. Hoc autem in hunc modum se habet. Negauerat semel Petrus, deinde gallus cantauit: & cum alias duas abnegationes fecisset, & tunc quoque cantauit gallus. Et hoc est quod hoc loco dicit, Priusquam gallus bis canat, ter me abnegabis. Similiter autem & omnes frigidam alacritatem ostendentes, & ipsam ueritatem mendacem facientes, pollicentur: ideo Dominus permittit ut humana natura suam prodatur imbecillitatem. Omnino enim potuisset illos Dominus seruare, & Petrū maxime: sed permittit, ut ne in nobis ipsi consideremus. Ceterum, Percutiam pastorem, uox est patris. Quandoquidem percuti permisit, percussisse ipse dicitur eum qui ipsius permisu percussus est, Oues autem apostolos ut innocentes nominat.

Et ueniunt in locum cuius nomē Gethsemani, & dicit discipulis suis, Sedete hic, donec digressus orauero. Et assumit Petrū & Iacobum & Ioannem secū: coepitq; expauescere & angui. Et dicit illis, Dolore afficitur anima mea usq; ad mortem. Manete hic, & uigilate. Et progressus paulum, prostratus est in terrā, & orauit ut si possibile esset, transiret a se hora. Et dicebat, Abba pater omnia possibilia sunt tibi: aufer poculum a me hoc: ueruntamen nō quid ego uelim, sed quid tu. Et uenit & offendit eos dormientes: dicitq; Petro, Simon, dormis: non potuisti unam horam uigilare? Vigilate & orate ne ueniat in tentationē. Spiritus quidem promptus, at caro infirma. Et rursum digressus orabat, & eundem dixit sermonem. Et reuersus offendit illos rursum dormientes, erant enim oculi eorum grauati, neq; sciebant quid illi responderent. Et uenit tertio, dicitq; illis, Dormite posthac, & requiescite, sufficit. Venit hora, ecce traditur filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce qui prodit me, appropinquat. Scorsum semper orare consueuit, dans etiam nobis figuram, ut quietem in precibus inquiramus. Assumit autem solum tres illos qui suæ in Tabor gloriæ spectatores fuerant.

Math. 7.

A rant, ut illi ipsi qui gloriosa uiderant, uideat & tristitia: discantq; q; & ipse uere homo sit, & mereat & angatur sicut nos. Nam & qui totū hominē cum naturalibus conditio nibus suscepit, omnino & tristitiam & angorē naturalem habuit. Omnes autem natura insuauiter erga mortem affecti sumus. Cæterum dicendo, Transseat calix, monstrauit humanitatem. Dicendo autem, Non quod ego uolo, sed quod tu, docet nos ut inuadentem ac urgentē naturā contemnamus, qd Deo gratum est petentes. Postq; autē post preces uenit, inuenit tres dormientes, & increpauit Petrum solū, quasi talia ad ipsum dicens, Tu ne ille es, qui pollicitus es te mihi commoriturū? Vnā horā nō potuisti uigilare, quomodo mortē contemnes? Sed uigilate & orate, ut ne ueniat in tentationem abnegandī me. Spiritus quidem promptus est, ut me non abneget, & propterea etiam uos pollicemini mihi hoc: sed caro infirma est, & ita si nō per orationem uirtutē dederit Deus carni, periclitabimini. Et iterū cum abiuisset, orauit eundem sermonem, ut etiam secundo orando credere faciat eos q; sit uerē & substantialiter homo, & ut doceat etiam nos sæpe orare, & nō statim ut semel petiuerimus, cessare. Et cum inuenisset eos iterum dormientes, nō ualde increpauit eos, erant enim grauati somno, unde disce humanam leuitatem & infirmitatē, quandoquidem qui neq; somno possumus obistere, promittimus sæpe quæ nobis impossibilia sunt. Igit nunc tertio precat, propter illas ipsas causas quas supra diximus. Et uenit iterū, ac dicit illis, non iam perstringens durius quantum meriti essent, quia post increpationē non erant facti meliores, sed somno indulsuerant. Et quid dicit: Dormite nunc, & requiescite. Per ironiā hæc illis loquit. quia sciebat uenire proditorē, dicit ad illos, Nunc tempus est dormiendi, dormite nunc, ecce inimicus uenit. Hoc autē dixit irrides eorū somnolentiā. Et quod per ironiā dixerit, audi quoniam mox subdat, Surgite eamus: non ut fugiant hoc dicens, sed magis ut obuiam eant inimicis. Quidam autem hoc quod dicit, Tristis est anima mea usq; ad mortem, sic intellegunt: Tristis sum, non quia moriturus, sed quia Israelitæ domestici mei me crucifixuri sunt, & propterea regno Dei eiciantur.

B Et continuo adhuc eo loquente accedit Iudas, qui erat unus de duodecim, & cum illo turba multa cū gladijs & fustibus a summis sacerdotibus & scribis & senioribus. Dederat autē is qui probebat eum, cōmune signū illis, dicens, Quemcunq; osculatus fuero, is est, comprehendite eum, & abducite cautē. Et cum uenisset, protinus accedit ad illū, dicitq; ei, Rabbi, rabbi: ac deosculatus est eum. Illi uerò iniecerūt in illū manus suas, & cōprehenderūt eum. Vnus autē quispiā astantiū educto gladio percussit seruum summi sacerdotis, & amputauit auriculam eius. Et respondens Iesus dixit illis, Tanquā ad latronem existis cū gladijs & fustibus ad comprehendendū me: quotidie erā uobiscū in templo docens, & non comprehendistis me: sed ista fiunt, ut impleantur scripturæ. Non frustra adiectū est, Vnus ex duodecim, sed in proditoris detestationē, q; cū ex primo ordine esset, ita cōtra magistrū insaniuerit. Vide autē stuporē illius, quomodo putari posse Dominū latere, q; pro amico habendus esset propter osculū, nam si amicus erat, quare cum inimicis ueniebat? Reuera malitia semper stulta est. Vnus autē quispiā astantiū, Petrus hic erat, obtinet autē nomē eius Marcus, ut ne uideatur laudare præceptorem suum Petrum maioris pro Christo zeli. Rectē autem auriculam serui summi sacerdotis amputauit. Innuit enim q; audire nolent & credere contemnentes scripturas, si enim aures habuissent quæ scripturas exaudirēt, nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent. Nō autem alium quam pontificis seruum percussit Petrus. Pontifices enim primi scripturas aspernabātur, facti inuidiæ & sui ipsorum amoris mancipia. Dixit item turbis, Tanq; ad latronem ad me exististis, quotidie docebam in templo. Hoc autem diuinitatem eius monstrabat. Quando enim in templo docebat, non potuerunt illum comprehendere, quamuis in illorum manibus esset, quia nondum tempus erat patiendi, quando autem uoluit, tunc seipsum obtulit, ut impleatur scripturæ prophetarum quod sicut ouis ad occisionem ductus sit, non contendens, neq; clamans, sed sua spon te sequens.

Et relicto illo omnes fugerūt. Et unusquispiā adolescentulus sequebatur illum circū amictus sindone super nudum, & comprehendunt illum adolescentuli. Ille uerò relicta sindone nudus effugit ab illis. Et abduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, & conueniunt cum illo omnes summi sacerdotes & seniores & scribæ. Et Petrus eminens

*ista uerba (sed ista fiunt,) addita sunt ut plenior sit sententia, quā in græcis non habentur. Petri notitiam Marcus tacuerit in amputatione auriculæ Malchi.

140 sequebatur illum intro usq; in atrium summi sacerdotis, & erat sedens una cum ministris, & calefiebat ad lumen. Fugerunt discipuli, neque enim mentiri poterat veritas ipsa, neq; propheta. Adolescentulus aut quispia sequebatur. Verisimile est q; hic adolescentulus erat quidam e domo in qua comederant pascha. Quidam aut dicitur illum fuisse Iacobum fratrem Domini, qui cognominabatur Iustus. Hic enim una ueste usus est per omnem uitam suam, qui & sedem Hierosolymitanam ab apostolis accepit post assumptionem Domini. Et hic igitur relicta sindone fugit. Nihil autem noui si fugientibus precipuis etiam hic reliquerit Dominum. Petrus uero sequutus est, ampliore erga Dominum declarans amorem. Quum autem lex precipere unum esse pontificem per totam uitam, multi tunc erant, ementes quotannis a Romanis principatus. Pontifices itaque dicit eos, qui tempus suum iam exegerant, & pontificatum deposuerant.

Pontifices uero & totum consilium querebant aduersus Iesum testimonium, ut morti traderent eum; nec inuentebant. Nam multi falsum testimonium dixerant aduersus illum, nec erant satis idonea testimonia. Et quidam assurgebant & falsum testimonium ferebant aduersus illum, dicentes, Nos audiimus eum dicentem, Ego destruam templum hoc, quod est manus factum: & tribus diebus aliud sine manibus factum extruam. Et ne sic quidem satis idoneum erat testimonium illorum. Et surgens summus sacerdos in medium, interrogabat Iesum dicens, Non respondes quicquam: quid isti aduersum te dicunt testimonia? At ille tacebat, neque quicquam respondebat. Iudicij forma seruauit illi, ipsi condemnatione digni, ut uideantur illi cum iudicio occidere. Quomodo enim iudicium iustum, cum tales adfuerint testes, nihil sanis, sed turbata & inaequalia dicentes omnia: Et ipsi quoque qui uisum sunt dicere quiddam, mendaciter dixerunt. Non dixit enim, Ego destruam templum hoc: sed, soluite: & non dixit, manufactum: sed simpliciter, templum. Pontifex autem surgit, & interrogat Iesum, uolens ipsum ad defensionem trahere, ut uel ex defensione & responso ipsum comprehenderet. At Iesus tacet, sciens illos non attenturos his quae ab ipso dicerentur, id quod & Lucas dicit: quia cum interrogaretur Dominus, dixit, Si dixerō uobis, non credetis: sin interrogauerō uos, non respondebitis.

Rursum summus sacerdos interrogauit ipsum, & dicit illi, Tu es ille Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit, Ego sum, & uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis, & uenientem in nubibus caeli. Summus autem sacerdos dilaceratis uestibus suis dixit, Quid preterea opus habemus tibi? Audistis blasphemiam. Quid uobis uideatur, illi uero omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et coeperunt quidam conspuere in eum, & obuelare faciem illius, & colaphis eum caedere, & dicere illi, Diuina. Ac ministri alapas illi impingebant. Rogat denuo pontifex, non ut discat & credat: sed ut captet contra eum occasionem. Adhuc autem ad istud, Tu es Christus: etiam hoc, filius Dei benedicti. Multi enim fuerunt Christi, reges inquam & pontifices, sed nullus horum fuit filius Dei, qui est semper benedicendus & laudandus. Iesus dixit, Ego sum. Sciebat enim quod non credituri essent, attamen respondit coactus, ut ne habeant postea quod dicant, Si manifeste ipsum audiuissemus hoc dixisse, credidissemus. & propterea condēnatio eorum maior fuit, quia & nunc cum audiuerunt, non crediderunt. Et uidebitis, inquit, me ut filium hominis sedentem ad dexteram uirtutis nempe patris. Virtutem enim, patrem hoc loco dicit. Non enim sine corpore ueniet, sed talis qui uideri possit & agnosci ab his qui eum crucifixerunt. Itaque pontifex morem Iudaeorum obseruat. Quando enim graue & atrox quippiam eueniebat eis, dilacerabant tunicas. Ita & hoc loco quasi blasphemasset Dominus, & malefactor magnus esset, discindit uestem pontifex. Recte quis hoc Davidis hic diceret, Discissi sunt, & non sunt compuncti. Verum signum hoc erat, tametsi illi non intelligerent, rumpendum & abolendum Iudaeorum sacerdotium. Itaque quando communi pontificum suffragio condemnatus est, tunc ministri obuelauerunt illum & ceciderunt, dixeruntque, Prophetiza, quis est qui te percussit? Quid igitur pati & nos debemus, ut reddamus par Domino? Horrore plena sunt haec.

Et cum esset Petrus in atrio inferius, uenit una ancillarum summi sacerdotis: quumque uidisset Petrum calefacientem se, intuita illum dicit, Et tu cum Iesu Nazareno fuisti? At ille negauit dicens, Non noui neque scio quid dicas. Et exiuit foras in uestibulum, & gallus cecinit. Et ancilla cum uidisset eum, rursus coepit dicere his qui astabant, Hic ex illis est. Ac ille rursus negabat, ac paulo post iterum qui astabat, dicebat Petro, Verè

cx

ex illis est: & Galilaeus es, & loquela tua conuenit. At ille coepit execrari ac deierare, Non noui hominem istum de quo dicitis. Et iterum gallus cecinit: recordatusque est Petrus uerbi quod dixerat illi Iesus, Priusque gallus cecinerit bis, abnegabis me ter. Et cum iniiecisset, fleuit. Infirmus erat Petrus, tametsi alacer esset, & praetimore turbatus Dominum abnegat, idque ab ancilla interrogatus. Permissit autem Deus singulari dispensatione fieri, ut ne extolleretur, & ad hoc, ut compateretur labentibus, a seipso eruditus quanta sit humana imbecillitas & fragilitas. Non refert siue una, siue duae ancillae fuerint quae arguerint Petrum. Matthaeus sane istam non eandem dicit, Marcus uero eandem. Nihil autem nobis in hoc obstaculi ad euangelij ueritatem. Nunquid enim in magno aliquo & salutem nostram complectente discordant? Nunquid ille dixit quod crucifixus sit, & alius non? absit. Igitur Petrus praemetu turbatus, & oblitus sermonis quod dixerat Dominus, quod eum qui me abnegauerit, abnegabo & ego coram patre meo, negauit: sed poenitentia & lachryma illum ad Christum reduxerunt. Et quum iniiecisset, fleuit: hoc est, quum caput obuelasset, uel pro eo quod coepit magna uehementia. Tam quod Matthaeus obscure dixit, quod priusquam gallus cantet, interpretatus est Marcus, quia priusquam bis cantet, confueuerunt enim galli uno tempore saepe sonare, & postea dormire, & post tempus quoddam iterum cantum incipere. Quod igitur Matthaeus dixit, hoc est, priusquam gallus cantet, hoc est, impleat clamorem primi cantus, negabis me ter. Erubescant Nouatiani, qui eos qui post baptismum & sacramentorum communionem peccagassent, propter poenitentiam receptus est. Sanctorum enim delicta ideo scripta sunt, ut & nos siquando lapsi fuerimus non animaduertendo, possimus in exempla illorum respicere, & per poenitentiam corrigi.

CAPVT XV.

ET confestim diluculo concilio inito summi sacerdotes cum senioribus & scribis facit toto confessu uinctum Iesum adduxerunt, tradideruntque Pilato. Et interrogauit eum Pilatus, Tu es ille rex Iudaeorum? At ille respondens dixit illi, Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes de multis. Pilatus autem rursus interrogauit illum dicens, Non respondes quicquam? ecce quam multa aduersum te testantur. Iesus autem deinde nihil respondit, adeo ut admiraretur Pilatus. Caterum in die festo dimittebat illis unum uinctum, quemcunque postulassent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis auctoribus fuerat uinctus, qui per seditionem caedem patrauerant. Et cum acclamasset turba, coepit flagitare quemadmodum semper fecerat ipsis. Pilatus autem respondit eis dicens, Vultis dimittam uobis regem illum Iudaeorum? Sciebat enim quod propter inuidiam tradidissent illum summi sacerdotes. Summi uero sacerdotes concitauerunt turbam ut potius Barabbam dimitteret ipsis. Pilatus autem respondens rursus ait illis, Quid igitur uultis faciam ei quem dicitis regem Iudaeorum? At illi rursus clamauerunt, Crucifige istum. Pilatus autem dicebat illis, Quid enim malifecit? At illi uehementius clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus uero uolens turbam satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellatum, ut crucifigeretur. Tradiderunt Iudaei Romanis Dominum, traditi sunt & ipsi a Domino uicissim Romanorum manibus. Et implentur scripturae quae dicunt, Vae iniquo, mala erunt ei secundum opera manuum suarum. Et iterum, Secundum opera manuum suarum dabit illis. Et rursus, Sicut fecisti, ita erit & tibi retributio tua. Quum interrogasset Pilatus, Tu es rex Iudaeorum? Dominus dubium responsum dedit. Nam, Tu dicis: potest intelligi, quod uere dixisti: tu dixisti id quod sum. Potest autem etiam sic intelligi: hoc ego non dico, sed tu dicis. Iterum autem quum interrogatus esset, & nihil responderet, mirari fecit Pilatum. Admirabat quod cum legisperitus esset, ac eloquens, & qui posset per defensionem abstergere calumnias, nihil diceret, sed sustineret fortiter calumnias. Vide autem sanguinarias Iudaeorum mentes, & Pilati modestiam, quauis etiam ipse condemnationem mereat, eo quod non strenue iustum defenderit. Nam illi quidem clamabant ut crucifigeret: ille autem, licet mollius, tentabat eripere a condemnatione Iesum, propterea iterum rogat, Quid faciam Iesu? Undique occasiones offerens ut dimitteret Iesum innocens. Ideoque cum stabat & differebat. Tandem succubens uoluntati illorum flagellauit Dominum, hoc est cecidit eum Ioris, ut putaret accepisse per tribunali condemnatum, & tradidit illis eum ut crucifigeret. Volebat enim satisfacere

Tobstipefactus.

Euangeliste in praecipuis nequaquam discordant.

Nonatiano ubi haereticis: Sanctorum delicta quae rescripta.

Matth. 27. Luc. 23. Ioan. 18.

Isaia 57. Psal. 27. Abdie 1.

Occasionem undique capiat Pilatus dimittendi Christum.

cere

Ioan. 2.

Luc. 22.

Christus non sine corpore ueniet.

Psal. 34.

cere plebi, hoc est gratificari quantum possibile, non autem quod gratum erat iusto & Deo. **Milites autem abduxerunt eum in t^{er}ram in atrium, quod est pratorium, & conuocant totam cohortem, & induunt illum purpura, & circumponunt ei contextam spinis coronam, & ceperunt salutare illum, Aue rex Iudaeorum. Et uerberabant illius caput arundine, & inspuebant in illum, & positis genibus adorabant illum. Et quum illuisset ei, exuerunt eum purpura, & induerunt illum uestibus proprijs: & educunt eum ut crucifigerent eum. Et coegerunt praeuidentem quendam Simonem Cyrenensem, qui ueniebat ex agro, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem eius. Militare genus semper conuicijs gaudet ac tumultibus, & sibi simile est. Nam quum Iudaei, qui plurimas audierant doctrinas, & in quos multa collocata erant beneficia, taliter affecti erant, quid de gentilibus possumus dicere? Conuocant itaque totam cohortem, hoc est totum exercitum, & induunt eum purpura, ut regi illudentes; & coronam pro diademate, & calamum pro sceptro assumunt hoc loco diabolorum socij. Angariant autem quendam ut tollat crucem eius, quam uis alius euangelista dicit quod baiulans Iesus crucem exierit. Vtrique igitur facta sunt. Aliquandiu enim portauit ipse lignum, deinde autem cum inuenissent aliquem qui portaret, coegerunt illum, & postea gestata est ab illo crux. Quare autem dixit, quorum etiam puerorum esset pater? Ad maiorem fidei confirmationem. Verisimile enim erat hominem adhuc uiuere, & posse enarrare omnia quae in cruce facta. Porro seramus & nos purpuram, regalem uestem. ut exempli gratia quid dicam, Sicut reges ambulare debemus super serpentes & scorpionem, & imperare peccato, Christiani enim dicimur, hoc est uncti & ipsi, sicut tunc reges dicebantur Christi. Sic igitur uita nostra non seruilis & illiberalis, sed regalis ac libera. Feramus autem & coronam spineam, hoc est, studeamus coronari asperitate & continentia uitae: non uoluptuari neque delicatè. Simus autem & Simon, quod est obedientia: & tollamus crucem Iesu, quae mortificet membra nostra quae super terram sunt.**

Milites in solentia.

Joan. 19.

Simon obedientia dicitur.

Esai. 53. Adam ubi sepultus sit.

Esai. 53. Latrones, figura duorum populorum

Et ducunt eum in Golgotha locum, quod est, si interpreteris, Caluariae locus. Et dederunt illi bibere myrrhatum uinum, sed ille non sumpsit. Quumque crucifixi essent eius, partiti sunt uestimenta eius, mittentes sortem super illa, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Et erat inscriptio causae illius inscripta, Rex Iudaeorum. Et cum eo crucifigunt duos alios latrones, unum a dextris, & alterum a sinistris eius. Et impleta est scriptura quae dicit, Et cum iniquis deputatus est. Traditio est quae a patribus usque ad nos peruenit, quod Adam illic sepultus sit. Dominus itaque lapsus & mortem Adam sanauit, illic crucifixus est, ut unde principium mortis, inde & mortis destructio. Dederunt autem illi bibere uinum myrrhatum. Myrrha autem amarissima est. Illudentes igitur haec dederunt Domino. Alius autem euangelista dicit acetum cum felle, & alius aliud quod oblatum esse Domino, & nihil in his contrarium. Quum enim nulla apud illos disciplina, alij alia offerebant, & alius quidem acetum & fel, alius autem uinum myrrhatum. Fortasse & uinum acetosum erat, & amara myrrha: & hinc conueniunt quod dicit ille myrrhatum uinum, alius uero acetum cum felle. Nam & uinum acetum dici potest, quia acetosum: & myrrha fel, quia amara. Neque in hoc dissident quod unus dicit, Dabat ei bibere, ipse autem non sumebat: & alter, Quumque gustasset, nolebat bibere. Omnino enim dicendo, non accepit, manifestauit quod non biberit. Miserunt quoque sortes super uestes eius, & hoc ad illusionem eius facientes, quasi regis uestes diuiderent, quamuis non ingentis pretij essent. Scripserunt autem & titulum, hoc est causam propter quam crucifixus est, rex Iudaeorum, ut etiam per hoc ipsius gloriam carperent, quasi rebellis ac seditiosus esset, & seipsum regem appellasset: unde omnes qui praeteregerentur, non misererentur eius, sed magis infremerent in eum quasi tyrannum. Quomodo autem Marcus inquit hora tertia crucifixum esse, Matthaeus autem hora sexta factas tenebras? Dicendum quod hora tertia crucifixus est: tenebrae autem inceperunt fieri ab hora sexta usque ad horam nonam. Et cum latronibus crucifixus est, ut homines de eo male suspicarentur, quod & ipse ut malefactor esset crucifixus. Factum est autem hoc singulari dispensatione, impleta enim est propheta, Et cum iniquis reputatus est. Sunt & latrones figura duorum populorum, Iudaeorum scilicet, ac Gentium. Vtrique enim impii sunt, Gentiles tanquam naturalis legis praeguaratores: Iudaei uero ut contemptores & huius, & eius quam Dominus dedit legis. Sed hic quidem gentilis gratus sit, & resipiscit: Iudaicus autem usque ad finem blasphematur. Porro Dominus

Dominus inter duos populos crucifigitur. Ipse enim lapis est coniungens nos. Et qui praeteribant, conuitiabantur illi, mouentes capita sua, ac dicentes, Vah qui de moliris templum, & in tribus diebus extruis, serua te ipsum, & descende de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes inter sese cum scribis, dicebant, Alios serua uic, seipsum seruire non potest, Christus ille rex Israel descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus. Et qui crucifixi fuerat cum illo, probra iaciebant in eum. Et qui praeteribant, hoc est, qui transibant per uiam, & ipsi blasphemabant Dominum, impropertes ei ut in posteriori. Similiter autem & pontifices dicebant, Alios salua uic, seipsum non salua. Hoc autem dicebant deridentes eius miracula & uellicantes quasi phantastica fuissent. Nam operando miracula, saluos fecit multos, Diabolus autem incitabat illos ut dicerent, Descendat nunc de cruce. Quia enim cognoscebat author mali quod salus per crucem fieret, iterum tentabat Dominum, ut si descenderet de cruce, certum foret ipsum non esse filium Dei, & sic periret salus quae per crucem sed ille & Dei filius erat uere. & propterea minus descendit. Nam si uoluisset descendere, neque principio ascendisset. Sciens enim per hoc saluandos homines, sustinuit ut crucifigeretur, aliaque multa pateretur, perficereturque eius opus. Et qui simul crucifixi, exprobrabant, principio duo, postea unus agnouit eum innoxium, sicut Lucas dicit, & increpauit alium blasphemantem.

Luc. 23.

Psal. 21.

Quum uero facta esset hora sexta, tenebrae ortae sunt super totam terram usque ad horam nonam. Et hora nona clamauit Iesus uoce magna dicens, Eloi, eloi, lama sabachani, quod est, si quis interpretetur, Deus meus, Deus meus, cur me deseruisti? Et quidam astantium quem audissent, dicebant, Ecce Heliam uocat. Accurrit autem quidam, & impleta spongia aceto, impositaque arundini, porrexit illi potum dicens, Sinite, uideamus an uenturus sit Helias ad deponendum eum. Iesus autem emissit uoce magna expirauit. Tenebrae factae sunt non in uno loco, sed super totam terram: & si quidem fuisset tempus eclipsis, potuisset quis dicere naturale fuisse deliquitum: nunc autem decima quarta fuit luna, quando iuxta naturam deliquitum fieri impossibile. Clamat uero Iesus Hebraica uoce prophetice, ostendens se usque ad mortem Hebraica in honore habuisse. Caterum quod dicit, Cur me deseruisti? ex persona humana natura dicit: quasi diceret, Cur me hominem dereliquisti? Deus, ut precer Deus crucifixum pro me: Nos enim homines fuimus derelicti, ille nunquam a patre derelictus fuit. Audi enim quid dicat, Non sum solus, inquit, sed pater meus est. Vel etiam pro Hebraeis dicit, erat enim Hebraeus & ipse secundum carnem. Cur me, hoc est, cur Hebraicum populum dereliquisti, ut crucifigeret filium tuum? Quem admodum enim confueuimus dicere, Deus tulit me, hoc est, humana naturam: sic & hoc loco dereliquisti me, hoc est, uel meam humanam naturam, uel meum populum Iudaicum. Currerit uero unus ut acetum ei potandum porrigeret, quod citius esset aceti conficeret amaritudo. Quum autem clamasset Iesus uoce magna, expirauit: quasi iritas mortem ut Dominus, & potestate sua moriens. Quae autem uox illa fuerit, Lucas manifestauit. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Etenim & hoc beneficium Christi est, quod nunc sanctorum spiritus in manus patris ascendunt, qui olim ab inferno tenebantur, donec ueniret qui praedicauit captiuis remissionem.

Hebraica Christus in honore habuit.

† ut unus habeat Deo qui pro me crucifigitur. Ioan. 16.

Sanctorum anime in manus patris nunc ascendunt. Luc. 23.

Et uelum templi scissum est in duas partes a summo usque ad imum. Quum autem uidisset Centurio qui astabat ex aduerso illi, quod sic emisso clamore expirasset, dixit, Verum homo hic filius erat Dei. Erant autem & mulieres longe in quo spectantes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parui, & Ioseph mater, & Salome: quae etiam quum esset in Galilaea, sequuta fuerat illum, & ministrauerant ei, aliaque complures quae simul ascendunt cum eo Hierosolymam. Scissum est uelum, per hoc manifestante Deo gratia spiritus est templo euolet, & quod sancta sanctorum omnibus conspicua & accessibilia fient: quod & factum est Romanis ingressis. Et quod luceat etiam templum, id est quod in calamitatibus facere solent Iudaei, quum uestes dilacerant, hoc & templum quasi animatum esset, faciat, compatiens conditori suo patienti, & uestes suas dirumpens: & aliud quiddam in hoc manifestatur. Caro ipsa uelamentum est nostri templi, hoc est mentis. Itaque uirtus quam habuit caro aduersus spiritum, passionibus Christi dissoluta est, a summo usque deorsum, hoc est, ab Adam usque ad nouissimos homines. Etenim Adam sanctificato passionibus. Christi, non ultra caro illius maledicta erit, neque corruptioni obnoxia, sed incorruptibilitate honorati sumus omnes. Porro Centurio (hoc est, qui centum praeratur) uidetur quod tam potenter & sic Centurio, cut

cut Dominus mortis expirasset, admiratus est & confessus. Vide autem ordinem conuer-
sum, Iudæi interficiunt, Gentilis confitetur: discipuli fugiunt, mulieres manent. Erant
enim, inquit, ibi & mulieres, inter quas Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Iose ma-
ter. Et hæc Dei genitrix erat, quæ quatenus Iosepho desponsata fuit, mater erat & filio
rui Ioseph, cuius filij fuere Iacobus & Ioseph. Dicit horum mater, hoc est mouerca: sicut &
Ioseph uxor dicebatur, hoc est sponsa. Salome autem erat mater filiorum Zebedæi. Et æ-
lia quoque multæ, nomina enim celebriorum tantum commemorauit.

Mater Iesu
nouerca di-
citur filio
rum Ioseph.

Et cum iam uenisset uespera, quonia erat parascæue quæ præcedit sabbatū, uenit Ioseph
ortus ex ciuitate Arimathea, honestus senator, qui & ipse erat expectans regnū Dei, &
sumpta audacia ingressus est ad Pilatū, & petiit corpus Iesu. Pilatus autem admiratus est si-
iam mortuus esset. Et accersito ad se Centurione interrogauit illū an iam dudum mortu-
us fuisset. Et re cognita ex Centurione, donauit corpus ipsi Ioseph. Et is mercatus sin-
donem, depositum eū inuoluit sindoni, reposuitque in monumento quod erat excisum
e petra: & aduoluit lapidē ad ostium monumenti. At Maria Magdalene & Maria Iose-
ph spectabant ubi poneretur. Beatus Ioseph adhuc legi seruiens, Christū Deum agnouit,
ideo & laudatū audet facinus. Neque cogitabat, Diues sum, & diuitias amittere possum:
si postulat uero corpus eius qui propter tyrannidē affectatā condemnatus est, accusabor
a Iudæis. Nihil tale secū dicebat, sed omnia secunda cogitans, petiuit ut sepeliret con-
demnatū corpus. Pilatus uero mirabat quod iam mortuus esset. Putabat enim ipsum
in agone luctaturū, sicut & latrones. Interrogat autem & Centurionem, si dudum mortuus
esset, hoc est, ante horā. Ioseph itaque accepto corpore mercatus est sindonē, in qua depo-
situm inuoluit: & quod honore dignum, cum honore sepeliuit. Erat enim & ipse disci-
pulus Iesu, sciens dignum honore Dominum. Et honestus, hoc est pius, irreprehensibi-

Senator.

Ioseph Ari-
matheus.

Anima &
corpore pu-
ris suscipie-
dum corpus
Domini.

lis. Senator autem, quæ dignitas quædā erat uel potius ministerium & onus ciuile per
quod cogebantur intendere his quæ fori erant, & multa sæpe inde oriebantur pericu-
la, propter fori malitiā. Audiant diuites, & publicis muneribus fungentes, quomodo
Ioseph nihil obstitat ad uirtutē senatoria dignitas, Ioseph interpretari possumus au-
gmentū. Arimatheus uero, tollens hoc. Concedat autem Deus, ut etiam nos sicut Ioseph
ille fiamus semper aucti, & adiicientes in cursu uirtutis, ac tollentes hoc, id est bonū: ac-
cipiamus uero corpus Iesu per cōmunionem, & colloquemus in monumento exciso ex
petra, hoc est in anima memori, quæ Deū non obliuiscatur. Sit autem anima illa ex pe-
tra excisa, hoc est à Christo, qui est petra in qua consistere poterimus. Inuoluatur uero
in sindone, hoc est, in corpore mūdo suscipiatur. Nā sindonem animæ est corpus quasi ue-
stis. Oportet igitur nō solū in anima pura suscipere diuinū corpus Domini, sed & in cor-
pore puro. Inuolendum autem est hoc, id est, contrahendū & continendū & non expla-
nandum. Mysterium enim in contracto est & occultum, & non cuius aperiendum.

CAPVT XVI.

LUC. 24. Ioan. 20. ET quum præterisset sabbatū, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome eme-
runt aromata, ut uenirent & ungerent eum. Et summo diluculo diei primi sabbatō-
rum ueniunt ad monumentum exorto sole, dicebantque inter sese, Quis reuoluet no-
bis lapidem ab ostio monumenti? Et quum respexissent, uident lapidem esse reuolutū,
nam erat magnus ualde. Et ingressæ in monumentū uiderūt adolescentem sedentem à
dextris amictū stola candida, & expauerunt. At ille dicit eis, Ne expauescat. Iesum
quæritis Nazarenū, qui fuit crucifixus. Surrexit, nō est hic. Ecce locus ubi posuerant il-
lum. Sed abite, dicitis discipulis eius & Petro, quæ ille præcedit uos in Galilæa. illic eum ui-
debitis, sicut dixit uobis. Et abeuntes fugerunt à monumento. Habebat enim illas tre-
mor & stupor, neque cuiquā quicquid dicebant, timebant enim. Nihil magnum, neque di-
gnū deitate Iesu sapientes mulieres illæ faciunt, assident sepulchro, & unguenta emūt,
ut secundū consuetudinem Iudæorū ungerent corpus, ut fragrans maneat, & ne quid foe-
tidum ex corruptione oriatur, & ut unguenta, & alia quæ uirtutē siccandi habent, hu-
moremque corporis absorbent, in corruptū illud seruent. Et talia quidem sentiebant mu-
lieres. Et ualde mane, id est Mattheus uesperam sabbatorum, & Lucas profundum dilu-
cū dicit. Vnius autem sabbatorū, hoc est primæ ex diebus hebdomadis. Sabbata enim
dies hebdomadæ nominabant, unam autem primam. Surrexerunt & ueniunt ad mo-
numentum, & disceptabant, quis reuoluet nobis lapidem? Quumque illæ cogitarent, an-
gelus

Matth. 28.
Luc. 24.

Agelus reuoluit lapidem, nō sentientibus mulieribus. Id quod & Matthæus dicit, quæ cum ue-
nissent mulieres, angelus reuoluerit lapidē. Hoc autem Marcus siluit, quæ Matthæus di-
xisset à quo reuolutus esset lapis. Quod autem Matthæus dicit, angelū sedere super la-
pidem, Marcus uero, postquam ingressæ sunt in monumentū, uidisse ipsū mulieres in-
tro sedere, nō est mirandū. Potest enim fieri quæ uiderūt foris sedere, sicut Matthæus
dicit, super lapidem, illum iterū uiderint intus in monumēto, qui præuenit mulie-
res, & ingressus sit. Quidam autem dicunt quæ alia quidem fuerint mulieres quæ apud
Matthæū, aliæ autem quæ apud Marcū. Magdalena uero omnium comes fuerit, nimirū quæ
alacris esset, flagransque, ac officiosa. Dixit igitur mulieribus, ille qui apparuerat, Ne ex-
pauescatis. Principiō à metu liberat, deinde bonū illud de resurrectione nuncium af-
fert. Crucifixum autem ipsum nominat. Nō enim pudet crucis, quæ salus est hominū,
& honorū caput. Surrexit. Vnde manifestū: Nō est enim hic. Et uultis fide confirmari?
Ecce locus ubi posuerat illum. Ad hoc enim & lapidem reuoluerat, ut ostenderet
locū. Sed ite, dicitis discipulis & Petro. Petrus ab alijs discipulis ut præcipuū segregat,
ac ob excellentiā nominat illum præ alijs. uel quia negauerat Petrus: si uenissent mu-
lieres & dixissent quæ præceptū esset eis ut annunciarēt discipulis, dixisset Petrus, Ego
negauī eum, iam nō sum illius discipulus, abiecit igitur me, abominatus est me. Illius
igitur gratia apponit, & Petro, ut ne offenda Petrus quæ ipse nō meruerit uerbum, ut-
pote qui negarit, & propterea qui indignus sit qui alijs discipulis cōnumeretur. Porro
in Galilæa illos mittit, eripiēs à tumultu & metu Iudæorū. Inuaserat autem mulieres tre-
mor ac ecstasis, hoc est stupor, & in spectaculo angeli, & in horrore resurrectionis. Et
propterea nulli quicquid dixerūt, Timebat enim, aut Iudæos metuebāt, aut uisionis metu
corrupta mēte exciderāt. Ideoque quicquid dixerūt, & oblitæ erāt omnium quæ audierant.

Et Petro,
cur additū.

Cum surrexisset autem Iesus, manē prima sabbati apparuit primū Mariæ Magdalene,
e qua eiecerat septē dæmonia. Illa profecta renunciauit his qui cum illo fuerāt, iugen-
tibus ac flentibus. Et illi cum audissent quæ uiueret, ac uisus esset ab illa, nō crediderunt.
B Post hæc autē duobus ex ipsis ambulanti, apparuit in alia forma, euntibus rus. Et illi
abierunt, ac renunciarunt reliquis: ne his illi crediderūt. Cum surrexisset Iesus, hoc
loco punctum pone, deinde dic: Manē prima sabbati apparuit Mariæ Magdalene.
Non enim surrexit manē. Quis enim uidit quando surrexit? Sed apparuit manē do-
minica die, quæ est prima sabbati, hoc est hebdomadis, quæ supra uocauit unā sabbatō-
rum, Mariæ Magdalene, à qua eiecerat septē dæmonia, hoc est multa. Solet enim scri-
ptura septenariū numerū pro multitudinē accipere: ut quæ steris peperit septē. Vel se-
ptem dæmonia, quæ cōtraria sunt septem spiritibus, uirtutis, ut spiritus presumptionis,
hoc est, abiectionis timoris: spiritus ruditatis, spiritus mendacis, & alij quotquot sunt con-
trarij donis spiritus. Post hæc autē duobus ex illis apparuit cum ambularet, in alia for-
ma, de quibus, etiam Lucas dicit: & illi annunciauerūt alijs: & neque illis crediderunt. Et
quomodo igitur Lucas dicit quæ reuerli inuenit cōgregatos undecim, dicit quæ sur-
rexit Dñs: & Marcus hic dicit quæ neque his qui ex rure uenerūt, crediderunt: Dicimus igitur
tur, quæ annunciauerūt reliquis, nō de undecim loquitur apostolis, sed de quibusdā alijs.
Illos enim hic reliquos uocat, quia undecim uiderant illum in ipso die, quando & hi
qui ex rure reuerli inuenit illos dicentes, Resurrexit Dominus.

Septenarius
numerus in
scriptura.

Esai. 55.

Cap. 24.

Postea discumbentibus, illis undecim apparuit, & exprobauit illis incredulitatē suā
& cordis duritiā, quæ ipsi qui se uidissent resurrexisse, nō credidissent. Et dicebat eis, Itē
in mundū uniuersum, & prædicatē Euangeliū omni creaturæ. Qui crediderit & ba-
ptizatus fuerit, saluus erit: qui uero nō crediderit, cōdemnabitur. Porro signa eos quæ cre-
diderint, hæc subsequenti. Per nomen meū dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis,
serpentes tollent: & si quod lethale biberint, nō nocebit eis, super ægrotos manus impo-
nent, & bene habebūt. Itaque Dñs quidē postquam locutus fuisset eis, receptus est in cœlū,
& cōsedit à dextris Dei. Illi uero egressi prædicauerunt undique Domino cooperante, &
fermonē cōfirmare per signa subsequenti. Vide mandatū Domini, Prædicatē om-
ni creaturæ. Non dixit, Prædicatē his qui obtemperāt, sed omni creaturæ, siue reci-
pian, siue nō. Qui crediderit. Et nō sufficit hoc: sed, & baptizatus fuerit. Nā qui cre-
diderit, baptizatus autē nō fuerit, sed adhuc est catechumenus, nō iam saluatus est. Si
igna uero quæ sequuntur credentes, dicit dæmonia eiicere, linguis loqui nouis, serpentes
tollere,

Signa cre-
dentes sub-
sequenti.

n

Matth. 10. tollere, hoc est abolere serpentes, siue sensibiles, siue spirituales: sicut etiā dixit, Super
Luc. 10 serpentes & scorpiones calcate, manifeste de spiritalibus, intelligens. Potest item & sic in
Aet. 22. telligi, Serpentes tollent, sicut Paulus uiperā in manu sustulit, nihil ab illa offensus. Et
 tiam si mortale quiddā biberint, nō nocebit eis. Saepe autē hęc facta sunt, ut in histo-
 rijs inuenimus. Multi enim & uenēū bibentes, per signaculū crucis illāsi conseruati
 sunt. Hęc autē cum dixisset, assumptus est, & sedet a dextris Dei. Illi autē prædicau-
 runt ubiq; Domino, inquit, cooperante, & sermonē cōfirmante per sequentia signa.
Et miseri- Vides ubiq; nostra primū, deinde Dei adiutoriū. Cum enim nos operamur, & prin-
cordia Do- cipium dederimus, Dominus cooperat, ita si nos nō dederimus occasione, nō coope-
mini prœue- ratur. Considera autē & hoc, quia post sermonē opera, & sermo per opera confirma-
nit. tur, sicut & in apostolis sermonē confirmabant opera quę subsequebantur ac signa.
 Fiat o sermo Christe ut sermones nostri quos de uirtute dicimus per opera & facta
 confirmentur: ut perfecti listamur apud te, qui cooperaris nobis in sermonibus & o-
 peribus, quoniam te decet & per sermones & per opera, gloria. Amen.

IN EVANGELIUM SECUNDUM
 Lucam, argumentum.

Diuus Lucas Antiochenus fuit patria, medicæ artis peritus, & in externa philosophia magnus. Hierosolymis
 quoque probè Hebræorum disciplinis eruditus est. Sane Domino nostro docente (uti quidam tradunt) unus
 septuaginta discipulorum factus est. Christi q; cum surrexisset à mortuis, cum Cleopa occurrir. Domino autem in
 celos assumpto, & Paulo ad fidem conuerso, illi peregrinationis comes factus est. Paulo inquam, & Euangelii om-
 ni cum diligentia conscripsit. id quod & proœmium eius declarat, post assumptum in celos Christum anno quinto
 decimo. Scribit autem ad Theophilum, uirum senatorij ordinis, & forsassis principem. Nam Irenii nomen principi-
 bus & presidibus tribuebatur, sicut & Paulus ad presidem Festum dicit, Strenue Feste. Omnis autē homo Dei amas,
 & Theophili nomine dignus, roboreq; ac strenuitate in refrenandis affectionibus præditus, dignus reuera est ut
 Euangelium audiat.
Quando Lu- eas Euange-
lium suum
scripsit.
Strenui no-
mē quibus
tributu fit
antiquitas.
Act. 26.

PROLOGVS BEATI LVCAE IN
 Euangelium suum.



* *ἀργείων*,
 id est, certi-
 tudinē uel
 securitatē.
 sic & in se-
 quentibus.
 Euangelii
 Aegyptio-
 rum. Euan-
 gelium duo
 decim.

QUONIAM multi attentarūt contexere narrationē earum quę inter
 nos multis argumentis comprobatae sunt rerum, sicuti tradiderunt
 nobis hi qui ab initio suis oculis uiderunt, & ministri fuerunt sermo-
 nis, uisum est & mihi, ut cuncta ab initio diligenter peruestigans or-
 dine tibi scribam, strenue Theophile, quod agnoscas eorū quibus in-
 structus es sermonū * cōmunionem. Qui fuerūt multi illi qui at-
 tentarunt: Pseudoapostoli. Multi enim tunc conscripserunt Euangelia, uti est quod
 uocant Euangelium secundum Aegyptios, & quod inscribitur Euangelii secundum
 duodecim. Tales itaq; attentarunt duntaxat, sed nō perfecerunt. Quia enim absq; di-
 uina gratia cōperunt, propterea neq; absoluerunt. Bene igitur dixit Lucas, multi co-
 natī sunt: at pauci, ut Matthæus & Marcus, nō tantum attentauerunt, sed & perfece-
 runt. Nam spiritum sortiti erant, qui perfecta operatur: res autem multis argumentis
 comprobatae dixit. Res enim Christi nō simpliciter & nudē tradita sunt, sed uera &
 solida fide, & multorum argumentorū certitudine. Et quomodo, sic Luca, multis ar-
 gumentis comprobatae sunt: Sicut tradiderunt nobis hi qui ab initio suis oculis uide-
 runt, & ministri fuerunt sermonis. Hinc manifestum est Lucam ab initio non fuisse
 discipulum, sed posterioribus temporibus. Alij enim ab initio didicerant, ut Petrus,
 & filij Zebedæi, qui & tradiderunt huic quæcunq; ipse non uiderat, neq; ipse audie-
 rat. Quid autem est quod dicit, quod agnoscas eorū de quibus edoctus es sermonū
 cōmunionem? Duos in hoc sensus habeo. Vnus quidem est hic, Prius te sine scri-
 ptis institui o Theophile, nunc scriptum tibi trado Euangelium: atq; ita mentē tuam
 munio, ut ne obliuiscatur eorum quę sine scriptis tradita sunt. Alter uerō, Solemus
 nos homines saepe quando quis nobis sine scripturis loquitur, suspicari ne fortē quid
 mendacij admixtum sit: quando autem etiam scribit quę loquitur, tunc credimus
 quod non scripsisset, nisi uera se dicere confideret. Idcirco & Euangelista dicit, Pro-
 prea scripsi tibi Euangelium, ut ea de quibus sine scriptis eruditus es, in maiori se-
 curitate conserues, maiorem mihi fidem nunc habens, qui adeo de his quę non scri-
 pto docui, confidam, ut etiam scripturis proderet nō formidarim. Attēde item quod
 dicit,

A dicit, agnoscas, non scias, hoc est, secundò maiorem accipias scientiam & fiduciam ac-
 securitatem quod non mentiar.

CAPVT I.

Ecce Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Mentionē
 facit regni Herodis, tum ut narrando prophetarū formā seruet. illi enim sic incipiūt,
 In diebus Ioachaz & Ezecia, & cuiuspiam, facta sunt hęc. tum quia de Christo dictu
 rus est, ideo meminit Herodis, ut ostendat quod sub Herode uerē uenerit Christus.
 Hic enim Herodes fuit cum defecissent apud Iudæos principes, iuxta prophetiam Iac-
 cob. Vnde monstratur quod Christus uenerit. Sed & in hoc recte facit, quod ostē-
 dendo tempus, certius ostendit Euangelii. Copiam enim quærendi, si qui uolent, &
 discendi Euangelij ueritatē à tempore facit. Et incipit à Zacharia & natiuitate Ioan-
 nis; idq; merito. Quando quidem enim de Christi natiuitate dicturus erat, Christi au-
 tem præcursor esset Ioannes: consentaneē ante Christi natiuitatē, Ioannis narrat na-
 tiuitatem, eamq; non sine miraculo. Et quia uirgo paritura erat, præordinauit Deus
 ut uetula pareret, non secundum legem naturæ, tameti ex uiro. Quid autē est, Ex ui-
 ce Abia? Intelligunt quidam sic, quod duo fuerint sacerdotes, successione ministeriū
 perficientes, quorum unus Abia, alter autem Zacharias. Quia igitur sacerdotio fun-
 ctus erat Abia, post illius ministeriū ministravit etiam Zacharias. Videtur autem nō
 sic esse. Solomon enim cum perfecisset templum, cōstituit & uices, hoc est hebdoma-
 das: & in una constituit filios Chore, in alia A saphat, in alia Abia, in alia alium. Igi-
 tur quod dicit fuisse de uice Abia, sic oportet intelligere, quod de hebdomada Abia
 fuerit. Non quod post hebdomadam Abia functus sit ministerio: dixisset enim, post
 hebdomadam Abia: nunc autem cum dixit, de uice Abia, ostendit quod ex ordine
 & hebdomada Abia fuerit. Ostendere autem uolens quod ex utroq; parente legiti-
 mē fuerit ex sacerdotali genere Ioannes, dicit, Et uxor eius de filiabus Aaron. Non
 enim licebat ex alia tribu uxore ducere, sed ex eadem, Elizabeth interpretamur Dei
 quietem: Zacharias autem, memoriam Domini.

*Propheta
 narraturi
 quippiam
 quomodo
 auspicietur.
 Gen. 49*

*Num. 36
 Elizabeth.
 Zacharias.*

Erant autem ambo iusti coram Deo. Quidam iusti sunt, at non coram Deo, sed
 in speciem tantum, & coram hominibus; illi autem etiam coram Deo iusti erant.

Ambulantes in omnib; præceptis & iustificationibus Domini irreprehensibiles. Mandata
 quidem sunt, ut, ne occidas, ne adulteriū cōmittas; iustificationes autem, ut
 qui maledixerit patri, uel matri, morte moriatur. Iustum enim hoc. Scito quod & man-
 datum iustificatio nominari potest, utpote iustum faciens hominem, imō & Dei ius-
 tificatio exiitens. In die enim illa, quali scripta quandam iustificationē habens Deus
 ipsa mandata, condemnat nos. Nisi enim uenissē, inquit, & locutus essem eis, pec-
 catum non habuissent. Et iterum: Sermo quem locutus sum eis, ille eos condemna-
 bit. Quare autem cum dixit, ambulantes in omnibus mandatis, adiunxit, irreprehen-
 sibilis; audi: Multi ambulat in lege Dei, sed omnia faciunt ut uideantur ab homini-
 bus. Tales igitur non sunt irreprehensibiles. Sed Zacharias & fecit mandata, & citra
 reprehensionem fecit, non ut hominibus placeat talia faciens.

*Mandata.
 Exod. 20.
 iustificatio-
 nes.
 Exod. 21.
 Leuit. 20.
 Iou. 15*

Nec erat illis proles, eo q; Elizabeth sterilis esset, & ambo prouectæ iam ætatis es-
 sent. Iustorū mulieres & iustæ, saepe steriles fuerūt, ut discas legē nō exigere corpora-
 lium filiorū procreationē, sed spiritaliū. Prouctæ autē ætatis ambo erāt, tam corpo-
 re, q; anima. Etenim iuxta animā profecerant & progressi erant, ponentes ascensio-
 nes in corde, & diem habentes, sed non noctem, uitam: ut in luce honestē agentes.
 Factum autem quum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis suæ coram
 Deo, secundū consuetudinē functionis sacerdotalis fors illi obuēnit ut odores incen-
 deret ingressus in templū Domini, & omnis multitudo populī precabatur foris tem-
 pore thymiamatis. Coram Deo mundi soli sacerdotio funguntur, ab impuris autē
 auertit Deus faciem suam. Quando autē fors illi obuēnit ut incenderet odores: Vel
 omnino secundum tempus deprecationis, quando solus in sancta sanctorū ingredie-
 batur summus sacerdos: ut discamus quod quæ admodū summus sacerdos iste ingres-
 sus in sancta sanctorū fructū accepit. Sic & Dominus Iesus ipse solus & reuera sum-
 mus sacerdos ingressus in sancta sanctorū, hoc est in cœlū cum carne, fructū accepit
 suæ quæ in carne erat uisitacionis nostram salutem, & in filios adoptionem.

Psal. 83

Apparuit autem illi angelus Domini stans a dextris altaris thymiatis. Non omnibus apparet angelus, sed mundis corde, qualis erat Zacharias. Altare autem thymiatis dixit, quia erat & alterum altare holocaustorum.

Et turbatus est Zacharias illo uiso, ac timor irruit super eum. Dixit autem ad eum angelus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: uxorque tua Elizabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio, multique in nativitate eius gaudebunt. Turbatur quidem Zacharias. Insolita enim uisiones etiam sanctos turbant. Verum angelus confestim turbationem sedat. Vbi quoniam hoc

*uisiones
quando diu
ne, et quan
do diaboli
ce.*

io. an. 1.

indicio discernunt uisiones quae a Deo, & quae a diabolo. Nam si mens primum turbetur, & statim timor soluat, & iterum quietat, reuera diuina est uisio. Si autem timor ac turbatio magis atque magis crescant, daemoniaca est uisio. Quare angelus dicit. Exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elizabeth pariet tibi: Nam Zacharias non pro filio precatus est, sed pro peccatis populi. Dicunt igitur quidam, quod quoniam pro peccatis populi orabat, futurum autem quod generaret filium, qui clamaret, Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: merito dicit ad illum angelus, Quoniam exaudita est deprecatio tua pro remissione peccatorum populi. Filium enim generabis, per quem remissio erit peccatorum. Alii autem sic intelligunt, Quoniam exaudita est deprecatio tua Zacharia, & remisit Deus peccata populo. Deinde quasi ille dixisset angelo, Unde hoc manifestum? dicit angelus, Hoc tibi signum do, quod pariet tibi filium Elizabeth, & ita puerperium Elizabeth credibile tibi sit remissa esse peccata populo.

Erit enim magnus coram Domino, ac uinum & siceram non bibet: & spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris suae, multosque ex filiis Israel conuertet ad Dominum. Deum ipso: & ipse praecedet ante illum cum spiritu ac uirtute Heliae, ut conuertat corda patrum in filios, & inobedientes ad prudentiam iustorum: ut pareat Domino plebs praeparata. Magnam fore Ioannem praedicat angelus, sed coram Domino. multi enim magni fuerunt coram

*Hypocrite
magni coram
hominibus.*

Matth. 23.

Sicera.

*† omnino
fide dignos
facit, & di
scipulos ip
sius*

homini bus, ac non item coram Deo, ut hypocrite. Magnus autem Ioannes iuxta animam, sicut & paruis iuxta animam dicitur omnibus qui scandalizant. Nullus enim magnus scandalizatur, sed paruus, & pusillanimus. Dicit igitur Dominus, Qui scandalizauerit unum ex paruus. Quemadmodum autem hic qui genuerit Ioannem, iusti fuerunt coram Deo, sic et puer ipso magnum coram Deo. Sicera autem dicitur omne quod inebriare potest, & non est ex uite. Cum autem esset adhuc in utero matris, repletus est spiritu sancto, quando mater Domini uenit ad Elizabeth, & exultauit praegaudium infans propter aduentum Domini. Porro conuertit corda patrum ad filios, hoc est Hebraeorum ad Apostolos. Patres enim fuerunt Iudaei, illorum autem filii Apostoli. conuertit igitur corda Iudaeorum ad Apostolos, docens & testificans de Christo, Qui autem de Christo testatur, omnes fideles facit & discipulos suos. Non omnes conuertit Ioannes, sed multos: Christus autem omnes illuminauit. At in spiritu Heliae praecessit. Sicut enim in Helia efficax fuit gratia, ita & in Ioanne. Et sicut Helias secundi aduentus praecursor, ita & Ioannes primi. In uirtute autem Heliae, eo quod idem uoluerunt aduentus amborum, ambo enim ad Christum congregati. Et aliter, in uirtute ac spiritu Heliae uenit Ioannes, eo quod eremita fuit etiam ipse, & frugalis uitae, & arguens sicut ille. Conuertit autem & incredulos Iudaeos ad prudentiam iustorum, hoc est Apostolorum doctrinam. Prudentia autem Apostolorum, gratia est spiritus in illis a qua gubernabant. Praeparauit quoque Domino, id est Christo plebs praeparata, hoc est capace ad suscipiendum praedicationem, ut exempli gratia quando ueniebat propheta quispiam praedicans, non omnes credebant, sed qui praeparati erant, & quae seipsum ad hoc accommodabant. Nam sicut si quis nocte ueniat in domum, non omnes illum excipiunt, sed qui uigiles sunt expectantes, & ad excipiendum parati sunt: sic & Ioannes praeparauit Domino populum non incredulum quidem, sed elaboratum, & praeparatum ad suscipiendum Dominum.

*Prudentia
apostolorum*

Et dixit Zacharias ad angelum, Quo argumento cognoscam illud? Ego enim sum senex, & uxor mea protracta aetatis est. Ac respondens angelus, dixit ei, Ego sum Gabriel, qui astitit in conspectu Dei, missus sum ut loquar ad te, & haec tibi aeta nunciet. Et ecce futurum est ut sis tacitus, nec fari possis ad eum usque diem quo haec fieri, eo quod non credidisti uerbis meis, quae implebunt in tempore suo. Tamen si iustus esset Zacharias & sanctus, respiciens tamen ad prodigiosam generationem filii, non facile credebat. Idcirco & angelus suam dignitatem dicit, Ego sum Gabriel, qui astitit in conspectu Dei. non sedu

clor de

Astor demon, sed angelus Dei. Igitur quia discredis, ego te faciam surdum, & loqui non poteris. Merito autem duo haec passus est, & quod non audiret, & non loqueretur. Quia enim non obedierat, condemnat ut surdus sit: & quia contradixerat, ut sileat. Veruntamen praefigurabat etiam ea quae Iudaeis euenerunt. Nam sicut hic senex & sterilis & incredulus peperit filium, prophetis maior: ita & Iudaeorum congregatio sacerdotio inueterato quis esset sterilis, incredula & inobediens, uerbum tamen Dei, hoc est Dominum prophetarum, peperit in carne: quo nato, hi qui prius inobedientes erant, ad fidem & confessionem perueniunt.

Et erat populus expectans Zachariam, & mirabantur quod moraretur in templo. Egredis autem non poterat loqui illis. Et cognouerunt quod uisionem uidisset in templo. Et ipse innuebat illis, permanensque mutus. Et accidit ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Vides quomodo Iudaei expectabant & permanebant donec exiret summus sacerdos: At nos Christiani, nisi mox ut ingressi fuerimus in templum, iterum egrediamur, existimamus male nobiscum agi. Innuebat autem populo Zacharias, forte roganti silentij causam. Quia enim loqui non poterat, per nutum significabat. Vide item quod non abiit in domum suam, donec impleti essent dies ministerij sui, asseditque templo. Aberat enim uere a Hierusalē motana regio. Quauis autem & Hierosolymis domum habuisset, non licuisset tamen ei extra ambitum templi per tempus uicis suae exire. Nos autem pro pudor, quae contemnimus diuina ministeria: Carterum quod Zacharias non potest loqui, sed innuit populo, significat indignam Iudaeorum uitam: quia ubi occiderunt uerbum, non possunt rationem reddere de his quae uel dicunt uel faciunt. Et si quid propheticum in terris rogaueris, obmutescunt, & non possunt tibi uel sermonem uel responsum dare.

*Zacharia
lentiū quid
signet.*

Post hos autem dies coecepit Elizabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens, Sic fecit mihi Dominus in diebus quibus me respexit, ut auferret probrum meum inter homines. Elizabeth, quoniam casta erat, erubescerebat, & propterea occultabat se, eo quod senex coecepisset. Mensibus autem quinque occultauit se, donec Maria conciperet. Vbi autem illa coecepit, & exultauit infans in utero, non ultra se occultauit, sed liberē iuit, ut pote tantum pueri mater, qui etiam antequam nasceretur, prophetarum dignitate fuit honoratus.

In mense autem sexto missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitate Galilaeae cui nomen Nazareth, ad uirginē desponsatā uiro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, ac nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit, Gaude gratiosa, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Illa uero cum uidisset, turbata est super sermone eius, & cogitabat qualis esset illa salutatio. Et dixit angelus ei, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Mensem sextum dicit a tempore quo coeceptus fuit Ioannes. Dicit autem desponsatā uirginē uiro qui erat de domo Dauid, ut ostenderet & ipsam ex genere Dauid descendisse. Iuxta legem enim coniuges ex eodem genere & eadem co

*Num. 36
Gen. 3*

*Gratiosa.
Gratia ple
na.*

gnationis catena prognatos esse oportebat. Quia autem Heuae dicitur erat a Domino, ut in tristitijs pariat filios, soluit tristitia illam in gaudium, quod angelus uirginē afferens dicit, Gaude gratiosa. Et quia maledicta fuit Heua, haec dicitur benedicta. Considerabat autem de salutatione, qualisna esset, num absurda & procatrix, ac qualis uiri ad puellam, an diuina: quia & Dei mentio inter salutandum facta, cum diceret, Dominus tecum. Primum autem timorem a corde ipsius repellit, ut in quiete constituta diuinum responsum accipiat. Neque enim fieri potest ut turbata diligenter audiat quae euentura sunt. Porro id quod supra dixit, gratiosa, quali interpretas dicit. Inuenisti enim gratiam coram Domino. Hoc enim est gratiosam esse, uel gratificatam, quod inuenit gratiam apud Deum, hoc est placuerit Deo. Verum hoc commune habet cum multis. Multae enim & aliae inueniunt gratiam coram Deo, non autem id quod infertur. Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Is erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi Dominus sedem Dauid patris ipsius, regnabitque super domum Iacob in aeternum: & regni eius non erit finis. Ecce concipies, hoc singulare, quod nulli alteri concessum. In utero autem dixit, ut ostendat Dominum ex ipsius uirginis utero incarnatum substantialiter. Bene autem dicitus est Iesus, quia ob salutem nostri generis uenit. Nomen enim hoc in graecam linguam conuersum, dicitur salus, Iesus igitur saluus est, hoc est saluator: quia & Iesua salus dicitur. Er

*Esa. 7
Mich. 4*

nes, sed non ad hoc altissimi filius. Iesus uero magnus quidem, eo quod docuit: filius autem altissimi, et propter istuc ipsum, docebat eum sicut autoritate habes, et propter mirabiliu miraculoru operatione. Vocat autem filius altissimi, qui apparebat homo. Nam quia una fuit hypostasis, reuera filius altissimi fuit filius uirginis. Et fuit quidem ante secula filius altissimi uerbum, sed non uocabatur neque cognoscebat, postquam autem incarnatus est et apparuit in carne, tunc et uocatum est filius altissimi, qui apparebat, et miracula faciebat.

Domus Iacob qui sum
Quomodo Christus dicitur sedere super sedem Dauid.

1. reg. 16

Audiens uero thronum uel sedem Dauid, ne putes sensibile quoddam regnum, sed diuinum, quo regnauit super omnes gentes per diuinam pradicione. Domus enim Iacob sunt hi qui ex Hebraeis crediderunt, atque etiam qui ex alijs gentibus. Illi enim proprie Iacob et Israel. Et quomodo dicitur sedere super sedem Dauid: audi. Dauid paruus erat inter fratres suos, et Dominus quoque contemptus et taxatus ut edax et uini potor, et fabri filius, et a fratribus suis filijs Ioseph despiciebatur. Neque enim fratres eius, inquit, credebant in eum. Ille cum beneficeret, persecutione patiebatur: et Dominus quoque miracula faciens accusabatur et lapidabatur. Ille per mansuetudinem uicis et regnauit, et Dominus per mansuetudinem suscepta cruce regnauit. Vides quomodo dicitur sedere super sedem Dauid: Nam sicut Dauid sensibile regnum suscepit, ita et Dominus spirituale. Cuius regni non erit finis. Non enim finis regni Christi, hoc est, agnitionis Dei et Christianismi. Nam et cum persecutionem patimur, gratia Christi floremus.

Dixit autem Maria ad angelum, Quomodo erit istud, quando quidem uirum non cognoscor. Et respondens angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi: quapropter et quod nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. Non quasi discredens uirgo dixit, Quomodo erit mihi istud: sed ut prudens et intelligens, ut discat, modum inquirat. Non enim prius tale quiddam factum est, neque post hac fiet. Ideo et ignoscit ei angelus, et non condemnat ut Zachariam, sed magis modum docet. Nam Zacharias merito condemnatur, habuit enim exempla multa, quandoque quidem et multae steriles pepererunt: uirgini autem nullum exemplum erat. Spiritus, itaque, dicit, sanctus ueniet super te, fecundum reddens uterum tuum, et condens carnem co substantiali uerbo. Virtus uero altissimi, filius est Dei, Christus enim Dei uirtus est.

Obumbrare.

Obumbrabit tibi, hoc est, conteget te, hoc est undique te circumdabit. Sicut auis obumbrat pullos suos totos alas suis complectens, ita et diuina uirtus totam uirginem apprehendit et hoc est obumbrare. Alius autem quispiam fortassis dicet, quod sicut pictor primam delineat, et umbras inducit, et deinde perfectum colorem addit: ita et Dominus ipse sibi carnem condens, et imaginem hominis formans, primam delineauit illam in utero uirginis, coapta ex sanguinibus semper uirginis carne, quam deinde paulatim figurauit, sed hoc dubium, Sunt enim qui dicunt quod ubi Dominus obumbravit uterum uirginis, statim perfectus fuerit infans. Alij autem hoc non recipiunt. Audi enim quid dicat, Ideo et quod nascetur sanctum, hoc est quod particulatim in utero crescit, et non statim perfectum existit. Confundatur autem et hoc loco Nestorius. Ille enim dixit quod non fuerit filius Dei in utero uirginis quiescens, incarnatus: sed nudus homo e uirgine fuerit natus, posteaque habuerit Deum factum sibi comitem. Audiatur igitur quod illud quod nascebatur in utero, erat filius Dei. Et non alius quidem foetus est uteri, alius autem filius Dei, sed unus et idem fuit filius uirginis, et filius Dei. Vide item quomodo sanctam trinitatem declarauit, dicens spiritum sanctum, uirtutem filium, altissimum patrem.

Virgo Maria e qua tribu Elizabeth una filiarum Aaron.

Atque ecce Elizabeth cognata tua et ipsa cocepit filium in senectute sua, et hic mensis est sextus illi quem dicebatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne uerbum. Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Ac discessit ab illa angelus. Dubitauerit fortasse quispiam quomodo Elizabeth cognata fuerit Mariae. Virgo enim ipsa ex tribu Iuda fuit, Elizabeth autem de filiabus Aaron. Nam lex praecipit coniuges ex eadem tribu esse: et ita cognationes ex una tribu erant. Dicendum igitur quod a captiuitate confusa sunt genera. Et melius ita dicitur: Aaron uxorem duxit Elizabeth, quae filia fuit Aminadab: qui fuit ex tribu Iuda. Vides quod ab initio et ab Aaron cognata fuit Elizabeth Dei genitrix: Quia enim uxor Aaron ex Iuda descendit, e qua tribu fuit Dei genitrix, et Elizabeth fuit ex filiabus Aaron, merito Dei genitrix cognata dicitur Elizabeth. nam proaua eius, hoc est, uxor Aaron, fuit ex tribu Iuda. Considera autem et cognationis consequentiam. Elizabeth Aaron uxor, Eliza-

beth

A beth etiam Zachariae uxor tanquam ex illa descendens: Sed uideamus quid dicat uirgo, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Tabula sum pictoria, pingat pictor quod uoluerit, faciat Deus quod uoluerit. Atque ita etiam quod prius dixerat, Quomodo erit hoc, non fuit incredulitatis, sed desiderij addiscendi modum. Nam si discredidisset, ne utiquam dixisset, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Disce autem quod Gabriel si quis interpretat, idem est quod homo Dei. Maria uero, domina, Nazareth autem sanctificatio. Merito igitur cum nasci uoluit Deus homo, missus est Gabriel, hoc est homo Dei. Sed in sancto loco fit salutatio, hoc est in Nazareth. Vbi enim Deus, ibi nihil impurum, nihil non sanctum.

Gabriel, homo Deus. Maria, Nazareth, homo Deus.

Exurgens autem Maria in diebus his, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, et intrauit in domum Zachariae, ac salutauit Elizabeth. Et factum est ut audiuit salutationem Mariae Elizabeth, salis infans in utero eius, et repleta est spiritu sancto Elizabeth, exclamauitque uoce magna, et dixit, Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus uteris tui. Cum audisset uirgo ab angelo quod cocepisset Elizabeth, statim abiit ad illam, et gaudens de bono cognatae, et uolens ut prudentissima maiore certitudine certior reddi num uera dixisset qui apparuerat ei, ut ex hoc nec de suo dubitaret. Prudens enim cum esset, timebat ne forte deciperet, et non ut incredula, sed ut diligens rem explorare uolebat. Zacharias itaque in montanis habitat, et propterea illuc abiit. At Ioannes suscepto singulari supra reliquos homines gaudio, exultat in utero matris: unde et maior est prophetis. Nam alij quidem praedixerunt futura postquam nati sunt: ille autem cum adhuc esset in utero matris, gratia talem assecutus fuit. Vide enim: Salutauit uirgo Elizabetham, hoc est, prior allocuta est. Vox itaque uirginis, uox erat incarnati in illa Dei, et ideo etiam praecursorem in utero gratia profecutus est, et prophetam fecit. Quaecumque enim dixit Elizabeth propheticae ad Mariam, non uerba fuerunt Elizabeth, sed infantis: os autem Elizabeth tantum ministravit, sicut et os Mariae ministravit filio Dei qui in utero eius erat. Quippe cum exultasset puer in utero, tunc impleta est spiritu Elizabeth. Nisi enim puer exultasset, non prophetasset illa. Itaque sicut dicit propheta primam mente excedere, et diuinum quid pati, ac tum denique prophetizare: ita et Ioannes forte prius saltauit ut diuinum quiddam faciens, postea per os matris prophetizauit. Quid autem prophetizauit: Benedicta tu in mulieribus.

Idono, uel munere.

B Deinde quia multae sanctae mulieres pepererunt improbos, ut Rebecca Esau, dicitur. Sed et fructus uentris tui benedictus. Aliter quoque intelligi potest, Benedicta tu in mulieribus, deinde ueluti quispiam interroget, quare ipsam causam dicit: benedictus enim fructus uentris tui, quod est, Deus enim est fructus ille uentris tui. benedictus enim solus Deus, sicut et Dauid dicit, benedictus qui uenit. Consueuit enim scriptura conuentionem. Et pro enim accipere: ut, Da nobis auxiliu, et uana salus hominis: hoc est, uana enim salus hominis. Et iterum, Tu iratus fuisti, et nos peccauimus, hoc est, nos enim peccauimus, Fructum autem uentris Dei genitricis dicit Dominum, et ideo sine uiro conceptum. Pueri enim alij, fructus sunt patrum: Christus uero solius uentris Mariae fructus, ipsa enim sola hunc fructum protulit.

Gen. 25

Et pro enim. Esa. 64. Psal. 137.

Et unde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me: Ecce enim ut facta est uox salutationis tuae in auribus meis, exultauit praegaudio infans in utero meo. Et beata quae credidit, quonia perficient ea quae dicta sunt ei a Domino. Sicut postea Ioannes Christus, cum uenisset ut baptizaretur, prohibuit propter reuerentiam, dicens, Ego non sum dignus: sic et nunc per matrem suam loquitur. Vnde mihi hoc, ut ueniat mater Domini mei ad me: priusquam pariat Dominum, matrem uocans eam, quae in utero gerebat. Alias enim priusquam pariat, non solemus matrem uocare propter metum abortiendi: in uirgine autem nihil tale suspicari oportebat: et ideo priusquam pariat, mater. Et beata es tu o Maria, quae credidisti, quia implebuntur ea quae a Domino tibi dicta sunt.

Matth. 2. Infr. 3

Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum, Et exultauit spiritus meus in Deo seruatore meo. Quia respexit ad humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes eius in progenie et progenie timentibus eum. Virgo certior reddita de foetu concepto, glorificat Deum, illi miraculum attribuens, non sibi ipsi. Ille enim, dicit, respexit in me humilem, non ego ad illum respexi. Ille me profecutus

n 4 est mi.

est misericordia, ego illi non quasi. Et ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes: non sola Elizabeth, sed & eorum generatio qui crediderint. Quare autem beatam me dicent? Non propter meam uirtutem, sed quia fecit mecum magna qui potens est. Potentem autem nominat Deum, ut ne quis discredat his quae a se dicuntur, considerans quod Deus illa facere potens sit. Porro sanctum nomen eius uocat, declarans quod non iniquem mundissimum ille in utero conceptus, sed sanctus maneat. Neque in me sola est misericordia eius, sed in omnes qui timent illum. Qui enim non timent ipsum, sed omnino indigni sunt, non assequuntur misericordiam. In generationem autem & generationem dicens esse misericordiam Dei, ostendit quod misericordiam assequantur & in praesenti seculo, & in futuro, nepe aeterno. Nam hic centuplum accipiunt, & illic longè amplius. Attende autem quod primum magnificat anima Dominum, & deinde spiritus exultat: ut simile quid dicam, magnificas Deum, qui dignè iuxta Deum ambulas, uocatus Christianus, non attenuas nomen & dignitatem Christi faciendo quod non oportet, sed magnificans operando magna, coelestia opera. Et tunc etiam spiritus tuus exultabit, hoc est spirituale donum quod accepisti per egregia opera, exultabit & proficiet. & non contrahetur, & (ut ita dicam) mortificabitur. Scies praeterea uideri scripturam simpliciter istud dicere spiritum & animam, propria tamen differt. Animalem enim hominem dicit eum qui iuxta naturam uiuit, & humanis rationibus regitur si quando esuriens comedat, odio habeat inimicum, & in summa, si nihil supra hominem appareat. Spirituale uero, qui transcendit leges naturae, & non humano more sapit. Et haec est differentia animae & spiritus in scriptura, Medici forsitan haec aliter discernunt, sed nobis scriptura cordi est, medici uero ualeant.

Fecit robur in brachio suo, dispersit superbos cogitatione cordis ipsorum. Detrahit potentes de sedibus, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, ut memor esset misericordiae. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in seculum. Mansit autem Maria cum illa mensibus circiter tribus, & reuersa est in domum suam. Brachium patris, filius. Fecit igitur robur & uirtutem ac potentiam contra naturam Deus & pater in filio suo. Incarnatum enim filio, uicta est natura, uirgine pariente, Deo homine factio: homine uero deificato. Et dispersit Dominus superbos daemones, eius istis illis ex humanis animabus, & alijs quidem in abyssum missis, alijs autem in porcòs. Poterit autem & de Iudaeis intelligi, quos dispersit in omnem regionem: & nunc dispersi sunt. Porro detrahit etiam potentes de sedibus, daemones dico, qui contra homines praualuerant, & sedes in humanis habebant pectoribus, in illis requiescentes. Sunt & pharisaei potentes, nimirum ea quae pauperum diripientes: & cathedras habent ut doctores, à quibus depositi sunt. Et exaltauit humiles, homines quos humiliarat peccatum, uel gentes. Exaltauit autem adoptatis illis in filios. Igitur sicut esurientes dicere licet eosdem gentiles, utpote non habentes uel scripturas, uel legem, uel mandata, quos impleuit bonis scripturarum; ita & Iudaeos diuites & in lege, ac in mandatis, quos etiam emisit extra terrenam & coelestem Hierusalem inanes; nihil enim habet Iudaei, etiā si quid habere uideantur. Suscepit Israel puerum suum, uel carnales Israelitas dicit. Multa enim millia ex illis crediderunt, & impleta est promissio facta Abraham, ad quam dixerat Deus, In semine tuo benedicentur omnes tribus terrae, uel etiā de spiritali Israel dicit: Omnis enim qui uidet Deum, Israel dicitur, iuxta nominis interpretationem. Suscepit itaque eos qui uident Deum, in coelestem hereditatem adducens. Mansit autem Maria cum Elizabeth circiter mensibus tribus, deinde reuersa est. Quia enim paritura erat Elizabeth, abscedit uirgo propter multitudinem qui ad partum conuenturi erant, indecens autem uirgini in talibus uersari. Quod autem cum paritura esset Elizabeth, reuersa sit uirgo, manifestum hinc est, quod mense sexto concepti praecursoris uenit angelus ad Mariam, & mansit illa cum Elizabeth tribus circiter mensibus. Ecce ferme nouem menses.

Elizabeth uero impletum est tempus parienti, & peperit filium. Et audierunt uicini & cognati eius quod magnificè Dominus misericordia sua usus esset erga illam, & gratulabantur ei. Et factum est in die octauo, uenerunt ad circumcidendum puerum, & uocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit, Nequaquam, sed uocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam, Nemo est in cognatione tua qui uocetur isto nomine. Innuebant autem patri eius qui uellet uocari eum. Isque postulatis tabellis

Discrimen anime et spiritus. *a. Cor. 2. 15 Gal. 6. Ephes. 1. Coloss. 2.*

Pharisaei potentes.

Israel duplex.

Maria domum reuertitur parturiente Elizabeth.

bellis scripsit dicens, Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Apertum est autem os eius illico, & lingua eius, & loquebatur laudans Deum. Virgo quidem circiter tribus mensibus mansit apud Elizabeth, forsatis tanto attonita miraculo, & indigens consolatione quadam quam ex consuetudine Elizabeth habuit. Verum ubi appropinquauit partus, abscessit. Vbi autem impletum tempus Elizabeth ut pareret, obseruandum quod in peccatoribus non dicitur, Impletum est tempus parienti, sed hoc duntaxat inuenies ubi de iustorum partu habetur mentio. Nam (ut apparet) imperfecti & non impleti peccatorum sunt partus, meliusque illis si nati non fuissent. Quare autem post circumcisionem imponitur nomen? Quia prius suscipiendum est signaculum Dei, & tunc humanum nomen. Vel aliter, Circumcisio significat carnalium abiectionem. Nullus igitur nisi prius abiciat & amputet carnalia, dignus est ut nominetur miles Dei, & ut in libro coelorum scribat nomen eius. Elizabeth uero ut prophetissa indicauit nomen, Ioannes sit nomen eius. Fortassis autem Ioannes sibipsum indidit nomen, matrici suae communicauit donum propheticum. Porro Zacharias cum non posset nutu manifestare nomen, perit tabellas. Et quia astipulatus est sententiae uxoris in nomine pueri, obstupescunt omnes. non enim erat in cognatione eorum quisquam eius nominis, ut quis dicere possit quod ante tempus de hoc ambo tractarint, Ioannes iuxta interpretationem est Dei gratia: proinde & pater illius statim affectus gratiam, primum de Christo, deinde de puero prophetizat.

Et factus est timor super omnes uicinos eorum, & in tota montana regione Iudaeae divulgabatur omnia uerba haec, & posuerunt omnes qui audierant, in corde suo dicentes: Quisnam puer hic erit? Et manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, prophetauitque dicens, Benedictus Dominus Deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem populo suo. Et excitauit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui: Sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarum suorum. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ut faceret misericordiam cum patribus nostris, & memor esset testamenti sui sancti. Iuxta iusurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, ut daret nobis. Ut citra timorem, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruamus ipsi. In sanctitate & iustitia coram ipso, cunctis diebus uitae nostrae. Factus est timor super omnes, propter miraculum loquentis Zachariae. Sicut enim prius cum obmutuisset, stupuerat populus, ita etiam nunc cum redditus est ei sermo. Propter duo igitur miracula haec cogitabant de nato quod multos precelleret. Facta autem sunt haec omnia singulari quadam dispensatione, ut qui de Christo prophetaturus esset, fide dignus haberetur, & omnes ipsa natiuitate Ioannis certiores redderent quod multis maior esset. Benedixit autem Zacharias Deum, quia uisitauerat Israelitas. Et profectus uenerat ad oves quae perditae erant de domo Israel, sed plerique beneficium eius suscipere noluerunt, unde ueros Israelitas inuilit. Et quoniam sunt illi: Hi qui crediderunt, Excitauit autem cornu salutis, hoc est uirtutem & regnum salutare. Cornu enim uel potentiam significat (cornuta enim animantia in cornu robur habent) uel regnum; ex cornu enim reges inungebantur. Itaque Christus & potentia est & regnum patris. Excitatum igitur est nobis cornu salutis, Christus. Videbatur enim dormire, contemnens multorum peccata, longanimitatem in simulacrorum infano cultu praese ferens, sed in nouissimis temporibus incarnatus excitatus est, & contriuit omnes qui oderunt nos daemones, non iam ultra longanimitis & dormiens. Porro in domo Dauid excitatus est, hoc est in Bethleem, illic enim natus est. Bethleem autem patria Dauid erat. Sicut locuti fuerunt prophetae. omnes enim de incarnatione locuti sunt. Micheas etiā domus Dauid, Bethleem dico, mentionem facit dicens, Et tu Bethleem neutiquam minima es. ex te enim egredietur dux. Fecit autem misericordiam non solum cum uiuentibus, sed & cum patribus nostris. Christi enim gratia etiam in illos quod olim mortui, pertingit, ut uerbi gratia, Dedit nobis uiuentibus. spem resurrectionis, & resurgemus: sed non solum nos hanc gratiam assequemur, sed & qui ante nos defuncti fuerant. Omnis enim natura boni particeps fuit. Vel aliter, Fecit misericordiam cum patribus, eo quod spem illorum impleuit. Adimpleta enim uiderunt quaecumque de Christo expectarant. Sed & filios suos cum uiderent patres talibus bonis frui, gaudet, & participes sunt laetitiae, perinde ac si in se collata essent. Cuius autem testamenti, & cuius iurandi quod Abraham factum meminit; Vel omnino huius, Benedicens benedicam te, & multiplicabo multi-

Circumcisio quid.

Ioannes.

Iuramentum di, spem in genituo legit Theop. ut regatur a memor esse.

** rellificaturus*

Math. 15

Cornu.

Bethleem patria Dauid.

Mich. 5

Ad eos quos que qui ante mortui sunt, misericordia Christi perfluxit

Gen. 22.

Heb. 9.

CAPVT II.

A

Factum est autem in diebus illis, Exijt decretum a Cesare Augusto, ut censeretur totus orbis. Hac descriptio prima facta est praeside Syriae Cyrenio. Et ibant omnes ut profiterentur, in suam quisque ciuitatem. Ascendit autem et Ioseph a Galilaea de ciuitate Nazareth in Iudeam, in ciuitate Dauid, quae uocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia Dauid, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore, quae erat praegnas. Accidit autem, cum essent ibi, completi sunt dies pariendi. Et peperit filium suum primogenitum, ac fascijs eum inuoluit, reclinauitque eum in praesepe, quod non esset eis locus in diuersorio. Propterea fit descriptio, ut cum omnes in suas patrias irent, ascenderet et uirgo in Bethlehem, quae eius patria erat, nascereturque sic Dominus in Bethlehẽ, ac impleretur prophetia. Decebat autem ut cum Deus unus multorum deorum cultui finem esset imposturus, unus etiam rex, nempe Caesar, imperaret. Porro Christus cum omnibus describitur. Oportebat enim etiam Dominum cum toto orbe censeretur, ut sanctificaret eos qui censentur, abolereturque seruitutem: quoniam sicut circuncisus circuncisionem aboleuit, ita descriptus sicut seruus, seruitutem naturae nostrae aboleuit. Non enim ultra sunt serui hominum, qui Domino seruiunt, sicut Apostolus dicit: Nolite fieri serui hominum, sed tamen si corpore sumus serui, spiritu tamen sumus liberi, neque cum impietate dominorum simul abducimur. Primogenitum uero filium nominauit uirginis Dominum, quauis nullum secundum pepererit, idque merito. Primogenitus enim dicitur, qui primus natus est, etiam si non nascatur postea secundus. In praesepe uero uerum reclinatur, forte ut statim ab initio uitae frugalitatem nos doceret: forte etiam quodam symbolo declarauit quod per egrinatus sit in hoc mundo, qui locus noster est, qui brutis animantibus comparati sumus. sicut et praesepe proprius brutorum locus est, ita nostrum praesepe est mundus, nos uero bruta: ut autem nos redimeret, qui brutis assimilamur: propterea et ipse tali loco fuit reclinat.

Mich. 5.

Libertas spiritus. Galat. 5.

Primogenitus quis dicitur.

Gen. 47. Pharisei omnis mali-tie receptacula sunt.

Ioan. 16. 28

Et pastores erant in regione eadem rusticantes, et excubantes excubias nocte super gregem suum: et ecce angelus Domini astitit illis, et claritas Domini circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus, Ne timeatis. ecce enim annuncio uobis gaudium magnum, quod futurum est toti populo, quia natus est uobis hodie seruator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum, Inuenietis infantem fascijs inuolutum, positum in praesepe. Et subito facta est cum angelo multitudo militum caelestium laudantium Deum, ac dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona uoluntas. Pastores erant rusticantes, hoc est uel rusticum agentes uitam, uel in agro stabulantes et uersantes; quibus apparet angelus, propter simplicitatem et innocentiam morum, et qui iustorum uitam imitari uideant. Etenim patres patriarchae pastores erant, ut Iacob, Moyses, Dauid, Neque in Hierusalem apparuit pharisaeis uel scribis, qui omnis malitiae receptacula erant. Illi autem cum simplices essent, diuinis spectaculis potiti sunt: monstrante Deo quod statim ab initio eos agrestiores praeter alios elegerit, praeterconesque fecerit. Abierunt enim, et de omnibus illis praedicularunt. Angelus uero magnum illis gaudium euangelizauit, quod futurum omnino populo, qui proprie populus Dei. Non enim omnes Iudaei populus Dei. Nam et omnium hominum populo incarnatio Dei facta est gaudium. Quid autem hymnus angelorum declarat? Vel omnino gratiarum actionem supernorum exercituum, et gaudium, eo quod terreni beneficia tanta consequamur. Gloriam enim Deo dicunt. Super terram autem pax nunc facta est: et cum prius humana natura inimica fuerit Deo, nunc ita conciliata est, ut et Deo adiuncta sit, et incarnato unita. Vides igitur pacem Dei cum homine: Et aliter quoque intelligitur: Pax est ipse filius Dei. Ego enim, inquit, pax. Ista igitur pax, filius Dei in qua, super terram facta est. Et in hominibus bona uoluntas, hoc est Deo requies in illis hominibus. Requiuit enim siue resocillatus est nunc et bene habitus in hominibus, quemadmodum prius quidem, non sibi complacuit, nec bonum affectum habuit in hominibus.

Et factum est, ut discesserunt ab eis angeli in caelum, homines pastores loquebant inter se se: Transeamus iam Bethlehem usque, et uideamus hoc quod accidit, quod Dominus aperuit nobis. Et uenerunt festinantes, et inueniunt Mariam et Ioseph, et infantem positum in praesepe. Cum uidissent autem, diuulgauerunt de uerbo quod dictum erat ipsis de puero hoc: et omnes qui audierunt, mirati sunt de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. I

multiplicabo te. Verè nunc multiplicatus Abraham, cum ei filij ex omnibus gentibus adoptati sunt per fidem. Nam sicut ille credidit, ita isti per fidem appropriarunt ei. Liberauit autem nos de inimicis sine timore. Saepè liberat quidam, sed non sine nostro timore, agone, et certamine: Christus uero, cum nos non laborassemus, pro nobis crucifixus est, et liberauit nos sine timore, hoc est, absque periculo. Quare autem liberauit nos? Non propter cibum et potum, non, sed ut seruiamus illi: non semel, neque duobus diebus, sed omnibus diebus. Seruiamus autem non sola corporali adoratione et ministerio, sed in sanctitate et iustitia. Est autem sanctitas, iustitia erga Deum: iustitia uero, erga homines: ut exempli gratia si quis abstineat a sacris et ad diuina non accedit impiè, sed uenerabilibus omnem honorem exhibet, is sanctus est. Similiter et qui honorat parentes, sanctus est, nam et illi dii domestici. At si quis non fuerit auarus, non rapax, non fur, non adulter, non scortator, is iustus dicitur. Itaque oportet seruire Deo in sanctitate, hoc est reuerentia erga diuina: et iustitia, hoc est laudata in rebus humanis uita. Seruiendum denique est coram ipso, non coram hominibus, sicut hi qui hominibus placere uolunt, ut hypocritae faciunt. Et tu puer propheta altissimi uocaberis, praebis enim ante faciem Domini ad parandum uias eius, Ad dandam scientiam salutis populo ipsius, per remissionem peccatorum eius. Per uiscera misericordiae Dei nostri, quibus uisitauit nos oriens ex alto. Ut illustretur his qui in tenebris et umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Puer autem crescebat, et corroborabatur spiritu, et erat in desertis donec ueniret dies quo ostendendus erat apud Israelitas. Rarum uidetur quod Zacharias ad puerum loquitur adhuc insensatum: quomodo potuit loqui? Dicendum igitur quod sicut raram et admirabilem habuit natiuitatem puer, qui exultaui et prophetaui in utero ad aduentum Mariae: sic non est mirum si etiam ea quae a patre dicebantur, post natiuitatem intellexerit. Praebis autem, inquit, ante Dominum me paulo post derelicto. Sciebat enim Zacharias quod non multo post priuandus esset eo, quando fugiturus in desertum. Quare autem praebis? ut parentur uiae Domini. Viae autem sunt animae in quibus incedit Dominus, quas praeparauit praecursor ut in eis ambularet Christus. Quomodo autem illas praeparauit? Dando scientiam salutis populo. Salus quidem erat Dominus Iesus. Data est igitur scientia salutis, hoc est Christi, populo, a Ioanne. Ioannes enim testificabatur de Iesu. Scientia autem erat in remissione peccatorum. Non enim aliter Christus agnitus fuisset esse Deus, nisi remisisset peccata populo. Dei enim est remittere peccata, Remisit autem nobis ista, propter uiscera misericordiae. Non enim propter opera nostra, nihil enim fecimus boni: sed ille uisitauit nos ex alto, qui oriens dicitur. Sole enim iustitiae est, et illuxit nobis qui in tenebris eramus, hoc est in ignorantia, et umbra mortis, hoc est peccatis, sedentes. Duo enim mala humanum genus inuaserunt: ignorantia Dei, quam habebant gentes: et peccatum, quod habebant Hebraei, licet Deum cognoscerent. Apparuit itaque humanae naturae, ut et eos qui in tenebris, hoc est Dei ignorantia, et umbra mortis, hoc est peccato (est enim peccatum umbra mortis) erant sedentes, illustraret. Ideo autem umbram mortis dici opinor: peccatum, quod sicut umbra sequitur corpus, ita ubi mors, illic et peccatum. unde quia mortuus est Adam, consecretaneum ibi etiam esse mortem. Et neque Christi mortem sine peccato inuenies. Mortuus est enim Christus, sed propter peccata nostra. Et ita merito peccatum dicitur esse umbra mortis, quia semper comitatur ipsam mors. Possent et alia ad hoc dici, et opinor dictum a nobis in Matthaeo. Num igitur sufficit solum illuxisse obtenebratis? Minime, sed etiam opus est ut dirigantur pedes nostri in uiam pacis, hoc est iustitiae. Sicut enim peccatum inimicitiae sunt cum Deo, ita iustitia pax. Via igitur pacis, uita est iustitiae, ad quam dixerit animarum nostrarum pedes, qui ex summo ortus est Christus. Caeterum puer crescebat iuxta staturam corporalem, et corroborabatur spiritu. Cum corpore enim simul crescebat et spirituale donum. Et quanto magis crescebat puer, tanto magis et efficaciae spiritus in illo se ostendebant, organo illarum capace existente. Quare autem erat in desertis? Ut ne multitudinis malitiae participes fieret, et ut neminem reueritus liberè reprehenderet. Nam si fuisset in mundo, fortassis consuetudine amicorum et societate inquinatus fuisset: sed ut fide dignus haberetur, qui praedicaret Christum, utpote eremita, uitaeque excellens alios. Latuit autem in desertis, donec uisum fuit Deo Israelitarum populo illum ostendendum esse.

Cum nos liberauit Christus. Sanctitas. Iustitia. Sanctus. Iustus.

Via Domini. quae.

Peccata remittere cuius. Malach. 4.

Peccatum umbra mortis. Rom. 6.

ipsam mortem

Cum puer Ioannes in deserto abiit.

Episcoporum
munus quoque
le.

ad ipsos. Pastores illi figura sunt spiritualium pastorum. Oportet igitur episcopos custodire gregem suum, & ἀγρὸν κείνου, in agro canere, hoc est canere spiritualia, & docere populum, & sic audire diuinas uisiones & auditus, Bethlehē interpretatur domū panis. Quae autē alia est domus panis, quā ecclesia, in qua panis repositus est: Officiū itaque spiritualium pastorum fuerit, querere panem caelestem, quem cum uiderint, debent illum & alij prae dicare: sicut & pastores qui uiderunt infantem, locuti sunt de eo & alij.

Maria autē cōseruabat omnia uerba haec, cōferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificātes & laudantes Deū super omnib., quae audierāt & uiderāt ita ut dictū fuerat ipsis. Quae uerba cōseruabat uirgo: Quidā dicit quod ea quae angelus ei dixerat, & quae pastores narrauerāt, cōseruari & cōtulerit secum, inuenitque in omnib. sententiā cōsonam unam, quod Deus sit filius suus. Mhi autē uident uerba hoc loco res uel gesta dici, & id esse quod dicitur: Maria autē cōseruabat omnia uerba haec, & quae nūc ego dico, & gesta esse facio. Gesta enim quādo narrantur, dicunt uerba. Porro pastores reuersi sunt gratias agentes Deo in omnibus, neque enim erant inuidi ut ludaei.

Verba, id est facta.
id est gesta
nūc ego dico & facio
esse uerba.

Gen. 17.
Leuit. 12
Exod. 34
Exod. 13
Deut. 15

Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcidere puer, uocatur est nomen eius Iesus, quod uocatur erat ab angelo priusquam in utero conciperet. Et postea completi fuissent dies purgationis eorum secundum legem Moysi, adduxerunt eum Hierosolymam, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini, Omne masculinum adaperiens uuluum, sanctum Domino uocabitur: & ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturū, aut duos pullos columbarum. Qui mandata legis praeparabant, sub maledictione erant, Dominus igitur circumcidit, ut etiā in hoc adimpleta lege, & nullo praetermisso quod illa mandabat, eripiat nos a maledicto. Reuerentiam hinc qui dicunt quod Christus incarnatus sit apparenter tantum. Quomodo enim circumcisis fuisset, si apparenter incarnatus fuisset: Inutiliter autē querit ubi sit abscondita illa particula. Nam quae scriptura tacuit, ea querere non oportet, praesertim ubi nulla utilitas. Dici autē posset quod quando absconditū terrā tetigit, illam quoque sanctificari, sicut etiam sanguis & aqua quae ex latere eius fluxerūt. Et uideat quod seruari particulam illam, & in resurrectione iterum resumpsit, ut & haec particula non inueniatur deesse. Quippe & nos in resurrectione perfectū corpus resumpturi sumus. Obserua autē quod non statim ut dixit angelus, concipies filium, conceptus est Dominus, sed postea, quādo uoluit. Vide enim quid dicat hoc loco, quod uocatur est ab angelo priusquam conciperet in utero. Et hoc uerbo ostendit id quod diximus. Non enim dixit, Ecce concipies: sed ecce concipies. Atque ex his animaduertere licet, quod hora quidem illa conceptus fuerit Dominus: non autē illo momento quo angelus dixit, sed forte posteaque cōpleuit sermones. Haec autem non dixerimus definitiuē. Impleti autem sunt dies purgationis illorum secundum legem Moysi. Bene dixit secundum legem Moysi: nam secundum ueritatē nulla necessitate uirgo astringebat expectare dies purificationis, qui sunt quadraginta nato mare. Dictū enim est in lege, Mulier quae semine cōceperit, & pepererit masculū, uirgo autē non concepit de femine, sed ex spiritu sancto peperit: unde nulla illam necessitas urgebat, sed uolens implere legem, uenit in templum. Quare autē in masculino septem dies, in muliere uero bis totidem: Mulier enim, inquit, si suscepto semine masculum pepererit, immunda erit septem diebus: si autē feminam, immunda erit duabus hebdomadibus. Quoniam ea quae pepererit quod masculum est, secundum Adam in mundum induxit, quae uero quod muliebrem, secundum Euam pepererit, uas putre & debile, amphoram contritam, baculum deceptionis, inducit in obedientiam. Quod autem dicit, Omne adaperiens uuluum: proprie ad Christum solum pertinet. Ipse enim aperuit uuluum uirginis, cum alijs uir aperiat uuluum, Caeterum par turturum offerri iussit lex, ostendens quod ex casto coniugio procreatus sit. Dicunt enim turturum esse castum animal: cumque coniugem amittit, non secundo se copulet. Cum autem non haberent turtures, offerbant duos pullos columbarum, ut multiplicatio proliis huius signetur. Fecundum enim animal columna.

Curiose
questiones
uitandae.

Leuit. 12

Turturum
naturā
faceret uir-
ta pueri il-
lius
Columba
fecunda.

Et ecce homo erat Hierosolymis cui nomen Simeon, & homo iste iustus ac pius, expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat super eum: & responsum acceperat a spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum Domini. Et uenit per spiritum in templum, Et cum inducerent puerum Iesum parentes ut facerent secundum

A secundum consuetudinem legis pro eo: ipse quoque accepit eum in ulnas suas, & bene dixit Deū, ac dixit: Nunc absoluis seruū tuū. Domine secundum uerbum tuum in pace: Quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae israel. Non erat Simeon sacerdos, sed homo Deum amans, & expectans quando ueniat Christus consolaturus Hebraeos, & liberaturus a seruitute peccati, forte & ea qua Romanis & Herodi seruibat. Nam qui Christo credit, liber est reuera, & dignior regibus ac hominibus omnibus. Vide apostolos, non fuerunt serui Romanorum, sed nunc uenerantur eos Romanorum reges. Itaque hos, qui essent Israelitae, consolatus est Christus. Porro hic Simeon spiritu sancto motus ascendit in templum quando adduxit Dominū mater, & suscepto illo, Dominū confessus est. Dicere enim, Nunc absoluis seruū tuum Domine, cōfidentis est quod ipse sit Dominus uita ac mortis. Vide autē quomodo sancti pro uinculo corpus habent, idcirco dicit, Nunc absoluis, quasi a uinculo, secundum uerbum tuum, propter osculum quod acceperat quod non esset moriturus donec uideret Christum. In pace autē, hoc est quiete, nam homo quoad uiuit turbatur, & sicut & Dauid dicit: mortuus uero pacem habet. Vel aliter intellige, In pace, hoc est spei consecutione. Priusquam, inquit, uiderem Dominū, non pacata mente eram, expectans illū, & semper sollicitus quando ueniat: nunc autē ipso uiso, & pacem conuincutus, & solitudine liberatus (ut sic dicam) absoluo. Salutare autē, incarnatio unigeniti est, quae ante secula omnia Deus praeparauit. Ante faciem uero omnium populorum istam salutem praeparauit, ut saluaret mundum, & ut omnibus liquida fiat eius incarnatio, cuius gratia & incarnatus est. Salutare quoque hoc, lumen est ad reuelationem gentium, hoc est ad illustrationem gentium obtenebratarum, & gloriae Israelitarum. Christus enim gloria est populi qui uerē Israel, secundum quod ex illo ortus est, & in hoc ornantur qui sapiunt ac intelligunt. Haec Simeon. Vident autē mihi & quae dicta sunt a Dauid, conuenire Simeoni, Longitudine dierum implebo eum, & ostendam illi salutare meum.

Simeon,

Deum
sancti pro
uinculo cor-
pus habet.

psal. 89.

psal. 90.

B Et erant pater & mater eius mirantes super his quae dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicatur. Quia & tuam ipsius animam penetrabit gladius, & ite regantur ex multis cordibus cogitationes. Benedixit quidē ambobus Simeon: reiecto autem patre putatio, ad ueram matrem loquitus est, ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel. Ruinam quidem dicit eorum qui non crediderunt: resurrectionem autem eorum qui crediderunt. Vel etiam aliter, In ruinam positus est Dominus malorum quae in animabus nostris: in resurrectionem uero bonorum. Cadit fornicatio, surgit continentia. Vel aliter quoque intelligi potest. Positus est enim Dominus in ruinam, hoc est ipse passurus est, et casurus est in mortem: & cum ceciderit ipse, resurgens multum. Punctum autem pone cum dixeris, in ruinam: deinde incipe, & resurrectionem multorum. Signum autē, crux, cui usque in hoc tempus contradicatur, hoc est, non recipitur ab incredulis. Dicitur & incarnatio signum, & mirabile signum, Deus enim homo fuit, & uirgo mater, huic autē signo, incarnationi inquam, contradicatur. Quidam enim dicunt: carnem ex homine, quidam uero apparenter, quidam autem aliud quiddam nugantur. Et tuam ipsius, uirginis dico, animam pertransibit gladius. Fortassis autem & dolorem quem in passione tulit, fortassis autē & scandalum dicit rhomphaeam, quo offensa fuit. Videns enim crucifixum, fortassis cogitabat, quomodo qui natus est sine semine, qui miracula fecit, qui mortuos suscitauit, crucifixus est, cōsputus est, mortuus est: Quod autem dicit, Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes, hoc significat, quod reuelantur & manifestantur multorum cogitationes, qui scandalizantur, & reprehensibilem inuenient remedium: sicut & tu o uirgo reuelaberis, & manifesta eris quid sentias de Christo, deinde confirmata eris fide in illum. Similiter & Petrus reuelabitur cum negauerit, uerum demonstrata est Dei potentia, quae per poenitentiam ipsum suscepit. Et aliter, Reuelatae sunt e cordibus cogitationes, cum apparuerit proditor, & apparuerint diligentes illum, qualis fuit Ioseph qui accessit ad Pilatum: quales fuerunt mulieres quae permanebant apud crucem.

Crux, con-
tradictionis
signum.

corpore
caelo.

* haestitatio
scandalum
reijcientes
cum sancta
Elizabeth
dicamus:
Beata quae
credidisti.

Matth. 26
ioann. 16.

Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser. Haec procefferat in multam aetatem,

ætatem, & uixerat cum uiro annis septem à uirginitate sua, & hæc uidua annorū ferme octogintaquatuor, quæ non discedebat de tēplo, ieiunijs ac deprecationibus feruens nocte ac die. Et hæc eadē hora superueniens, uicissim confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionē Hierosolymis. Et ut perfecterunt omnia secundū legem Dñi, reuersi sunt in Galilæā in ciuitatem suam Nazareth. Puer autē succrescebat, corroborabaturq̄ spiritu, & implebatur sapientia: & gratia Dei erat super illū.] Euangelista Annæ profert genealogiā, enumerans eius patrē ac tribū, ut sciamus illū uera dicere, tot testibus accersitis, qui patrē tribumq̄ eius nouerūt. Ista igit̄ uicissim cōfitebat̄ Domino, hoc est, gratias agebat, & docebat omnes de Domino q̄ ipse esset saluator, & cōsolatio nostri expectantiū redemptionē. Postq̄ autem perfecterunt hæc omnia, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatē suam Nazareth. Erat quidem & Bethlehem ciuitas ipsorū, sed ut patris: Nazareth uerō ut habitatio nis locus. Iesus uerō quantum ad corpus creuit, quamuis potuisset ex utro matris in statura uirī perfecti procedere, uisum tamen fuisse phātsma, & propterea paulatim creuit. Cum autem crederet, emicuit Dei uerbi sapientia. non enim sapiens fuit proficendo, absit: sed paulatim declarauit insitam sapientiā, & iuxta corporis staturam dicitur proficere & corroborari spiritu. Si enim quādiu breuis fuisse statura, ostēdidisset omnem sapientiā, uisum fuisse prodigiosus: nunc autem iuxta rationem staturæ, se ipsum pro ipsius capacitate ostendens, dispensationē implebat, nō assumēs sapientiā. Quid em̄ perfectus eo, qui ab initio fuit perfectus: Verūm paulatim illam denudat.

Et ibant parētes eius quotānis Hierosolymā in die festo pasche. Et cum factus esset annorū duodecim, ascendentiū illis Hierosolymā secundū consuetudinē diei festi, consummatisq̄ diebus cum redirent illi, remansit puer Iesus Hierosolymis, & nō cognouerunt parentes eius, Ceterūm rati illum esse in comitatu, uenerunt itinere dei, & requirebant eum inter cognatos & inter notos, Et cum non inuenissent eum, reuersi sunt Hierosolymā, quærentes eum. Et accidit post triduū, inuenērūt illū in templo sedentem in medio doctorū, audientem illos, & interrogantē eos. Stupebant autē omnes qui eum audiebant, super intelligentiā & responsis eius, & uiso eo admirati sunt. Et dixit mater eius ad illū, Fili, cur fecisti nobis sic: Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid est quod quærebatis me: non nesciebatis q̄ in his quæ patris mei sunt, oportet me esse: At illi nō intellexerūt sermonē quem loquutus est ipsis.] Simul uenit cum parentibus in Hierusalem, ut per omnia ostendat se nō aduersarium Deo, neq̄ repugnantem his quæ à lege posita fuerūt. Cum perfecissent autem dies septem, pascha scilicet, mansit in Hierusalē. Disputabat autem cum scribis, rogās eos de lege: & obstupuerūt omnes. Vidēs quomodo profecerit in sapiētiā, eo q̄ nosceretur à multis, et in admiratione esset. Emicatio em̄ sapiētiæ eius, pfectus ipse est. Porrō ipsum Ioseph patrē nominat Dei genitrix, sciens quidē non esse patrē: ueruntamē ppter Iudæos, ut ne uideatur ex fornicatione prognatus, patrē eius dicit Ioseph. Vel aliter, Quoniam uelut pater curam pueri gerebat, & simul conuersando ministrabat merito nominauit illum patrem, tanquam honorans illū spiritus sanctus patris uocabulo. Quare autem quærebant illū: num suspicabant̄ perditū illum t̄ aberrasse, ut ita dicam: Absit. Neq̄ enim hoc sapientissimæ Mariæ fuerit, quæ plurimas de illo acceperat reuelationes: neq̄ Ioseph, cui et ipsi de illo reuelatum erat q̄ à spiritu sancto esset. Verūm quærebāt illū, nequo pacto ab eis abiisset, ne forte reliquisset illos. Vbi autem inuenērunt eum, uide quomodo ipsis respondet. Cum enim illa Ioseph patrē eius dixisset ille dixit: Non hic uerus pater meus est, alioqui in domo eius mansissem: sed Deus est pater meus, & propterea in domo illius sum, hoc est in templo illius. Verūm ipsi non intellexerunt quid loquutus esset eis: sacramentū em̄ erat.

Et descendit cum eis, uenitq̄ Nazareth: eratq̄ subditus illis. Et mater eius cōseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Et Iesus p̄ficiēbat sapiētiā & ætate & gratia apud Deū atq̄ homines.] Subditus fuit parentibus, dato etiam nobis exemplo ut patrib. simus obedientes. Cōseruabat autē hæc omnia uirgo. Diuina em̄ erant quæ dicebantur & agebantur à puero, non quasi duodecim annorū, sed quasi perfecto. Vide autē quō hoc loco Euangelista interpretatur quid sit proficere sapiētiā. subdit enim, & ætate. Profectū autem ætatis, sapiētiæ profectum esse dicit, Gratiā uerō habebat apud Deum

Cur Maria Ioseph patrem Iesu dicit.

↑ aut quod aberrasset ut puer?

A Deum & apud homines, hoc est, agebat ea quæ Deo beneplacita erant, & quæ laudata ab hominibus. Primum autem apud Deum, & postea apud homines. Primum em̄ oportet Deo placere, & deinde hominibus.

CAPVT III.

ANNO autem decimoquinto imperij Tyberij Cæsaris, Pontio Pilato præside Iudææ, tetrarcha uerō Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilenes Tetrarcha, sub pontificibus Anna & Caiapha, factum est uerbum Dei super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Er uenit in omnem regionem finitimam Iordani, prædicans baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum.] Recte memor est & temporis, & principum illorum: ut sic demonstraret tempore Christi defecisse Iudaicorū principū successionē. præsidatum quidem Pilato homine alterius gentis, tetrarchatum autem Herodis Ascalonitæ, filijs tenentibus: crediturq̄ merito adesse Christus, iuxta prophetiam Iacob. Factū est autem, inquit, uerbum Dei super Ioannem: ut discas illum non temere, neq̄ citra uocationem ad testificandum Christo profuisse, sed diuino motu spiritu. Per uerbum intellege spiritum sanctum, uel mandatum Dei. Factum est autem in deserto uerbum Dei ad Ioannem, quando quidem enim filios desertæ multiplicaturus erat, ecclesiam dico ex gentibus, magis quam eius quæ habet uirū, hoc est Iudaicæ synagogæ, merito in deserto sit ad Ioannē uerbum & mandatum Dei. Prædicauit autem baptisma pœnitentiæ populis, hoc est inuulgauit. Porrō baptisma cooperabatur illis in remissionem peccatorum, quæ per baptismum Christi datur. Neq̄ enim baptisma Ioannis remissionem peccatorum habebat, sed ad remissionem conferebat: hoc est, præparabat homines ut acciperent Christi baptisma quod habebat remissionem peccatorum.

Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophætæ dicentis, Vox clamantis in deserto, parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebit̄, & omnis mons & collis humiliabit̄, & sient quæ obliqua sunt directa, & aspera in uias planas, & uidebit omnis caro salutare Dei.] Via quidem quam iubet parari, uita est Christiana, Paulopost em̄ prædicaturus erat Dominus. Semitas uerō dicit mandata legis iam trita, quæ præcipit recta facere. Peruertebāt enim mandata pharisæi. Potest item per uiam anima intelligi, semitæ uerō cogitationes & opera. Oportet igitur ut nos præparemus & animam, rectasq̄ faciamus cogitationes ac opera. Deinde quasi interrogante quopiam, & quo pacto hoc faciemus: uirtus enim ardua est ac difficilis, multosq̄ anfractus habet & obliquitates, & propter potestates aduersarias, & propter affectiones quæ in nobis habitant: dicit non fore operosum, sed omnino facile. Nam ualles, inquit, implebuntur, hoc est naturales nostræ potestates, quæ ad bonū infirmæ factæ sunt & deiectæ, replebuntur, omnisq̄ mons & collis, aduersariæ nimirum potestates, quæ propter superbiā se extollunt, humiliabunt. Verē enim infirmatæ sunt potestates illæ aduersariæ, & cupiditates quæ natura nobis uident̄ insitæ. Facta igitur sunt omnia facilia, & obliqua uersa sunt in recta. Christus enim aduersarias potestates protriuit, quæ hoc loco mōtes ac colles dicuntur, & naturales nostras inclinationes ad bonum reuificauit, quas dixit Euangelista ualles quæ implent. Nam propterea incarnatus est, ut naturam nostram restitueret, Et omnis, inquit, caro uidebit salutare Dei, non Iudæi tantum & profelyti, sed omnis caro. Etenim in omnē terrā peruenit Euangeliū. Possent quidem & alia multa dici, sed hæc ut manifestiora dicta sint.

Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut baptizarentur ab ipso, Progenies uiperarum, quæ uobis submōstrauit ut fugeretis à uētura ira: Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne coeperitis dicere intra uosipfos, Patrem habemus Abrahā: dico enim uobis, potens est Deus de lapidibus, istis suscitare filios ipsi Abrahæ. Iam uerō & securis ad radicē arborū posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructū bonū, exciditur, & in ignem conijcitur.] Progenies uiperarum uocat Iudæos, tanq̄ affligentes patres et matres suas. Tradunt enim de hoc animali, q̄ uterū deuoret, & sic nascatur, sic & Iudæi prophetas & doctores occidebant. Venturam iram dicit perpetuū supplicium. Fructus autem pœnitentiæ non solum est fuga mali, sed elaboratio boni. Hoc enim reuera est proferre fructum pœnitentiæ, si bonum operati fuerimus. Ne coeperitis autem dicere intra uos, Generosi sumus: & confidentes in patribus, uirtute negligatis.

Matt. 3.
Marci 1.
Ioanni 1.

Gen. 45.

Verbum
Dei.

† confessio
nis
Vis bapti-
smatis iohannis
† Esaie 40.

Virtus.

Fructus pœ-
nitentiæ quæ

Poterit enim Deus ex lapidibus istis patriarchæ filios dare, sicut Sarra & prius fecit. Vulua enim Sarra lapidibus erat durior, attamen ad procreandos filios gratiam con
sequuta est. Porro securis diuini iudicium est, indignos e uita resecans. Nisi igitur
Securis. pœnitentiam egeritis, inquit, excidimini ab hac uita. Securis enim posita est ad radi-
cem nostrarum arborum. Proinde (ut diximus) per radicem uita intelligitur. Intelligit
Rom. 6. igitur autem & per radicem, Abrahamæ cognatio. Itaq; rami illo indigni exciduntur ab
eius cognatione, iuxta Apostolum. Cæterum duplex est suppliciu. Peccator enim et
sterilis non solum exciditur a cognatione iustorum, sed & in ignem conijcitur.

Et interrogabant eum turbæ dicentes, Quid ergo faciemus? Respondens aut̄ dicit
illis, Qui habet duas tunicas, impertiat nō habenti; & qui habet escas, similiter faciat.
Venerunt aut̄ & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum, Magister, quid fa-
ciemus? At ille dixit ad eos, Ne quid amplius q̄ quod cōstitutum est uobis, exigatis.
Interrogabant aut̄ eum & milites, dicentes, Et nos quid faciemus? Et ait illis, Ne quē
cōcutiatis, ne quem calumniemini, & contenti estote obsonijs uestris. Expectante au-
tem populo, & cogitantibus omnibus in corde suo de Ioanne num ipse esset Christus
ille, respondit Ioannes uniuersis dicens, Ego quidē aqua baptizo uos, sed ueniet for-
tior me, cuius nō sum dignus soluere corrigiam calceamentorū, ipse uos baptizabit
spiritu sancto & igni, cuius uentilabrum in manu ipsius, & purgabit aream suam, &
congregabit triticū in horreum suum, paleas aut̄ comburet igni inextinguibili. Multa
ta quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Admonet & exhortatur tres il-
los ordines qui ad Ioannem accesserant, turbas, publicanos, & milites. Et turbas qui-
dem admonet ut elemosynæ uacent, præcipiens habenti duas uestes, cōmunicare ei
qui non habet. Publicanis uerō non plus q̄ constitutū est ipsis extorquere, hoc est exi-
gere; militibus autem non rapere, sed contentos esse obsonijs, hoc est his quæ a rege
iuxta cōsuetam liberalitatem erogant̄. Vide aut̄ quomodo turbis ceu innocentibus
dicit, exhortans ut bonum quiddam faciant, hoc est ut cōmunicēt. Publicanis uerō,
militibusq̄, ut abstant a malo. Neq; enim capaces illi erant, neq; bonum quippiam
facere poterant, sed sufficiebat eis non facere malum. Quidam anagogiam hic admit-
tunt, et intelligunt q̄ habentes duas uestes, cōmunicare debeant non habenti, dicentes
duas uestes, spiritum scripturæ, & literam; & exhorretur eum qui duas habet, ut cōm-
municet ei q̄ omnino nudus est: ut si quis sit qui scripturam bifariam intelligat, & se-
cundum spiritū, & secundū literam, cōmunicet ei qui non habet, hoc est doceat igno-
rantem, & det ei uelliteram. Tanta aut̄ fuit Ioānis uirtus, ut omnes cogitarent apud
se de illo q̄ esset Christus. Talem itaq; suspiciōnē repellens inquit, Tantum inter me
& Christū interest, ut ego quidē in aqua baptizem, ille autem in spiritu & igni; et
neq; ego dignus sum qui corrigiam calceamentorum illius soluam. Quid aut̄ hæc si-
bi uolunt? Baptizabit uos in spiritu & igni, manifestum omnino. Etenim Apostolis
spiritum misit, & igneæ linguæ apparuerunt dispartitæ illis. Non aut̄ dignū esse ut sol-
uat corrigiam calceamentorū, clara sententia est, q̄ nō sit dignus qui inter extremos
seruos ordinetur. In sensū autem occultiore, duo calceamēta Domini sunt profectio-
nes eius duæ, una ē cœlis in terram, altera ē terra in infernū, harū em̄ duarū profectio-
num modum nō potest quispiā soluere, ne si Ioanni quidē similis fuerit. Quis em̄ ex-
plicare poterit, aut quomodo incarnatus sit, aut quomodo in infernum descenderit.
Iam uentilabrū in manu eius, hoc signat, q̄ licet baptizaret uos, ne putetis q̄ s̄a infantes
sitis: sed nisi posthac uita egeritis immaculatam, exuret uos igni inextinguibili. Palea
em̄ est quī, infœcundā mentē habet, & tantūmodo magnā rerū tēporaliū curā gerit.
Multa aut̄ & alia exhortans euangelizabat populo. Consolatio enim & exhorta-
tio, reuera est doctrina bona, & iure dicitur Euangelium.

Herodes autem Tetrarcha quum corripere ab illo de Herodiade uxore fratris
sui, deq; omnibus malis quæ faciebat Herodes, adiecit & hoc super omnia, et inclusit
Ioannem in carcerem. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, ut & Ie-
su baptizato & orante apertum sit cœlum, ac descendit spiritus sanctus corporali spe-
cie quasi columba in ipsum, & uox de cœlo facta est quę diceret, Tu es filius ille meus
dilectus, in te complacitum est mihi. Merito interserit hoc loco Euangelista de He-
rode, quasi in hunc modum dicens, Turba quidē talia de Ioanne sentiebat: Hero-
des autem

*Tres ordi-
nes ad Ioan-
nem accesser-
tes.*

Palea quis.

Matt. 14.

Marci 6.

Matt. 3.

Esaiæ 42.

A des autem cum reprehenderetur ab eo, etiam ad omnia alia facinora adiecit ut inclu-
deret illum in carcere. Narrat itaq; hæc miserum illum & ærūnosum indicans, quan-
do quidem talia ausus fuerat, turba tantam opionem habente de Ioanne. Aperitur
aut̄ cœlum, ut mōstretur nobis q̄ baptisma aperiat omnibus cœlū, quod Adā clausu-
rat. Descendit autem spiritus in Iesum, ut ex hoc discamus q̄ & nos cum baptizamur
descendat spiritus. neq; enim spiritu Domini opus habebat, sed omnia ppter nos fa-
cit, & primitiæ ipse sit omniū quæ nos sumpturi sumus posthac, ut fiat primogenitus
in multis fratrib. In specie aut̄ columbæ descendit, ut discamus q̄ mansuetos nos esse
oporteat, ac mundos. Et sicut tempore Noe columba significauit quieuisse iram Dei,
sic & hoc loco spiritus sanctus conciliauit nos Deo, factō peccati diluuiō. Et filius au-
dit a patre uocem allatam: monstrans q̄ & nobis qui baptizamur, adoptionem filiorū
Dei largitus sit. In te bene placitum est mihi, hoc est in te quietem accepi.

Et ipse Iesus incipiebat esse ferme annorū triginta, ut putabatur, filius Ioseph, qui
fuit filius Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, q̄ fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph,
qui fuit Mathatthiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nag
gæ, qui fuit Maath, qui fuit Maratthiæ, qui fuit Semei, qui fuit Iosech, qui fuit Iuda, qui
fuit Ioanna, qui fuit Rhela, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, q̄ fuit
Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Helmadam, qui fuit Her, qui fuit Ieso,
qui fuit Heliezer, qui fuit Iorem, q̄ fuit Mattha, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit
Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Ionā, qui fuit Heliachim, qui fuit Meleach, qui fuit Me-
nam, q̄ fuit Mathatha, qui fuit Nathā, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui
fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naafon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aran, q̄ fuit
Efron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui
fuit Tharræ, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit
Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, q̄ fuit Noe, qui
fuit Lamech, qui fuit Mathufala, qui fuit Fnoch, qui fuit Iaret, qui fuit Malalehel, qui
fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Cum triginta
annorū esset Dominus, baptizatus est eo q̄ ætas illa perfectissima est, & illa homo uel
probos uel improbus cognoscitur. Recenset autem Lucas retrogrado ordine a Ma-
thæo, ut ostendat q̄ is qui nunc natus est in carne, a Deo sit. Vide em̄ quomodo recē-
sendo catalogū, recurrit in Deum: ut discamus q̄ patres omnes intermedios in Deū
reducat, & filios faciat, quā de causa & incarnatus est. Possum autem & aliter dicere,
Difficilis creditus est natiuitas Christi q̄ sine semine sit. uolens igitur Euangelista ostē-
dere q̄ & alias sine semine factus sit homo, ab inferioribus ascendit ad Adam & Deū:
quasi dicens, Si non credis q̄ secundus Adam sine semine factus sit, ascende precor me-
moriam ad priorē Adam, & inuenies etiam illum sine semine factum a Deo, & posthac
ne sis incredulus. Querunt autem quidam quomodo Mathæus Iosephum dicat filiū
Iacob, Lucas autem filiū Heli; impossibile autem unū habuisse duos patres. Dicunt
itaq; ad hoc, q̄ Iacob & Heli uterini fratres fuerint ex diuersis patribus: mortuo autē
Heli sine liberis, Iacob eius uxorem duxerit, ex illa procreaturus filios. Et sic dicitur
Ioseph esse filius Iacob naturalis; filius autē Heli, lege. Iacob enim ipsum natura genuit,
& uerē, deniq; & naturalis eius filius est, Heli uerō illius legitimus. Lex enim iussit, si
quis sine liberis moriatur, ut eius uxor ipsius fratri copuletur, & quod inde nascitur,
mortui esse censeatur, tametsi natura sit uiuentis. Et sic bene dicunt Euangelistæ, neq;
sunt inter se contrarij. Mathæus enim naturalem patrem Ioseph descripsit, Lucas au-
tem legalem & putarium patrem, hoc est Heli: ut ambo ostendāt q̄ propter hoc na-
tus sit Dominus, ut & naturam & legem sanctificet.

CAPVT III.

Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est a Iordane. & actus est per spiritū in
desertum, ac diebus quadraginta tentabatur a diabolo: nihilq; comedit in diebus
illis. Et consummatis illis deinde esuriit. Dixit autem illi diabolus, Si filius es Dei, dic
lapidi huic ut panis fiat. Et respondit ad illum Iesus dicens, Scriptum est, Non solo pa-
ne uiuet homo, sed omni uerbo Dei. Et subdixit illum diabolus in montem excel-
sum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in puncto temporis: & ait illi diabolus,
Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, et
tradita est
o 3 cuiuscunq;

*Ioseph ut fa-
erit filius Ia-
cob, et filius
Heli.*

Deut. 25.

Matt. 4.

Marci 1.

Deut. 8.

Tradita est

cuicumque uolo do illam; tu ergo si adoraueris prouolutus coram me, erunt tua omnia. Et respondens Iesus dixit illi, Abi post me Satana: scriptum est enim, Adorabis Dominum Deum tuum, & illi soli coles. Et duxit illum Hierosolymam, statuitque eum super pinnam templi; & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te ipsum hinc deorsum. scriptum est enim, Angelis suis mandauit de te, ut seruent te; et in manibus tollent te, ne offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus ait illi, Dicitum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. I. Baptizatus est Dominus, ut sanctificaret aquas propter nos, qui gratiam consequuturi eramus: uerum postquam baptizatus est, fertur a spiritu in montem desertum, Spiritus enim sanctus ducebat eum ad certamen cum diabolo. Unde & in desertum abiit, ut diabolo det ansam insidiandi sibi, maxime enim cum soli fuerimus, insidiari solet. At ieiunans dies quadraginta, mensuram ieiunij Moysi & Heliae non transgreditur, ut ne det Satanam hoc loco suspicionem se illis esse maiorem, sed accessum ad se, putanti quod & ipse homo sit. Ad haec, ut ne uideatur apparenter tantum incarnatus. Post baptismum autem tentatur, ostendens nobis quod post baptismum tentationes nos sint excepturae. Ieiunauit autem eo quod in tentationibus armorum loco sint ieiunia, & tunc debeamus non uacare delicijs, sed ieiunijs. Accedit igitur ad illum inimicus: & primum de gula tentat, de qua tentauerat & Adam: deinde & per auaritia, monstratis ei regnis omnibus. Quomodo autem monstrauit: Sanè quidam dicunt quod imaginationi illius proposuerit: sed non opinor quod imaginationi tantum obtulerit, sed sensibilibus illa monstrata fecerit ei clara. Tertio autem aggreditur de uana gloria tentans. dicit enim, Si filius Dei es tu, mittito te deorsum. Adulans autem ei ita nugabatur, si fortassis adulatione deceptus se filium Dei ostentare uelit deijciendo se deorsum, quod cognosceret quisnam esset. At Dominus illum scripturis repellit. Non tentabis (inquit) Dominum Deum tuum. Neque enim quis se in manifestaria pericula debet obijcere, probando num iuuuet se Deus. Animaduerte interim quanta sit utilitas scire scripturas. Scripturis enim Dominus Satanam repulit. Hoc autem, Non solo pane uiuui homo, Mosaicum est de manu dictum, nam licet non esset panis manna, eo tamen alebatur populus. Similiter & illa a Mose deprompta sunt, Dominum autem Deum tuum adorabis: & Non tentabis. Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo usque ad tempus. Et reuersus est Iesus in uirtute spiritus in Galileam, & fama exiit per uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, et glorificabatur ab omnibus. Omnem tentationem dicit Lucas consummasse Dominum, quamuis tribus duntaxat tentationibus tentatus: eo quod tentationum omnium sint capita tria, auaritia, gula, & inanis gloria. Porro gulae tentationem repulit dicens, Non solo pane uiuui homo. Hac enim primo inuasit eum, sicut & Adam. Adam enim non potuit per auaritia supplantare: non enim poterat plura alijs cupere, id quod auaritia est: solus existens. Neque per iram: cui enim succensuisset: Neque per inuidiam. Proinde per gulam supplantauit. Ceterum auaritia tentationem repulit non procidens ante diabolum, neque eum adorans. Nam cum demonstrasset omnia regna sensibilibus eius imaginationi, non ad ea respexit: tamen nonnulli hoc non de sensibilibus regnis, sed mentalibus intellexerint, ut quod monstrauerit ei regnum inuidiae, regnum gulae, & in summa omnium peccatorum regna: & quasi talia ei diceret, Si uis regnare affectionibus illis, & in hoc uenisti, ut eos qui sub me sunt rapias, procide, & adora me: & accipe omnes qui a me gubernantur. Dominus autem regnare quidem uult, & ad hoc uenit: regnare autem non cum peccato, neque sine certamine, sed certans & uincens. Sic quidam intellexerunt: quem sensum, si cui placet, recipiat. Porro & inanem gloriam repulit uerbo scripturae. Eripe igitur & nos Domine a tribus illis capitibus draconis. Reuersus est autem Iesus in uirtute spiritus. Videtur mihi quod diuino quodam afflatu correptus redierit: hoc enim est quod ait in uirtute spiritus. Attende quoque scripturam, quod postquam uicit tentantem, & monstrauit uirtutem suam, tunc illud scriptum sit, in uirtute spiritus. Recessit autem ab illo usque ad tempus, hunc sensum habet: Diabolus affectionibus duabus Dominum adortus est, uoluptatis scilicet ac tristitia: & accessit ad Dominum de uoluptate tentans in monte, recessit uero usque ad tempus, crucis scilicet, tunc illum per aduersa ac dura tentaturus.

Et uenit Nazareth, ubi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbatorum in synagoga, & surrexit ut legeret, Et traditus est illi liber Esaiam prophetae: & ut

& ut explicuit librum, inuenit locum ubi scriptum erat, Spiritus Domini super me, propterea quod unxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, ut sanes contritos corde, ut praedicem captiuis remissionem, & caecis uisum, ut emittam contractos per remissionem, ut praedicem annum Domini acceptum. Et complicato libro reddidit ministro, ac resedit. Et omnium in synagoga oculi erant defixi in eum. Coepit autem dicere ad illos, Hodie impleta est haec scriptura in auribus uestris. Volebat quidem Iesus manifestum se reddere Israelitis, & quod a Deo ac patre unctus sit ut saluet eos qui sub caelo sunt. Cum magna admiratione & hoc agit. Prae alijs autem se Nazarenis cum quibus conuersa haeruerat, manifestat: ut & nos doceat, primum & proprijs benefacere, atque illos docere, & postea in alios quoque benignitate transfundere. Porro oblatum sibi librum aperuit, ac inuenit, non quod forte occurrit, sed quod ipse uoluit. Ne enim existimes forte aperto libro incidisse eum in illum locum in quo haec de ipso scripta erant: nam ipso uolente hoc accidit. Quid autem scriptum erat: Spiritus Domini unxit me, hoc est consecrauit me, constituit me, ut euangelizarem pauperibus, hoc est gentibus quae neque legem neque prophetas habebant, & reuera ualde pauperes erant. Contriti autem corde fortassis fuerunt Israelitae, quorum cor prius fuit magna & sublimis domus Dei. Postea autem ubi uacare coeperunt idolis, & uarijs modis peccarunt, contritum & destructum est cor illorum, hoc est, domus Dei facta est spelunca latronum. Venit igitur Dominus ut & illos sanaret, & captiuis remissionem daret, & caecis uisum, hoc est, gentibus & Iudaeis. Ambo enim illi populi & captiui erant, & sub satana, ac caeci. Possunt autem haec & de mortuis intelligi. Erant enim & illi captiui atque sauci, liberati sunt a potestate inferni per resurrectionem. Praedicauit item & annum acceptum. Quis autem fuit annus ille acceptus? Fortassis seculum futurum, de quo praedicauit Dominus dicens, In die illa non interrogabit me quisquam. Et iterum, Venit hora quando mortui resur. *Ioan. 5.* Acceptus autem est ille annus, hoc est desiderabilis, & iustus amabilis: quem accipiunt omnes qui hic operati sunt. Est autem & tempus dominici aduentus in carne *1. Cor. 6.* annus acceptus: de quo Paulus dicit, Nunc tempus est acceptabile, nunc dies salutis. Porro ubi haec legit, dixit, Hodie impleta est scriptura haec in auribus uestris, manifeste se audientibus commendans, quia ipse sit de quo haec scripta fuerint.

Et omnes testimonium illi dabant, ac mirabantur super gratia sermonum qui procedebant ex ore ipsius: dicebantque, Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis, omnino dicebas mihi hanc similitudinem: Medice, cura te ipsum. Quaecumque audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua. Ait autem, Amen dico uobis, nemo propheta acceptus est in patria sua. Sed in ueritate dico uobis: multae uiduae erant in diebus Heliae in Israel quando clausum est caelum annis tribus & mensibus, sex, cum facta esset fames magna per omnem terram: & ad nullam illarum missus est Helias nisi in Sarephtha Sidonis ad mulierem uiduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Helisaeo propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naama Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, haec audientes. Et insurrexerunt, eieceruntque illum e ciuitate, & duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat aedificata, ut praecipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Cum audirent turbae quae dicebantur a Christo, admirabantur super sermonibus gratiarum. Admirantes autem dixerunt in cessabant eum: Nonne hic est fabri filius? Quauis quid propterberet ipsum dicit admirabilem & adorabilem? Non uides quanta fecit: non audis quaecumque dicit? Deinde conuictis patrem illius lacecis: Reuera de illis dicere licet, ecce populus stultus & absque corde: oculi illorum non uident, aures etiam non audiunt. Dominus igitur quid dicit: Omnino dicetis mihi, fac & in patria mirabilia quae in Capernaum fecisti. Hoc enim est quod dicit, Medice cura te ipsum. Proverbium enim erat apud Iudaeos quod aegrotantibus medicis dicebatur. At ego dico uobis quod fecissem multa signa etiam apud uos patriotas meos: sed scio commune omnium proverbium, quod contemnantur etiam res maximae, nisi cum rarae fuerint, si uulgatae sint & quotidianae, & eis omnes copiose fruuntur. Semper enim solent homines rara & admirabilia curare, despiciere autem communia & familiaria. Et idcirco nullus propheta in patria sua preciosus: sed si aliunde ueniat, admirabuntur illum. Sic & Heliam Iudaeo in Nazareth uiduae non susceperunt: Sarephthana autem suscepit. Et Helisaeus alienigenam *Hiere. 9.* *Res maxime nisi sint rara, contemnantur.* *Cur Christus in Capernaum stans faciat, in Nazareth uero non.*

leprosum purificauit, fide in illum declarata. Nam familiares eius, qui eiusdē erant patriā, ei nō crediderūt, & propterea nō sunt purificati. Similiter & ego uobis patriōtis nō uideor admirabilis, sed cōtemptus: & idcirco neq; signa facio. His sanē q; in Capernaum, uideor admirabilis, & signa facio, & acceptus eis sum. Audiētes autē hęc hi qui in synagoga erant, implebantur furore. Oportebat admirari, & pręcipitare conātur. At ipse per mediū illorū iuit, nō quidē passionē fugiēs, sed tempus expectans. Venit em̄ ut pro nobis patere: sed nunc in prędicationis exordio non debebat se morti exponere: sed tunc mori cum sufficientib; doctrinis nos docuisset. Et ita ex hoc manifestum est q; neq; cum crucifigeret, inuitus sit crucifixus, sed sponte mortē obierit. Scias autem q; prophetarū patriā, synagoga Iudeorū est, in qua prophete despiciabiles sunt, & non suscipiuntur: nos autem alienigenę suscepimus illos. Vidua enim Ecclesia est, quę ex gentibus collecta, suscepit Heliam, hoc est propheticum sermonem, cum esset fames spiritalis facta in Iudęa, fames inquam audiendi sermonem Dei. De hac sanē uidua prophetia dicit q; plures sunt filij desertę, q; eius quę habet uirum. Et rursum quia sterilis peperit septem: & quę multos habebat filios, infirmata est.

Synagoga
prophetarū
patriā.

1. Reg. 2.

Esa. 54.

2. Reg. 2.

Et descendit in Capernaū ciuitatem Galilęe, ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebant super doctrina eius, quia cum potestate coniunctus erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens spiritum dęmonis immundi, & exclamauit uoce magna dicens, Eia quid tibi nobiscū est Iesus Nazarene? uenisti ad perdendum nos? Scio te quis sis, sanctus ille Dei. Et increpauit illum Iesus dicens, Obmutescē, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dęmonium in mediū, exiit ab illo, nihilq; illi nocuit. Et factus est pavor super omnes, & colloquebātur inter sese dicētes, Quis sermo hic est, quia cum autoritate & potestate imperat immundis spiritibus, & exiunt: Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum undiq; finitimę regionis. Postquam neq; ratio neq; doctrina ad fidem rapuit incredulos, Dominus ad miraculorum operationem se conuertit, ceu efficacissimū pharmacū. Miracula igitur operatur in Capernaū. Valde enim increduli erant, & multis ad fidem indigebant, idcirco postquam satis docuit, & id tanquā potestate pręditus (nō enim dicebat, Hęc dicit Dominus: sed, Ego dico uobis: quia nō unus ex prophetis erat, sed uerē Dei filius) subdit etiam miraculū, et sanat dęmonio agitatū. At dęmon in inimitias primū fatetur, quōd testimonium eius fide dignius sit: dein subiicit testimoniū, Scio te qui sis, sanctus ille Dei. Prius igitur increpat illum, Cur uenisti huc perdere nos? Postea adulat, existimans Dominū adulatione fractum sinere illum, tam stulta res est malitia, sed Dominus docēs nos ne utamur dęmonum testimonijs & sententijs, Obmutescē (inquit) & egredere ex illo. Permittit autem dęmonū ut projiciat hominem, ut discerent circumstantes illum uerē habuisse dęmonium, cuius erant uerba, tamen lingua hominis ministraret. Propterea colloquebantur inter sese omnes admirantes de talibus factis & dicentes, Quis sermo hic, id est mandatum istud quo imperat, Exi ab illo, & obmutescē. Scias autē q; & nūc multi habent dęmonia, qui dęmonum perficiunt concupiscentias, ut iracundus quī habet dęmonū irę. At si uenerit Iesus in synagogā, hoc est, cum mens fuerit coadunata, & non diuagat, tunc dicit dęmonio irę, quę coerceri nequibat, Obmutescē: & statim projicit hominem in mediū, & egreditur ex eo. Quid autem sit in mediū projici, discē. Oportet hominem non omnino iracundum esse & amarum (crudelis enim hoc & truculentę bestię fuerit) neq; omnino ira carentem (nam hoc insensati fuerit) sed mediā incedere uiam, & furorem seruare contra malitiam. Cum igitur in mediū quis a malo spiritu projicitur, relinquitur ab eo.

Matth. 9.

Cum surrexisset autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur febrī magna, & rogauerunt illum pro ea. Et astans supra illam, increpauit febrē, et febris dimisit illam: statimq; surgens, ministrabat illis. Cum autem sol occideret, omnes qui habebant infirmos morbis uarijs, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, sanabat eos. Exibant autem & dęmonia a multis, clamantia ac dicentia, Tu es Christus filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facto autem die egressus ibat in desertum locum, & turbę quęrebant eum, & uenerunt usq; ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. quibus ille ait: Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum

A regnū Dei, nam in hoc missus sum. Et prędicabat in synagogis Galilęe. Dominus Christus omnium a discipulis excipiebatur & pascebatur, quemadmodū nunc quoq; & apud Petrum hospitio excipitur, & sanat eius socrum: ut & te instruat ne reñcias pauperū modestiā & studiū. Non simpliciter autem curat illam a morbo, sed & bonam ualetudinē & robur ad ministrandū ei suppediat. Et nos quoq; si illum ex ceperimus, exringuet nostram febrim irę & concupiscentię, & eriget ac corroborabit nos, ita ut ei ministrare ualeamus, hoc est facere quę ei placent. Vide autem obsecro & turbę fidē, quomodo etiam iam occidente sole infirmos afferebat, neq; tempore impediēbatur. Non sinit autem dęmonia loqui, tum q; non indigebat immundorum laude (neq; enim speciosa laus in ore peccatoris) tum q; nolebat accendi inuidiam Hebręorū, uidentium eum ab omnibus celebrari. Turbę item quęrunt eum etiam in locum desertum abeuntem, & detinent. At ille nō uno loco circumscribitur, sed etiam alijs, inquit, ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei. Vnde oportet etiam nos non segnes, neq; uno loco contentos esse, sed ubiq; circumire, & prodesse quibusq;.

Ecc. 19.

CAPVT V.

Factum est autem cum turba immineret ei ut audiret uerbum Dei, & ipse stabat iuxta stagnum Genezateth. Et uidit duas naues stantes ad stagnum: piscatores autem descenderant ex illis, & abluēbant retia. Ingressus autem in unam nauim quę erat Simonis, rogauit eum ut a terra abduceret pusillum, & sedens docebat de naui turbas. Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi, Pręceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, tamen tuo iussu laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam. Rumpēbatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in altera naui, ut uenerent & adiuuarent ipsos. Et uenerunt, atq; impluerunt ambas naues, ita ut mergerentur. Quod cum uideret Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens, Discede a me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo fuerant, super captu piscium quem ceperant: similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedę, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus, Ne metuas, posthac homines capies. Et subductis in terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum. Fugit Dominus gloriā, quę eum ob hoc magis sequebatur. Igitur urgente turba in nauim ingreditur, ut uel a nauē doceat in littore stantes, omnibus ē regione comparentibus, et nullo a tergo ueniente. Postquā autem turbam a nauē docuit, dominum nauis non reliquit irremuneratum, sed bis fariam ei benefecit, quia & multitudinem piscium ei donauit, & discipulum suum fecit. Admirare igitur Domini dispensationem, quomodo per propria & familiaria sua quemq; attrahit: sicut magos per stellam, ita & piscatores per pisces. Porro Christi mansuetudinē uide, quomodo obsecrat Petrum ut a terra abducatur. Rogauit enim, idem est quod obsecrauit, sed & quomodo Petrus morigerus fuerit, ita ut hominem quem non uiderat, in nauim suam suscepit, & ei in omnibus obediērit. Nam ut dixit ei quōd abduceret in profundum, non abnuī, neq; dixit, Per totam noctem laboraui, & nihil consecutus sum: nunc tibi parērem, & alijs fatigandus laboribus incumberem? Sed ait, In uerbo tuo laxabo rete. Adēd seruebat fide etiam ante fidem: unde & tantos pisces comprehendit, ut illos non potuerit trahere, & annuerit socijs, hoc est participibus in alia nauē, Nutu autem illos uocat, quia propter stuporem magnū loqui nequibat. Porro multa reuerentia Petrus rogat Iesum ut nauē excedat, peccatorem seipsum dicens, & indignum illius conuersatione. Hęc etiam per anagogiam si uis intelligas. Nauis est Iudęorum synagoga, & Petrus gerit typum doctorum legis. Laborauerunt autem per totam noctem doctores qui ante Christum fuerunt. Tempus enim ante eius aduentum, nox erat, & nihil comprehenderunt: postquam autem uenit Christus, diesq; factus est, Apostoli in locum legis doctorum surrogati, in uerbo eius, hoc est in pręcepto eius laxant rete Euangelij, & multitudinem hominum uenantur. Soli autem Apostoli nō possunt trahere rete piscium, annuētq; socijs suis, & cōmunicant, & cum eis trahunt. Hi autem sunt pastores & doctores Ecclesiarum in singulis tēporib; qui interpretant & docēt Apostolica, trahuntq; cum Apostolis, ut piscent homines. Anímaduerte itē & dictionē, Laxate rete, Euangelij enim est rete, ora

Trahentes
rete q; sunt,
er qui illa
rum socij.

Laxate
rete, ora

rete, orationē habens humilē & pedestrem, & ad auditorū infirmitatē se attemperan-
tem: & idcirco dicit laxari. Si cui autē & sensuum profunditas significari uideatur per
Hier. 16 laxationē rētis, neq̄ ipsum a uero abludat. Impletur enim & hoc propheta qui dicit,
Ecce ego mitto piscatores multos, dicit Dominus, & postea mittā multos uenatores,
& uenabuntur illos, piscatores quidem sanctos Apostolos uocans: uenatores autem
eos qui temporibus sequentibus habiti sunt doctores ecclesiarum & præfecti.

Matt. 8. Et factum est, cum esset in quadam ciuitate, & ecce uir plenus lepra, quumq̄ uidisset
Iesum, prostratus in faciem rogauit eum dicens, Domine, si uis, potes me mūdare.
Et protensa manu tetigit eum, dicens, Volo: mundus esto. Et cōfessum lepra discessit
ab illo. Et ipse præcepit illi ne cuiq̄ diceret: sed uade (inquit) ostende te ipsum sacerdo-
ti, & offer pro emūdatione tuā quemadmodū præcepit Moses in testimoniu illis. Per-

Leu. 14. uagabatur autem magis rumor de illo, & conueniebant turbæ multæ ut audirent, &
fanarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem agebat in secessu in desertis, & orabat. Ad-
miratione dignus est leprosus ille, quia dignam Deo de Christo opinionē habuit
& dixit, Si uis, potes me mūdare. Hoc enim indicat ipsum sentientem de Christo ut
de Deo. Non enim ut ad medicum accesserat (neq̄ enim lepra a medicis curari po-
test) sed ut ad Deum, cuius solius est sanare id genus morborum. At Iesus tangit illū,
nec sine causa, sed quoniam immundus habebatur iuxta legem, qui leprosum tange-
bat, uolēs ostendere q̄ nō teneatur ad seruāda tam exigua legis dicta, & q̄ ipse sit Do-
minus legis, & q̄ mundus nō coinquinetur ex eo quod uidetur immundum, sed ani-
morum lepra sit quæ coinquinat, & ideo tangit: interim & hoc indicās, q̄ sancta eius
caro diuinam habeat uirtutē, & purificet ac uiuificet, utpote quæ sit caro uerbi Dei.
Præcepit autē leproso ne cui diceret, nos docens ut ab his quibus benefecerimus, laudē
non quæramus. Abi autē (inquit) & ostende te ipsum sacerdoti, & offer munus in testi-
monium illis, Lex cauebat a sacerdote probandos leprosos, qui iudicaret an purifi-
cati essent, Et si quidem intra dies septem purificabatur quis, manebat intra ciuita-

Lepra, mor-
bus immedi-
cabilis.

Vade ostende te sacerdoti, & offer munus. Quod autem erat munus: Duæ aues, Sed quid est, in testimo-
nium illis? Hoc est in reprehensionem & condemnationem illorum, ut quando con-
demnant me ceu præuaricatorem legis, ex hoc arguantur me non præuaricari quod
mandarim ut illis offeratur donum sicut præcepit Moses. Quomodo autem duæ a-
ues illæ offerebantur Domino, non inuestituum fuerit dixisse, Occidebatur una a-
uis, & suscipiebant sanguinem eius in uale testaceo nouo: deinde alterius auis utraq̄
ale tangebatur in sanguine, & sic dimittebatur auis uiua. Præfigurabant autem hæc,
res Christi, Duæ enim aues, duæ naturæ sunt Christi, diuina & humana, quarum u-
na occisa est, nempe humana, altera uero dimissa uiua, diuina enim imparsibilis per-
mansit, uncta sanguine parsibilis naturæ, & in se passionem suscipiens, Sanguinem
autem Domini uas suscepit figulinum nouum, populus (inquam) nouus ex Genti-
bus, noui testamenti capax. Vide autem q̄ ubi aliquis fuerit purificatus, tunc deniq̄
dignus est offerre Domino donum istud, hoc est immolare Christum, & sacrificare.
Nam qui leprosus est, & immūdus anima, haud dignus fuerit offerre talia dona, hoc
est offerre corpus & sanguinem Domini, quod diuinæ naturæ unitum est. Vide autem
& hoc quomodo ineffabili excellentia Moysen præcellat Dominus, Moyses em̄
sororem suam lepra laborantem, quanuis multū oraret, non potuit sanare: Dominus
uero sermone solo mūdauit leprosum, Obserua item & humilitatem Dñi, quomodo
turba desiderante ut illum tangeret, in solitudinibus magis uersabatur placidus, ac o-
rabat: ut nobis in omnibus exemplū præberet & seorsim orādī, & gloriā declinandī.

Num. 12

Matt. 9. Et factum est quodam die, & ipse docebat, erantq̄ pharisæi sedētes, ac legis docto-
res, qui uenerāt ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Hierusalē, & uirtus Dñi ad-
erat ad sanandum eos. Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, et
quærebant eum inferre, & ponere ante illum. Et non inuenientes qua parte illum in-
ferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, ac per tegulas demiserunt eum cum le-
ctulo in medium ante Iesum. Quorum fidem ut uidit, dixit illi, Homo remittantur ti-
bi peccata tua. Et cœperunt cogitare scribæ & pharisæi dicētes, Quis est is qui loquitur
blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus? Ut cognouit autem
tem Ies-

Marc. 2.

tem Iesum cogitationes eorum, respondens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus
uestris: Vtrum est facilius dicere, remittantur tibi peccata tua, an dicere, surge & am-
bula: Ut autē sciatis q̄ filius hominis habeat potestatem in terra remittendi peccata, ait
paralytico, Tibi dico, surge, tolle lectulū tuum, & uade in domū tuā. Isq̄ cōfessum sur-
gens coram illis, tollebat in quo iacuerat, abiitq̄ in domū suam, glorificās Deum. Et
stupor corripuit omnes, & glorificabant Deum, & repleti sunt timore, dicētes, Vidi-
dimus incredibilia hodie. Oportebat Dominum rarius quoddam coram inimicis fa-
cere miraculum, proinde sanat hominem difficilimi morbi, ut sanando tantū morbū,
sanaret & mirabilem pharisæorū insaniam. Primum igitur animam sanat, dicens, Re-
mittant tibi peccata: ut discamus multas infirmitates a peccatis nasci, deinde & cor-
pus sanat, uisā afferentiū fide. Sæpe em̄ alios propter aliorum seruat fidem. Porro pha-
risæi dicunt, Cur ille loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus
Deus? Hæc autē dicunt mortis reum condemnantes. Lege enim statutum, ut blasphe-
mans in Deum morte puniret. Dominus igitur monstrans eis se uerū Deū, & nō arro-
gantia illud a se dictū, alio signo illis suadet, Sciebat enim quid illi cogitarent. Vnde
omnino liquidū, eum esse Deum. Dei enim est uidere cor, propterea dixit, Quid uo-
bis uidetur: facilius ne remittere peccatū, uel sanare corpus: Omnino iuxta uestrā sen-
tentia uidet facilius remittere peccata, ut obscurū, & non reprehensibile, q̄ uis diffici-
lius sit: sanare autē corpus, ut oculis conspicū, difficilius uidet, q̄ uis natura facilius: at-
tamen ego & hoc & illud faciam: & idcirco sanabo corpus, quæ res uobis difficilior
uidetur, ut credibilē uobis faciā & animæ sanationē, quæ reuera difficilior est, quam
uis uobis (quia non uidetur) facilius uideatur. Vide autem quod super terram remittā
tur peccata. Quandiu enim super terram sumus, poterimus delere peccata nostra: at
postquam è terra migrauerimus, non ultra nobis illis poterimus per confessionem:
clausa enim est ianua. Diximus de hac clausula in alijs Euangelistis uberius.

Marc. 2.

Et post hæc exiit ac uidit publicanū nomine Leui sedentem ad telonium: & ait illi,
Sequere me. Atq̄ is relicto omnibus surgens secutus est eum: & fecit ei conuiuīū ma-
gnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis
accumbabant. Et murmurabant scribæ & pharisæi aduersus discipulos eius, dicētes,
Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis? Et respondens Iesus dixit ad
illos, Non egent qui sani sunt, medico, sed qui malē habent. Nō ueni uocare iustos,
sed peccatores ad poenitentiam. Matthæus nomen suum nō tegit, sed clarē inuulgat,
dicens, Vidit Matthæum publicanū Iesus sedentem in telonio. Lucas uero & Mar-
cus honorantes Euangelistam, aliud eius nomen Leui in medium proponūt. Admi-
rare autem Dei misericordiam, quomodo uasa maligni diripiat, Telones enim uas
erat maligni, & mala bestia, Sciunt qui experti sunt, q̄ sint importuni exactores. Pu-
blicanus enim sunt qui publica uectigalia emunt, quatenus inde damnosum suis anti-
mabus quid lucrentur. At non solum Matthæum tunc lucratus est, sed etiam alios pu-
blicanos cum quibus conuiuabatur, lucrari uolebat Dominus. Nam propterea & cō-
uiuia illorum fit, ut etiam illos attrahat. Vide autem quid dicat pharisæis ipsum repre-
hendentib. Non ueni (inquit) uocare iustos, hoc est, uos, qui uos ipsos iustificatis: sed
peccatores ueni uocare, nō ut in peccatis maneāt, sed ut poenitentia agāt. Vel aliter,
Non ueni uocare iustos, nullos enim inuenio, quandoquidē omnes peccant. Quod
si possibile esset inuenire iustos, nō uenisset. Est autem publicanus omnis, qui mūdi
domino seruit, & tributa carni dat. Gulosus uentri tributa dat cibos, scortator scōdū
congressum, & alius aliud. Cum igitur illum uiderit Dominus, hoc est euangelicus
sermo, sedentē in telonio, hoc est non proficere, neq̄ procedere, neq̄ moueri ad ma-
iorem malitiam, sed quasi ociosum, tunc resuscitabit a malo, & sequetur ille Iesum, &
excipiet in domo animæ Dominum. Pharisæi autem arrogantes & demones abscecti
(pharisæus em̄ dicit qui ab alijs sequestratur) murmurāt q̄ cum peccatorib. comedit.
At illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecra-
tiones faciūt, similiter & pharisæorū: tui uero edunt & bibunt? Quibus ipse ait, Num
potestis facere ut filij thalamī, dum cum illis est sponfus, ieiunēt: uenient autē dies, &
cum ablatus fuerit ab illis sponfus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autē simili-
tudinem ad illos, Nemo immisuram noui uestimenti immittit in uestimentum ue-
tus: alio-

tem Iesum cogitationes eorum, respondens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus
uestris: Vtrum est facilius dicere, remittantur tibi peccata tua, an dicere, surge & am-
bula: Ut autē sciatis q̄ filius hominis habeat potestatem in terra remittendi peccata, ait
paralytico, Tibi dico, surge, tolle lectulū tuum, & uade in domū tuā. Isq̄ cōfessum sur-
gens coram illis, tollebat in quo iacuerat, abiitq̄ in domū suam, glorificās Deum. Et
stupor corripuit omnes, & glorificabant Deum, & repleti sunt timore, dicētes, Vidi-
dimus incredibilia hodie. Oportebat Dominum rarius quoddam coram inimicis fa-
cere miraculum, proinde sanat hominem difficilimi morbi, ut sanando tantū morbū,
sanaret & mirabilem pharisæorū insaniam. Primum igitur animam sanat, dicens, Re-
mittant tibi peccata: ut discamus multas infirmitates a peccatis nasci, deinde & cor-
pus sanat, uisā afferentiū fide. Sæpe em̄ alios propter aliorum seruat fidem. Porro pha-
risæi dicunt, Cur ille loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus
Deus? Hæc autē dicunt mortis reum condemnantes. Lege enim statutum, ut blasphe-
mans in Deum morte puniret. Dominus igitur monstrans eis se uerū Deū, & nō arro-
gantia illud a se dictū, alio signo illis suadet, Sciebat enim quid illi cogitarent. Vnde
omnino liquidū, eum esse Deum. Dei enim est uidere cor, propterea dixit, Quid uo-
bis uidetur: facilius ne remittere peccatū, uel sanare corpus: Omnino iuxta uestrā sen-
tentia uidet facilius remittere peccata, ut obscurū, & non reprehensibile, q̄ uis diffici-
lius sit: sanare autē corpus, ut oculis conspicū, difficilius uidet, q̄ uis natura facilius: at-
tamen ego & hoc & illud faciam: & idcirco sanabo corpus, quæ res uobis difficilior
uidetur, ut credibilē uobis faciā & animæ sanationē, quæ reuera difficilior est, quam
uis uobis (quia non uidetur) facilius uideatur. Vide autem quod super terram remittā
tur peccata. Quandiu enim super terram sumus, poterimus delere peccata nostra: at
postquam è terra migrauerimus, non ultra nobis illis poterimus per confessionem:
clausa enim est ianua. Diximus de hac clausula in alijs Euangelistis uberius.

Et post hæc exiit ac uidit publicanū nomine Leui sedentem ad telonium: & ait illi,
Sequere me. Atq̄ is relicto omnibus surgens secutus est eum: & fecit ei conuiuīū ma-
gnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis
accumbabant. Et murmurabant scribæ & pharisæi aduersus discipulos eius, dicētes,
Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis? Et respondens Iesus dixit ad
illos, Non egent qui sani sunt, medico, sed qui malē habent. Nō ueni uocare iustos,
sed peccatores ad poenitentiam. Matthæus nomen suum nō tegit, sed clarē inuulgat,
dicens, Vidit Matthæum publicanū Iesus sedentem in telonio. Lucas uero & Mar-
cus honorantes Euangelistam, aliud eius nomen Leui in medium proponūt. Admi-
rare autem Dei misericordiam, quomodo uasa maligni diripiat, Telones enim uas
erat maligni, & mala bestia, Sciunt qui experti sunt, q̄ sint importuni exactores. Pu-
blicanus enim sunt qui publica uectigalia emunt, quatenus inde damnosum suis anti-
mabus quid lucrentur. At non solum Matthæum tunc lucratus est, sed etiam alios pu-
blicanos cum quibus conuiuabatur, lucrari uolebat Dominus. Nam propterea & cō-
uiuia illorum fit, ut etiam illos attrahat. Vide autem quid dicat pharisæis ipsum repre-
hendentib. Non ueni (inquit) uocare iustos, hoc est, uos, qui uos ipsos iustificatis: sed
peccatores ueni uocare, nō ut in peccatis maneāt, sed ut poenitentia agāt. Vel aliter,
Non ueni uocare iustos, nullos enim inuenio, quandoquidē omnes peccant. Quod
si possibile esset inuenire iustos, nō uenisset. Est autem publicanus omnis, qui mūdi
domino seruit, & tributa carni dat. Gulosus uentri tributa dat cibos, scortator scōdū
congressum, & alius aliud. Cum igitur illum uiderit Dominus, hoc est euangelicus
sermo, sedentē in telonio, hoc est non proficere, neq̄ procedere, neq̄ moueri ad ma-
iorem malitiam, sed quasi ociosum, tunc resuscitabit a malo, & sequetur ille Iesum, &
excipiet in domo animæ Dominum. Pharisæi autem arrogantes & demones abscecti
(pharisæus em̄ dicit qui ab alijs sequestratur) murmurāt q̄ cum peccatorib. comedit.

At illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecra-
tiones faciūt, similiter & pharisæorū: tui uero edunt & bibunt? Quibus ipse ait, Num
potestis facere ut filij thalamī, dum cum illis est sponfus, ieiunēt: uenient autē dies, &
cum ablatus fuerit ab illis sponfus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autē simili-
tudinem ad illos, Nemo immisuram noui uestimenti immittit in uestimentum ue-
tus: alio-

Leu. 24
2. Paral. 8

Anime se-
natio diffi-
cilior quā
corporis.

Cap. 9.

Cap. 21.

Publicanus
quis.

Rom. 8.

Pharisæus.

tus; alioquin & nouum rumpit, & ueteri non conuenit immiffura ex nouo. Et nemo mittit uinum nouū in utres ueteres, alioquin rumpet uinum nouum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt. Sed uinum mustum in utres nouos mittendum est, & utraq; conseruantur. Et nemo qui biberit uetus, statim uult nouum. dicit enim, Vetus melius est. Diximus de his in Mattheo, & nunc dicemus succinctius. Apostolos uocat filios thalami. Aduetus enim Domini assimilatur nuptijs, eo qd Ecclesia in spōsam duxerit. Proinde Apostolos ieiunare non oportebat; discipuli autem Ioannis debebant ieiunare, nimirum quia uirtutem magister illorum labore parabat. Venit enim (inquit) Ioannes neq; comedens, neq; bibens. Discipuli autem mei qui mecum agunt uti cum uerbo Dei, non indigent nunc ieiunij utilitate: quoniam ex mea conuersatione gratiam consecuti sunt, & per me custodiuntur. Vbi autem ego assumptus fuero, et ipsi ad praedicandū missi fuerint, tunc & ieiunabunt, & orabunt, utpote ad magna certamina sese preparantes. Vel etiam aliter. Nunc cum infirmi sunt, & a spiritu sancto nondum innouati, ueteribus comparatur utribus, & uestimento ueteri haud oportet illos grauiori uiuendi ratione grauari & onerari, sicut neq; ueteri uestimento noua addatur immiffura. Potes sanē (ut dixi) per utres ueteres intelligere apostolos, utpote infirmos. Potes etiam phariseos intelligere, qui utribus assimilantur: quasi diceret Dominus, Mea quidem doctrina, uinum est nouum: uos autem cum sitis utres ueteres, illud capere non potestis: sed uinum uetus bibentes, hoc est ueterē traditionem meam, quae noua est, non uultis, sed dicitis, Vetus uinum, hoc est, uetus testamentum, melius est.

CAPVT VI.

Accidit autem ut in sabbato secundoprmo transiret per sata, ac uellebant discipuli eius spicas, edebantq; confricantes manibus. Quidam autem phariseorū dicebant illis, Quid facitis quod non liceat facere in sabbatis? Et respondens Iesus ad eos dixit, Ne hoc quidem legistis quod fecit Dauid cum esurisset ipse, & qui cum illo erant: quomodo intrauit in domum Dei, et panes propositionis sumpsit, editq; ac dedit etiam his qui secum erant: quos non licet edere nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis, Dominus est filius hominis etiam sabbati. Iudaei omne festum sabbatum nominabant. Sabbatum enim quies dicitur. Saepē igitur occurrebat festum in parasceue, & uocabant parasceuen sabbatum propter festum: deinde quod proprie est sabbatum, nominabant secundoprimum, eo qd sequatur festum & sabbatum quod praecesserat. Contigit igitur tunc aliquid tale: & sabbatum illud uocabatur secundoprimum. Atq; cum pharisei discipulos carpebant qd in sabbato comedebant euellentes, hoc est aristas abstrahentes & confricantes, hoc est terentes manibus, adducit Dominus Dauid esurientem & comedentem panes propositionis, quos proponebant quotidie. Fugiens enim a Saul ueniebat ad Abiathar pontificem, & decepit eum quasi a rege missus esset in opus quoddam necessarium: & esuriens accepit a pontifice etiam panes propositionis, quorum duodecim quot idie super sacram mensam ponebant, sex a dextris, & sex a sinistris. Accepit autem & gladium Goliath. Hanc historiam dixit illis Dominus, & admonet eos a facto Dauid. Nam si Dauidem (inquit) honoratis, quomodo meos condemnatis discipulos? Vel aliter, Filius hominis, hoc est, ego Dominus sum sabbati, ut conditor & factor & legislator, potestatem habens soluēdi sabbatum. Filius enim hominis nō alius uocatus est quam Christus, qui cum esset filius Dei, mirabiliter dignatus est filius hominis propter homines & fieri & uocari. At qd ego & tu dicimur filius hominis, nihil noui. Illum autem dignum est uocari filium hominis, qui miro modo factus est homo.

Factum est autē in alio sabbato ut intraret in synagogā, ac doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida. Observabant autē eum scribae ac pharisei an in sabbato sanaturus esset, ut inuenirēt unde accusarēt eum. Ipse uerō sciebat cogitationes eorū, & ait homini qui habebat manū aridam, Surge, & sta in medio. Et surgens stetit. Ait igitur ad illos Iesus: Interrogabo uos, utrū licet sabbatis benefacere, an malefacere: animam seruare, an perdere? Et circumspēctis omnibus dixit homini, Extende manum tuam. Ille autem fecit, & restituta est manus eius sana sicut altera. Ipsi autem repleti sunt amentia, & colloquebantur inter sese quidnam facerent Iesu.

Quae

A Quae diximus in Mattheo, manifesta sunt: nunc autem hoc dicimus, quod aridam manum habet, qui nulla uirtutum opera facit. Manus enim operandi organum est: cui aut illa arefcit, is omnino ociosus est. Si quis igitur manum sanari uult in sabbato, illam sanctificet. Neq; em̄ potest quis opera uirtutū facere, nisi prius a malitia cesset. Declina enim (inquit) primo a malo, & tunc fac bonum. Itaq; quando sabbatum agis, hoc est, ociosus es ab operibus malis, tunc extendas manum ad opera uirtutum, & restituetur ipsa. Et merito dixit, restituta est. Fuit enim quando humana natura habebat uim operandi bonum, ac manum, hoc est operandi efficaciam sanam: sed postea quam perditā fuit, gratia Christi illam iterū recepit, & ad priorē sanitatē restituta est.

Factum est autem in illis diebus, exijt in montem ad orandum, eratq; pernoctans in deprecatione Dei. Et cum dies factus esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit: Simonem, quem & Petrum nominauit, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomeum, Matthaum & Thomam, Iacobum Alphæi filium & Simonem qui uocatur Zelotes, Iudam Iacobi & Iudam Iscariotem, qui idem fuit proditor. Et descendens cum illis stetit in loco campestri, turbaq; discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ex omni Iudaea & Hierusalem, & a maritima Tyro & Sidone: qui uenerant ut audirent eum, & sanarentur a morbis suis: & qui uexabantur a spiritibus immundis & sanabatur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus ab illo exibat & sanabat omnes. Dñs docet nos ut opera sua imitemur, & sicut ipse fecit, ita & nos faciamus. Ecce oraturus erat, & ascēdit in montem. Etenim oportet etiam nos a negocijs ociosos orare, & non in medio multorum, sed pernoctantes, ne statim ut ceperimus cessemus. Post orationem autem elegit discipulos, ut doceat etiam nos quando quempiam in spirituale ministerium sumus ordinaturi, cum precibus hoc faciamus, ut doctus a Deo & ab illo petentibus, reuelat quis idoneus sit. Assumpsit ergo duodecim, descenditq; cum illis de monte, ut eos qui ex urbibus uenerant, sanet, & geminis beneficijs prosequatur, in anima scilicet ac corpore. Audi enim quid dicat, Venerunt ut audirēt eum, qd ad animæ curam pertinebat: & sanarentur a morbis suis, hoc de corporibus dicit. Etenim uirtus ab illo egrediebatur, & sanabat omnes. Nā prophetae et alij sancti non habebant uirtutem a se egredientem. Nō em̄ fuerunt ipsi fontes uirtutum. At Dominus habuit uirtutem a se egredientem, quandoquidem ipse fons uirtutum. Et ita prophetae ac sancti uirtutem suam supernē acceperunt.

Et ipse attollens oculos suos in discipulos dicebat: Beati pauperes, quia uestrum est regnū Dei. Beati qui esuritis nunc, quia saturabimini. Beati qui fletis nūc, quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines, & separauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomē uestrum tanq; malum propter filium hominis. Gaudete in illo die & exultate: ecce enim merces uestra multa est in coelis. secundum hæc em̄ faciebant prophetas patres eorum. Veruntamen uae uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram. Uae uobis qui saturati estis, quia esurietis. Uae uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Uae cum laudauerint uos omnes homines, secundum hæc enim faciebant pseudoprophetas patres eorum. Postq; ordinauit discipulos, per beatitudines & doctrinas in ordinem magis spiritualem inducit ac componit. Nam ad illos se uertens sermonem facit. Et primum beatos dicit pauperes, siue humiles intelligere uolueris, siue a pecuniæ cupiditate alienos. Et omnes beatitudines simpliciter frugalitatem nos docent ac humilitatem, & contemptum ac opprobria ferenda: quemadmodū & uae dirigit in diuites huius seculi, quos & consolationem habere dicit, hoc est, hic in præsentī seculo lætitiā accipere, & ridere, & in delicijs ac laudibus claros uiuere. Horreamus fratres, quia uae habent qui ab hominibus laudantur. Decet quidem ut & ab hominibus laudemur, sed prius a Deo.

Sed uobis dico qui auditis, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt. Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantibus uos. Percutienti te in maxillam, præbe & alterā: & ab eo qui aufert tibi pallium, etiam noli tunicam prohibere. Omni autē exigenti abs te, tribue: & ab eo qui aufert quæ tua sunt, ne reposcas: & prout uultis ut faciant uobis homines, uos quoq; facite illis similiter. Et si diligitis eos qui uos diligunt quæ uobis est gratia: Nam & peccatores eos a quibus diligunt, diligunt. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt, quæ uobis est gratia: Siquidē

p & pec

& peccatores hoc faciunt. Et si mutuū dederitis his à quibus speratis uos recepturos, quæ gratia est uobis? Nā & peccatores peccatoribus dant mutuū, ut recipiant paria. Quinimo diligite inimicos uestros, & benefacite, & mutuū date, nihil indesperantes: & erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi: quia ipse benignus est erga ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. Quoniam Apostoli ad predicandū mittendi erāt, & expectabant multi persecutores & insidiatores: si igitur apostoli in persecutione sua dolentes, ad uindicandū eos q se offenderant, cōuersi fuissent, siluissentq; & nō docuissent, extinctus utiq; fuisset sol euangelij: propterea Dñs anticipās admonet discipulos ne uindictā de inimicis sumant, sed omnia quæ eueniunt, fortiter ferāt, quāuis quidā iniuria afficiant, quamuis irreligiosē insidient, sicut & ipse in cruce faciebat, dicens, Pater dimitte eis, nesciunt em̄ quid faciunt. Deinde ne apostoli dicere possint impossibile esse præceptū diligēdi inimicos, dicit, Quod tibi uis fieri, hoc & alijs, facito: & esto talis alijs, quales alios tibi esse uis. Si quidem duos & incompatiētes & iracundos uolueris esse tibi inimicos, esto & tu talis. Sin illos uolueris esse bonos, & cōpatientes, & iniuriarum immemores, ne impossibile credas esse q; & tu talis fias. Vides legem naturalem in cordibus nostris inscriptam? Sic & Dñs dixit, In diebus illis dabo leges meas in mentē illorū, & in corda illorū inscribam eas. Postea & alia necessitate nos urget, Si diligitis eos qui uobis bene faciunt, similes estis peccatoribus & gentilibus. Sin diligitis eos qui uobis male faciunt, similes estis Deo, qui est bonus ingratis & malis, Vtrum igitur Deo uel peccatoribus similes fieri uultis? Vides diuinam doctrinam? Primum à naturali lege te docuit. Nā quod tu tibi uis fieri, hoc etiam alteri fac. Deinde & à sine ac mercede: mercedem enim pollicetur uobis, quod similes fiatis Deo.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Remittite, & remittetur uobis. Date, & dabitur uobis. Mensuram bonam & confertam & concussam atq; exundantem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe mensura qua metimini, metientur alij uobis. Dicebat autem illis similitudinem, Nunquid potest cæcus cæcum ducere: nōne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus supra magistrū suū, perfectus autē omnis erit, sicut magister ipsius. Omnem morbum difficilem ab animabus nostris amouet Dñs: radicem dico superbiam. Nam qui seipsum non considerat, & solum attendit res proximi, illasq; taxare uult, certum quod superbia capitur, & obliuiscitur sui. Omnino enim de se q non peccet sentit, & propterea alios peccantes reprehendit. Igitur si uis in condemnatus esse, ne condemnes alios. Dic enim quæso, quare condemnas alium ut præuaricantem diuinas leges? An non & tu præuaricaris diuinam legem? Ut taceam de alijs peccatis, certe in illo ipso q alios iudicas, peccas. Etenim diuina lex præcipit tibi ne iudices fratrem. Et ita etiā tu præuaricaris legem. Et cum præuaricator es, non debes iudicare alium ut præuaricatorem. Iudicem enim superiorem esse oportet natura peccante. Remitte igitur, & remittetur tibi: da, & dabitur tibi. Mensuram enim bonam, confertam & concussam & exundantem dabunt in sinum uestrum. Non enim parcet remetietur Dominus, sed opulente. Sicut igitur mensurus farinam accumulas, concutis, exundareq; facis, si quidem absq; parsimonia metiri uis: ita & Dominus mensuram magnam & exundantem dabit tibi. Hic forte acutior quispiā quæserit, quomodo postq dixit, qua mensura metimini, metientur uobis & alijs, iterum dicit q mensura exundet? Si enim exundet, quomodo mensura hæc eadem est? Dicimus itaque non esse dictum quod tanta mensura metientur uobis & alijs, sed eadem. si quidem dixisset tanta mensura, tunc non defuisset difficultas & contrarietas sermoni. nunc autem cum eadem dixerit, soluit contrarietate. Licet enim dare eadem mensura, sed nō tanta. Hoc igitur dicit Dominus, Si benefeceris, benefiet tibi. Hoc enim est eadem mensura. Exundantem autem dicit, q cum semel benefeceris, innumeris modis tibi benefiet. Idem est etiam in condemnatione. Qui enim condemnat & deinde condemnatur, eadem mensura recipit: quatenus autem amplius condemnatur q similem condemnarit, in hoc in hoc exundans est mensura. Hæc autem dixit Dñs à condemnatione nos prohibens. Dicit autem & parabolam nobis, hoc est exemplum. Dic enim quæso, inquit, nōne alterum iudicans, & ipse eadem peccans, comparatus es cæco cæcum ducenti: Nam si alium condemnas, & ipse in eadem incidis peccata, uterq; cæci estis: & uideris

deris quidem illi dux esse ad bonum, eo q; condemnas: non es autem dux. Quomodo em̄ ille à te ad bonum inducetur, cum & tu labaris? Non est em̄ discipulus supra magistrum. Si igitur tu qui uideris esse magister & dux, laberis: omnibus modis cadet etiam qui docetur ac ducitur. Elaboratus enim discipulus, hoc est perfectus, erit sicut magister eius. Hæc dicit etiam ut ne condemnentur hi qui sunt inferiores nobis, si uideantur peccare. Subdit quoq; & aliud eiusdem argumenti.

Quid autē uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo proprio est, non animaduertis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, sine eijciam festucam quæ in oculo tuo est: ipse in oculo tuo trabē nō uidens? Hypocrita, eijce primū trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies ut eijcias festucam quæ est in oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quæ facit fructum malū: neq; arbor mala faciens fructum bonū. Vnaquæq; em̄ arbor ex fructu suo agnoscitur. Neq; em̄ ē spinis colligitur ficus, neq; ē rubo uindemiant uuam. Bonus homo ex bono thesauro cordis sui, profert bonum, & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia em̄ cordis loquitur os eius. Quid autē uides, inquit, festucā, hoc est paruū peccatū fratris tui, trabem autē magnum peccatum tuum nō aduertis? Hoc autē omnibus dici potest, & maxime doctoribus & principibus, qui subditorum peccata quamuis parua puniūt: sua autē etiam maxima impunita sinunt. Idcirco illos & hypocritas uocat Dominus. Sunt alij quidē apparentes, dum aliorum peccata puniunt: in hoc em̄ iusti apparent. Alij autem sunt ex eo q; & ipsi grauius peccant. Postea etiam & ex emplo cōfirmat sermonem suum. Sicut, inquit, nō est arbor bona quæ facit fructum putrē, neque arbor putris quæ facit fructum bonum: ita & qui alios castigare & corrigere, & ad bonum transferre attentat, nō fuerit malus: si autē malus fuerit, alios non faciet meliores. Vniuscuiusq; enim cor thesaurus est: & si quidem bona habeat, etiā homo bonus est, & bona loquitur: sin uerò malis cor plenum fuerit, etiam homo malus est, & mala loquitur. Potes autem hæc & de pharisæis sic intelligere. Ad illos em̄ sermonem dirigens inquit, Eijce primū trabem ex oculo tuo, & tunc festucam quæ est in oculo fratris tui: sicut etiam alibi dicit, Camelum glutientes, & culicem excolantes. Quomodo igitur uos pharisæi q estis arbores putres, poteritis fructus bonos afferre? Vester enim sermo semper putris est, sicut & uita. Loquimini em̄ ex abundantia cordis. Quomodo igitur alios corrigetis, & aliorum peccata punietis, ipsi grauius peccantes? Quid autē uocatis me Dñe, Domine, & nō facitis quæ dico? Quisquis uenit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam uobis cui similis sit: Similis est homini ædificantī domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petrā. Inundatione autem facta illius est flumen domui illi, & nō potuit eam mouere, fundata enim erat super petram. Qui autē audiuit, & non fecit, similis est homini qui ædificauit domum suam super terram absq; fundamentō, in quā illius est fluius, & cōtinuō cecidit, & facta est ruina domus illius magna. Et hoc necessariō nobis dicitur, qui ore quidem Christum confitemur, opere autem negamus. Si enim Dominus sum, inquit, omnino uestrum est facere ea quæ sunt seruorum. Serui enim opus est recte facere qd dominus imperat. Deinde dicit nobis quid lucretur se audiens, & non solū audiens, sed & faciens. Similis est enim homini ædificantī, qui ædificauit super petrā. Petra igitur est Christus, sicut apostolus testatur. Fodit autem in profundum, qui nō superficialiter sermones scripturæ accipit, sed scrutatur profunda illarum in spiritu. Talis igitur & supra petram fundat, & deinde facta tempestate, hoc est persecutione uel tentatione, illidit flumen domui illi tentator, siue daemon, siue homo, & non ualet mouere illam, Flumini sanē tentans ille homo confertur, & ualde merito. Sicut enim flumen inundare facit aqua quæ supernē decidit, ita & tentantem illum hominem fatanas, qui ē supernis cecidit, crescere facit. Domus autē eorū q non faciunt sermonem Dñi cadit, & fit ruina domus illius magna. Magna em̄ ruina est eorū qui audiunt & nō faciunt. Nam qui non audit, & nō facit, non tam grauius cadit. qui autē audit & non facit, grauius peccat.

CAPVT VII.

Quum autē cōsummasset omnia uerba sua audiēte populo, intrauit Capernaū. Centurionis autem cuiusdam seruus malē habens agebat animam, qui illi erat charus. Cum audisset autem de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eū

ut ueniret & seruiret seruum suum. At illi cum uenissent ad Iesum, rogabant eum si-
 diose, dicentes, Dignus est ut hoc illi praestes: diligit enim gentem nostram, & synago-
 gam ipse edificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe absset a do-
 mo, misit ad eum Centurio amicos, dicens ei. Domine, noli uexari: non enim sum di-
 gnus ut sub tectum meum intres. quapropter nec dignum me ipsum arbitratum sum,
 ut uenirem ad te: sed dic uerbo & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub
 potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alteri, ue-
 ni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Auditis autem his Iesus miratus est eum, &
 conuersus sequenti se turbae dixit, Dico uobis, ne in Israel quidem tantam fidem in-
 ueni. Et reuersi qui missi fuerant, in domum, inuenerunt seruum qui languerat, sa-
 num. Idem est hic cum illo quem Matthaeus ponit, etiam si non dicat Matthaeus quod mise-
 rit Iudaeos rogans & orans illum. Verisimile enim est quod primum miserit Iudaeos, de-
 inde etiam ipse uenerit. Quod igitur praetermisit Matthaeus, hoc dicit Lucas. Fortas-
 sis & Iudei inuidia tabescentes non permiserunt Centurionem ad pedes Iesu uenire.
 fuisse enim hoc in gloriam Iesu. Denique ipse urgente necessitate accessit ad Iesum.
 sed forte iterum quis interrogarit, Quomodo igitur Matthaeus dicit quod ille propria uo-
 ce obsecrarit ut ueniret Iesus. Lucas uero hoc loco dicit quod amici obsecrarint eum ne ue-
 niat: Dicendum itaque quod nihil nouum etiam alios mittere, & per se uenire, & dice-
 re ac deprecari ne ueniat. Digna enim uiri fides est quam admiramur, indignum se uo-
 cantis aduentu Iesu. Idcirco & Dominus dicit quod neque in Israelitico populo tantam
 fidem inuenit. Gentilis enim erat Centurio, forsitan ex Romanorum cohortibus.
 Centurio quoque omnis mens est quae praestitit multis in malitia, cui per uitam multa sunt
 negocia, & habet seruum aegrotantem. partem animae rationis expertem, iram dico
 & concupiscentiam. ordinata enim sunt haec ut seruiant. & accessit Iesum mittitque ad
 illum intercessores Iudaeos, hoc est cogitationes & uerba confessionis. Iudas enim in-
 terpretatur confessio. Nonne enim confessionis & humilitatis uerba sunt. Non sum
 dignus ut ingrediaris sub tectum meum, &c: Itaque cum haec crediderit in Iesum, sta-
 tim recipit seruum suum sanum, iram dico & concupiscentiam.

Matth. 8.

Iudas.

Et factum est, deinceps ibat in ciuitatem quae uocatur Nain: & ibant cum eo discipuli eius
 multi, turbaque copiosa. Cum autem appropinquaret portae ciuitatis, ecce defunctus esse
 rebatur filius unicus matri suae, & haec uidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam
 cum uidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi, Noli flere. Et accessit
 tetigitque loculum. Porro qui portabat substitit eum. Et ait, A dolenscens, tibi dico, surge.
 Et resedit qui erat mortuus, & coepit loqui, & dedit illum matri suae. Accepit autem
 omnes timor, & glorificabant Deum dicentes, Propheta magnus surrexit inter nos, &
 Deus uisitauit plebem suam. Postquam Centurionis seruum etiam abiens sanauit, aliud
 rarius facit miraculum, ut ne quis dicat, Et quid noui in hoc seruo contigit: Fortassis
 alioqui non fuisset mortuus, propterea mortuum illum qui efferebatur, suscitauit. Non so-
 lum autem uerbo facit miraculum, sed & loculum tangit: ut discamus quod corpus eius
 corpus uiuificum sit. Quoniam enim caro eius facta est propria uerbi omnia uiuifican-
 tis, propterea uiuifica est & ipsa, tollitque mortem, & corruptionem. Porro resedit mor-
 tuus, & coepit loqui, ut ne apparenter tantum quibusdam suscitatus uideatur. Nam uerae
 resurrectionis signum fuit, residere & loqui. Inanimatum enim corpus neque residere,
 neque loqui potest. Viduam autem intelligas & animam, quae uirum suum, uerbum Dei,
 qui bonum seminat semen, amisit: filius uero eius, mens mortua est, & effertur extra
 supernam ciuitatem Hierusalem. regio enim uiuentium illa est. Proinde Dominus misericordia mo-
 tus tangit loculum, loculus mentis est corpus. Sepulchrum enim & loculus corpus est,
 unde & Graeci corpus *σῆμα* uocant, quasi *σημα*, hoc est sepulchrum. Tactio autem cor-
 pore Dominus suscitauit mentem, iuuenem & fortem illam faciens, quae residet, & ut suscita-
 ta fuerit a sepulchro peccati, incipit loqui, hoc est, docere alios. Quandiu enim in pec-
 cato detinetur, non audet docere & loqui. quis enim ei crederet?

Caro Christi uiuifica.

Matth. 21.

σημα corpus.

Matth. 11.

Et exiit hic rumor in uniuersam Iudaeam de eo, & omnem finitimam regionem. Et nun-
 ciauerunt Iohanni discipuli ipsius de his omnibus. Et conuocauit duos de discipulis suis
 Ioannes, misitque ad Iesum dicens, Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Cum
 autem uenissent ad eum uiri, dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu
 es ille

A es ille qui uenturus est, an alium expectamus? In eadem autem hora multos curauit a morbis
 ac plagis, & spiritibus malis, & caecis multis donauit uisum. Et respondens dixit illis,
 Eunte renunciate Iohanni quae uisitas & audistis, quod caeci uideant, claudi ambulent, le-
 prosi mundentur, surdi audiant, mortui resurgant, pauperibus annuncietur euangelium:
 & beatus est quicumque non fuerit offensus per me. Et cum discessissent nuntij Ioha-
 nis, coepit de Iohanne dicere ad turbas, Quid existis in desertum ut uideretis? arundinem
 quae uento agitur? Sed quid existis uisitare hominem mollibus uestimentis indutum?
 Ecce qui uestitur splendido uestiuntur, & in delicijs agunt, in aulis regum sunt. Sed
 quid existis ad uidentem? propheta? Vtique dico uobis, & plus quam prophetam. Hic est
 de quo scriptum est, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit uiam
 tuam ante te. Dico enim uobis, Maior inter natos mulierum propheta Ioanne Bapti-
 sta nemo est: attamen qui minor est in regno Dei, maior est illo. Et omnis populus au-
 diens, & publicani iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. pharisaei autem &
 legisperiti consilium Dei spreuerunt aduersus se metipsos, non baptizati ab eo. Increbuit
 per totam Iudaeam & finitimam regionem miraculum quod in Nain factum, audi-
 tum etiam est a discipulis Ioannis, quos grauabant laudes Christi, utpote imperfectos.
 Itaque Ioannes uolens eis demonstrare magnitudinem Christi, & quantum se praecel-
 leret, rem hanc comminiscitur, & nihil quidem dicit discipulis de Christo definiens,
 sed simulans sese ignorantem, mittit illos, ut uisus miraculis confirmetur in fide ex o-
 peribus ipsis, Dominum esse Christum, & seruum Ioannem. Ne igitur credas quod Iohannes
 uere ignorans miserit ad Christum discipulos interrogantes. Quomodo enim cum
 & ante natiuitatem in utero matris exultarit agnoscens illum, & in Iordane testifica-
 tus sit eum esse filium Dei? Mittit igitur discipulos, dicens eis ut interrogent Iesum,
 Tu es ille uenturus? Vides quomodo discipulos inducat ut credant quod Deus sit Iesus.
 Prophetam enim missi dicuntur, & ipse Ioannes, sicut testatur euangelista, fuit homo
 missus a Deo: Dominus uero uenturus. In potestate enim uenit, non in uitis. Tu igitur
 tur, dicit, es qui expectabatur ut ueniret in mundum? Quidam autem uenturum in
 infernum intelligunt, ut quod dicitur, hunc sensum habeat, Tu es qui uenturus es ad in-
 fernum? Quid igitur Dominus? Sciens scopum & mentem Ioannis quare misisset illos, ut
 uiderent quae faceret, & ex illis confirmarentur, propterea ad se missis dicit, Renun-
 ciate quae uidetis. Deinde enumerat miraculorum opera, quae & per prophetas annun-
 ciata fuerant. Nam quod caeci uident, & claudi ambulant, & pauperibus annunciatu-
 r euangelium, in Isaia scriptum est. Deinde dicit, Et beatus qui non offensus fuerit in me,
 quali ita dicens eis, Et uos beati, si non fueritis offensi in me. Quoniam autem uerissimi-
 mile erat multos fuisse offensos in Iohanne, qui tantum testimonium perhibuisset de
 Christo, & nunc misisset illos ad rogandum num esset uenturus ille, propterea dicit tur-
 bis Christus, Ne quid tale suspicemini de Iohanne. Neque enim arundo est, quae nunc
 hic, nunc illuc, moueatur, & nunc quidem testificetur de me, nunc autem ignoret me.
 Nam si fuisset talis, cuius gratia exiisset in desertum ut uideretis eum? Sed neque ani-
 mum suum delicijs corruptit. uestis enim eius declarat delicijs eum superiorem esse.
 Etenim si arrisisset ei delicijs, in palatjs uixisset. Sed prophetam illum dicitis. Vtique
 dico uobis, maior est propheta. Nam alij de Christo tantum praedixerunt, hic etiam
 & uidit, & monstrauit dicens, Ecce agnus ille Dei. Et alij quidem prophetam propheti-
 zarunt postquam egressi ex uteris matrum: hic autem antequam exiret de utero, agnouit Domi-
 num, & exultauit. Posthaec assert & prophetam testem dicit enim, Hic est de quo scriptum
 est, Ecce mitto angelum meum, Angelus enim Ioannes fuit, fortassis quod angelicam ui-
 tam & non carnalem, sed spiritualem egerit, fortassis etiam quod aduentum saluatoris nun-
 ciarit. Amem dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne. Praefertur
 alijs omnibus praecursori. Deinde quasi quis dixisset, an & te maior ille est? subdit, E-
 go autem qui minor illo sum, maior sum in regno caelorum. Habeor enim nunc minor il-
 lo propter aetatem, & propter genus, & propter gloriam, sed in regno caelorum ma-
 ior illo sum, hoc est in omnibus diuinis & spiritualibus. Proinde omnis populus qui
 audierat Iohannem, iustificauit Deum, hoc est honorauerunt Deum, eo quod prophetam e-
 ius ipsi susceperunt: pharisaei autem non honorauerunt Deum, non suscepto Ioanne.
 Quidem autem, inter filios mulierum, sic intellexerunt, quod bene dixerit mulierum. ita

Malac. 3.

Iohannes cur miserit interrogatus. Tu es qui uenturus es.

Esaias 55.

Malac. 3.

enim excepit seipsum, quandoquidem de uirgine fuerit natus, non de muliere uirum experta. Et quod dicit, minor in regno caelorum, aliter intellexerunt. Minor in uita Christiana, maior est iusto iuxta legem, ut Ioannes iuxta iusticiam legis erat irreprehensibilis. Si quis autem inueniatur baptizatus quidem, nondum autem malum quoddam uel bonum operatus fuerit, hic minimus est in regno caelorum, hoc est in praedicatione Christi, attamen maior est non baptizato, quamuis ille in lege iustus fuerit. Vel aliter, Si licet minimè carnalis, sed fermè ut Ioannes spiritualis: attamen quandoquidem adhuc in carne es, propterea minimus in resurrectione, quam regnum caelorum esse dicit, maior te est. Tunc enim ab incorruptione omni liberi, nõ ultra iuxta carnem ambulabimus, Et qui tunc paruus, maior est eo qui nunc quidem est iustus, sed carnem adhuc gestat.

Ait autem Dñs, Cui ergo similes dicam homines generationis huius: & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & acclamantibus inter se, ac dicentibus, Cantauimus uobis tibijs, & non saltastis: cecinimus uobis lugubria, & nõ plorastis. Venit enim Ioannes Baptista neq; edens panem, neq; bibens uinum, & dicitis, demonium habet. Venit filius hominis edens ac bibens, & dicitis, Ecce homo edax, & uini potor, amicus publicanorum ac peccatorum. Et iustificata est sapientia à filiis suis omnibus. Erat quoddam ludi genus apud Iudæos. In partes enim duas pueri multi diuidebantur, & quasi uitam deridebant, alij ex una parte lamentabantur: alij ex altera tibijs canebant: & neq; lugentes curabāt hi qui ex altera parte: neq; tibicines ipsos curabant hi qui lugebant. Taxat igitur Dominus pharisæos, qui neq; lugebant cum Ioanne lugubrem uitam agēte, & poenitentiam introducente, neq; eum imitabant, neq; obtemperabant lesu: uitam præ se ferenti ciuiliorem: sed ambos repellabant, nec lugentes cum Ioanne lugente, neq; concinentes cum lesu tibijs canente, hoc est remissione. Et iustificata est sapientia, hoc est honorata, non à pharisæis, sed à filiis suis, id est, his qui susceperunt Iesum & Ioannem.

Rogabat autem illum quidam pharisæus ut caperet cibum cum ipso. Et ingressus domum pharisæi accubuit: & ecce mulier quæ fuerat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod Iesus accubisset in domo pharisæi, attulit alabastrum unguenti, stansq; ad pedes eius à tergo flens lacrimis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui exergebat, & deosculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns autem pharisæus qui uocauerat eum, ait intra se dicens, Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit ipsum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum: Simo, habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait, Magister dic. Duo debitores erāt cuidam creditor: unus debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta. cum autem illi non essent soluendo, condonauit utriusq; horum igitur dic uter eum plus diligeret? Respondens Simon dixit, Existimo quod is cui plus condonauit. At ille dixit ei, Recte iudicasti. Videtur hic pharisæus non rectam habuisse sententiam, sed dolosus fuisse, & hypocriti plenus. Dicit igitur: Si esset hic propheta, & ita non credidit, quia hæc loquebatur. Dominus tamen quamuis sciret eum non esse candidum, ingressus est ad eum, & comedit cum eo, docens per hoc nos omnino quod nos simplices exhibeamus erga eos qui dolose nobis agunt. Quæruunt autem multi quot fuerint mulieres quæ unxerint Dominum unguento. Et alij quidem dicunt quod duæ fuerunt, una scilicet apud Ioannem, quæ fuit soror Lazari, & alia apud Matthæum & Marcum, & nunc apud Lucam. Ego autem credo his qui dicunt tres esse, unam quidam apud Ioannem ante sex dies paschæ, quæ & soror fuit Lazari: aliam autem apud Matthæum & Marcum ante duos dies paschæ, & tertiã hanc de qua nunc Lucas, quæ in media euangelij prædicatione Dominum unxit. Neq; mirum est quod hæc ante passionem hoc fecerit, & inde illæ uel ad huius imitationem, siue alia de causa circiter passionem idem fecerint. Quamuis autem & is qui apud Matthæum commemorat, & cuius nunc fit mentio, eodẽ Simonis nomine uocent, haud mirum fuerit. Sæpe enim multi idem nomen fortium. At ille fuit leprosus, sed hic nõ. Et ille quidem sanatus à lepra in gratiarum actione uocauit Dñm, hic autẽ neq; leprosus, neq; gratias referens. Et ille quidẽ nihil dicit: hic autẽ obmurmurauit, & condẽnauit in hoc tam Iesum quã mulierẽ: hæc ut peccatricem, illum ut misericordẽ. O arrogantiam. Vere pharisæus homo. Sed Dominus

Ioan. 21. 211
Matt. 26.
Marc. 14.
Tres sunt
Mariæ un-
gentes do-
minum.

minus rogans illũ in parabolis, in medium pducit debitores duos, latenterq; & illum debitorem esse insinuat. Et parum quidem debere uidebatur, debebat igitur. Itaq; neque tu potes dare etiam minus debitum: non enim habes confessionem superbia inflatus: neq; mulier. Vtriusq; igitur remittet. Et uter plus diligeret? Omnino cui multa demissa sunt. Et cum hæc dixisset, obmutescere fecit arrogantem.

Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrimis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui exersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit deosculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittantur peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus remittitur, is minus diligit. Dixit autem ad illum, Remittantur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accubebant, dicere intra se, Quis est hic, qui etiam peccata remittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua saluam te fecit, uade in pace. Ostendit Dominus Simonem & arrogantem & insipientem fuisse. Arrogantem quidem ac contumeliosum, quandoquidem etiam ipse homo existens, hominem propter peccata condemnabat. Insipientem uerò, si quidem non intellexit, quod mulierem quæ tantæ fidei & charitatis signa præstitisset, oporteret suscipere, non repellere. Idcirco reprehendit eum Dñs, utpote condempnantem eam quæ tanta fecit, quanta nec ipse: immo nec longè inferiora fecit Simon, quasi diceret, Tu quidem neque aquam ad abluendum & puluerem pedum, proposuisti, illa autem lacrimis rigauit. Tu faciem meam non es deosculatus, illa & pedes meos deosculata est. Tu item neque oleum, illa uerò unguentum effudit. Vnde quia dixisti quod non sum propheta, ex eo quod non cognouerim hanc esse peccatricem, ecce reprehendo ea quæ in corde tuo, ut cognoscas quod sicut occulta tua scio, multo magis illa sciam, quæ & multi alij sciunt. Remittantur igitur peccata illi, quia dilexit multum, hoc est magnam præ se tulit fidem. Deniq; & qui simul accubuerant, etiam ipsi obmurmurant, non cogitantes, quod iam ad Simonem dixerat, uerisimiliter dicitur & ad ipsos. Dominus uerò comprimens murmur illorum, & ostendere uolens quod sua quemq; fides saluum faciat, non dixit, Vade mulier ego te seruo, ut ne maiori inuidia capiantur: sed, fides tua. Hoc dixit, ut dicebam, tum quod inuidiam illorum minueret, tum ut & illos ad credendum induceret, discentes salutem ex fide esse. Cæterum quod inquit, Vade in pace, hoc est in iustitiam. Pax enim iustitia est, sicut peccatum inimicitia cum Deo. Vide autem quod postquam remisit ei peccata, non contentus est remisisse peccata, nisi adiecisset & operationem boni, Vade in pace, id est, fac ea quæ te Deo conciliant.

† pedes,
quod uul-
gare est.

Esaiæ 25.

Dilectio
pro maxi-
ma fide.

CAPVT VIII.

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per singulas ciuitates & castella prædicans & annucians regnum Dei, & duodecim cum illo, simulq; mulieres aliquæ, quæ erant sanatae à spiritibus malis, & infirmitatibus: Maria quæ uocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierat, & Ioanna uxor Chuzae procuratoris Herodis, & Susanna, & alia multæ quæ ministrabāt eis de facultatibus suis. Qui cælitus descendit ut figura & exemplar fieret nobis in omnibus docet nos ne pigri simus ad docendũ, sed circa ea mus per omnia loca, & prædicemus. Quæcũq; enim fecit, in admonitione nostris fecit. Transiit itaq; per singulas ciuitates & castella, duodecimq; discipulos cohibuit ne docerent uel prædicarent, ut discerent à se & postea docerent tam ea quæ docuerat, quã quæ fecerat. Porro prædicauit Dñs nõ bona terrena, sed regnum caelorum. Et quæ alij decesserunt prædicare superna, quæ est qui è supernis descendit: Idcirco & nullus prophetarum regnum caelorum prædicauit. Quæ enim nõ uiderat, quæ pacto prædicassent? Propterea & præcursor dicebat, Qui de terra est, de terra loquitur: qui è supernis uenit, quod uidit testatur. Secutæ autem sunt eum mulieres, ut discas quod neq; foeminas sua infirmitas à comitatu Christi prohibeat. Vide item quomodo & quæ diuites erant, omnibus neglectis paupertatem cum Christo & pro Christo delegerint. Nam quod diuites fuerint, audi, quia ministrarunt Domino de facultatibus suis, nõ de alienis opibus, & iniuste paritis, uti multi solent, lam per septem dæmonia quæ de illa eiecia fuerunt, quidã intellunt

Ioan. 3.

Septē pro- gnat multa. In scripturis enim pro multis septem accipi solet. Fortassis autem dixerit
mutis. quis q̄ sicut sunt septem spiritus uirtutis, ita sunt ediuerso septem spiritus malitiæ, ut
sicut est spiritus timoris Dei, ita & ediuerso spiritus cōtemptus Dei & impietatis. Est
spiritus intellectus, est ediuerso spiritus hebetudinis intellectu carentis, & sic de alijs.
Itaq; nisi efficiantur septem spiritus malitiæ ab anima, non potest quis se qui Christū.
Oportet enim primū effici dæmonem, & tunc inhabitare Christum.

Matth. 4. Cū autem turba plurima cōueniret, & ē singulis ciuitatibus properarent ad eum,
dixit per similitudinē. Exiit qui sementem faciebat, ad seminandū semen suum. & c
inter seminandum, aliud cecidit circa uiam, & conculcatum est, & uolucres coeli co-
mederunt illud. Et aliud cecidit super petram, & enatum aruit, quia non habebat hu-
morem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul enata spinæ suffocauerunt illud. Et a-
liud cecidit in terram bonam, & enatum fecit fructum centuplum. Hęc dicens clama-
bat, Qui habet aures ad audiendum, audiat. Interrogabant autē eum discipuli eius di-
centes, quęnam esset ista parabola. At ille dixit, Vobis datum est nosse mysteria regni
Dei, ceteris autem per parabolas: ut uidentes non uideant, & audientes non intelli-
gant.] Nunc tandē euenit quod olim Dauid in persona Christi dixit, Aperiā enim,

Psalm. 77. inquit, in parabolis os meum. Loquitur itaq; parabolas Dñs, propter multa, nempe
Cur in pa- rabolis lo- quatur Do- minus. ut attentiores reddat auditores, & excitet illorum mentem ad inquirendum de his q̄
dicta. Solēt enim homines curiosius inuestigare de his quę dicta sunt obscurius, ma-
nifesta autem negligere, & ut indigni non intelligant quę abstrusius sunt dicta, atq;
propter multa alia in parabolis loquitur. Exiit igitur seminans, hoc est, filius Dei exiit
de patris sui sinu abscondito, & conspicuus factus est. Quis autem exiit? Is qui

Filius Dei semper se- minat. semper semināt. Filius em̄ Dei non cessat seminare in animabus nostris. Nō
enim solum quando uidetur docere, sed & per mundum istū, & per ea quę quotidie
facit erga nos, semināt in nostris animab, bona semina. Exiit autem, non ut agrico-
las occidat, uel agrum exurat, sed ut seminet. Sæpe enim egreditur agricola & ppter
alia, non solum ut seminet. Sed exiit ut seminet semē suū. Proprius em̄ eius est sermo
doctrinę, & nō alienus. Prophete enim quęcunq; dixerunt, ē ipiritu dixerunt, & nō
ut p̄pria: unde & dixerunt, Hęc dicit Dominus, Christus uerō proprium habet se-
men, idcirco non dicebat docens. Hęc dicit Dominus: sed, Ego dico uobis. Seminan-
te autem illo, hoc est docente aliud quidem cecidit circa uiam: nō dixit quod proie-
cerit seminans, sed q̄ illud ceciderit. Nam qui semināt, semināt & docet, sermo autē
cadit in audientes. Hi autem inueniuntur esse uel uia, uel petra, uel spinæ uel terra bo-
na. Ceterum discipulis interrogantibus parabolam, dicit Dominus: Vobis datum est

Matth. 7. scire mysteria regni Dei, hoc est, uobis quarētibus ut discatis. Omnis enim qui petit,
accipit. Reliquis uerō qui sacramentis indigni sunt, obscurē dicuntur, & existimant
quidem se uidere, sed non uident: & audiunt quidem: sed non intelligunt, atq; hoc in
illorū bonū, ne enim magis cōdemnentur q̄ cognita mysteria spreuerint, ideo ab il-
lis ea Christus abscondit. Qui em̄ cognoscit & contēnit, grauiora meretur supplicia.

Est autē hęc parabola: Semen est sermo Dei. Qui autem iuxta uiam, hi sunt qui au-
diunt: deinde uenit diabolus, & tollit sermonem de corde eorum, ne credentes seruē-
tur. Nam qui super petram, hi sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt sermo-
nem, & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis rece-
dunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & a sollicitudinibus & di-
uitijs ac uoluptatibus uitę euntes, suffocant, nec referunt fructum. Quod autē in bonā
terram, hi sunt qui in corde honesto ac bono audientes sermonē retinent, & fructum
afferunt per patientiam.] Tres hic ordines eorum sunt qui non seruantur. nā hi qui se-
cus uiam, ne utiq; suscipiunt sermonem, sicut enim uia cōculcata & cōstipata semē nō
suscipit, eo q̄ dura sit ita & obdurati corde sermonem nō suscipiunt etiā audietes, nō
attēdunt em̄. At q̄ per petrā intelliguntur, suscipiunt quidem, sed prę infirmitate hu-
mana in tentationib, marcescunt. Tertij sunt qui cum audierūt & susceperunt, prę
curis uitę huius suffocant. Igitur tres quidē partes eorum sunt qui pereunt, una autē
eorum qui saluant. Ita pauci quidem sunt qui seruantur, plures autem qui pereunt.
Vide item cum de his qui suffocantur loquitur, quomodo non dicit quod prę diuitijs
suffocentur, sed prę curis diuitiarū & sollicitudinibus. Nō em̄ diuitiæ nocent, sed soli-
citu-

A citudines earum. Multi em̄ magna cōmoda ex diuitijs p̄cipiunt, illas in pauperū uen-
tres pijcientes. Considera quoq; & diligentia Euangelistę, q̄ modo dixerit de his qui
saluant, q̄ auditū sermonē retineant, Hoc em̄ dixit, ppter eos q̄ p̄ uiam intelligunt: hi
em̄ non retinēt, sed diabolus tollit ab eis sermonē. & q̄d fructum afferant, dixit, ppter
eos q̄ suffocant: & qui nō perdurant usq; ad finē. Illi enim fructum nō afferunt, q̄ nō
perseuerant usq; ad finem. Porro quod dicit, in patientia, dixit propter eos qui super
petram, qui suscipiunt quidem sermonem, non sustinent autem tentationis insidias,
& comprobantur reprobi. Vides quomodo dixerit de his qui saluantur, q̄ retineant,
& fructum faciant, atq; id in patientia: & per tria distinxerit eos: ab his qui nō retinēt,
& hi sunt qui iuxta uiam: ab his qui fructum non adferunt, & hi sunt qui inter spinas:
ab his qui non sustinent tentationis insidias, & hi sunt qui super petram.

Nemo uerō cum lucernā accenderit, operit eam uase, aut subter lectū ponit, sed su-
per candelabrū ponit, ut intrātes uideant lumē. Non est em̄ occultum, q̄d non mani-
festum sit futurum: nec absconditum, quod nō sit cognoscendum, & in p̄patulum uen-
turum. uidete ergo quomodo audiatis. Quisquis enim habet, dabitur illi: & quicunq;
non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab eo.] Hoc loco alterius doctrinę
initium est. Ad discipulos enim sermonem dirigiens, hęc dicit inducens eos ad san-
ctę uitę diligentem custodiam, & instruens ut semper in agone sint ac certamine, utpote
ab omnibus conspiciendi. Qui enim docet ac prędicat, ab omnibus conspicitur, ab
omnibus dijudicatur, num honestus sit, & nihil quod facit, occultatur. Vos igitur o
discipuli, si attenderitis & studiosi fueritis, dabitur uobis maior gratia a Deo. Qui ue-
rō non adhibuerit studium & attentionem, etiam siquam gratiam habere uideatur
a Deo per negligentiam suam eam extinguit & perdit.

Venerūt autē ad illū mater & fratres eius, & nō poterāt audire eū p̄ turba, & nuncia-
tū est illi, diciturq; Mater tua & fratres tui stant foris, uolētes te uidere. Qui respondēs
dixit ad illos, Mater mea & fratres mei hi sunt q̄ sermonē Dei audiūt, ac faciūt illum.]
Hoc loco ostēdit q̄ nō fuerit cū carnalib, cognatis Christus. illis em̄ relictiis, spūali uo-
cabat doctrinę. unde illi ad eū accedūt. Sic etiā oportet ut omnes quib, cōcreditū est
ministerium Dei, nihil illo antiquius habeāt uel pręferāt. Sūt itē & parētes repellēdi, si-
quidē absq; utilitate & frustra in opere Dei nos impedituri sunt, quę admodū & nunc
Dñs facit q̄ em̄ dixerāt illi q̄d de cognatis eius, ipse fraternitatē nō in paruo nume-
ro claudit, neq; filijs Ioseph hūc honorē dat, ut soli sint fratres: sed q̄ uenit totū mun-
dū seruare, & oēs fratres facere, dicit, Mater mea & fratres mei hi sunt q̄ sermonē Dei
audiūt. Deinde q̄ nō saluat solū audire uerbū, si nō & seruet in animo, sed magis cō-
dēnat: dicit, Et faciūt illū. Oportet igit̄ audire, & facere. Porro sermonē Dei, suam do-
ctrinā uocat. Quęcūq; em̄ ipse dicebat, patris sui erāt, cui nō fuit aduersarius, ut dicat
q̄ Dei nō sunt. At pleriq; locū hūc sic intelligūt q̄ q̄dā irriserint Christū docētē, & ob
doctrinā suā factū admirabilē, ut p̄ inuidiā dixerint, Ecce mater tua & fratres tui sunt
foris, cupiētes te uidere. q̄ mater ipsius uidebat̄ uisus esse, & fratres eius obscuri, ut-
pote fabri filij, & idcirco quasi ignobilis, matrē eius & fratres irridēdo obijciēbāt. Pro-
inde sciens cogitationes eorū, Nihil mihi, inquit, nocet ignobilis cognatio. Immo e-
tiā si quis ignobilis fuerit, si tamen audierit sermonē Dei, ipsum meū cognatū facio.

Factum est autē quodā die, & ipse ascendit in nauim, & discipuli eius, & ait ad illos,
Traisiamus in ulteriorē ripā stagni, ac soluerunt. Ceterum nauiganub, illis, obdor-
miuit. Et ingruit p̄cella uenti in stagnum, & cōplebant ac periclitabant. Accedentes
autē suscitauerunt eum dicentes, Pręceptor, pręceptor, perimus. At ille excitatus in-
crepauit uentū ac tempestatē aquę, & cessauerunt, factaq; est trāquillitas. Dixit autē
illis, Vbi est fides uestra? Timētes autē mirati sunt, inter se, dicentes, Quis putas hic est,
quia uētis quoq; & aquę imperat, & obediunt ei?] Exercēs discipulos Dñs, eorūq; si
de examinās num in tētationibus suis imperterriti sint: singulari quadā dispēsatione
dormit, arguitq; illorū infirmitatē. Nō em̄ perfectā fidē, sed infidelitate mixtā prę se fe-
rebant. Credunt em̄ q̄ saluare possit, uerū ut pusillanimes dicunt, Salua, perimus.
Si enim perfectam habuissent fidem, satis certi fuissent impossibile esse perire illos,
pręsentē eo qui omnia ualet. Excitatus autem increpauit uentum. Permisit uerō eos
surbari, ut clarior fieret sua uirtus. Solent enim homines tunc meminisse eius qui
saluat,

Diuitiæ nō nocent, sed carū solici- tudines.

Matth. 9.

Matth. 12. Marc. 2.

Matth. 8. Marc. 4.

† cessauit

saluat, quando à magnis miraculis eripiuntur. Propterea nō in principio sed in articulo periculi excitatus, illos seruauit. Vide autē & anagogiam, quia figura est eius q̄d postea discipulis euenit. Stagnum enim est Iudæa, in qua tempestas orta, ppter infamiam Iudæorū qui crucifixerunt Dñm. Turbati uero sunt & discipuli: nam illo relicto fugerunt, sed excitatus est Dominus à somno, hoc est surrexit: unde reddita discipulis tranquillitas. Venit em̄ ad eos, ac dixit, Pax uobis. Et hæc quidem p̄ anagogiā. Quod autem dicūt, Quisnam hic est: non ut dubitantes dicunt, sed admirantes: quia si dicerent, Quis hic est, hoc est quantus & qualis, & in quanta potestate hæc facit?

Et nauigauerūt ad regionē Gadarenorū q̄ est cōtra Galileā. Et cum de nauī egressus esset ad terrā, occurrit illi uir quidā ē ciuitate q̄ habebat dæmoniū iam temporibus multis, & uestimēto nō induebat, neq; in domo manebat, sed in monumentis. Is ut uidit Iesum, & exclamasset, procidit ante illū, ac uoce magna dixit, Quid mihi rei tecū est Iesu fili Dei altissimi? Obsecro te, ne me torqueas. Præcipiebat em̄ spiritui im-mūdo ut exiret ab homine. Frequēter em̄ corripuerat illū, & uinciebat catenis, & cōpedibus custodiebat, & ruptis uinculis agebat à dæmonio in deserta. Interrogauit autē illū Iesus dicēs, Quod tibi nomē est? At ille dixit, Legio. q̄a intrauerāt dæmonia multa in eum. Et rogauerūt illū ne imperaret ipsis ut in abyssum irent. Erat autē ibi grex porcorū multorū pascentiū in monte, & rogabāt eum ut permitteret ipsis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præcep̄s in stagnū: & suffocatus est. Vide dæmonē duabus malis affectionibus teneri, audacia & timore. Nam q̄d dicit, Quid mihi & tibi? audacia & impudentis serui. q̄d uero dicit, Obsecro te, timētis est. Habitat autem in monumentis, ut malā suspiciōnē ingeneret hominib; q̄ animę morientū dæmones fiāt. Porro petunt dæmones ne in abyssum ingrediant, sed in terra permittant ultra uersari: & Dñs permittit illos esse in terra, ut certamen habeant cum hominib; & pbatio-
res illos reddāt. Nā si nō essent aduersarij, neq; coronæ essent. Disce & quiddā sublimioris anagogiæ. Quisq; habet intra se dæmones, hoc est opera dæmoniacā, ueste nō induit, caret em̄ stola q̄ in baptisate accepit, & in domo nō manet, hoc est in ecclesia (indignus em̄ est qui ingrediat in ecclesiā) sed in monumentis, hoc est in mortuorū operū receptaculis, ut in p̄stibulis & telonijs, & alijs scelerū officinis & monumentis.

Porro ut uiderūt q̄d acciderat, hi qui pascebāt, fugerūt, & rumorē nūciauerunt in ciuitatē ac uillas. Exierūt autē ut uiderēt q̄d factū erat. Et uenerūt ad Iesum, & inuenerūt hominē sedentē à quo dæmonia exierāt, uestitū, ac sana mēte, ad pedes Iesu, & timuerunt. Nunciauerūt autē illis etiā qui uiderāt, q̄ modo sanus factus esset is qui agitabat à dæmonio. Et rogauerūt illū omnis multitudo Gadarenorū, ut discederet ab ipsis, q̄a magno timore tenebant. Ipse autē cōscensa nauī reuersus est. Rogauerat em̄ illū uir à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset, sed ablegauit eū Iesus dicēs, Redi in domū tuā & narra quæcūq; tibi fecerit Deus. Et abiit p̄ torā ciuitatē prædicās quæcūq; sibi fecisset Iesus. Fuga pastorū Gadarenis occasio salutis erat, sed illi nō intellexerūt. Oportebat em̄ mirari uirtutē saluatoris, & credere ei: at illi rogauerūt (inquit) Iesum, hoc est obsecrauerūt ut ab ipsis recederet. Timuerunt em̄ ne quo pacto etiā aliud dānum paterent, quando quidē porci periissent. At sanatus ille certum quoddā sanitatis indicium ostēdebat. Ita em̄ corde sanatus est, ut Iesum agnosceret, orans ut sibi cum illo esse liceret. Etenim, ut apparet, timebat ne fortē elongatus à Iesu à dæmonibus iterum inuaderet, sed Dñs indicat ei q̄ licet nō sit secum, gratia tamē eius protectus, dæmoniacis insultibus superior fiat. Redi, inquit, in domū tuam, & narra quæcūq; tibi fecerit Deus. Nō dixit, quæcūq; ego tibi fecerim, figurā nobis humilitatis tradēs, ut omnia bona opera nostra Deo tribuamus. Erat autē ille gratus, ita ut narraret quæcumque fecisset ei Iesus. Nam Dominus quidē præceperat ei ut narraret quæcūq; fecerat ei Deus: at is narrat quæcūq; ei fecerat Iesus. Oportet igitur & nos quando cuiuspiam benefacimus, nolle hoc prædicari: at illum qui beneficio affectus est, etiam nolentibus nobis prædicare decet.

Factū est autē cum rediret Iesus, excepit illū turba. nā omnes expectabāt eū. Et ecce uenit uir cui nomē Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, acciditq; ad pedes Iesu, rogans eum ut intraret in domū suā, quoniā unica filia erat ei ferē annorū duodecim, & hæc

& hæc moriebatur. Verū inter eundū turbæ coarctabant eum. Et mulier quæ erat obnoxia profluuiō sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos impenderat omnem substantiā, nec ab ullo poterat curari, accessit retro, & tetigit fimbriā uestimenti eius, & cōfestim sistebat fluxus sanguinis eius. Rediit quidē Iesus à regione Gadare norum: expectabat autē illū turba, tum ppter doctrinā, tum ppter miracula. Accessit itē & princeps quidā synagogæ, nō uulgaris neq; abiectus, sed ex primis. Apponit autē & nomē illius Euangelista, ut notius fiat miraculum, q̄ uerē factū sit. Accidit autē ad pedes Iesu, urgente necessitate, quāuis em̄ sine illa oporteat, procidere, & agnoscere Deum esse Iesum, attamē & afflictio cogit homines ut meliora se cētur, unde & Dauid dicebat, In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Porro mulier in transitu accedit, ampliore afferens fidem. Accedens enim tangebatur fimbriam uestimenti eius, bona spe, & certa fide, quod si tantum contingeret, saluaretur. Et statim stetit fluxus sanguinis eius. Sicut si quis afferret oculum ad lumen lucens, uel stipulam ad ignem, statim operationem illorum experiretur: ita & illa afferens fidem ad eum qui sanare poterat, statim sanitatem adeptā est. neq; enim cogitabat uel diuturnitatem morbi, uel desperationem medicorum, uel aliud quiddam, sed credidit tantum, & saluata est: & ut uidetur, prius tetigit Christum mente, & dein corpore.

Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te cōstringunt & affligunt, & dicis, quis me tetigit? Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis: nam ego noui uirtutē à me exisse. Videns autē mulier q̄ non latuisset, tremens uenit ac procidit ante pedes eius, & ob quā causam tetigisset eum, indicauit ei coram toto populo, & quemadmodū cōfestim sanata fuisset. At ipse dixit ei, Confide filia: fides tua te seruauit, uade cum pace. Dñs uolēs etiam mulieris fidem omnibus manifestam fieri, ut imitatores eius fierent, & laurum maiorem spem de salute filiolæ suæ capere, quod clam factū erat, manifestat. Et quærūt qui dem quis ipsum tetigerit, at Petrus audacter ob interrogationem hanc eum reprehēdens dicit, Tot te comprimunt, & dicis, Quis me tetigit? Non intelligebat autē quare Iesus interrogaret. Iesus em̄ interrogat, quis me tetigit, cum fide, & non ita simpliciter. Nam sicut quis habet aures audiendi, alius uero aures habet, & nō audit: ita alius quidem tangit cum fide, alius autem appropinquat quidem pedibus, corde autem procul est. Rogat igitur Dominus, non ignorans factum mulieris, sed id quod dicebam, ut & fidem eius alijs monstraret, & principi synagogæ spem bonam faceret. Rogat, & spectabilem facit mulierem. Noui enim, inquit, uirtutem exisse à me. Merito, Prophetæ enim non habebant uirtutem de se egredientem, sed gratia Dei operabantur miracula. Iesus uero cum fons esset omnis boni, & omnis uirtutis, habet & uirtutem à se egredientem. Nam dupliciter sanat mulierem Dominus, primū quidem morbum eius sanando, deinde timorem animæ eius tollens per hoc quod dixit, Confide filia.

Adhuc illo loquente uenit quidā à domo principis synagogæ, dicēs ei, Mortua est filia tua: noli uexare magistrū. Iesus autē audito hoc uerbo respōdit patri puellæ, Noli timere, crede tantum, & salua erit. Et cum uenisset in domum, non permisit intrare secum quenq; nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem ac matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit, Nolite flere, nō est mortua, sed dormit. Et deridebant eum, scientes q̄ mortua esset. Ipse autem eiecit foras omnibus, apprehensa manu eius clamauit dicēs, Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit cōtinuo, ac iussit illi dari cibum. Et stupuerūt parentes eius. At ille præcepit eis ne cui dicerēt q̄d factum erat. Iesus ut audiuit q̄d dixit quidē ad archisynagogum, Ne uexes magistrū, hoc est ne facias negociū, ne adduc illum: nō expectauit ut princeps synagogæ sibi loqueret, sed præuenit eum, ne fortē diceret archisynagogus, Non opus habeo te, iam em̄ malum factum est, mortua est quam sperabamus à te sanandam. Igitur ne quid tale diceret (incredulus enim erat & Iudæus) præueniens illum Christus dicit, Ne timeas, tantum crede: respice ad mulierem hanc, quæ sanguinis profluuiō laborauit: illam si imitatus fueris, non aberrabis. Cæterum ex discipulis tantum intrare secum permisit Ioannem & Iacobum & Petrum, ut discipulorū præcipuos & taciturnos. Nolebat enim hoc miraculum ante tempus reuelari multis, pro-

Ab inuidiis
boni no-
stra occul-
tata.

propter Iudæorum fortasse inuidiam plerumque ex operibus suis occultans, ne inuidia succensit, iudicij fierent rei. Hunc in modum etiam nos quoque facere oportet, quando quis nobis inuidet, ne aperiamus ei nostra bona opera, sed curamus ut ignoret, ne ferientes ipsum, ansam præbeamus magis inuidendi ac in peccatum ruendi. sed quoad fieri potest, admitti debemus, ut ipsum lateant. Cum autem Dominus diceret, Non est mortua, sed dormit, & uocaret mortem somnum, eo quod mortuam quasi ex somno suscitaturus esset; deriserunt eum audientes, ut iterum aliquid accederet miraculo. Vt enim postea dicere non possent quod non sit mortua, sed dormierit: propter hoc permisit ut prius derideretur à dicentibus, Non est mortua, sed dormit: ut obturarentur ora uolentium calumniari. Vsq; ad eum certam erat mors, ut deriderent dicentem, Non est mortua. Eiecit autem foras omnes, fortasse docens nos carere inanis gloriæ studio, & nihil ad ostentationem facere: fortasse autem & docens quod facturus miracula, non in medio multorum illa facere, sed solus, & non impeditus esse debeat. Redijt igitur spiritus puellæ, non autem aliam animam induxit, sed eam quæ à corpore auolarat, iterum in ipsum redire fecit. Præcepit autem ut ei cibum darent, quod confirmaretur fides ac ueritas quod illa resurrexisset. Possit etiam & sic intelligi: Sanguinem profluens est omnibus anima scaturiens cruentum peccatum & sanguinarium. Omne enim peccatum homicida est, & occisor animæ. At si anima contigerit uestem, hoc est incarnatione Iesu, & crediderit quod incarnatus sit filius Dei, sanctificabitur. Et si quis fuerit princeps synagogæ, hoc est mens quæ præest multis per cupiditatem & habendi studium congregatis, & ægrorauerit filia eius, cogitatio scilicet: tantum inuocet Iesum, & credat, ac saluabitur.

CAPVT IX.

Matth. 10.
Marc. 3. 6.

Quum autem conuocasset duodecim, dedit illis potestatem & auctoritatem super omnia dæmonia, & ut morbos sanarent. Et misit illos ut prædicarent regnum Dei, & sanarent infirmos: & ait ad illos: Nequid tuleritis in uiam, neque uirgā, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque binas tunicas habeatis. Et in quacunque domum intraueritis, illic manete, atque illinc exeatis. Et quicumque non receperint uos exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem de pedibus uestris excutite, in testimonium aduersus illos. Egressi autem circumibant per castella, euangelizantes & curantes ubique. Ex hoc loco ostenditur excellentia deitatis Iesu, non enim ipse tantum miracula facit, sed & discipulis hoc concedit. Vtique hoc non hominis, sed Dei fuerit tanta ac talia dona præstare suis amicis. Dans autem eis potestatem contra malos spiritus, non illo contentus fuit, sed iussit etiam euangelium prædicare. Docet enim ut is cui concredita est doctrina, & prædicare, & miracula agere debeat. Tunc enim prædicatio per miracula confirmatur, miracula autem per prædicationem. multi enim multa miracula per dæmones fecerunt, quorum prædicatio sana non fuit, & miracula eorum ex Deo non fuerunt. Ita autem ab omni re superflua nudat, ut neque panem eos ferre uelit, neque aliud quid, quæ plerique secum tollunt. Porro præcipit eis & hoc, ne à loco in locum transiliant, sed in quamcunque domum intrauerint, in illa maneant, ut ne uideantur inconstantes & mobiles. Puluerem uero excutiendum dicit, si non receperint uos, in testimonium illis, hoc est in reprehensionem ipsorum ac condemnationem, ostendentes eis quod multum itineris propter eos confecerint, nullumque inde lucrum habuerint. Quidam autem sic intelligunt apostolos non gestare uel uirgam uel peram, & nec tunicas duas habere: Ne thesaurizetis cuius symbolum pera, quæ multa congreget: neque uirgam gestetis: hoc est, ne sitis importuni, & ad uerberandum proni: neque duas tunicas habeatis, hoc est, ne sitis duplices animo, ac uarij moribus.

Miracula
quædā per
dæmones.

Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quod diceretur à quibusdam quod Ioannes surrexisset à mortuis: à quibusdam uero quod Helias apparuisset: ab alijs autem quod propheta quispiam ex antiquis surrexisset. Et ait Herodes, Ioannem ego decollauit: quis autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum. Hic Herodes paruus fuit filius magni qui pueros occiderat. Nam ille quidem rex fuit, hic autem tetrarcha. Dubitabat de Christo quis esset, Ioannem quidem, inquit, ego decollauit: & si quidem Ioannes excitatus est ex mortuis, omnino uisum illum agnoscam. Quærebat enim uidere eum. Vide autem quod Hebræi errantes opinabantur resurrectionem mortuorum in carnali uita futuram, atque in cibo & potu, resurrectio enim non in cibo uel potu uel carnali uita erit: sed qui resurgunt, sicut angeli Dei uersantur.

Et res-

Et reuersi apostoli narrauerunt illi quicquid fecerant. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum ciuitatis quæ uocat Bethsaida. Quod cum cognouissent turbæ, sequuntur sunt illi, & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos quæ curatione indigebant, sanabat. Dies autem cœperat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi, Dimitte turbas, ut euntes in castella uillasque uicinas diuertant, & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos, Vos date illis quod edant. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quam quinque panes, & duo pisces, nisi nos eamus & emamus in omnem hunc populum escas. Erant autem ferè quinquies mille. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discubere in singulo discubitu quinquagenos: atque ita fecerunt, & fecerunt omnes discubere. Acceptis itaque quinque panibus, & duobus piscibus, sublati in cœlum oculis, benedixit illis, & fregit, distribuitque discipulis ut apponerent turbæ. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum copiam duodecim. In deserto locum abiit Iesus, quoniam miraculum panum ibi facturus erat, ut ne quis dicere possit, quoniam prope fuerit ciuitas unde panes allati. Docuit autem & sanauit: ut discipulos quæ philosophia nostra uerbo & opere constet, & neque dicenda sint quæ facere non licet, neque facienda quæ dictu absurda. Inclinate autem die discipuli incipientes fieri humaniores & officiosiores, miserentur turbis, & dicunt, Dimitte eas, hoc est, sana citius infirmitates illorum, imple petitiones illorum. Dominus autem ad discipulos dicit, Date illis uos quod edant. Non ignorans discipulorum inopiam hoc dicit, sed incitare uolens ut dicant quot panes sibi sint, ut sic commonstret miraculum maius, indicantibus illis numerum panum. Quod autem dicit, Facite illos discubere in singulo discubitu quinquaginta, ostendit quod oporteat etiam nos quando aliquem hospitio excipimus, & facere ipsum recumbere, & in eum officiosos esse. Porro suspiciendo in cœlum, monstrat quod manducaturi Deo gratias agere debeant. Dat autem discipulis, & illi deinde turbis, ut ne obliuiscantur miraculo, sed memores eius sint, cogitantes quod panes in manus sumptis sint. Superfuerunt autem copiam duodecim, ut discamus quantum possit hospitalitas, & quod nostra multiplicetur cum suppeditamus indigentibus. Dicitur est autem de his latius in his quæ dicta sunt apud Matthæum.

Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli, interrogauitque illos dicens, quæ me dicunt esse turbæ? At illi responderunt & dixerunt, Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij uero quod unus propheta de antiquis surrexit. Dixit autem illis, Vos autem quæ me esse dicitis? Respondens Simo Petrus dixit, Christum illum Dei. At ille cominatus illis præcepit ne cui diceret hoc, dicens, Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus, sacerdotibus & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Interrogas discipulos Dominus, non statim interrogat eos quid ipsi dicant, sed prius uulgi & deinde etiam ab eis illorum sententiam. Hoc autem facit ut ostendat reprobam multorum de se opinionem & discipulos in ueram transferat: id quod & factum est. Cum enim dixissent discipuli, quod alij quidem Ioannem, alij uero Heliam dicerent, ipse interrogat, Vos autem, hoc est qui præcellitis alios, qui electi, quique præcipui, quem me esse dicitis? Antè alios autem Petrus profiliit, & factus omnium os, fatetur illum esse Christum Dei, qui olim prædicatus fuerat. Non enim dixit tantum Christum Dei, sed Christum illum Dei, cum articulo, ut declarat quod ipse sit proprie Christus Dei. Multi enim unum esse fuerunt, sed ille Christus Dei unus & solus est.

Dicebat autem ad omnes, Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequat me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam: qui uero perdidit animam suam propter me, is saluam faciet illam. Quid enim proficit homo, si lucretur uniuersum mundum, se autem ipsum perdat, aut iacturam suipsius faciat? Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua & patris, & sanctorum angelorum. Dico autem uobis uerè, quod sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec uideant regnum Dei. Quoniam de seipso dixerat quod oporteat filium hominis multa pati, infert commune quoddam ac generale, quod non solus ego mortem sustinebo, sed & omnes qui me uolunt sequi, debent seipsum abnegare, nullam communionem cum carne habentes, sed despicientes seipsum. Crucem autem dicit hoc loco mortem contemptissimam, nulla enim mors tam contempta fuit, sicut crucis. Ostendit itaque quod si quis uoluerit eius discipulus esse, mori debet non gloriosa morte, sed contemptibili, & sicut condænatus occidi. Quoniam

Ioann. 6.

Philosophia
nostra
uerbo et opere
constat.

Matth. 14.
Matth. 16.
Marci 8.

Matth. 26.
Infrà 14.
Ioann. 12.

quoniam

Quos Christi et sermo num eius pu dent.

niam aut multi ignominiosa morte occidunt, et sicut latrones ac malefactores: propte rea adicit hoc, & sequatur me, hoc est, omnē uirtutem exerceat. Qui enim uoluerit animā suam seruare, perdet illam, hoc est, qui uoluerit uiuere iuxta mundū, hic occidit animam. Erubescit Christum qui dicit, Quomodo credam in crucifixū & illūsum Deum: Et sermones illius erubescit, qui Euangelij simplicitatem irridet. talem autem erubescet & Dñs in gloria sua, hoc est in secundo aduentu. Quod autem dicit, hunc sensum habet: Sicut si quis paterfamilias habet seruum malum, erubescit nominare illum seruum propriū: ita & ego (inquit) erubescā nominare seruū meum eum q abnegauerit me. Et quia supra dixit, Qui perdit animā suam, saluabit illam: uolens monstrare quānam bona tales mereantur, dicit, Sunt quidā ex his qui hic sunt, qui nō morientur donec uiderint regnum Dei, hoc est, gloriam in qua futuri sunt iusti. Hoc autem dixit de transfiguratione sua. Transfiguratio em̄ figura fuit futuræ gloriæ: et sicut in hac Iesus mirabiliter fulgurauit, ita pari forma tunc & iusti fulgebunt. Sunt igitur (inquit) quidā, Ioannes, Iacobus, & Petrus, hi nō praeoccupabunt morte, donec uiderint in qua gloria futuri sunt q me confitent. Viderunt autē hoc in transfiguratione.

Matt. 17. Marc. 19.

Factum est aut post hæc uerba ferē diebus octo, & assumpsit Petrum & Ioannē & Iacobum, & ascendit in montem ut oraret. Et facta est, dum oraret, species uultus eius alia, et uestitus eius albus, & refulgens. Et ecce duo uiri loquebant cum illo, q erāt Moses & Helias, qui uisi in maiestate dicebant excessum eius quē cōpleturus erat Hierosolymis. Petrus uerō, et qui cum illo erant, grauati erāt somno. Experre cū aut uiderūt maiestatem eius, & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est cum discederet ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor, bonū est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Mosi, & unum Helias, nesciens quid diceret. Hæc autē illo loquēte facta est nubes, & obumbravit eos. Timuerunt autem intrantibus illis in nubem: & uox facta est de nube dicens, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret uox, inuentus est Iesus solus, & ipsi tacuerunt, & nemini dixerūt in illis diebus quicquid ex his quæ uiderant. Matthæus dicit sex dies transisse post sermones hos, & tunc Iesum ascendisse in montem, Lucas autem dicit octo transisse. Nam ille solas dies intermedias dicit: Lucas autē nō intermedias solas, sed & diē qua dicti sunt sermones illi, & diem qua facta est transfiguratio. Assumpsit aut tres solos: Petrū, utpote se diligentē: Ioannē autem, ut eum quē diligebat: Iacobum, qui & ipse seruebat zelo pro Christo: uel ut magis taciturnos, & silere ualentes. Porro in montē ascendit ut oraret. oportet enim nos solitarios esse & ascendere, & nullis terrenis rebus intendere orando. Facta est aut species uultus eius alia, nō mutato eo in aliam naturā: mansit enim qualis erat, sed species uultus eius splendidior apparuit q̄ prius. sicut & in uestimētis eius factum est, horum enim species tantū refulsit, non permutata uestimētorū substantia, sed illustratiore. Moses autē & Helias assiterunt cum eo orante, ut mōstreretur q non sit aduersarius legi & prophetis. Nam si talis fuisset, non legis dator Moses, & seruentissimus prophetarū Helias se illi associassent, uel cum ipso stetitissent. Dicebat autem excessum eius quomodo illum completurus erat Hierosolymis, hoc est mortem, Petrus autem somno grauabatur, oratione uacante Christo. Infirmus enim erat, & humano more somno seruebat. Cum autem euigilasset, spectabat gloriam, et duos uiros. Postquam autem uitam illam considerauisset, tum propter splendorem, tum propter prophetas, dixit. Bonum est nos hic esse. Putabat enim tunc consummationem fuisse, & regnum Iesu, ignorans quid loqueretur. Nondum finis neq̄ regni dies instabat, neq̄ gaudiorum fructiones sanctis communicandæ erant. Insuper & crucifigi timens Christum, hæc dicebat, quoniam audierat q oporteat eum occidi, & tertia die resurgere: dicit quasi in hunc modum, Ne descendamus de monte, maneamus hic, ut crucem & passionem effugiamus. Habemus Heliam adiutorem: si in uaserint nos Iudæi, ignem deducet, & sicut quinquagenarios comburet. Habemus Moysen, qui tot & tantas gentes perdidit. hæc autem dicebat nesciens quid loqueretur. Ipse enim putabat malū quiddam & difficillimum esse crucem, & propter hoc illam cupiens uitari, hæc dicebat. Christus autem sciebat crucifigi, quoniam non aliter salus hominum constabat. Petro autem dicente, faciamus tabernacula tria: Dominus repente tabernaculum nō manufactum facit, & in illud ingreditur cum prophetis, ut ostendatur q in nullo minor sit patre.

Petrus cur in monte illo manendum putabat.

4. Reg. 1.

fit patre. Sicut enim in ueteri lege nubes dicebatur habere Dominum, & Moses ingrediebatur in eam, atq̄ sic legem suscepit: ita & nunc nubes Christum suscipit, nubesq̄ nō caliginosa: (transiit em̄ umbra ueteris legis, & tenebrosa obscuritas) sed nubes lucida. Venit enim ueritas, & illuxit gratia Domini, nihilq̄ nūc tenebrosum est. Facta est & uox de nube, sicut olim uox Dei audiebatur de nube. Inuentus est autem Iesus solus: ut ne quis putet q̄. Hic est filius meus, de Mose uel Helia dictum sit. Foras is etiam hoc significat, q usq̄ ad tempus quoddam apparebant lex & prophetæ, sicut & hoc loco Moses & Helias: deinde solus præteritis illis apparuit. nunc enim Euangeliū seruatur, legalibus abolitis. Siluerunt autem apostoli, & nulli annunciauerunt quicquam de his quæ uiderant. Nam ante crucem non oportebat diuinū quiddam dici de Iesu. Nam qui audiuisent hæc, si deinde eum crucifigi uiderent, qualem putas de eo habuisent opinionem? Nōne impostorem & præstigiatores existimassent: & idcirco ante crucem nullum opus admirabile uel Deo dignum prædicant apostoli. De hoc autem loco multa & iucunda diximus apud Matthæum.

Euangelij seruatur.

Factum est aut sequenti die descendit illis de monte, occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit dicens, Magister obsecro te, respice ad filiū meum, quia unicus est mihi, & ecce spiritus apprehēdit eū, & subito clamat ac discerpit eum cū spuma, & uix discedit ab eo dilanians eum: & rogauit discipulos tuos ut ei jcerēt illū, & non potuerūt. Respondens aut Iesus dixit, O' natio infidelis & peruersa, usquequo ero apud uos, tac patiar uos: adduc huc filium tuum. Cum aut accederet, lanx uir illū demoniū, & disspauit. Inreparuit autem Iesus spiritū immundū, & sanauit puerū, & reddidit illū patri suo. Valde incredulus erat uir ille, propter ea em̄ hoc demoniū nō regressum est à puero eius, quia uincebat infidelitas eius apostolorū uirtutē. Insuper & hinc ostenditur eius incredulitas et peruicacia, q̄ coram omnibus accedit & accusat discipulos: & propterea Dominus ostendens incredulitatem eius in causa fuisse quia nō fuerit sanatus filius eius: coram omnibus exprobrat ei & nō soli ipsi, sed & alijs omnibus incredulitatē. Dicēdo em̄, O natio incredula, omnes cōplectitur Iudæos. Nam quia peruersam dicit, declarat q̄ nō à principio, neq̄ à natura sit malitia. Natura em̄ recti fuerant, semen em̄ sanctū erant Abrahā & Isaac. peruersi aut facti sunt præ malitia. Porro illud usqueq̄ ero apud uos, usqueq̄ patiar uos: hoc significat, quod in uotis habebat mortē, & cupiebat statim ab illis liberari. Usquequo em̄, inquit, ferā incredulitatē uestrā? Ostendens itaq̄ q̄ uirtutem habeat quæ uincat incredulitatē Iudæorū, dicit: Adduc filium tuum huc, & cum sanasset illū, reddidit ipsum patri suo. Prius em̄ qui à demonio possidebatur, non erat patris sui, sed mali spiritus qui detinebat eum: tunc autem Dominus reddidit eum ei qui illum perdidit & inuenerat patri.

Matt. 17.

usquequo

Infidelitas unius pluri um cumcit fidem.

Stupebant autem omnes super magnificentia Dei. Sed omnibus miratibus super omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in auribus uestris sermones istos. Futurum est ut filius hominis tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud, & erat absconditum ab illis, ut non intelligerent illud. Et timebāt eum interrogare de hoc uerbo. Alij quidem omnes admirabantur in omnibus quæ faciebat Iesus, nō in uno hoc miraculo. Verum ipse relictis alijs cum discipulis loquitur, & dicit. Ponite uos hæc omnia, & miracula, & miraculorū sermones, in aures uestras. Quare: quia tradendus sum & crucifigendus: ut quādo crucifixum uideritis, ne existimetis q̄ præ infirmitate talia passus sim. Nam qui talia miracula facit, potest & non crucifigi. Illi autem ignorabant uerbum hoc, & erat absconditum ab eis. Et quare hoc fuit: ut ne ante tempus tristitia afficerentur, & timore exterrerentur. Itaq̄ Deus condescendens infirmitati illorum, & quasi pueros moderabatur illos, neq̄ concedit eis ut intelligant hoc quod de cruce dicebatur. Vide autem & illorum reuerentiam, quomodo præ reuerentia interrogare non audebant, immo præ timore. nam timor augmentū est pietatis & reuerentiæ: sicut & reuerentia uel pietas contractus timor est.

Timor augmet reuerentiam.

Matt. 18. Marci 9.

Intrauit autem cogitatio inter eos quis eorum maior esset. At Iesus uidens cogitationem cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum iuxta se, & ait illis: Quicunq̄ receperit puerū hunc in nomine meo, me recipit: & quicunq̄ me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter omnes uos, hic erit magnus. Respondens autem Ioannes dixit, Præceptor, uidimus quendam sub nomine tuo eiicientem

dæmonia, & prohibuimus eum, quia nō sequitur nobiscum. Et ait ad illum Iesus, Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum nos, pro nobis est. Morbus inanis gloriæ Apostolos inuasit. Mihi uidetur ortum id inter illos eo q̄ dæmoniacum nō sanarint. Verisimile enim q̄ super hoc contenderint, dicentibus singulis q̄ non propter suam, sed alterius cuiusdam infirmitatem puer ille sanatus non fuerit: & inde accensa lis est quis eorum maior esset. At Dominus uisis singulorum cordibus, præuenit: & priusq̄ morbus in crudesceret, curauit radicitus eijci. Morbi enim ab initio facile uincuntur: cum uerò in cruduerint, curatu difficiles sunt. Itaq̄ quomodo malum hoc emendat? Apprehensum puerum ostendit discipulis, manifestans eis per hoc, q̄ talem mentem oportet nos in nobis parare, qualis est in pueris. Illi enim malitiæ expertes sunt & simplicissimi, neq̄ inanis gloriæ neq̄ ambitionis cogitationibus diuexantur. Qui igitur (inquit) susceperit talem puerū in nomine meo, me suscipit. Quod autem dicit, hunc sensum habet, Vos quidē opinamini, si p̄patici & gloriosi fueritis, multis placeatis, pluresq̄ uos suscepturi sint. Ego autem dico uobis, q̄ tantopere gaudeo simplicitate, & q̄ ea discipulos meos ita discernit, ut quisquis simplicissimū uirum & innocentem susceperit ut meū discipulū (hoc em̄ est quod dicit, in nomine meo) me suscipit. Qui autem arrogantem suscipit, neq̄ meum discipulum suscipit, neq̄ me. Respondens autem Ioānes dixit: Domine, uidimus quendam in nomine tuo efficiētem dæmonia, & prohibuimus eum. Quænam sermonis illius consequentiā quem dixit Ioannes, ad ea quæ dixit Dominus? Vtq̄ magna. Quia enim dixerat Dominus q̄ minor in uobis hic erit magnus, timere cœpit Ioānes ne fortē malū quid fecissent homine per arrogantiam & superbiam prohibito. Nam prohibere aliquē ab aliquo, non minorē arguit eum qui prohibet, sed maius quiddam de se sentientem, quā de eo qui prohibetur ab ipso. Proinde Ioannes timebat ne fortē superbius egisset prohibito homine. Cuius igitur gratia prohibuerunt hominem? Non inuidentes, sed indignū illum iudicantes qui miraculum operaretur. nō enim aderat cum illis gratia agendorum miraculorum daretur, neq̄ ad hoc à Domino emissus erat sicut alij, neq̄ Christum usq̄ sequebatur. Quid igitur Dominus? Sinite (inquit) eum hoc facere. Conterit enim & ipse satanæ caput: & quia non obstat nobis ad prædicationem, non cooperatur diabolo: proinde pro nobis est. Qui enim non est contra Deum, pro Deo est: quemadmodum qui non congregat cum Deo, ille cum diabolo est. Admirare autem obsecro uirtutem nominis Christi, quomodo & per indignos, & eos qui non erant eius discipuli, gratia operetur, & solum nominati, ita et per sacerdotes, etiam si indigni fuerint, operatur gratia, & sanctificantur omnes, etiam si impurus fuerit sacerdos.

Factum est autem dum cōplerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suā obfirmauerat, ut iret Hierosolymā, & misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent illi. Et nō receperunt eum, quia facies eius erat euntis Hierosolymam. Cum uidissent autem discipuli eius Iacobus et Ioannes, dixerunt, Domine, uis dicamus ut ignis de cœlo descendat, & consumat illos, quemadmodum et Helias fecit: Conuersus autem Iesus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis uos. Filius enim hominis non uenit ad perdendum animas hominum, sed ad seruandum. Et abierunt in aliud castellum. Quid est quod dicit, dum compleretur dies assumptionis eius: hoc est, cum instabat tempus quo postquam sustinisset salutare passionem pro nobis, oportebat assumi in cœlum, & confidere Deo & patri. Tunc igitur cum appropinquabat tempus passionis eius, & assumptionis ex hoc mundo, decreuit non ultra hinc & inde obambulare, sed ascendere in Hierosolymam. Itaq̄ q̄ obfirmauit faciem suam, hoc declarat, q̄ stabilierit & firmiter sententiā q̄ uelit ascendere Hierosolymā. Porro nuncios ante faciem suam emittit, ut parent ipsi diuersorū. & sciens quod à Samaritanis non essent suscipiendi, nihilominus tamen illos emittit, ut omnem Samaritanorū auferat excusationem, ne dicere possent, Suscepissimus illum si quosdam præ se misisset. Interim & discipulis eius utile hoc erat, ut uidentes postea in cruce illi opprobriari, minus scandalizarentur: sed ex hoc facto magis discerent quod sicut nunc contemptus à Samaritanis patienter tulit, atq̄ discipulos increpauit exasperantes eum contra contumeliosos, ita & tunc cum crucifigeretur, nō ut impetens, sed ut longanimis ferat. Prodest etiam in hoc

emittit morbi facile curatur.

uirtus nominis Christi fit etiam per indignos operatur.

4. Reg. 1.

A hoc discipulis, q̄ illos suo exemplo docet patientes esse. Illi quidem ad Heliam respicientes, qui bis quinquaginta uiros cum quinquagenarijs exusserat, exasperabāt Dominum cōtra eos qui se iniuria affecerāt, erant enim adhuc imperfecti. Cæterū Christus docens legem suam sublimiorem q̄ uitam Helia, increpat eos, atq̄ à tali sententia abducit, cum docuisset māuerē ferendos illos qui iniuria afficiebant. Quid autem est quod dicit, nō susceperūt eum, quia facies eius erat euntis Hierosolymā: Nūquid dicit q̄ non susceperint eum, eo q̄ definierat abire Hierosolymā: & cum hoc sic intellexerimus, q̄ eum propterea nō susceperint, eo q̄ definierat abire Hierosolymā, inueniantur illi excusati non suscipientes: Est igitur dicendum, q̄ Euangelista hoc dicit q̄ non susceperunt eum, neq̄ intrauit Samariā: deinde quasi interrogasset quispiā, nūquid impotens erat: an nō ualebat etiā illis nolentibus ingredi: Soluēs hoc, dicit, Nō ideo quia impotens fuit, sed qua noluit illuc ire, sed Hierosolymam: quoniā nisi hoc fuisset, etiam inuitis illis in castellum ingressus fuisset.

Factum est autē, ambulanti bus illis in uia, dixit quidā ad illum. Sequar te quocūq̄ ieris. Dixit illi Iesus, Vulpes foueas habēt, & uolucres cœli nidus: filius autē hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ait autē ad alterū: Sequere me. Ille autē dixit, Domine, permitte mihi primū abire, & sepelire patrē meū. Dixit autē ei Iesus, Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu uerò uade & annūcia regnū Dei. Et ait alius. Sequar te Domine, sed permitte mihi prius ut dicā uale ijs qui sunt domi meæ. Ait ad illū Iesus, Ne mo qui manu sua admota aratro, respexerit à tergo, aptus est regno Dei. Hic q̄ accessit ad Iesum, & petijt ut sequeretur illū, mala mente accessit. Quia enim uidit magnā turbam sequi Dominū, suspicatus est q̄ pecuniam ab illa colligeret Dominus, & ipse rauerit etiam ipse sequēdo pecunias se congregaturum: idcirco repellit eum Dñs, quasi talia dicēs ei: Tu quidē putas q̄ pecuniā ab his qui me sequant, corradā, & q̄ uita mea talis sit quā doceo, sed nō est. Enimuero usque ad eō paupertatem doceo & induco, ut cum aliā quidem animalia foueas habeant, ego ne domū quidem, & sic illum repulit.

B Alium autē qui nō rogauerat, permittit sequi: & cum peteret ut abire ei liceret, & sepelire patrē suum, ei nō cōcedit, dicens, Sine mortuos sepelire mortuos suos, quo insinuat incredulū fuisse patrē illius, & propterea indignū cuius curā ageret filius qui crederat. Sine enim mortuos cognatos, hoc est incredulos, increduli patris curā gerere, & illū pascere usq̄ ad sepulturā. Sepelire enim hoc loco significat curā gerere usq̄ ad sepulturā: quia & cōmunis sermo ita habet, cum dicimus, ille filius sepeliit patrem suū: nō intelligimus q̄ tantū sepelierit eum, & nihil boni aliud illi fecerit, sed q̄ diligentem eius curā habuerit usq̄ ad mortem & sepulturam. Igitur illi quidē mortui, hoc est increduli, sepeliant mortuū suū, dico patrē tuū. Tu autē quia credidisti, annūcia uelut meus discipulus euangeliū Dei. Hoc autē dixit Dominus, nō prohibens nos ab alendis parentibus, sed docens pietatem præferendā incredulis parentibus, eo q̄ nullum ad uirtutē obstaculum esse debeat: & contemnendā etiam naturam propriā, ideo petenti sequi illum, prius autem renunciare his quæ domi suæ, non concessit, ire scilicet in domum suam, & renūciare domesticis: & ut magis propriē dicam, dicere uale. Insinuabat autem homo ille q̄ familiaritatē quandam adhuc habeat cum mundo, & nō affectus sit ut apostoli, qui mox ut audierūt, Christū sequuti sunt, nihil aliud curiosius perquirentes, & ne uale quidem necessarijs dicentes. Sæpe enim contingit q̄ quando quis uale dicit amicis suis, ut inueniantur aliqui qui illum à uita sancta abducant & prohibeant, ideo bonū est ut cum quis rem bonam facere uult, non moretur, sed statim perficiat. Nullus enim qui mittit manum suam ad aratrum spirituale, & respicit iterum ad mundum, idoneus est ad regnum cœlorū. Intellige autem per uulpes, etiā malignos dæmones, qui & uolatilia cœli dicuntur, hoc est aeris. Iuxta principem enim, inquit, potestatis aeris. Dicit igitur Dominus ad hominem, Quia dæmones in te foueas habent, propterea ego filius hominis non habeo in te ubi caput reclinem, hoc est fidem. Nō uideo locum in corde tuo, quod impletum est dæmonibus. Caput enim Christi, fides in illum. Quādo enim quis credit Deum esse Christum, tunc caput Christi tenet. Mortuus autem peccator est, qui & sepelit suos mortuos, hoc est, malas cogitationes, quas non confitetur. Proinde Dominus prohibet sequiturū se, ne sepeliat malas cogitationes & occultet. uult enim eas per confessionem manifestari.

Lex Christi sit sublimior q̄ Helia uita.

Mat. 9.

Mente inuenta uolente sequi, Christus non recipit. Christi paupertas.

Sepelire.

Pietas præferenda insidulis parentibus.

Eph. 2.

Caput Christi. Mortuus, qui malas cogitationes non confitetur.

Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta, misitque illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quod erat ipse uenturus, dicebat ergo illis, Mesis quidem multa, sed operarij pauci. Rogate ergo Dominum mesis ut extrudat operarios in messem suam. Ite, Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos.]

Exod. 15. Scriptum est in Exodo quod filij Israel uenerint in Elim, & duodecim fontes aquarum fuerint illis, & septuaginta palmae. Quod igitur tunc per historiam & in figura factum, nunc uere euenit. Elim ascensus interpretatur: quod nihil aliud uult, quam ne sitis cum Iudæis in litera legis permanentes, sed ascendentes in Christianismum ad perfectiorem intelligentiam, et incrementum spirituale. Inuenimus duodecim fontes, precipuos illos duodecim apostolos dico, qui omnis doctrina dulcissimi fontes sunt. Inuenimus item & septuaginta palmas, nimirum septuaginta discipulos, qui fontes quidem non dicunt, palmae tamē sunt, ueluti qui ab apostolis educati & docendi erant. Nam quantum uis Christus illos elegerit, fuerunt tamen inferiores illis duodecim, & discipuli illorum postea ac comites. Palmae igitur illae à fontibus, apostolos dico, educatae fuerunt. Nobis autem fructum dulcem quodammodo & austerum suppeditauerunt. Talis enim sanctorum doctrina est non omnino dulcis & adularis, neque omnino austera & uerberans, sed utriusque particeps, & reuera condita sale, gratiamque habens: unde & Paulus dicit, Sermo uester in gratia sale sit conditus. Designat autem septuaginta discipulos Dominus, propter eorum multitudinem qui doctrina opus habebat. Sicut enim agri frugiferi multos querunt messorum, sic cum multi & innumerabiles essent credituri, multis indigebat magistris. Porro binos mittit, ceu imperfectiores, & ut alius alium adiuuaret. Ibant & ante faciem eius, eo quod docebant, sicut Ioannes, Parate uiam Domini.

Matt. 2. Considera autem quomodo dixerit, Rogate Dominum mesis ut extrudat operarios: *Ioan. 1.* deinde ipse propria autoritate illos emittit. Ipse enim est uere Dominus mesis, hoc est, uerus credentium Deus. Praedicat autem eis & persecutiones, quod sicut agni in medio luporum futuri essent, ut ne si repente in aduersa talia inciderent, magis turbarentur.

Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per uiam saluaueritis. In quacumque domum intraueritis, primum dicit, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra: sin minus, ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes & bibentes quae dantur ab illis. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quacumque ciuitatem intraueritis, & susceperint uos, edite quae apponuntur uobis: & sanate infirmos qui in illa sunt: & dicit illis, Appropinquaui in uos regnum Dei.] Quia missurus erat praedicatorum euangelij, dicit, Ne portetis sacculum, neque hoc uel illud: sufficit enim uobis quod curam habeatis uerbi. Nam si sacculum portaueritis, manifestum quod illius uobis cura est, & uerbum contemnit. Vel aliter, Quoniam alendi estis ab his quos docetis, quid uobis sacculo opus, uel pera, uel calceamentis? Omnem enim illorum usum suppeditabunt hi qui à uobis docebuntur. Porro quod nullum per uiam saluent, hac de causa eis iniungit, ut ne occuparent in hominum saluationibus, & curiositatibus, quibus à praedicatione impedirentur. Verisimile enim est ut cum quis saluauerit quempiam, ab eodem resalutetur, & de maiori familiaritate interpelletur: ut fieri solet in his qui simul uadunt. Simul enim ut amici facti, etiam amplius & curiosius quidam scrutantur: & sic paulatim in humana negocia apostoli inciderent, uerbumque negligerent. In itinere igitur salutare quempiam ea de causa prohibet. In domum autem ingressi, dicit, dicit, Pax huic domui, hoc est, salutate eos qui in domo sunt. Et deinde ostendens quod hoc non solum sit salutare, sed & benedicere, dicit, Si quidem dignus fuerit paterfamilias, benedicetur: si autem contumeliosus, & non capax pacis, pugnant & aduersarius sermoni uestro & doctrinae: benedictio non ueniet super illum, sed ad uos reuertetur. Praecipit quoque non transeundum de domo in domum, ut ne uideantur gulosi, & scandalo sint multis, & contristent eos à quibus primum suscepti sunt. Insuper dicit, Comedite ea quae apud illos sunt: hoc est, quae proponunt uobis, etiam si uilia et parua sint, nihil amplius inquirentes. Pro mercede autem habete cibum. Et ne queratis & pasci, & mercedem in se per accipere, sed cibum pro mercede habetote. Vide igitur quomodo discipulos ad inopiam instruat, & securos faciat, Sanare autem & infirmos qui in ciuitatibus, praecipit,

ut mira-

Quare discipulis à Christo in iunctum ne quem saluarent per uiam.

Aut miraculorum operatione attrahant homines ad uerbum quod praedicant. Et uide quid dicat: Et dicit eis, Appropinquaui in uos regnum Dei. Nam si primum sanaueritis, ac deinde docueritis, feliciter curret sermo uester, & credent homines quod regnum Dei peruenit in ipsos. Non enim sanati fuissent, nisi diuina quaedam uirtus fuisset hæc operans. Sed & quando quis animo agrotans sanatus fuerit, tunc uenit in eum regnum Dei. Ab agrotante enim longè istud est, quando quidem peccatum in illo regnat ac dominatur.

In quacumque autem ciuitate intraueritis, & non susceperint uos, exeuntes in plateas eius dicit, Etiam puluerem qui adhaerit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos: ita men hoc scitote quod appropinquaui in uos regnum Dei. Dico uobis quod Sodomis in die illo remissus erit quam illi ciuitati.] Quando, inquit, non susceperint uos, egressi testemini eis quod nihil commune nobis uobiscum, neque habemus aliquid de ciuitate uestra: sed etiam puluerem qui adhaerit nobis, extergimus, hoc est excutimus, spongia emundamus, abijcimus in uos. Veruntamen scitote quod appropinquaui in uos regnum Dei. Hoc loco quaeritur quispiam, Quomodo dicit Dominus appropinquaui regnum Dei & his qui susceperunt & qui non susceperunt apostolos? Appropinquare dicit regnum caelorum his qui apostolos susceperunt, propter beneficia quae in eos collocant: his autem qui non susceperunt, propter condemnationem. Finge in spectaculo quodam multos condennatos, & alios non condennatos, Senatores, inquam, ac exercitus duces & optimates: deinde dicere praconem ad omnes tam condennatos quam uenerabiles, Appropinquaui rex uester: nonne his quidè ad supplicium, alijs uero ad gloriam & beneficentiam appropinquare dicit regem? Sic igitur & hoc loco intellige: Tolerabilis erit Sodomis inquit, quam ciuitati quae uos non susceperit. Quare? Eo quod in Sodoma apostoli non fuerunt missi, igitur, qui apostolos non susceperunt, deteriores sunt Sodomis. Obserua ciuitatem non suscipientem apostolos, plateas habere. Lata enim uia est quae ducit ad interitum: quam quisquis ingreditur, ille apostolicum & diuinum uerbum non suscipit.

Vae tibi Corozain, uae tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone facta fuissent uirtutes quae factae sunt in uobis, olim in cilicio & cinere sedentes poenituissent. Veritamen Tyro & Sidoni remissus erit in iudicio, quam uobis, Et tu Capernaum, quae usque ad caelum elata es, usque ad infernum deprimeris. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.] Tyrus & Sidon ciuitates fuerunt Gentilium, Bethsaida autem & Corozain Iudaicae. Dicit igitur quod in iudicio tolerabilis erit Gentilibus quam uobis, quod uidistis miracula, & non credidistis. Illi enim si uidissent, credidissent utique. Sed & tu Capernaum quae exaltata quidè fuisti usque ad caelum, & glorificata multis quae in te facta sunt miraculis, detraheris usque ad infernum, condemnanda propter istuc ipsum, quod & post tanta miracula incredula manes. Deinde ut ne dicant qui mittuntur ad praedicationem, quod mittis nos, si ciuitates quaedam non sunt nos suscepturae? dicit, Ne sitis animo tristi: qui spernit uos, me spernit, & patrem meum: & ita iniuria non uestra est, sed in Deum transit, Consolatio igitur sit uobis, quod hæc Dei sit iniuria. Sicut contra, ne gloriemini, uel sapite sublimem, quod quidam uos audiant. Non enim uestrum est opus, sed meum, & gratiae.

Quando praedicatum sermo feliciter curat.

Quomodo suscipienti bus est non suscipientibus apostolos appropinquaui regnum caelorum.

Matt. vi.

Reuersi autem sunt septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine etiam demonia subijciuntur nobis per nomen tuum. At autem illis, uidebam satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce do uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere quod spiritus uobis subijciunt, sed gaudete quod nomina uestra scripta sunt in caelis.] Prius dixit quod miserit septuaginta, nunc autem dicit quod reuersi sint gaudentes quod non solum alios morbos fugarint, sed, quod maius malum erat, effugarint etiam demones. Vide autem quomodo non superbiunt. Dicunt enim quod in nomine tuo subijciunt nobis demonia, tua gratia, non uestra uirtute. Dicit autem illis Dominus, Ne miremini si demones uobis subijciant. Princeps enim ipsorum olim de caelo decidit, et nullam fortitudinem habet. Nam licet hoc homines non uiderint, ego tamē in uisibiliu spectatore uidi. Decidit autem sicut fulgur, quia lux erat, & archangelus & lucifer, etiam in tenebras uersus sit. Si igitur de caelo ille decidit, serui eius, demonia dico, quid non patientur? Quidam autem sic intelligunt, de caelo, hoc est de gloria. Nam quia dixerant ei septuaginta quod demonia sibi subijciant, dicit: hoc & ego sciebam. Videbam enim satanam de caelo, id est de gloria sua, & de honore quem habebat, cadentem.

Demonii cateruae serpentes & scorpj.

Scr. hi in caelis, est esse in Dei memoria.

Matt. 11.

Sapiens quid. Intelligens quid. Qui parvuli dicit, & quare.

Duo modi regnatis in nobis Dei.

Matt. 28.

Colof. 1.

Cur Christo potius quam angelo seu archangelo cupiatur tradita sunt omnia.

Ante Christum enim ut Deus colebatur, nunc autem de caelo decidit, hoc est de gloria sua, ne colatur ut Deus, neque habeatur perinde ac si in caelo habitet. Ecce igitur deo vobis potestatem conculcandi virtutem illorum. Serpentes & scorpiones, daemonum sunt cateruae, quae deorsum trahunt. Et qui manifeste percutiunt, serpentes: qui vero occultius, scorpiones, ut daemon libidinis & caedis est serpens. in manifestaria enim mala compellit. at qui propter morbos persuadet hominem laucris, unguentis, & alijs efforminantibus uti, scorpions vocatur, non manifestum habens aculeum, sed clam carne offendens, ut obedientem in magnum casum iniiciat. Gratia autem Domino, qui dedit potestatem calcandi super illos. Ceterum docens eos ne superbiant, dicit, Veritatem in hoc non gaudete quod demonia vobis subiiciuntur (alii enim sunt qui ex hoc beneficia capiunt, nempe qui sanitatem consequuntur) sed magis quod nomina vestra scripta sunt in caelis: non atramento, sed memoria Dei & gratia. Et diabolus decidit de caelo, homines autem qui infra sunt, scribunt supra. Verum itaque gaudium nomina vestra in caelis scribi, & esse in memoria Dei.

In eadem hora exultavit spiritu Iesus, & dixit, Confiteor tibi pater Domine caeli et terrae, quod abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis: etiam pater, quoniam sic complacitum est coram te. Sicut pater bonus cum uiderit filios recta quaedam opera gessisse, ita saluator exultat, quia talia bona assequuti erant apostoli. Itaque patri gratias agit quod occultauerit quidem talia mysteria a sapientibus, pharisaeis scilicet & scribis, qui legem interpretantur, & intelligentibus, hoc est discipulis horum scribarum. Sapiens enim est qui docet, intelligens autem qui docetur & intelligit quae dicuntur: ut exempli gratia sapiens Gamaliel, intelligens Paulus, ille enim docebat, hic intelligebat quae ab illo docebantur. Parvulos autem nominabat Dominus suos discipulos, utpote eos qui in lege docti non erant, sed plerique ex turba & piscatoribus congregati. Veruntamen & parvuli dicti sunt ob puerilem simplicitatem. Illi autem sapientes dicti, quia uidebantur sapientes, cum sapientes non essent. Abscondit igitur mysteria ab his qui uidebantur sapientes & intelligentes, cum utique non essent. Nam si fuissent, reuelata fuissent eis. Etiam pater, gratias ago tibi, quia sic beneplacitum fuit ante te, hoc est fuit talis approbatio & uoluntio ante te, & sic placuit tibi.

Et conuersus ad discipulos dixit, Omnia mihi tradita sunt a patre meo, & nemo scit quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius aperire. Et conuersus ad discipulos seorsum, dixit, Beati oculi qui uident quae uos uidetis. Dico enim uobis quod multi prophetae & reges uoluerunt uidere quae uos uidetis, & non uiderunt: & audire quae auditis, & non audierunt. Omnia tradunt filio a patre, sicut subiicienda fuerunt filio omnia. Duo enim modi sunt quibus regnat in nobis Deus: unus quo regnat in his qui nolunt, alius, in his qui uolunt: ut exempli gratia quid dicam, Deus Dominus meus est etiam si nolim, quia conditor meus est. Est autem iterum Dominus meus, quando seruando mandata eius, uoluntatem eius impleo, gratus seruus factus. Primum humana natura seruit & subdita est Deo etiam si nolit, etiam si satanae ministrat. Postquam autem Christus pro nobis suscepit bellum, & nos a diaboli tyrannide extractos, ministros suos, & mandatorum suorum operarios fecit, tunc facti sumus serui grati & natura & uoluntate. Prior enim seruitus naturae tantum erat, secunda uero etiam uoluntatis. Hoc igitur est quod nunc dicit Dominus, quia omnia mihi tradita sunt a patre meo, hoc est omnia mihi subiicienda sunt, & sub potestate meam redigenda. Simile autem est hoc ei quod alicubi dictum,

Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Qui enim pacificauit omnia tam quae in caelo quam quae in terra, talia dicit. Et aliter, Omnia traduntur filio a patre, omnia opera quae incarnatus pro nobis fecit. Quia enim neque pater neque spiritus pro nobis uel incarnatus est, uel passus, uel resurrexit, sed filius haec omnia tulit, & dux salutis nostrae factus est: idcirco dixit omnia tradita ipsi esse: ueluti si dixisset, Pater meus mihi condidit omnia, incarnati, patris, resurgere, saluare naturam repulsam. Et nullus scit filium nisi pater: & quis sit pater, nisi filius. Postquam autem dicit, Omnia mihi credita sunt, quasi dubium quoddam nunc soluit. Ne enim quis dubitet, & cuius gratia tibi tradita sunt omnia, & non alteri fortassis angelo uel archangelo: dicit quod propterea mihi tradidit, eo quod eiusdem naturae & substantiae sum cum eo. Et sicut illi nullus scit, ita neque me, nisi pater solus: & ita merito mihi tradidit omnia ut eiusdem naturae secum, omnemque cognitionem transcendentem, sicut etiam ipse supra omnem cognitionis uim est. Etenim pater, inquit,

a solo

A a solo filio cognoscitur, & cui filius uoluerit reuelare. Vide autem quod filius quidem non per reuelationem cognoscat patrem, creaturae autem per reuelationem, gratia enim accipiunt scientiam, non igitur creatus est filius. Conuersus uero ad discipulos, beatos illos dicit, & omnes quocumque qui cum fide ipsum in carne ambulantes uident, & miracula operantes. Etenim prophetae prisci & reges desiderauerunt quidem in carne uidere Dominum, & audire eum, sed non contigit eis. Et aliter: quia supra dixit, Cui filius reuelauerit, ille scit patrem: beatos nunc dicit discipulos, quod sua reuelatione ista eis contingant. Reuelauit enim eis patrem per se. Ipsum enim uident, uidet patrem: quod bonum nullus ex sanctis qui ante incarnationem eius fuerunt, obtinuit, quia non uiderunt Dominum in carne, per quem pater cognoscitur, unde neque patrem sic uiderunt ut apostoli.

Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid facies, uitam aeternam possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est: quomodo legis? Ille respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, & ex tota mente tua: & proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque illi, Recte respondisti, hoc fac, & uiues. Arrogans quidam legisperitus fuit, immo superbus, ut ex his quae sequuntur, manifestum est: in superbo & doloso. Accedit itaque tentans Dominum. Opinabatur enim quod ex responsis supplantare Dominum posset. Sed Dominus illum ad legem ducit, in qua mire gloriabatur. Vide autem quanto studio iubeat lex Deum amare. Homo creaturarum omnium est perfectissimus, & particeps naturae omnium, & praeterea quiddam sublimius habet. Ut exempli gratia quod dicit, Particeps est naturae lapidis. habet enim capillos & ungues, quae insensata sunt, quemadmodum lapis. Particeps est & naturae plantarum, secundum quod crescit & nutrit, & simile generat, sicut & plantae. Particeps est & naturae brutorum, secundum quod habet sensum, & irascitur, & concupiscit. Particeps est autem & Deo iuxta rationalem animam, supra omnia alia animantia. Itaque lex ostendere uolens quod homo debeat sese totum tradere Deo, & omnes animales uirtutes infundere in dilectionem Dei, eo quidem

B quod dicit, ex toto corde, crassiores & plantis propriae declarauit uirtutem. Dicendo autem, ex tota anima, mediam ostendit, & sensatis congruentem. Per hoc autem quod dicit, ex tota mente, homini maxime propriam uim significauit, animam rationalem. Porro quod dicit, ex tota fortitudine, ad omnia haec trahendum. Oportet enim nos & naturalem ac uegetatiuam uirtutem subiicere dilectioni Christi. Sed quomodo? Fortiter, & non dissolute. Et sensitiuam, atque illam fortiter. Denique & rationalem, atque illam ex tota uirtute. Atque ita debemus nos totos dare Deo, subiicereque & nutritiuam, & sensitiuam, & rationalem nostram uirtutem dilectioni Dei. Et proximum tuum sicut te ipsum. Lex nondum ualens perfecta docere ob auditorum puerilitatem, proximum diligere hortatur ut seipsum. Christus autem & plus quam seipsum diligere proximum docuit. Maiorem enim hac dilectionem, inquit, nemo exhibere potest, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Dicit igitur ad legisperitum, Recte respondisti, Quia enim (dicere uult) legi adhuc subiectus es, recte respondisti, iuxta legem enim sapis.

Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? Respondens autem Iesus dixit, Homo quidam descendebat ab Hierosolymis in Hiericho, & incidit in latrones: qui etiam despoliauerunt eum uestibus, ac uulneribus, inhiectis abierunt semimortuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia, uisusque illo praeteriit. Similiter & leuita cum iret iuxta locum, cum accessisset ac uidisset eum, praeteriit. Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit ad eum: & uiso eo, misericordia motus est, & accedens obligauit uulnera eius, infundens oleum ac uinum: & imponens illum in suum iumentum, duxit in ciuersorium, & curam eius egit. Et postero die egrediens, depromptos duos denarios dedit hospiti, & ait ei, Cura illius habere: & quodcumque praeterea insumserit, ego cum rediero reddam tibi. Quis ergo horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui exercuit misericordiam in illum. Ait igitur illi Iesus, Vade, & tu fac similiter. Laudatur a saluatore legisperitus, prodidit insolentiam animi. dixit enim, Et quis est meus proximus? Existimabat enim se iustum esse, nullumque habere sibi similem & proximum uirtute: putans solum iustum iusto proximum esse. Proinde uolens iustificare seipsum, & ex tolli super omnes homines, insolecens inquit, Et quis est proximus meus? Saluator autem

Matt. 22.

Deut. 6. Rom. 13.

Homo omnium omnium naturae particeps.

† αὐτοῦ ἰσχυροῦ ἡ ἀλθεῖα. ἰ. praeteriit uel reuersus est, ut interpretatur ipse Theophyl.

autem quoniam conditor ipse erat, sciens nos omnes unam creaturam, non operibus neque dignitatibus, sed natura definit proximum. Ne igitur putes, inquit, quia iustus es, quod nullus tibi similis sit. Omnes enim qui eiusdem naturae sunt, proximi tui sunt. Sis igitur uticissimus & tu illis proximus: non loco, sed affectione & studio erga illos. Idcirco & Samaritanum introducit in exemplum, ut tibi monstraret quod licet hic uita excelluerat, proximus tamen ei erat qui miseratione dignus. Sic & tu compassione proximum te illi exhibe, & sponte ac non uocatus in illius subsidium curre. Docemur igitur & hoc loco per parabolam ut parati simus ad misericordiam, & conemur esse proximi his qui indigent nostro subsidio. Docet autem & quanta Dei bonitas erga homines. Descendebat enim humana natura a Hierusalem, hoc est a tranquilla & pacifica uita. Hierusalem enim interpretatur uisio pacis. Quod autem descendebat: In Hiericho humile, concaua, & aestu suffocante, hoc est, uitam affectionibus plena. Vide autem quod non dixerit, descendit, sed descendebat. Semper enim humana natura ad inferiora procliuis est, non semel, sed semper uita affectionibus deditur utacis. Incidit autem in latrones, hoc est daemones. Nisi quis a cogitationibus sublimibus descenderit, non incidit in daemones, qui exuto homini, & spoliato uertibus uirtutum, plagas inferunt peccati. Primum enim denudant nos omnibona cogitatione, & uisitatione Dei: deinde plagas peccati inferunt. Porro naturam humanam semimortuam reliquerunt: uel quod anima immortalis, corpus autem mortale, & ita dimidium hominis morti subditum est: uel quod non omnino desperata erat humana natura. In Christo enim salutem se habituram esse sperabat. Itaque non mortua erat omnino: sed propter ruinam Adae mors in mundum intrauit propter Christi autem iustificationem mors abolenda erat. Per facerdotem uero & leuitam, legem intellige & prophetas. Illi enim uolebant iustificare humanam naturam, sed non potuerunt. Impossibile enim (inquit Paulus) sanguinem taurorum & hircorum tollere peccatum. Miserti itaque sunt hominis, & de eius sanitate cogitarunt. Deinde plagarum magnitudine uicti, ad posterora iterum regressi sunt. Hoc enim significat *αὐτοὶ ἠδύνθησαν*. Venit enim, inquit, lex, & astutitiam centi: deinde non uales sanare, reuerfa est. hoc enim significat *αὐτοὶ ἠδύνθησαν*. Attende item quod uerbis, accidit, sensum quendam habet. Nam reuera lex non ob res in primis intentas, sed propter humanam infirmitatem, quae non potuit ab initio sacramentum Christi suscipere, data est. Propterea dicit, accidit quod sacerdos, hoc est lex (ita enim dicere solemus de his quae fortuito obueniunt, & citra opera nostra) uenit ut sanaret hominem, sed Dominus & Deus noster, qui propter nos factus est maledictus, & uocatus Samaritanus, iter faciens, hoc est hanc potissimum sui itineris causam esse uolens, & hunc scopum obseruans, ut nos sanaret: non praeteriens & obiter nos uisitans uenit ad nos, sed conuersatus nobiscum, & loquutus non apparenter, sed uere. Proinde statim obligat uulnera, neque permittit malitiam amplius laxari, sed obligat eam. Infundit oleum ac uinum: oleum, hoc est sermonem doctrinae, qui per suauita nos adhortatur: uinum uero, sermonem qui per austeriora inducit ad uirtutem. Exempli gratia, quando audis Dominum dicentem, Venite ad me, & ego refocillabo uos: hoc oleum hilaritatem enim & quietem ostendit, & iterum, Venite, haereditate praeparatum uobis regnum. Quando autem dicit, Ite in tenebras: uinum est, hoc est austerior doctrina. Intelligere potes & aliter. Oleum humanam significat conuersationem, uinum diuinam, ut tale quid dicam, Dominus alia humano more operabatur, alia autem diuino. Humanum erat comedere & bibere, & uitam laxiorem sectari, & non austeritatem praeseferre, ut Ioannes: atque hoc fuerit oleum. Ieiunium uero mirabile, & ambulatio in mari, & aliae diuinae uirtutes, uinum sunt. Vino enim assimilata est deitas, quae meraciam sustinere ac ferre nullus posset, nisi & oleum adesset, hoc est, humanior conuersatio. Et proinde quia per utraque nos seruauit, diuinitatem inquam & humanitatem: propterea dicit uinum & oleum infudisse. Et quotidie qui baptizantur, liberantur a uulneribus anime, oleo quidem unguenti uncti: statim autem comunicantes, & diuini sanguinis participes fiunt. Porro Dominus imposuit fauciam nostram naturam super proprium iumentum, hoc est super corpus suum. Membra enim sua nos fecit, & participes sui corporis: nosque infimo loco sitos posuit in dignitatem illam, ut & eiusdem corporis uideamur esse. Diuersorium autem ecclesia est, quae omnes suscipit, lex enim non omnes suscipiebat. Moabita enim, dicit, & Ammonita non intrabunt in ecclesiam Dei. Nunc autem in omni gente

Proximus noster q sit. Cur Samaritanus in exemplum proximi in ductus.

Hierusalē.

Daemones latrones.

Rom. 5.

Hebr. 10.

Galat. 2. Ioan. 5.

Matt. 11.

Matt. 27.

Deut. 23. Act. 10.

A

B

Agente qui timet Deum, acceptus est ei, modo uelit credere, & pars fieri ecclesiae, quae omnes peccatores & publicanos suscipit. Vide item & diligentiam, quod ducens, inquit, in diuersorium, curam eius egerit. Nam prius quam in hoc duceret, solum obligauit uulnera. Quid igitur est quod dico? Quia cum constituta est ecclesia, & factum est diuersorium, hoc est ex omnibus ferme gentibus acta, tunc fuerunt & spiritus sancti dona, & dilatata est gratia Dei: id quod ex actis apostolorum discas. Tenet autem figuram hospitis, omnis apostolus & doctor, et pastor: quibus dedit Dominus duos denarios, duo testamenta, uetus & nouum. Vnius enim regis imaginem utraque tenet, nepe quod eloquia Dei sint. Itaque denarios illos Dominus in caelum ascendens reliquit apostolis, & episcopis alijs, atque doctoribus. Dixit autem, Quicquid ex tuo insumperis, ego dabo tibi. Reuera enim de suo apostoli multa insumperunt, multum laborantes, & ubique doctrinam seminantes. Sed & doctores qui explanant ueterem & nouam, multa de suo insumunt, pro quibus mercedem accipiunt Domino reddito in secundo aduentu. Tunc enim singuli dicent ei, Domine, duos denarios dedisti mihi, ecce alios duos praeter ea impendi. Cui dicit & ipse, Euge serue bo. & c. Factum est autem dum irent, ut ipse intraret in quoddam oppidulum, ac mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria, quae etiam assidens ad pedes Iesu audiebat sermonem illius. Martha autem distrahebat circa frequens ministerium: quae assidens ait, Domine, non est tibi cura quod soror mea reliquit me ut sola ministrem? Dicit ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi Iesus, Martha Martha, sollicita es, & tumultuaris circa multa: atqui unum est necessarium. Maria bonam partem delegit, quae non auferetur ab ea. Magna quidem hospitalitatis uirtus est, id quod Martha ostendit, & non reijcienda: maior autem attendere uerbis magis spiritualibus. Per illam enim corpus pacitur, per hoc anima uiuificatur. Non enim propter hoc assumus, inquit, o Martha, ut uentre impleamus uarijs cibis, sed ut anima bus utiles simus. Vide item & Domini sententiam. Nihil prius dixit Martha, quam ab illa perstringendi numeret occasionem. Postquam enim illa auellere tentauit sororem ab auditu, tum denique Dominus arrepta occasione illam uerberat. Eatenus enim hospitalitas ueneratione digna est, quatenus non abstrahit & abducit nos a magis necessarijs. Sed cum caeperit nos arcere a rebus grauioribus, tunc illi praefendus diuini oris auditus: immo si accuratius dicendum, non hospitalitatem prohibet Dominus, sed uarietatem acturbarum, hoc est distractionem & turbationem. Laudat enim frugale hospitium. Quare enim, inquit, Martha sollicita es, & turbaris circa multa, hoc est distraheris, turbaris: Vno nobis opus est, nempe ut comedamus qualitercumque, non uarijs. Quidam autem exponunt, uno est opus, non de esu, sed attentione doctrinae. Porro dicitur illis docet Dominus apostolos, ut cum uenerint in domum cuiusdam, non uaria inquirant, sed contenti sint frugali hospitalitate, nihil plus quarentes quam ut attendant doctrinam. Intellige quoque per Martham uirtutem practicum, per Mariam contemplationem. Practice enim distractiones & turbationes fert: contemplatio uero domina fit affectionum. Maria enim Domina interpretatur, ac in sola diuinorum eloquiorum & iudiciorum contemplatione occupata est. Animaduerte autem & hoc, quod assidet iuxta pedes Iesu, & audit sermones eius. Etenim per pedes intelligunt uirtutem practicum, motum enim & incessum ostendunt. Porro sessio, firmitatis symbolum est. Quisquis igitur sederit iuxta pedes Iesu, & confirmatus fuerit in practica, ac imitatur uitam & conuersationem Iesu, ille postea uenit ad auditum diuinorum sermonum, uidelicet contemplationem: quia & Maria primum sedet, deinde audit sermones. Tu igitur si quidem potes, in ordinem Mariae ascende, & fias domina affectionum, & ad contemplationem uenies. At si hoc tibi non fuerit possibile, Martha esto, practicae parti addictus, & per hoc Christum suscipiens. Vide autem hoc, quae non auferetur ab ea. Practicus enim habet quod a se auferat, hoc est distractionem & occupationem. proficiendo enim uenit ad contemplationem, liberaturque a turbatione & distractione, & ita auferatur aliquid ab ea. Contemplator uero non priuatur hac bona parte, contemplatione scilicet. In quod enim maius aliud proficeret, ubi in hoc uenerit fastidium, diuinam dico uisionem, id quod est deificari: Qui enim Dei uisionem assequitur, Deus fit, Simile enim simili comprehenditur.

Matt. 29

Isa. 19.

Hospitalitas quatenus ueneranda.

Vno opus est: uel, unum est necessarium, quid significet. Martha uirtutem practicum, Maria contem- plationem significat.

ET factum est cum oraret quodam in loco, ut cessauit, dixit quidam ex discipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, sicut Ioannes docuit discipulos suos. Et ait illis, Cum oratis, dicite, Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: ueniat regnum tuum: fiat uoluntas tua, quemadmodum in caelo, sic etiam in terra. panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & remitte nobis peccata nostra, siquidem & nos remittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Immitatur discipulus Christi discipulos Ioannis: idcirco & quaerit ut doceatur modum orationis. Saluator autem non repulsa discipuli prece, docet: Pater noster (inquit) qui es in caelis. Vide orationis uim, statim sursum te ducit: tibi persuadet, quoniam nominas Deum patrem, ne omnino similitudine eius careas, sed enitaris fieri similis patri. Non dixit autem, pater meus: sed, pater noster, ad fraternitatis amorem nos cohortans, & compellens omnes diligere tanquam communes fratres. Porro cum dixisset, in caelis, non Deum illic circumferibit, sed auditorem in caelos subuehit, & a terrenis abducit. Sanctificetur uero nomen tuum, pro eo quod est glorificetur, hoc est, fac uitam nostram in tuam esse gloriam. Nam sicut nomen Dei propter malos blasphematur, ita propter eos qui bonam agunt uitam glorificatur. Veniat regnum tuum. Malus deprecatur regnum Dei, nolens illud uenire propter iudicia quae tunc erunt: iustus uero orat ut cito ueniat, quo a tentationibus quae hic sunt, liberetur & quiescat. Fiat autem uoluntas tua, quemadmodum in caelo ab angelis, ita & a nobis hominibus super terram. Angeli enim omnino iuxta uoluntatem Dei operantur. Docet quoque quotidianum panem solum quaerendum, hoc est, eum qui substantiam nostram & uitam conseruandam conducit: non superfluum, sed necessarium. Porro non intrare in tentationes, significat non temere proliendum in tentationes. Neque enim orare debemus Deum ut immittat in nos tentationem: sed deprecandae sunt: & si nobis acciderint, ferendae fortiter. Dicere autem possumus, quod duo sint genera tentationum. Aliae enim sunt uoluntariae, ut ebrietas, homicidium, adulterium, aliaeque affectiones. Hae enim tentationibus sponte nos submittimus. Inuoluntariae uero sunt, quibus tyranni & ualidiores nos subiiciunt. Igitur a uoluntariis tentationibus, hoc est affectionibus, fugere nos oportet, & eas deprecari, & dicere, ne inducas nos, hoc est ne permittas nos incidere in tentationem, hoc est uoluntariam tentationem. Sed libera nos a malo. Hic enim est qui & uoluntarias & inuoluntarias infert tentationes. Ideo qui tentaris ab homine & uim pateris, ne putes hominem esse tibi autorem tentationis, sed malignum. Ille enim est qui fratri persuadet ut in te sauiat & insaniat.

Duo genera tentationum.

1. Tim. 2.

Inferius est Pueri in caelo quiescentes.

Amicus de uia ueniens

Et ait illis, Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, da mihi mutuum tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod apponam illi. & ille intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi. Dico uobis, etiam si non daturus sit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, ac dabit illi quotquot habet opus. Parabolam hanc & exemplum dicit Dominus erudiens nos ne segniter oremus. Quid igitur uult parabola? Media noctem quidem inquit esse extremum uitae, ad quod cum homines peruenerint sensum boni accipiunt, & ad Deum festinant: qui amicus est, omnes diligens, & omnes uolens saluos fieri. Igitur multi accedunt in media nocte, hoc est in extrema uita, ad Deum, ut ad amicum: & dicunt ei, Da mihi tres panes, hoc est fide in trinitate. Amicus enim meus aduenit, hoc est, angelus qui animam assumit. Amicus autem est omnis angelus, sicut & Dominus dixit quod gaudium factum est in caelo de salute hominis. Pueri autem qui in caelo quiescunt, sunt hi qui conuersi sunt, & facti sunt pueri, & digni habitus qui quiescerent cum Domino. Impudentiam autem & improbitatem dicit orationem attentam cum sustinentia. Intellige & aliter, per mediam noctem, ingentem tentationem, Nox enim omnis tentatio: media autem nox, omnis tentationis feruor. Igitur cum quis in medias tentationes peruenerit, accedit ad Deum nos diligentem & dicit, Commoda mihi tres panes, salutem corporis scilicet, & animam, & spiritus. Timeretur enim ne tria haec per tentationes periclitentur. Quis autem amicus est qui uenit de uia? Vel omni no Dominus, qui probat nos, & audis est edendi de salute nostra, Non habet autem quod

quod apponat amico, qui in tentationes inciderat, & infirmus per se ut obsistat illis, & curet ea quae sunt Dei, Claudi ianuam, signatque oporteat ante tentationes nos esse praeparatos. Quum autem inciderimus, clausa est praeparationis ianua. Et qui inueniunt impraeparati, nisi Deus adiuuerit, periclitabuntur. Pueri autem (sicut prius dictum) hi sunt, qui per uirtutem facti sunt filij Dei, & recumbunt ac quiescunt cum Deo.

Et ego dico uobis, Petite, & dabitur uobis: quaerite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quaerit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis pater, a quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi? aut si piscem, num pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ouum, num porriget illi scorpium? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona dona dare filijs uestris: quanto magis pater uester qui in caelis est, dabit spiritum sanctum poscentibus se? Videte uerborum diligentiam. Non dixit, petetis, & dabitur: sed, petite, hoc est, continuo quaerite. Omnis enim qui petit, accipit. Nunquid ergo & qui petit quae non expediunt, accipit? Non. Primo igitur rerum noxiarum petitio, non uocatur petitio apud Deum, nam qui Deum orat, debet petere quae ille dat. Quando autem quis noxia petit, non ad Deum petitionem facit, ipse enim noxia non dat. Insuper audi etiam ipsum Dominum quomodo doceat nos petere quae oportet. Panem, inquit, & piscem & ouum filius petit. Sicut igitur haec hominis sunt cibis, ita & petitiones nostrae utiles nobis esse debent. Intellige hic quod panem petat omnis qui fidem in trinitatem & rectitudinem dogmatum reuelari sibi petit. Haec enim cor sicut panis confirmant. At piscem petit, qui in mari uitae huius est: & quaerit a Deo adiutorium, ut in medijs tentationibus non submergatur, sed uiuat, & sicut piscis custodiatur. Ouum autem petit, qui sibi uirtuosarum animarum fructus dari petit. Quae sane animae auihus conferuntur, quae alas sumpserunt, & spiritu alleuiatae super terrena sese extulerunt.

Matt. 7. 13.

Marc. 11.

Ioan. 10. 14.

Panis, pi-

scis, et oum,

a Deo rogata.

Psal. 109.

Matt. 4. 12.

Et erat eiciens demonium, & istud erat mutuum: quumque eiecisset demonium, locutus est mutus: & admiratae sunt turbae. Quidam autem ex eis dixerunt, Per Beelzebub principem daemoniorum eicit demonia. Et alij tentantes, signum de caelo quaerebant ab eo. Ipse autem cum sciret cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum aduersus seipsum diuisum, desolatur, & domus super domum cadit. Quod si satanas quoque aduersus seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius, quia dicitis me per Beelzebub eicere demonia? Quod si ego Beelzebub praesidio demonia eicio, filij uestri cuius praesidio eiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porro si digito Dei eicio demonia, profectio peruenit ad uos regnum Dei. *καὶ φῶς* mutus frequenter dicitur, dicitur autem & qui non audit: proprie uero, qui neque audit, neque loquitur. Et sane qui a natiuitate non audiunt, si dem etiam necessariò non loquuntur. Illa enim loquimur, quae per auditum loqui didicimus. Quando autem quis non audit, non mirum si neque loquatur. Verum secus est si casu cuiuspiam auditus offendatur. Nam eum qui talis est, loqui nihil prohibet. Unde qui ad Dominum adductus est, & lingua & auribus impeditus erat. Figura autem hic est humanae naturae, quae a demonibus derenta, non audire potest sermonem Dei, multoque minus eloqui ualet. At Dominus postquam uenerit, daemonesque effugarit, daemónicas affectiones & opera inquam, fecit nos audire & eloqui ueritatem. Non solum enim sermones Dei audire oportet, sed etiam alij loqui. Audiamus igitur qui habemus in nobis diabolica opera, & putamus nos docere alios, & cupimus ab hominibus saluari rabbi. Egresso enim demonio, uerus sermo & doctrina sit. Quando autem intra nos fuerit demonis operatio, etiam si uideamus loqui, non loquimur. Pharisei sane miraculum arguunt: & Dominum ut magum contumelia afficiunt. Dicunt habere eum amicum principem daemoniorum, atque illius cooperatione eicere demonia. Ad quos Dominus, Quomodo (inquit) potest demon eicere alium demonem? Hoc enim esset destructio regni eius. Siquidem regnum illi parant & quiete, habitare in hominibus: & si eicit eos princeps ipsorum, manifestum quod seipsum destruit. Etenim omne regnum diuisum & seditiosum destruitur, & domus diuisa cadit. Domum autem siue edificium intellexeris, bene. Nam edificium quod diu cohibet se, & seruat continuitatem, consistit: postquam autem etiam muri dispescunt, cadit. Siue eos qui domum inhabitant intellexeris, nam hi quando pacifici sunt, conseruantur: cum autem inter se dissident, cadunt. Esto autem quod ego eiciam demonia in Beelzebub, filij uestri, hoc est Apostoli, in quo eiciunt: nonne manifestum quod in meo nomine? Quomodo igitur di-

citis q̄ ego eiciā in Beelzebul, quasi opus habeam illius uirtute, cum filij uestri, sancti scilicet Apostoli, in meo nomine dæmonia eiciant: Igitur ipsi condemnabunt uos. Mania festū enim quod si illi in meo nomine eiciunt dæmonia, mihi non opus sit uirtute alterius. In digito ergo Dei, hoc est in spiritu sancto eicio, & non in malo spiritu. Digitum autem spiritum dicit, ut scias quod sicut digitus eiusdem substantiæ est cum alio corpore, ita & spiritus eiusdem substantiæ est cum patre & filio. Fortassis autem & ideo, quia filius dicitur manus Dei, & requieuerunt super eū septē efficacie spiritus, non quod per spiritum agatur, sed quia consubstantialis est spiritui. Vnum autem ex donis & efficacis spiritus sancti est sanare: propterea dicit in digito Dei, hoc est, in spiritali dono eicere dæmonia. Nā sicut digitus pars est manus, ita spiritus sanationum pars fuit spirituum quos habuit Christus, hoc est operationū spūs. Propterea si eicio (inquit) dæmonia efficaciam diuinæ uirtutis, puenit utiq; in uos regnū Dei. Quā talē habet sensum, Destructū nūc est regnū diaboli, regnatq; Deus q̄ demones effugat. Audi em̄ qd̄ deinceps dicat.

Cum fortis armatus custodit atrium suū, in pace sunt ea q̄ possidet. Vbi uerō fortior eo superueniens uicerit eū, uniuersa arma eius aufert, in quibus cōsidebat, & spolia eius distribuit. Qui non est mecū, contra me est; & qui nō colligit mecū, dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arētia, quærēs requiē: & nō inueniens, dicit, Reuertar in domū meā unde exiui, Et cū uenerit, inuenit eā scopis mūdātam atq; ornata, tūc uadit, & assumit sepiē alios spiritus nequiores ipso, & ingressi habitāt ibi, & sūt extrema hominis illius peiora primis. Fuit quidē, inquit, ante aduentū meū fortis satanas, & custodiebat atrium suum, hoc est, præualebat & imperabat humanæ naturæ fortiter & securē. Postquam autem ego ueni illo fortior, & uici mundum, omniaq; arma eius in quibus fidebat, omnia scilicet peccatorū genera, illa enim arma sunt diaboli in quibus fidebat & præualebat aduersus homines. Arma igitur (inquam) illa eius diripi ego, qui sine peccato inuentus, unde infirmata sunt: & spolia eius, hoc est, homines quos habebat, quasi spolia ab eo rapui, & trado ea aliud aliq̄ angelo fido custodi, ut pro dæmone, cuius tyrannidem tulerat, habeat angelum. Vel aliter, Egōne communionē cum Beelzebul habeo? Meum opus est congregare filios Dei dispersos, illius uerō cōgregatos dispergere. Quomodo igit de me cogitatis q̄ communionem habeat cum satana? Et profectio hæc cogitatio hinc oritur, q̄ demones magis nūc uos q̄ olim premant. Etenim habuistis etiam olim immundum spiritum, qui habitabat in uobis quando idola colebatis, & prophetas occidebatis, & uisus est postea exire a uobis: & nunc redijt in domum suam, hoc est, animas uestras, cum septem spiritibus, hoc est multis (scriptura enim septem pro multis usurpat) fecitq; uobis extrema peiora primis. Cū enim idola coleretis, prophetas occidebatis, nondum aperte iniuria afficiebatis filium Dei, qui nunc propter uos in carne apparuit. Nunc autem quæ spes salutis, quando & incarnato filio Dei, qui & propter uos miracula operatus est, in tantam ingratiitudinē & contumeliā prorupistis? Porro loca in aquosa, animæ sunt eorum qui nihil aquosum & dissolutum habent, sed aridæ & sollicitæ sunt, in quibus nullā quietem inuenit spiritus immunditæ. Et quoniam in talibus animabus malignus nullum domicilij locum inuenit, ad Iudæos reuertitur, & sūt ipsi posteriora deteriora primis: neq; adhuc habent prophetas (occiderunt enim uerbum) neq; unctionem, Christū enim crucifixerunt. Hæc enim in illis olim apparebant, quanuis idola colerent: nunc autem quia in filium Dei peccarunt, omnibus illis priuati sunt.

Factum est autem, cum hæc diceret, extollens uocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus uenter qui te portauit: & ubera quæ fuxisti. At ille dixit, Quinimmo, beati qui audiunt sermonem Dei, & custodiunt illum. Turbis autem condensantibus se cœpit dicere, Natio hæc mala est: signum quærēt: & signū non dabitur ei, nisi signū Ionæ prophætæ. Nam sicut Ionas signum fuit Niniuitis, ita etiā filius hominis erit nationi isti. Regina austri surget in iudicio cum uiris nationis huius, & condemnabit illos: quia uenit a finibus terræ ut audiret sapientiā Solomonis, & ecce plus q̄ Solomon hoc in loco. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cū natione hac, & condemnabunt illā, quia ad poenitentia adducti sunt prædicatione Ionæ: & ecce plus q̄ Ionas hoc in loco. Phariseis & scribis miracula taxantibus, mulier simplex doloq; carens illa celebrat. Vbi autem sunt q̄ dicunt Dominū apparenter tantū apparuisse: Hæc igit̄ testis sit q̄ & ubera

Digitus Dei
quis.

Esai. 17.

Arma diaboli.

Septem, pro
multis.

Math. 12.

Ione 2.

1. Reg. 10.

2. Paral. 9.

ubera fuxerit. Ipse uerō beatos dicit illos qui custodiunt sermonē Dei, non destituens beatitudine matris suæ, absit: sed ostēdit q̄ etiā illi nulla utilitas futura sit ex eo q̄ pepere rit & lactauerit ipsum, nisi uirtutes alias omnes habeat. Insup & hæc tempestiue dicit. Quia enim inuidi & inobediētes arguebāt alios q̄ sermones eius audiebāt, ideo Christus cōtra beatos eos dicit qui audiūt. Fortassis aut̄ & propter sanatiū surdū hæc dicit: ut & ipse cū audierit, faciat sermonē, & nō fiat ei in condemnationē recepta audiendi uirtus. Congregatib; aut̄ se turbis, cœpit Iesus reprehendere ingratos. Nā quoniā erāt qui dā apud eos q̄ quærēbāt signū de celo fieri a Iesu: dicebant enim, Signa quæ fecit, de terra sunt, & facit ea in Beelzebul mundi principe, qui potestatē habet terræ: de celo aut̄ nō poterit, eō q̄ nō sit filius patris cœlestis: quia, in quā, fuerūt quidā hæc dicentes, eius gratia arguit eos Dñs, & dicit, Dabit uobis signū, id quod ostēdet uobis me uerum filium cœlestis patris. Quale hoc? Ionę signū, hoc est resurrectionis. Sicut enim ille tribus diebus fuit in uentre ceti, ita & ego tres dies faciā in uentre magni ceti, hoc est inferni, & resurgā. At Ionæ quidē, postquā reuixit ex uentre ceti, prædicatū crediderūt Niniu ita: mihi aut̄ etiā cū resurrexero, nō credet generatio ista: unde cōdemnabunt, q̄ neq; Niniuitas sint imitati, q̄ uis maior nūc hic alit̄ q̄ Ionas. Nā ob meā dignitatē, & prædicationis genus, maior monstrat̄ excellētia. Ego Dñs. ille seruus: ego regnū cœlorū prædico, ille salutem, ne periret: ego cū miraculis, ille absq; miraculis. Similiter & regina austri cōdemnabit nationē hanc, quia ex finibus terræ uenit ut audiret sapientiē Solomonis. Intelligas quoq; obsecro per reginam austri, omnem animam quæ in bono ualida est, & perseuerat. Et ut tale quid dicam, aquilo in scriptura infamatur tanquam aduersarij regio. Gelida enim est & rigida, ac mortua facit. Auister uerō laudatur ut uentus calidus, & uiuificans, & stupida membra confouens. Ideo & in Canticis sponsa aquilonem fugans dicit, Surge aquilo, & ueni auister. Et iterum Propheta dicit, Et cum qui ab aquilone est, exterminabit Dominus, Satanaim scilicet. Igitur anima quæ regnat in austro, in bona parte spiritalis uitæ, & imperium habet in operibus, uenit ut audiat sapientiam, hoc est, ad contemplationem ascendit. Sapientia enim Solomonis pacifici regis, Domini & Dei nostri contemplatio est: ad quam nō ueniet quis aliter, nisi regnauerit in bona uita, & per actiuam imperauerit.

Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neq; subter modū, sed super cancellabrū, ut qui ingrediuntur, lumen uideant. Lucerna corporis est oculus. Quum igitur oculus tuus fuerit simplex, totū quoq; corpus tuū lucidū erit, quod si malus fuerit, etiam corpus tuum tenebrosū erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrosam: sic erit lucidum totum, ut quum lucerna fulgore illuminat te. Quoniam inuidi Iudæi miracula uidentes, ea calumniabantur ob mentis malitiam, eius gratia Dominus hæc dicit. Quali lucernam, hoc est noscendi Deum beneficium, quo uidemus ueluti si nobis datum esset lumen, homines abscondunt mentis iudiciū, & præ inuidia obtenebrati, miracula & beneficia nō uident, quanuis in hoc acceperimus mentem, ut super cancellabrum ponamus, ut etiā aliq̄ lumen uideant. Videtur autem mihi hoc dicere, O pharisæe, habes scientiam, hoc est lucernam: oportet te scientia illa uti, ut per eam agnoscas miracula, & alijs quoq; ostendere & monstrare possis q̄ sint opera filij Dei, & nō Beelzebul: ut hi qui ingrediuntur, hoc est nouitij, & qui instruantur, lumen uideant. Nam qui sapiens est, iam ingressus est: qui autem discit, adhuc ingreditur. At pharisæi uos hoc facere non uultis, sed oculum mentis uestræ, qui simplex erat, fecistis obliquum & obscurum. Etenim sicut oculus corporis si quid habet, hoc & corpus habere facit: si qui dem lucē habet, ac lucidus fuerit, erit & corpus in luce: sin tenebrosus fuerit, erit & illud in tenebris: simili modo eundem affectum habet anima, quæ habet mens. Et si inuenit oculum quem accepit a Deo, & lucem obtenebrari uel ab inuidia, uel ab auaritia, uel ut in summa dicam, carnalitate, obtenebratur & ipsa.

Et cum loqueretur, rogauit illum quidam pharisæus ut pranderet apud se. Iesus autē ingressus accubuit. Phariseus autem cum uidisset, admiratus est q̄ non prius lauasset ante prandium: & ait Dominus ad illum: Nunc uos pharisæi exteriora poculi catinæ mundatis, & quod intus est uestri, plenum est rapina & malitia: stulti: nonne qui fecit quod foris est, etiam id quod intus est, fecit? Veruntamen * quod superest date eleemo

synam,

Signum Ionæ
n. e. quod fuerit.


Regina austri
que in
telligatur.
Cant. 4.
Iob. 2.

Sapientia
Solomonis
quæ fuerit.

Math. 6.

Math. 23.

* Tā evōvta
quæ super
est, suæ in
sunt.



A synam; & ecce omnia munda sunt vobis. Sciebat quidem pharisaeorum litorem Dominus, & nihilominus comedit cum eis propter istucipsum, quod mali erant, & correctione opus habebant. Nam propter hoc comedit cum eis, ut occasionem apprehenderet, & eorum mores emendet. Proinde & nunc stultam eorum consuetudinem taxat, nempe lotionem antequam comedant; docens quod oporteat animam per bona opera purificare, nam lauari aqua, non animam, sed corpus purificat. At stulti illi putabant quod cum corpore quando baptizabatur & lauabatur, simul & anima purgaretur. Dominus igitur pulchro calicis exemplo usus est. Quia enim tempus erat mensis, calicis & catini meminit, ab his quoque ob oculos sita erant, testimonium afferens, & persuadens pharisaeis quod sicut nulla quidem utilitas est extrinsecus mundum esse poculum, intrinsecus autem impletum esse sordibus: sic neque si corpus baptizetur, anima autem omni plena sit immunditia, utpote rapina & malitia. Insuper nauit autem duas affectiones quibus laborabat iudaeus, auaritia per rapinam, inuidiam autem, & quae ex inuidia prouenit, per malitiam. Nulla igitur utilitas est quando sic habet anima. Stultus nonne qui fecit corpus, quod multa cura dignaris, etiam animam fecit? Debetis igitur & illam purgare. Deinde docet eos quomodo purgandam sit: nempe quod interius, per eleemosynam inquit. Vide autem quomodo duas illorum affectiones sanat, inuidiam dico & rapinam, per hoc quod subiicit eleemosynam. Nam qui uere miseretur, non rapit eius bonam cuius miseretur, neque illi inuidebit. Et quia duos morbos eis exprobrauit, uno remedio eleemosynae utrumque sanat, quae prima est filia deificatis charitatis. Si enim affuerit dilectio, ubi manebit auaritia & inuidia? Ea igitur quae insunt, hoc est, facultates uestras, Bene dixit ea quae insunt, & non dixit, ea quae sunt, eo quod diuitiae insunt in corde auari, & sedent in eo. Ideo & Dauid dicit non apponendum cor diuitijs, hoc est ne agglutinetur nec colligetur.

B Sed uae uobis pharisaeis; quia decimatis mentam & rutam, & quod uis usus, & praeteritis iudicium & charitatem Dei: immo haec oportuit facere, & illa non omittere. Uae uobis pharisaeis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Uae uobis scribae & pharisaei hypocritae, quia estis ut monumenta quae non apparent, & homines ambulantes super, nesciunt. Respondens autem quidam ex legisperitis ait illi, Magister, haec dicens etiam nos afficis contumelia. At ille ait, Et uobis legisperitis uae, quia oneratis homines oneribus quae portare non possunt, & ipsi uno digito uestro non attingitis sarcinas. Uae uobis, quia aedificatis monumenta prophetarum: patres autem uestri occiderunt illos, profecto testamini quod comprobatis facta patrum uestrorum, quoniam illi quidem eos occiderunt, uos autem aedificatis eorum sepulcra. Propterea & sapientia Dei dixit, Mittam ad illos prophetas, & apostolos, & ex illis occident & persequuntur: ut requiratur sanguis omnium prophetarum qui effunditur a constitutione mundi a natione ista, a sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae, qui perijt inter altare & aedem. profecto dico uobis, requireret ab hac natione. Pharisei ne transgredierentur in ullo legem, decimas etiam de minimis dabant: & si quis illos reprehendebat tam paruorum rerum rationem habentes, legem proferebant, quae de omnibus decimas offerri sacerdotibus praecipiebat. Itaque Dominus dicit, Sicut illa non negligitis, ita oportet uos & iudicium & dilectionem Dei facere. Quoniam iniusti erant, uiduasque & orphanos pessundabant, dicit quod oporteat eos habere iudicium, hoc est iustum iudicium. Et quia contemptores Dei erant, temere sacra opera tractantes: idcirco praecipit eis ut charitatem Dei habeant. Nam qui diligit Deum, non contemptum facit opera eius. Fortassis autem, ut mihi uideatur, quoniam duae sunt dilectionis species, una erga Deum, altera erga proximum, duas illas insinuat. Dicendo enim iudicium, indicat dilectionem erga proximum. Iuste enim iudicare proximum, & non conculcare eum, ex dilectione fit. Dicendo uero dilectionem Dei, omnino significat generalem affectionem erga Deum. Et quando quis diligit proximum, non propter secula re quiddam, uel turpem affectionem, sed iuxta Deum: itaque & illa dilectio Dei dicta fuerit, quod eam mandauerit Deus. Volebant autem pharisaei ab omnibus hominibus honorari & saluari ut doctores in foro. Hoc enim uult saluatio & appellatio. Similes igitur estis (inquit) monumentis, quae plena quidem sunt omni putredine, extrinsecus autem marmore fulgere uident homines, nescientes quid calcant, alioquin abominarentur abominationem quae intra est. Legisperitus uero stulte ad reprehendendum

Cur cum pharisaeis et malis manducat Dominus.

†Tanua. Eleemosyna filia primae deificatis charitatis.

Psal. 61.

Gen. 4. 3. Paral. 34.

Duae dilectionis species.

Pharisaei Legisperiti

A dum procedit, Sane alij erant legisperiti, & alij pharisaei. Nam pharisaei uidebantur ut monachi, & qui ab alijs se segregabant. Legisperiti uero scribae erant & doctores, qui soluebant quaestiones legis. Onerabat itaque homines grauibus & intolerabilibus, mandantes ea quae in lege obseruatu difficilia, & ipsi neque digito attingebant: hoc est, ipsi nihil ex his quae alijs imperabant, faciebant. Nam quando docens facit quae docet, alleuiat onera, exemplo suo consolationem affert discipulis. Quando autem nihil horum facit quae docet, tunc quae docet, grauiora onera uidentur discipulis, tanquam quae ne a doctore quidem perfici queant. Declarat quoque Dominus Iudaeos nepotes esse achae, redes malitiae Cain, eo quod dicit quod omnis sanguis effusus ab Abel usque ad Zachariam a natione illa expetetur. Etenim uos prophetas qui erant fratres uestri, occidistis, sicut ille Abel. Vnde quidam non absurde numerauerunt Cain inter eos qui prophetas occiderunt, a quo uindictae exequitae sunt septem, supplicio scilicet leuio: Lam ech autem inter eos qui occiderunt Christum. Et ideo septuagies septem ultiones dederunt, dispersi in captiuitate, a qua non redibunt. Quis autem fuit Zacharias quem occiderunt inter templum & altare? Alij quidem dicunt fuisse Zachariam filium Ioiaadae, quem lapidarunt, ut discimus ex libro Regum. Alij uero patrem praecursoris, eo quod ille ordinauerat Dei genitricem cum uirginibus etiam postquam peperisset Christum, & constituerat eam in loco quo illae stant, hic enim locus est inter templum & altare, quod est extra aereum, & propterea occiderunt eum. Nam quia expectabant Christum quendam regem suum futurum, nolabant autem regem ferre, ideo occiderunt sanctum, qui asseruerat uirginem peperisse, & Christum natum esse regnaturum super eos, quod auersabantur, absque enim rege uolebant esse.

B Uae uobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiae, ipsi non introistis: & eos qui introibant, uetulistis. Quum autem haec ad illos diceret, coeperunt legisperiti & pharisaei grauius insistere, & captiose eum interrogare de multis, insidiantes ei, & querentes aliquid uenari ex ore eius, quo accusarent eum. Clauem scientiae nominauit Dominus doctrinam, & legis manu ductionem, quae ualebat adducere ad Christum. Lex enim omnino nos ad Christum manu ducit. Legisperiti igitur, qui sibi recte legem interpretari uidebantur, scientiae clauem maligne tenebant, & non aperiebant ianuas legis, per quas intrarent & ipsi & populus ad Christum, quando quidem lex ianua est ad Christum. Veruntamen ianua ista clausa est, nisi quis obscuritatem legis manifestet & aperiat, faciatque manifestam. Etenim Dominus dixit, Si credidissetis Moysi, credidissetis utique & mihi. Et iterum, Scrutamini scripturas, quoniam istae sunt quae testimonium perhibent de me. Et uos uos non uultis uenire ad me. Et ut exempli gratia unum ostendam, Agnus immolabatur a Iudeis, & ungebant superliminaria, & carnes comedebant, & erat eis hoc uictoria contra exterminatores. Significabat hoc planum mysterium Christi, qui ut agno immaculato & puro occiso perfusi sunt nostri postes, ira & concupiscentia, & horum superliminare rationalis uis: carnemque filij hominis comedimus, & uicimus quidem animales uirtutes nostras perdentem. Et pleraque in lege Christum significabant. Clausa enim erat lex obscuritate litera, quasi ianua quadam. Si autem cuiuspiam doctrina concedita fuerit, hic habet clauem scientiae: si uoluerit aperire, & ipse intrabit, & alij dux erit: id quod legisperiti non fecerunt, sed tulerunt clauem scientiae, hoc est absconderunt, obscurarunt, & iam quasi clauis e medio sublata, hoc est legis interpretatione mansit clausa eius ianua. Intelligas item & fidem clauem esse scientiae. Per fidem datur uera scientia: unde propheta Esaias dicit, Nisi credideritis, non intelligetis. Igitur legisperiti clauem hanc, hoc est fidem, e medio abstulerunt, & absconderunt. Non enim sinebant quosdam credere in Christum omnium saluatorem. Ille miracula faciebat, & populus per miracula credens agnitus erat Deum: at hi in Beelzebub dicebant eijcere daemonia. Vides quomodo abstulerunt clauem scientiae, non sinentes credere id per quod scientiam illi acquisituri erant. Docebat enim in synagogis uoluntatem Dei: illi autem dicebant, Daemonium habet, & insanit: quid illum auditis? Tulerunt igitur uere clauem scientiae, & ipsi ingressi non sunt, & alios prohibuerunt maxime ingredientes hoc est, studiosos cognitionis diuinae. Illo autem adhuc loquente haec, illi quasi attestarent dicta eius, cum oporteret propria agnoscere imbecillitate, ostentarunt se illo aliquid quatenus sapientiores, atque occludere illi os (quod greci dicunt *anostomari*) incipiebant, hoc est, frequenter interrogare, & perplexum facere: id quod fieri solet quando plures interro-

Pharisaei Legisperiti

Doctor sit, & factori. Cain.

Lamech, Gene. 4.

Zacharias inter templum & altare occisus.

2. Paral. 24. Reg. 11.

Clauis scientiae Lex.

Ioan. 4. Ibidem.

Exod. 12.

Esai. 6.

Mat. 12.

Supra eod. de quo supra.

sey. os occludere uel ab ore capere.

gant

gāt unā de alijs atq; alijs argumentis. tunc enim q̄ omnib. respondere nō ualet, suspicio nē apud insipientes exhibet, quōd perplexus sit redditus. Hoc igitur scribebant eua male dicti illi contra Christum. Multi enim interrogantes unū, uidebantur illi os occludere, & perplexū reddere: ita ut non posset eis respondere, id quod uerisimiliter accidisset. Quomodo enim unus posset multis respondere alia atq; alia interrogantibus? Potest autem & *ἄποστολι* sic intelligi, hoc est illaqueare, & ob testimonium oris quem apprehendere. Quando enim apprehenditur ac capitur ex his quæ ipse dicit, uidetur ab ore capi, & ab ore suo rari, atq; condemnari. Porro & sequentia hoc declarāt, querentes (enim inquit) uenari quippiam ex ore illius, quod enim paulo antē dixerat *ἄποστολι*, hoc nunc dicit uenari quippiam ex ore eius. Interrogabant autem ipsum aliquando quidē de lege, ut eum blasphemum arguant, qui Moisen taxasset, hoc enim suspicabantur. Aliquando uerō interrogant de his quæ ad Cæsarem attinebant, ut eum denūciarent seditiosum, & tyrannidis studiosum, & omnino talia, qualia animæ pessimæ & malignissimæ ac omni iniquitate plenæ excogitant.

CAPVT XII.

QUUM autem conuenisset innumera turbæ multitudo, adeo ut se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos, Primūm caute uobisipsis a fermento pharisæorum, quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est, quod non reuelabitur: neque absconditum, quod non scietur: quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine audiventur: & quod in aurem locuti estis in conclauibus, prædicabitur in tectis. Pharisei quidem ipsum illaqueare tentabant in sermone, ut turbas ab illo abarcerent. Atres in contrarium euenit, magisq; adierunt turbæ, & in turbas innumeras colligebantur, & ita singuli cupiebant appropiari ei, ut & se inuicem conculcarent. Sic igitur fortis est ueritas, & dolus infirmus, Iesus itaque uisā fraude pharisæorum, & quōd figuram quidē interrogantium gereret, re autem uera illaqueare conarentur: dixit discipulis suis de simulatione pharisæorum, arguens omnino illos, & denudans corda illorum simulatione plena. Fermentum autem uocat hypocrisin & simulationem, quōd acerbam sit, & plena ueteris malitiæ, & transformet corruptaq; se cum hominum mentes quibus admixta fuerit. Nihil enim sic mores alterat, uti hypocrisis. Qui igitur Christum discunt, hypocrisin fugiunt, Christus enim cum sit ueritas, mendacio aduersatur. Porro omnis hypocrisis mendacio plena est, & aliud quidem est, & aliud fingit. Pharisei itaq; (inquit) latere se putant per hypocrisin, bonos mores sibi effingentes. Atqui nihil occultū est, quod non reuelabit. Omnia enim & uerba & cogitationes nudæ ante iudicium in supremo illo die apparebunt: quin & in præsentia uita multa eorū quæ occultantur, manifestari solent. Quæcūq; igitur in tenebris dixistis, & in promptuarijs & occulte locuti estis, prædicabunt in lumine & in tectis. Et hæc quidem uidetur ad discipulos dicere, sed ad pharisæos dirigit, insidias illorum insinuans: & quasi hoc eis manifestat, quamuis ad discipulos uideatur loqui. Quoniam o pharisæi, quæcūq; in tenebris, hoc est in tenebris uestris cordibus cogitatis, tentantes me illaqueare, in luce audientur & cognoscentur. Ego enim sum lux, & non potestis a me occultari, sed in meo lumine omnia tenebrarum uestrarum consilia intrinoscentur. Et quod inter uos in aures consultastis, ita mihi cognitum est & auditum, perinde ac super summa tecta prædicatū fuisset. Poteris autem illa etiam sic intelligere, quōd lux, sit Euangelium: & tecta summa, Apostolorum summæ animæ. Quæcūq; autem pharisæi consularunt, prædicata sunt postea & audita in lumine Euangelij, stante super apostolicas animas magno prædicatore spiritu.

Dico autem uobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent quod amplius faciant. Ostendam autem uobis quem timeatis. Timeate eum qui postquam occiderit, habet potestatem conijciendi in gehennam. Certè dico uobis, hunc timeate. Nonne quinque passeruli ueneunt minutis assibus duobus: & unus ex illis non est in obliuione coram Deo. Quin & capilli capitis uestri omnes numerati sunt: nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis. Postquam Dominus hypocrisin pharisæorum accusauit, & discipulos suos ab illa deterruit, & interim pharisæos iterum perstrinxit per hoc quod dixit, Quod dixistis in tenebris, audietur in lumine: nunc ad amicos suos perfectiora loquitur. Vbi enim spinas excipit, iam & bonum semen

A semen seminat. Dico autem uobis amicis meis. Ea enim quæ prius dixerat, non ad ipsos, sed ad pharisæos dicta fuerant. Vobis igitur dico amicis meis. Non enim omnibus termo ille congruit, sed his qui ex toto corde diligunt, & dicere possunt: Quis nos separabit a dilectione Christi? Talibus enim admonitio illa conuenit. Ne timeatis, inquit, ab his qui occidunt corpus, & nihil amplius nocere possunt. Paruum enim damnum ab illis eueniat, qui corpori nocent, quod alioqui passurum esset etiā illis nō lædentibus. Ille autem dignus qui timeatur, qui nō solum corpus punit, sed & animā immortalem possessionē immortalibus subijcit pœnis, isq; ardētibus. Itaq; in spirituale certamē ungit & præparat amicos suos Christus, testesq; suos facit, ac humano metu exiit. Homines enim (inquit) iram suā ultra corruptibile corpus extendere nequeunt, finisq; insidiarū illorū contra nos, carnis mors est. Deo autē puniente, nō carnis solum damnū est, sed & misera anima cū supplicijs uadit. Scito autem hoc loco, q̄ peccatoribus mors ad supplicium inferitur, & in hac uita puniuntur cū occiduntur, & in alia dum in gehennā conijciuntur. Perscrutans aut uerbum, etiā aliud quiddā simul intelliges. Vides enim q̄ nō dixit. Me uatis eum, qui postq; occiderit, mittit in gehennā: sed, habentem potestatem mittendi. Non enim semper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, sed sunt in potestate Dei, ut etiam dimitti possint. Hoc autem dico propter oblationes & distributiones quæ sunt pro defunctis, quæ non parum conducunt etiam his qui in grauibus peccatis mortui sunt. Non omnino igitur postquam occidit mittit in gehennam, sed potestatem habet mittendi. Ne igitur celsimus per eleemosynas & intercessiones propitiū reddere eum qui potestatem habet mittendi, non semper autem potestate hac utentem, sed & ualentem remittere quiddam: quoniam multi putant morientes pro ueritate a Deo derelictos. Ne hoc existimetis uos, inquit: nō enim moriemini quasi a me derelicti. Si enim nullus ex passerulis qui uenduntur, in obliuione est: multum adest ut uestra mors, qui amici mei estis, talis sit, quasi ego non provideam uobis. Equidem tantam uestram curam gero, ut & omnia uestra subtiliter perspecta sint, & numeratq; capilli uestri. Quamuis igitur uos in tentationem cadere permittam, suppedi tabo tamē ubertim sufferendi uires. Sæpe autem si quem infirmiore uidero, nō permitto illum in tentationes incidere. Nam qui sum curator, & omnia bene scio, & numerata habeo etiam minutissima: distribuo unicuiq; quod suæ mensuræ cōgruit. Porro si obseraueris, in scriptura inuenies numerantem omnia quæ ad mensuram uirilium ætatis perueniunt, dignaq; diuina enumeratione. Per caput autem uniuscuiusq; Christi fidelis, intelligenda uita Christo grata: per capillos uerō eius, particularia opera, & quibus corpus mortificatur, quæ numerantur apud Deum & supputantur. Talia enim nostra opera diuinā uisitationem merentur. Iam quidam intelligunt per quinque passerulos, quinque sensus, qui duobus minutis assibus uenundantur, hoc est, nouo & ueteri testamento, & non sunt in obliuione apud Deum. Quorum enim sensus rectè componuntur, & sobrii sunt, & rationi subduntur, ita ut nō sint inutiles, sed ualde utiles in spirituale cibum: hi non sunt in obliuione apud Dominum.

Dico autem uobis, omnis quicumq; confessus fuerit in me coram hominibus, & filius hominis confitebitur in illo coram angelis Dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. Et quisquis loquitur dictum in filium hominis, remittetur illi: ei uerō qui in spiritum sanctum conuicium dixerit, non remittetur. Cum autē adduxerint uos ad synagogas, & ad magistratus ac potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit uos in eadem hora quid oporteat uos dicere. Nunc autem præmissi martyrij adiicit. Postquam enim dixit, ne timeatis ab his qui occidunt corpus: & adiecit quōd capilli uestri numerati sunt: ne quis dicat, Da mihi etiam mercedem aliquā, quid enim mihi profuerit si capillos numeraueris? Vis, inquit, etiam mercedem? audit: Quisquis confitebitur in me, & confitebitur coram Deo. In me (dicit) confitebitur, hoc est, meo adiutorio adiutus, & mea uirtute, confitebor igitur & ego in illo, hoc est, sub ipso cooperans. Opus enim habemus & nos Deo dicit, sine quo nihil possumus: & Deus quoq; opus habet nobis. Si enim non inuenerit in nobis opera digna, neq; nos assumet: alioqui personarum acceptor esset. Confiteamur igitur & nos in illo, hoc est, in eius cooperatione: & ipse in nobis, hoc est, intra nos cooperans. Si enim non dederimus ei occasionem, nō confitebitur

Mat. 10. 16
Mar. 4. 5.

Fermentum
pharisæorum

Hypocrisis.

B

Rom. 8.

† spiritua
fortitudi
nem.

Defuncto
rū auxilia.
Purgatorij
asseritio.

Exod. 28.
Nu. 26. 32.

Mat. 10. 12.
Mar. 3. 8.

* agnosce
tur

Deus opus
habet nobis.

† in nostra
cooperati
one

tebitur pro nobis. Qui autem negauerit, non in uirtute Dei negat: ideo non apponet in me, sed qui negauerit me. Quid autem si etiam hoc uult, quod omnis sanctus manet in Christo, & Christus manet in eo? Iuxta quod dictum est; Quisquis confitebitur in me, hoc est, in me manens, confitebor utique & ego in illo manens. Et omnis qui dixerit sermonem in filium hominis, remitteretur ei: hoc est, qui blasphemauerit in me, qui uideor purus filius hominis, & comedo, & bibo, & cum publicanis & scortis uersor: ueniam consequi poterit, siue poenituerit, siue non. Non enim imputatur ei peccatum si non credat. Quid enim uidit ut credat: uel potius: Quid non uidit conuicio dignum? Vidit hominem uersantem cum scortis, & ideo blasphematur eum: non igitur imputatur ei peccatum. Verisimile enim uisum est: nam quomodo filius Dei, qui cum scortis uersatur: Blasphematur igitur & impostore uocat eum, qui sic conuersatur, & facientem se filium Dei. Quando autem quis conuictus dixerit in spiritu sancto, non remittetur ei. Quod uero dicit, hunc sensum habet: Quando uidēs diuina miracula, & opera magna & præcellentia discredet, & calūniatur spiritus sancti operationes, illas Beelzebub attribuit, is blasphematur & conuictus dicit in spiritu sancto. Et in spiritu maligno & non diuino miracula fieri dicens, ueniam non consequetur, & non erit innocens, si non poenituerit. Et enim qui filium hominis blasphematur, peccatum non imputatur: ideo etsi non agat poenitentiam, ueniam consequetur. Vident autem diuini spiritus opera, & blasphemant, absque poenitentia peccatum non remittetur. peccatum enim maximum habet. Cum autem adduxerint uos ad magistratus & potestates, &c. Quia infirmitas nostra duplex est, & uel propter timorem poenarum fugimus martyrium, uel propter simplicitatem, eo quod non possumus reddere rationem nostrae fidei: sanauit quidem metum qui ex poenis, quia dixit, Ne timeatis eos a quibus occiditur corpus. Sanat quoque nunc morbum qui ex simplicitate, nam quonia non multi sapientes secundum carnem crediderunt, sed plures laici: Ne timeas (inquit) qui simplex es, & agrestis ac idiota, neque sollicitus sis quomodo uel quid respondeas tyranno cum interrogatus fueris, uel quid dicas, alius concionandi modus erit. Spiritus enim sanctus docebit uos in illa hora quae loqui oporteat: atque ita quid fuerit opus sollicitudine, si quidem in illa hora a spiritu sancto docendus eris: Sic igitur utroque modo nos ad martyrium instruit: sanat metum qui est ex corporali infirmitate, & qui ex simplicitate.

Ait autem ei quidam de turba, Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei, Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos? Dixitque ad illos, Videte & caute ab auaritia, quia non in abundantia uiuunt: quia uita eius est ex his quae possidet. Docens nos Dominus quomodo oporteat contemnere temporalia, & quod non opus sit multum occupari in terrenis; dimittit a se eum qui uocauerat se ut partiretur hereditatem paternam: ideo & dicit, Quis me constituit iudicem uel diuisorem super uos? Quoniam enim ille omiserat petere utilia, & animae salutem conferentia: in terrenis & temporalibus negociis quaerebat ipsum facere diuisorem: cuius gratia quasi uulgarem & nihil ex utilibus discere ualentem dimittit, idque manserit & non auferere faciens. Docet autem omnino per hoc omnes & qui tunc & qui nunc audiunt, omnia quidem terrena negligenda, & ob temporalia negocia non contendendum cum fratribus, cedendum autem magis illis, etiam si uelint auari esse. Ab eo enim (inquit) qui auferit tua, ne repetas. Quarendam igitur quae cumque utilia & necessaria sunt ad salutem animae, ideo & subdidit dicens, Videte & custodite uos ab auaritia, ut a diabolica quadam fouea admonet nos ut fugiamus. Ad quos autem dixit, Videte & custodite uos ab auaritia: Ad duos illos fratres, quoniam de hereditate illi contendebant. Verisimile autem erat unum ex illis duobus alterum iniuria accessisse, & propterea de auaritia cum illis loquitur. Magnū enim hoc malum: idcirco & Paulus idololatriam ipsam uocat: forte quod ad solos pertineat qui Deum ignorant: uel, id quod etiam uerius, quia idola gentium, argentum & aurum, igitur qui colit argentum & aurum, similis est idolorum cultoribus. Eandem enim materiam adorant & amplexantur uterque. Superuacua itaque fugienda. Quare: Quia non in abundantia quodam uita illis est: id est, non continetur uita mensura abundantia, neque enim qui multa possidet, diutius uiuit: neque comitatur diuitiarum multitudinem uitae longaeuitas. Hoc autem dicit Dominus confutans cogitationes amantium diuitias. Quonia autem diuitiarum amatores existimant quod multo tempore diuitias possessuri sint, & quasi diu uicturi, unde quaeque opes colligunt, dicit, Miser & ærumnose, nunquid ex multorum posses-

1041.15.

Cautē.

Quando quis peccet in spiritu sanctum.

Cautē.

Homini in firmis duplex.

Non contentendum cum fratribus pro temporalibus.

Coloss. 3.

Diuitias non comitatur uita longa.

te. Incertum enim num ad senectutem pertingas, cuius gratia thesaurizas. Manifestum autem quod nunc in sumis in opes conquirendas.

Dixit autem similitudinē ad illos, dicens, Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens, Quid faciam, quod non habeam quod congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciam, Destruam horrea mea, & maiora extruam, & congregabo illuc omnia bona mea, quae mihi nata sunt: & dicam animae meae, Anima, habes multa bona reposita in annos multos: requiesce, comede, bibe, gaude. Dixit autem illi Deus: Stulte, haec nocte animam tuam repetent abs te: quae uero parasti, cui cedent? Sic qui recondit sibi, nec est erga Deum diues. Postquam dixit uitam hominis non produci cum diuitiarum abundantia, ad confirmationem eius affert etiam parabolam: & uide quomodo describit nobis insatiabiles stulti diuitis cogitationes. Deus enim sua faciebat, & solitam ostendebat misericordiam, ut non unus tantum agellus, sed tota regio uberes illi fructus afferret: uerum hic tam immisericors erat, ut antequam reciperet ea, clauderet. Vide item & diuitium uoluptates. Quid faciam? Neutiquam pauper ita loqueretur, quid faciam? sed, non habeo quomodo induar, quomodo alar. Vide autem & diuitis uoces, Quid faciam, quia non habeo ubi congregem fructus meos? Bona quidem est quies. Siquidem & pauper dicit, quid faciam, quia non habeo: & diues dicit, quid faciam quia habeo? Quid igitur lucratur ex eo quod plura congregamus? Quietem enim non lucratur, & manifestum id, quod a curis: tantum autem peccatorum multitudinem nobis accumulamus. Destruam horrea mea, & maiora extruam: quod si regio plures in posterum fructus attulerit, iterum illa destrues, & alia aedificabis? Et quae utilitas destruendi & extruendi? Habes horrea, pauperum uentres, quae multa capere possunt, quaeque incorruptibilia sunt: coelestia enim sunt & diuina: quandoquidem qui pascit pauperem, Deum pascit. Vide item & aliam insipientiam. Prouentus meos, hoc est, quae mihi nata sunt, & bona mea. Non enim putabat haec se habere ex Deo, alioquin ut dispensator Dei aliter haec disposuisset: sed suis laboribus parta putabat, idcirco & sibi haec tribuens, bona sua & sibi nata dicebat, quasi diceret, Nullum habeo socium, nullum diuisorem facio: non Dei sunt, sed mea: solus igitur fruor, & ad fruitionem illorum Deum non assumam. Quia autem ista stulta, uideamus & reliqua. Anima, habes multa bona reposita in multos annos. Longam sibi praestituit uitam, quasi & illam, terram colendo excoluisset, non enim & illa tibi inde nata est, neque haec tuum bonum, comede, bibe, laetare. Euge quales animae tuae affectiones, nam comedere & bibere, irrationalis animae bonum est: igitur cum etiam ipse talem animam sortitus sis, merito illi haec tribuis, Rationalis uero animae bonum est, intelligere, ratio cinari, laetari in lege Dei, & bonis cogitationibus. Non sufficit autem tibi & comedere & bibere, sed & abominabilem uoluptatem & turpissimam quae hanc consequitur, animae imperas: Clare enim Dominus per hoc quod dicit, laetare, affectiones declarauit libidinosas, & immoderatas, quae satietatem ciborum & potuum comitantur. Dixit autem ei Deus, Stulte, haec nocte animam tuam repetent. Non hoc dicitur quasi Deus familiare colloquium habeat cum diuite, Dixit autem ei Deus: sed sensum hunc habet quod dicit, Cum haec ille in mente haberet, dixit Deus (singitur enim haec parabola) Stulte. Insipiens enim est & uanus omnis qui talis est, sicut & Dauid dicit, Vane omnis homo. & causa est: thesaurizat & nescit cui congreget ea. Nam quo pacto non est insipiens, qui ignorat quod uita mensura apud solum Deum, nec sibi quisquam suam uitam definire possit: Obserua item & uerbum, & repetent. Angeli enim sicut crudeles tributorum exactores & terribiles, tuam repetent animam, te etiam inuito, utpote propter uitae praesentis immodicum amorem obluente. Nam a iusto non repetitur anima, sed ille gaudentis & exultans commendat eam Deo patri spirituum, neque mortem aegrefert. Corpore enim circumamictus est ut onere, quod leuiter deponit. Peccator uero qui animam carni subdidit, corpori nimium affectus, etiam illam fecit carnem, indiuulsam eam habere uult: idcirco dicitur ab eo repetita, sicut ab inobediēte quodam debitore, qui traditur crudelibus exactoribus. Vide quoque quod non dixit, Repeto animam tuam: sed, repetent. Iustus enim animam in manu Dei. Et profectio in nocte ab huiusmodi repetitur anima. Non enim habet lumen diuinae scientiae sibi fulgens, sed cum est in nocte cupiditatis diuitiarum, & ab illa obtenebratur, morte comprehenditur. Sic utique stultus

Ecd. 11.

Horrea diuitiarum non strarunt nisi pauperum uentres.

Rationalis animae bonum.

Psal. 37.

Sapient. 3.

stultus est qui thesaurizat, & insipiens dicitur, & non perficit cogitationem suam, sed in ipso cogitationis momento ex tota uita abscinditur. At si pauperibus & Deo congregasset, non sic se habuisset. Audiamus igitur, ut diuites fiamus in Deum, hoc est, ut in illo fiduciam habeamus, & ut ille habeat nostras diuitias, & diuitiarum cellam, nec dicamus bona nostra, sed bona Dei. si autem Dei sunt bona, ne priuemus Deum bonis suis. Hoc est ditari in Deo, credere quod si omnia dedero, & euacuauero me totum, non me aliquid rerum necessariorum defecurum est. Promptuarii enim meum Deus est: aperiam & tollam necessaria, & ea quibus mihi opus fuerit.

Matth. 5.

Dixitque ad discipulos suos, Ideo dico uobis, Nolite solliciti esse anime uestrae quid edatis, neque corpori quid induamini. Anima plus est quam esca, & corpus plus quam indumentum. Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est penarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis uos praestatis uolucris? Quis autem uestrum sollicitudine sua potest adiacere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo ne id quidem quod minimum est, potestis, quid de ceteris solliciti estis? Paulatim in sublimiora subducit doctrinam Dominus. Vide enim ordinem. Docuit cauere ab auaritia, & apposuit parabolas illam de diuite, per illam monstrans quod insipiens sit qui plura desiderat. Deinde proficiens sermone, neque de necessariis sollicitos nos esse sinit. Quem

Diabolus apud Job 4. cap. myrmiceleon num cupitur secundum se praegreua interpret. nos autem habemus, Tigris perijt, etc.

admodum igitur diabolus a paruus incipit, ut nos in grauiora mala faciat incidere, quam obrem & myrmiceleon a Job nominatur: ita ediuerso Dominus resoluit eius opera. Primum enim magna peccata fugat, deinde etiam principia eorum ostendit. Cum igitur indicasset ut ab auaritia caueremus, uenit & ad ipsam radicem, ut & ipsam amputer, sollicitudinem inquam, & dicit: Propter hoc dico uobis, quoniam insipiens est, qui plura quam uitae necessitas exigit, inquit, & plus in hac uita appetit, qualis erat diues idcirco dico uobis, ne solliciti sitis anime uestrae quid comedatis: non quod mentales anime comedant, sed quia apparet animam non aliunde corpori colligari, nisi nos alimur, propterea sic dicit. Et aliter, Corpus quidem mortuum induitur, non pascitur autem. Proinde quia animatorum est pasci, merito addidit anime pasci. An non & nutritiua uis anima dicitur? Igitur ne solliciti sitis uegetatiuae parti anime non rationalis, quid comedatis, neque corpori quo induamini. Deinde affert rationem: nam qui maius dedit, nempe animam, non daret & cibum? Qui dedit corpus, nonne & indumentum dabit? Postea etiam ab exemplo coruorum probat quod nos obseruet, uolatilia in medium afferens. Potuerat enim sanctos prophetas in medium afferre, utpote Heliam uel Mosen, sed ad maiorem pudorem uolatilia affert. Deinde & aliam rationem adducit. Dic quaso, quid sollicitudine proficis? Adiacens ne etiam staturae tuae uel minimum quid? Non, immo aufers potius quippiam e carnalibus. Sollicitudo enim arrosio est. Si igitur adiacere non potes id quod minimum, quid de reliquis sollicitus es? Perspicuum enim, quod sicut Deus incrementum dat, ita & alia dabit.

Sollicitudo

Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem uobis, nec Solomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis. Si autem gramen quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic uestit: quanto magis uos uestiet, o parum fidentes? Et uos nolite quaerere quid esuri sitis, aut quid bibaturi: & nolite in sublimi tolli. Haec enim omnia gentes mundi quaerunt. Pater autem uester scit quod istis indigeatis. Quin potius quaerite regnum Dei, & haec omnia adiacentur uobis. Et hoc liliorum exemplum posuit, ut nos magis in hortaretur. Si enim haec sic uestit Deus, ut neque Solomon in omnibus delicijs suis possit sic uestiri quomodo unum ex istis, idque cum nulla sit necessitas pulchritudinis liliorum: quanto magis uos, qui tam digna creatura estis, uestiet: praesertim cum necessitas corporis indumentum postulet? Quid igitur, dicit quispiam, iubes ut non colamus agros? Non dixit, ne colatis agros: sed, ne solliciti sitis. Etenim non prohibeo ne labores, sed ne sollicitus sis, interdico: hoc est, ne spem in illis habeas. Sic qui laborat, & spem habet in Deo, is citra sollicitudinem uiuit. Sollicitudinem enim ut a Deo abducentem resecat Deus. Proinde dicit, Ne quaeratis quid comedatis, uel quid bibatis, & nolite in sublimi tolli. In sublimi tolli prorsus nihil aliud dicit quam distractionem, & mentis instabilem uersionem, nunc hoc nunc illud cogitantis, & ab hoc in illud salientis, & semper sublimius quiddam imaginantis secum. An non hoc fuerit in sublimi tolli? Hanc igitur sollicitudinem, hoc est ita in sublimi tolli,

Sollicitudo prohibetur non labor.

In sublimi tolli quid sit.

tollit, quia a Deo abducit, prohibet Dominus, dicens haec omnia gentes inquirere. Sollicitudo enim non solis necessarijs contenta est: sed, ut dixi, semper amplius & maius quid requirit, & propterea dicitur ueritas quod elatio in sublimi. Et ut aliquid exerceat, si sollicitudo gratia dicam, Non habemus panem, solliciti sumus unde habeamus: & non in hoc sublitistimus, sed & ut adipem frumenti, deinde & uinum, idque fragrantissimum, & ad haec alias carnes, & ad has attagines & phasianos. Vides sollicitudinem, & in sublimi ac amplius extollentiam, quam dicit ueritas quod. Eapropter Dominus amputat haec omnia. Gentiles enim haec quaerunt. Insuper & aliam affert rationem: quia pater uester scit quia his opus habetis, immo non unam rationem, sed multas. Pater est (inquit) & si pater, quomodo non daret? sed & scit, quomodo enim ignoraret? sed & quod opus habetis. Non enim superflua sunt, sed nobis necessaria. Igitur cum & ipse sit pater, & uos opus habeatis, & sciat ille, quomodo non daturus esset? Quaerite igitur regnum Dei ante omnia, & temporalium sollicitudinem abijcite, quae ab illo abducunt, adiacenturque uobis tunc omnia. Vides quod si parua quaeritis a Deo, nihil illi gratum facias, munificentiam enim eius dehonestas. Sin quaesueris magna, & illa accipies, & cum illis accipies etiam parua. Nam cum te uiderit occupatum in regno Dei, necessario & de omnibus prouidebit. An non & nos in rebus proprijs sic facimus, & magis curam illorum agimus, quam se totos nobis manciparunt, de quibus solliciti sumus, tamen se ipsos ipsi negligunt: quanto magis id agit Dominus? Propterea Dominus omnium temporalium curam reijcit, ut quaeramus regnum eius, id quod de temporalibus solliciti non faciunt.

Noli timere pusille grex, quia complacitum est patri uestro dare uobis regnum. Vendite quae possidetis, & date elemosynam. Parate uobis sacculos qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in caelis, quo fur non accedit, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus uester est, ibi & cor uestrum erit. Dominus nominat discipulos, & doctrinam suam suscipientes, pusillum gregem: uel quod pauci sunt in mundo qui iposte paupertatem illam obeant: uel quod si ad angelos conferantur, numero incomparabilter inferiores sint, quia multo plures sunt angeli. Et manifestum est hoc ex parabola quam dixit Dominus, quod gaudeat pastor plus super una oue inuenta quae perierat, quam super nonagintanouem quae non errauerunt. Quo loco monstratur quod sicut unum se habet ad nonagintanouem, ita humana natura ad angelicam. Ne timeas igitur, dicit, o pusille grex, hoc est, ne sis incredulus. gerit enim tui curam ac prouidentiam Deus, etiam si tu sollicitus non sis. Quare quia bonum uisum est, & placet patri ut det uobis regnum. Qui igitur uobis regnum dat, multo magis terrena concedet. Ne igitur sis incredulus, quod si diuitiarum sollicitudinem abieceris, non sis habiturus aliquem qui tibi prouideat: sed uende ea quae habes, & da elemosynam, & fac tibi thesaurum indeficientem. Ad haec persudat nobis rationibus quibus contradicere non possumus. In hac enim uita, inquit, tinea corrumpit, in caelis autem non sic. Non ergo insipientis esset colligere thesauros in loco in quo corrumpuntur? Postea quia aurum a tinea non corrumpitur, dixit, & quo fur non accedit. Tinea quidem non corrumpit aurum, sed fur diripit. Denique quia non omnia furto pereunt, adiacit rationem maiorem, & contradicitione superiorē. Vbi enim est thesaurus uester, inquit, illic & cor uestrum erit. Esto enim, inquit, quod neque tinea corrumpat, neque fur accedat: istuc ipsum tamen habere cor adductum thesauro defosso, & animam, quae diuina possessio est, inmiscere terra, per se quanto supplicio fuerit dignum? immo quomodo non summo? si quis animaduertat. Vbi enim thesaurus tuus, illic & cor tuum: si in terra ille, & in terra hoc: sin autem in caelo ille, sursum est & hoc. Quis igitur non sursum esse, & non sub terra, mallet? Quis non diligeret potius esse angelus, quam talpa semper in subterraneis latebris agens?

Sint lumina uestri praecincti, & lucernae accense, & uos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs: ut cum uenerit & pulsauerit, cosesum aperiant ei. Beati serui illi, quos cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Amen dico uobis quod praecinet se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia, & in tertia uigilia uenerit, atque ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quod si scisset paterfamilias qua hora fur uenturus fuisset, uigilasset utique, nec passus fuisset perfodi domum suam. Et uos igitur estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Dominus postquam discipulum suum ab se superfluis

Pusillus grex quis, et quare, inferioris cap. 15.

perfluis fecit & nudauit ab omni sollicitudine & cupiditate temporalium, & ita planè se-
uem reddidit, nunc & ministrum suum facit. Eum enim qui ministrum esse uoluerit, leuem
& expeditum esse oportet. ideo dicit, Sint lumbi uestri præcincti, hoc est omnibus mo-
dis parati estote ad opera Domini uestri. Et lucernæ ardentes in manibus uestris, hoc
est, ne in tenebris & absq; iudicio uersemini, sed sit uobis lumen uerbi, quod monstra-
bit uobis quæ faciendæ, & quæ non faciendæ. Est igitur hic mundus, nox. Porro succin-
cti lumbis sunt, qui actiuam uitam agunt, eiusmodi enim habitibus utuntur operarij,
quibus & ardentibus candelis opus est. Opus enim habet uita actiuam iudicij do-
no, ut is qui actiuam uitam agit, non solum sciat quid oporteat facere, sed & quomo-
do. Multi enim bonum quidem fecerunt, sed non bene; & tales quidem succincti fue-
runt lumbis, & opera quidem fecerunt, sed non bene; nec habuerunt ardentes lucer-
nas in manibus, hoc est, nō habuerunt rectum iudicium, sed uel in factum incidit, uel
in aliud arrogantæ præcipientium. Consideres autem & hoc, quod primum lumbi
uestri succincti sint, deinde lucernæ ardeant. Primum enim operatio, & deinde con-
templatio, quæ mentis est illustratio. Lucerna enim est mens nostra, quæ cum habet lu-
men Dei in se fulgens, tum dicitur ardere. Demus igitur operam, ut uirtute simus præ-
diti duas habentes lucernas ardentes, & sermonem internū in affectibus, & quæ pro-
nunciamus: & internū quidem, ut per omnia animam illustret: eum autem quem pro-
ferimus, ut in lingua resurgat lucidus. Et internus nos illuminet: doctorum autem ser-
mo, & qui pronunciat, alios. Et nos similes simus hominibus expectantibus domi-
num suum quādo reuertatur à nuptijs. Quis autem hic dominus alius quā Christus
Iesus: qui humanā quidē assumpsit naturā, & sicut sponsam copulauit sibi, & nuptias
fecit, in carnem unā ei se adiungendo: immō non unas fecit nuptias, sed multas. Quo-
tidie enim nuptiæ fiunt in celo sanctorum animarum, quas ei cōmendat Paulus uel
si quis similis Paulo uirginem castam. Redit autem ex cœlestibus nuptijs, fortassis in u-
niuersali consummatione mundi, quando de celis ueniet in gloriam patris. Fortassis
autem & in uniuscuiusq; propria morte inexpectatus aduenit. Beatus igitur ille quem
inuenerit succinctis lumbis, hoc est uerum Christianum philosophum agentem, & ad
ministerium Dei præparatum, & habentem lucernam rationis & iudicij ardentem: &
non solum facientem quod bonū, sed bene etiā accipientemq; & contemplationis lucernam.
Bene enim & rectè operando acquirimus etiā contemplationis lucernam:
immō duas lucernas, & unam quæ est in corde, & alterā quæ in sermone. Eiusmodi mi-
nistri etiā Dominus minister erit. Præcingetur enim, inquit, & recumbere illos faciet,
& præteriens ministrabit illis. Præcingitur itaq; Deus secundum quod non omnium
bonorum effusionem nobis suppeditat, † sed sibi reseruat illam. Quis enim potest cape-
re quantum sit Deus? & manifestum est ex Seraphim, qui se obtegunt propter excellen-
tiam diuini luminis. Porro recumbere facit bonos seruos, totos enim per omnia quies-
cere facit. Nam sicut qui recumbit, toto corpore quiescit: ita in secundo aduentu om-
nes sancti per omnia quiescent. Etenim in hac uita quietē corporis nō inueniunt. Ali-
bi autem cum animabus spiritalia & diuina eorum corpora in corruptionem heredi-
tabunt, & omni quiete fruuntur, & erit Deus omnia in omnibus illis. Ministrat uerò di-
gnis, par eis retribuens: & sicut ipsi ei ministrauerunt, ita etiā ipse eis uicissim mi-
nistrat, & dapilem eis mensam præstat, exhibens spiritalium donorum lauitias. At per
secundam & tertiam uigiliam intelligas uaria uitæ nostræ tempora: ut exempli gratia a-
liquid dicam, Quemadmodum qui in secundam aut tertiam uigiliam uigilat, uigilan-
tissimus esse uidetur (istis enim horis homines maximo & primo somno tenentur) sic
obsecro etiā intelligas in diuersis uitæ nostræ statibus esse horas quæ beatos nos fa-
ciant, si uigilantes inuenti fuerimus. Rapuit quis diuitias tuas, mortui sunt tibi filij,
calumniam passus es: si in illiusmodi temporibus non fueris lapsus, sed uigilans inuen-
tus à Deo & Domino, & nihil aliud præter mandata Domini feceris: utiq; uigilan-
tem te in secunda & tertia uigilia inuenierit, hoc est in periculoso & graui tēpore, quod
mortiferū somnum & casum dissolutis animabus præbet. Opus itaq; fuerit uigilantia.
Patrifamilias enim, assimilamur, qui si uigilauerit, nihil ex rebus eius auferre poterunt
fures, sin autem somniculosus fuerit, ablati omnibus fur euadit. Per furem quidam
hoc loco intelligunt diabolum, sicut & per domum animam: & patremfamilias, homi-
nem

Primum o-
peratio, de-
inde cōtem-
platio.

1. Cor. 11.

† sed illam
restringit.
Esaiæ 5.

1. Cor. 15.

Secunda &
tertia uigi-
lia quæ in-
telligantur.

A nem, sed non apparet expositio satis accommodata textui. Furi enim hac loco domini-
cus aduentus comparatur, eo quod repente & inopinatō ueniet: sicut & apostolorum
quidam dicit, Dies enim Domini quali fur in nocte. Et hoc loco uide quomodo inter
pretatur Dominus quis sit fur. Nam dicit, Et uos igit uigilate, quia qua hora non puta-
tis, filius hominis ueniet. Dicunt quidam quod per primam uigiliam intelligantur hi
qui alijs sunt diligentiores: per secundam uerò, qui aliquantum profecerunt: per tertiā
autem, qui etiam illis sunt inferiores. At alij diuersas ætates exposuerunt, & primam,
qua adolescentes sumus: secundam, qua uiri: tertiam, qua senes. Beatus igitur quisquis
quacumq; ætate inuentus fuerit uigilans, nec in operādo bonū negligenter se gerens.

Dixit autem ei Petrus, Domine, ad nos dicit istam parabolam, an etiam ad omnes?
Ait autem Dominus, Quisnam est fidelis dispensator ac prudens quem constituet do-
minus super famulitium suum, ut det illis in tempore dimensum cibū? Beatus ille ser-
uus, quem cum uenerit dominus, inuenierit ita facientem. Verè dico uobis, qd omni-
bus quæ possidet, præficiet illum. Interrogauit Petrus ceu curam omnium habens, & p
auditoribus sollicitus, tanquam fratrum amator, & cui iam concredita ecclesia, num ad
omnes parabolam dicat. Dominus uerò nō manifestè ad interrogationem respondet,
sed occulto quodam modo indicat quod dicta parabola cōmunis sit, & ad omnes qui-
dem pertineat fideles, & ad uos apostolos, & in primis eos qui uel doctrina uel dignita-
te præfunt. Verūm audi quisnam sit fidelis ac prudens dispensator. Parabola enim præ-
dicta multis, inquit, congruit. Nunc autem de his qui præfecti sunt alijs, dubito quis
inueniatur duo hæc habens, fidem dico, & prudentiam. Rarus enim hic, & inuentu
difficilis. Nam sicut in dispensationibus diuitiarum si quis fidelis fuerit domino suo,
non autem prudens, disperdit res domini, nesciens illas dispensare sicut conuenit, sed
dat quando non oportet, & damnum facit domino maius: iterum si prudens quis fue-
rit, & expendat, infidelisq; sit, & fur, is tanto magis intolerabilis, quāto prudentior: ita
& in diuinis opus est fide ac prudētia. Scio enim multos qui uidentur uirtute ac pieta-

B te ac fide præditi propterea quod ecclesiastica prudenter administrare nequeant, dam-
nosos esse ecclesiæ, & non solum facultates, sed etiam animas perdere: ut exempli gra-
tia, Peccauit quispiam peccato quod animam offendit: nisi prudens sit qui præfideat, sed
tantum habeat fidem, hoc est uirtutem absq; iudicio: uel ex immodica increpatione,
uel ex intemperata illius mansuetudine corrumpitur is qui lapsus est, & non sanatur,
sed conteritur. Quisquis igitur fidelis & prudens inuentus fuerit, constituetur in mini-
sterio Domini, hoc est super omnes seruos, ut unicuiq; det mensuram frumenti in tem-
pore suo, siue hoc sit sermo doctrinæ quo aluntur animæ, siue operum exemplum, &
mandatū qmō uiuere oporteat. Beatus qui talis fuerit inuentus, & super omnia sua cōsti-
tuet illum Dominus. Non solum inter seruos, sed & sublimiori gradu prouehens, su-
per omnia constituet, ut ei & terrena subsint & cœlestia. Talis erat Iesus Naue, talis He-
lias, ille enim solus, hic autem nubibus cœli imperabat. Et omnes simpliciter sancti, ut a-
mici Dei, his quæ amici sunt utuntur. Communia enim sunt omnia amicorum. Et om-
nis qui in solitaria uita actiuam uitam agit, & seruiles affectiones, iram & concupiscen-
tiam gubernat, & suam cuiq; mensuram tritici in tempore distribuit, iram quidem ita,
ut odio habeat odio habentes Dominū, & suas inimicitias aboleat: cō cupiscentiā uerò
ita, ut necessariā carnis gerat curam, & omnem in Deū dirigat: omnis in quā talis bea-
tus est, & assequetur etiam contemplationem, & super omnia quæ Domini sui sunt
constituetur, merebiturq; contemplatio oculo perspicere & eas quæ non propriè di-
cuntur facultates, & eas quæ propriè, æternas dico.

Quod si seruus ille in corde suo dixerit, Differt dominus meus reditum: cœperitq;
percutere seruos & ancillas, & edere bibereq;, & inebriari: ueniet dominus serui illi
us in die quo non sperat, & hora qua nescit, & dissecabit eum, partemq; eius cū infidis
pōnet. Væ talibus seruis, qui donum spiritalis præsentia acceperunt, & dispensa-
tionem sibi commissam infideliter gerunt, & bibunt ac inebriantur: siue ebrietatē sen-
sibiliter intelligere uolueris (contingit enim & hoc malis ecclesiarū præsidibus, qui de-
liciose uiuunt de bonis pauperū) siue etiam per ebrietatē intelligere placet peruersio-
nem status mentis per falsas doctrinas, uel amorem diuitiarum. Verberant enim tales
præsides seruos & ancillas, hoc est offendiculo sunt infirmioribus ecclesiæ, quorū per-
cutiunt

In diuinis
quoque fide
ac prudenti-
tia opus est.

Iosue 10.
3. Reg. 17.
Act. 4.

cutiunt conscientiam. Etenim infirmus & pusillanimis cum uiderit me episcopum uitam male transigere, percutitur conscientia offensus, & plagam accipit in corde, sitq; infirmior. Hæc autem omnia contingunt infideli seruo ex eo quod dicit, Differt Dominus meus reditum, præ ignauia enim hoc facit, non cogitans horam mortis. Nam si cogitarem uenturum Dominum, & in foribus finem & consummationem uitæ nostræ, minus utiq; peccaremus. Verum uide & supplicium. Dissicabit, inquit, illum, hoc est priuabit illum docendi gratia: ne quis enim putet quod ipsi conferat donum ad hoc ne grauius puniatur. Quomodo, inquit, conferat ei donum cum illo tunc nudatus inueniatur? dissicari enim significat gratia priuari. Enim uero ille tunc miserabilis inuenitur, quod sit caro, & non spiritus: quia tunc sumus in spiritu secundum Apostolum, quando spiritus Dei habitat in nobis. Qui autem non ambulat spiritu, sed in carne est, & ex pers inuentus fuerit uitæ spiritualis, cum incredulis ordinatur, utpote qui cum incredulo mundo condemnatur: quoniam nihil utilitatis ab apparente fide percipit. Vera enim fides in ipso non fuit. nã si in eo fuisset uera fides, dispensator fidelis fuisset, uerum nunc quia bibens & se inebrians fuit, & res Domini corrumpens, fidem ueram non habuit, quæ exigitur à dispensatoribus. bene ergo cum infidis ponitur portio eius, Priuatus enim dono & nudatus, mutilus inuenitur, & non integer.

Rom. 8.
Quando
fimus
in
spiri
tu

Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem Domini sui, nec se præparauit, neq; secundum uoluntatem eius fecit, plagis uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Porro cuiuscumq; multum datum est, multum quaeret ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Hoc loco amplius quiddam ac terribilius nobis demonstrat Dominus. Non solum enim, inquit, gratia nudabitur qui talis est, & nihil sibi proderit hoc ut liberetur à pœnis, sed & maioris condemnationis causa erit dignitatis magnitudo. Quo plus enim scit qui peccat, tanto grauiorem pœnam sibi accerit. Et in sequentibus hoc manifestius fit. Cui enim datum est multum, ab eo requiret etiam multum: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Per hoc enim signat, pœnam quam merentur doctores, futuram maiorem. Datur igitur & commendat doctoribus: datur quidem, ut gratia sanandi morbos, & faciendi miracula, commendat autem eis uerbi & doctrinæ donum. Et cum dixit, dat, non subiungit, amplius exigent: sed cum dixit, commendat, & perfectio donum uerbi opus habet labore, & amplius exigit à doctoribus. Oportet enim eum non esse desidem ac ignauum, sed multiplicare talentum uerbi. Igitur cui commendauerunt intelligere debes, cui multum datum ad usuram. Usura enim commendatum & depositum hic signat. At sunt qui quaerant: Esto, bene, puniat is qui scit uoluntatem Domini, & non facit: qui autem nescit, quare puniatur? Eo quod potuisset etiam ipse discere, & noluit, sed piger fuit, ipse in causa fuit quo minus didicerit: quapropter puniendus est quod sponte non didicit. Timeamus fratres. Nam si is qui nihil scit, omnino dignus est plagis: quæ excusatio liberabit eos qui scienter delinquent, maxime si doctores fuerint. Grauior enim est hæc condemnatio.

Vsura.

Rom. 11.
2. Cor. 11.

Ignem ueni missurus in terram, & quid uolo, si iam accensus est? Sed baptismo habeo baptizari, & quomodo constringor donec perficiatur? Per ignem quidem & prædicatio intelligitur. Sermo enim ignis est, qui consumit omnem materiale & imperfectam cogitationem, & simulacra abolet cuiuscumq; fuerint materia. Intelligitur etiam & zelus pro uirtute in uno quoque nostrum accensus. fortassis autem & is est qui propter uerbum Dei sit, non dissimilis autem est à priore. hoc enim igni uult Deus accendi corda nostra. Debemus ignitum pro uirtute zelum habere. Unde, quid uolo, id est, quantum uolo, si iam accensus est? Urget enim ut accendatur ignis ille: sicut & Paulus dicit, Spiritu feruentes. Et rursus, Aemulor enim uos æmulatione Dei. Baptisma autem mortem suam dicit. Quoniam enim ignis ille non aliter accendendus erat, quam post mortem eius (nam ex eo tempore prædicatio & zelus creuerunt) propterea subdit etiam de morte, baptismum illam uocans. Hanc autem ualde desiderans inquit, Et quomodo constringor; hoc est, quam sollicitus & anxius sum ac premor, donec perficiatur? Sitio enim mortem pro omnium salute. Ignem ueni missurus non solum in omnem terram in quam prædicatio & fides explanata sunt, sed uniuscuiusq; animam, quæ terra quidem spinosa est & sterilis, à uerbo autem Dei quasi igne succensa, & diuinorum seminum capax, & spiritualium frugum ferax facta, Vbi enim alicuius animæ inuisibiliter diuina gratia

A gratia contigerit. uidei desiderio Dei supra quam dici queat flagrare, quemadmodum & Cleopas flagrabat diuino igne cum diceret, Nonne cor nostrum accensum erat in nobis? Quisquis igitur hanc affectionem expertus est, scit quid dicamus. Experiuntur autem multi etiam quando leguntur diuinæ scripturæ, uel uitæ sanctorum patrum, uel si admoneantur uel doceantur, quomodo accendantur animæ ad faciendum bonum. Et alij quidem usq; ad finem flagrant, alij uero statim frigescunt.

Putatis quod pacem uenerim missurus in terram? Non dico uobis, immo separationem. Erunt enim ex hoc quinq; in domo una diuisi, tres aduersus duos, & duo contra tres. Diuidet pater aduersus filium, & filius aduersus patrem: mater aduersus filiam, & filia aduersus matrem: focrus aduersus nurum suum, & nurus aduersus focrum suum. Christus quidem est pax nostra, sed non ueni, inquit, missurus pacem: unde ænigmaticè hoc dictum est. Dicimus igitur quod non omnis pax uituperio caret, & bona est, sed est saepe pax periculosa, & procul à diuina charitate reiciens, utpote quando pacem habemus & conspiramus in destructione ueritatis. Hanc enim pacem non uenit Christus ut daret, sed contrarium uult: nempe ut dissideamus propter bonum, quod & in persecutione factum est. In uana enim domo pater gentilis à filio fideli differebat, & mater à filia, & contra. Quomodo autem dicendo, quinq; in domo una diuisi erunt, in enumeratione sex personas posuit? Dicimus igitur quod una persona bis assumpta est. Filia & nurus eadem est persona. Filia enim dicitur, si ad matrem referat: nurus uero, si ad focrum. Tres igitur erunt diuisi, pater & mater & focrus, aduersus duos, filium & filiam. Filia enim cum una persona sit, duas relationes suscipit, & secundum hoc uidetur duplex persona matri & focro collata. Intellige autem simpliciter per patrem & matrem & focrum, uetera omnia: per filium autem & filiam, omnia noua. Itaque Dominus uult ut sua noua & diuina præcepta & dogmata pugnent cum antiquis nostris sceleratis moribus & dogmatibus. Intellige autem etiam sic. Pater quidem mens, filius uero ratio. diuilio horum fit in unaquaque domo, hominis inquam. ut manifestius dicam. Illustrata fuit mens Dionysii Arcopagite, & prædicationem suscepit, repugnauit autem eius menti quæ tam alacriter fidem suscepit, gentilis ratio, tentans ostendere dialecticis tendiculis, ut illas sequeretur. Vides diuisionem patris & filij inter se repugnantium propter Christum & prædicationem? Matrem quoque & focrum uocabis mentem, filium uero & nurum sensum: & inter has est pugna propter Christum, insurgente mente contra sensum: quando mens suadet preferenda non fluxa fluxis, inuisibiliaque uisibilibus, habetque ad hoc demonstrationes multas adiutrices. Committitur autem & bellum sensus contra mentem. Sensus enim per miracula & signa quæ uidentur perductus ad fidem, non credit mentis cogitationibus, neque enim gentilibus demonstrationes uult sequi, quæ compellunt illis attendentes non credere quod Deus factus sit homo, uel quod uirgo pepererit. Huiusmodi sunt gentilium delramenta, naturæ seruitia. At sensus per miracula quæ uidentur, præstantior omni demonstratione est, ad Dei cognitionem manuducens. Non omnis igitur pax & concordia bona est, sed est quando & pugna & dissidium diuina quædam possessio uidentur. Nullus igitur amet malos, quam uis & pater & mater sint: & si aduersentur legi Christi, repugnandum est eis perinde ac hostibus ueritatis.

Matth. 10.
diuidentur

Non omnis
pax bona.

Dionysius
Arcopagi-
ta.

Act. 17.

Matth. 10.

Matth. 5.

Superius 9.

Dicebat autem ad turbas, Quum uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, imber uenit, & ita fit: & cum austrum flantem, dicitis quod aestus erit, & fit. Hypocritarum, faciem cœli & terræ nostris probare, hoc autem tempus quod fit ut non probetis? Cur autem ex uobis ipsi non iudicatis quod iustum est? Quum enim uadis cum aduersario tuo ad magistratum, in uia da operam, ut libereris ab illo, ne forte pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor conijciat te in carcerem. Dico tibi, non exibis inde, donec ultimam etiam minutam reddas. Postquam de prædicatione disseruit, ignemque & gladium nominauit: quia uerisimile erat audientes turbari, non intelligentes id quod dicebat, inquit, Quemadmodum aeris qualitates à quibusdam signis cognoscitis, sic oportebat & meum aduentum cognoscere ex his quæ dicuntur, & ex his quæ à me fiunt. Etenim sermones mei demonstrant me contrarium uobis, similiter & opera. nã uos quidem publicani & raptores, ego autem non habeo ubi caput reclinem. Oportebat igitur uos, ueluti à nubibus imbrem, & ab austro æstum coniectatis, sic etiam tempus huius mei aduentus probare, & coniecta re quod non uenerim mittere pacem, sed imbrem & turbationem. Nubes enim & ipse sum,

Bethlehem
ad Austrum
sit.

Ab occidente humanæ naturæ uenio quæ prius fuit humilis, & magnam ex peccato caliginem habuit. Sed etiam ueni ignem mittere, & æstum facere. Auster enim sum, spiritus feruidus, & frigiditati aquilonis contrarius; quandoquidem in Bethlehem paru, quæ ad austrum sita est. Et ubi hæc dixit, docet eos etiam de laudabili pace. Quia enim ostenderat laudatum dissidium, ostendit & irreprehensibilem pacem, & inquit, Quum aduersarius rapuerit te ad tribunal, in uia da operā, festina & labora, id enim significat *ὁσ ἐργασίαν* da oparā, hoc est, omnes modos cogita, quomodo ab eo libereris. Vel aliter, Da operam, hoc est etiam si nihil habeas, fonerare, & da operam, hoc est usurā, ut libereris ab illo, nequando trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor projiciat te in carcerem, donec ultimum minutum reddas. Hæc autem dicit Dominus exterrens per hæc crassiores, & ad pacē faciendā cogens, sciens quod eos qui magis terrestres sunt, metus damni & suppliciorum plus emendet, & propter ea dicit hæc. Intelliguntur autem hæc etiam de diabolo, qui noster aduersarius est. Quum igitur in uia huius uitæ sumus, demus operam, uirtutibus uacando, ut ab eo liberemur, & nihil commune cum eo habeamus, nequando in futuro iudicio tradat nos iudici. Opera enim eius quæ in hac uita facimus, illa tradunt nos iudici, & iudex tradit nos exactori, dæmoni cuidam nos torquenti & affligenti, & postea punit nos donec etiam minutorum peccatorum poenam luamus, & mensuram poenæ impleamus. Nunquam autem impleta est poenæ mensura, semper ergo puniemur. Si enim in carcere manebimus donec nec extremum minutum reddamus, & nunquam reddituri sumus, manifestum quod æternum sit futurum supplicium.

CAPVT XIII.

Aderant autem quidam eodem in tempore, nuntiantes illi de Galilæis quorū sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificijs ipsorum: Et respondens Iesus dixit illis, Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? **N**ō, dico uobis: immo nisi respueritis, omnes similiter peribitis. **A**ut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos, putatis quod debitores fuerint ultra cunctos homines habitantes Hierosolymis? **N**on, dico uobis, immo nisi respueritis, omnes similiter peribitis. Iudas Galilæus, cuius in Actis ipse Euangelista noster meminuit, cum & ipse aliquantum doctus esset in lege, docuit etiam alios Galilæos suo dogmati adherere. Docebat autem non ferendum ullum omnino hominem Dominum dici neque honoris uel modestiæ gratia, & ne regem quidē ipsum. Unde & multi ipsorum, propterea quod Cæsarem non dicerent dominum, grauiter feriebantur: qui & docebant non esse offerenda sacrificia præter ea quæ a Mose essent constituta. Ideoque prohibebant ea quæ pro Cæsare & Romanorum gente fierent sacrificia. Verisimile igitur Pilatum ob hæc indignantem, iussisse occidi Galilæos illos super sacrificia quæ ab eis prohibebantur fieri pro Romanorum gente, & ita sanguinem eorum commisceri sanguini sacrificiorum. Annunciauerunt igitur quidam hæc saluatori ut aliqua ex parte pie facta, uolentes per hoc discere quid in eo sibi placeret. Putabant enim quidā illos iustissime passos, utpote peccatores & seditiosos, & irritantes Pilatum in odium Iudæorum, eo quod urgebant Cæsarem non appellandum dominum; id quod in totius Iudæorum gentis incommodum cedebat. Igitur saluator non negans eos esse peccatores, dicit non ipsos passos esse quasi essent maiores peccatores ijs qui nihil passi. Nisi enim & uos respueritis, & a seditionibus intestina bella succedentes cessaueritis, & Deum operibus placare festinaueritis, grauiora patiemini. Non oportet enim prætextu pietatis suam gloriam quærere, & intestinas seditiones excitare. Porro turris quæ ceciderat in Siloe, præsignium erat eorū quæ postea populo euentura erāt, paucos enim quæ tunc perierunt multos erudiebat, quæ & ipsi grauiora essent passuri. Turris enim, totius ciuitatis figura est: at decem & octo illi, totius populi. Quum enim sub Tito ciuitas rueret, omnis populus in incredulitate permanens simul perijt. Sit & hoc nobis in his quæ quotidie eueniunt, admonitio. Quum enim quidā in tentationes incidunt, nobis extra tentationem positus, ne nos sollicitudinem & metum ut iusti abijciamus, quasi tanquam iusti non simus obnoxij: sed ediuerso magis doceamur quod in hoc puniantur illi, ut nos meliores efficiamur, quod si nos negligentes fuerimus, patiemur grauiissima.

Dicebat & hanc similitudinem, Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua,

A sua, & uenit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem uineæ, Ecce anni tres sunt ex quo uenio quærens fructum in ficu hac, & non inuenio: succide illā: ad quid uel terra occupat? At ille respondens dixit illi, Domine, sine illa & hoc anno donec fodero circū illā, & misero stercus, & si quidem fecerit fructū: sin minus, in posterū succides illā. Bona consequentia parabolā hanc iungit. Postquam enim dixit, nisi respueritis, peribitis, merito & istā parabolā adijcit. Est igitur ficus, Iudæorū generatio folia tantū amara faciens, & nullū fructū proferens. In uinea autē Dei stetit, nempe in iudicia uiuendi ratione. Paterfamilias autē Christus uenit & quæsiuit fructū fidei bonorum operum in ea, ac non inuenit. Tribus autē annis uenit, per Moysen, per prophetas, & per seipsum; & quia non poenituerūt, a dilectione Dei os abscieuit, non ultra enim gens Domini & populus sanctus uocaf. In locū autē eius introductæ sunt gentes, quæ fructū facere ualent. Intelligit & per ficū totū humanū genus: per patremfamilias pater & Deus: per cultorē uineæ, filius Dei, qui nobiscū peregrinatus est ut coleret & purgaret uineā. Christus autē sicū illā ut sterilem execari non sinit, dicens, Sine illa & hoc anno. Licet enim per legem & prophetas non fuerint facti meliores, neque poenitentia fructū fecerint: attamen me irrigate meis doctrinis & passionibus fortassis facient fructū obedientiæ. Sin minus, in posterū execabis illā, exectis illis a iustorum regione. Ex anno autē tertio quæsiuit in se fructū natura nostra non dedit. Primū enim in paradiso mandatū præuaricati sumus: deinde cum dare lex, uitulo facto mutata est gloria Dei in similitudinem uituli comedentis foenū, tertio Dominus & saluator abnegatus est a dicentibus, Non habemus regem nisi Cæsarem. Et unusquisque nostrū ficus est in uinea Domini, in Ecclesia scilicet, uel simpliciter dicendo in mundo hoc plantata. Venit igitur Deus quærens fructū: & si inuenit te absque fructu, iubet ut uel ex hac uita execeris: at cultor uineæ supplicat ut tibi parcat. Quis autē ille cultor uineæ? Vel suus cuiuscumque cultor angelus, uel etiā homo ipse. Sux enim uineæ quisque cultor est. Sæpe igitur cū in lethales morbos uel alia pericula incidimus, sine o Domine, dicimus, etiā hoc anno: & poenitentia agemus. Hoc enim significat fodere & mittere circa illā stercus. Fodit quippe anima, quādo decutiū temporaliū curarū puluis, & alleuiat ipsa. Stercus uero circūponi signat feruorē & seueritatē in uia uiliori, poenitentia scilicet, quæ ab omnibus cōtemnit. Quādo enim quis a gloria in uita in gloria se demittit propter salutem animæ, stercus circa animā mittere dicitur ad hoc ut fructū faciat. Si quidē fecerimus fructū: sin minus, non ultra relinquit nos in uinea illa, sed execat a mūdo, ut ne frustra occupemus locū. Peccatorem enim quis uidens diu differentē, offendit, & peior fit: & sic inuenit peccator neque ipse fructū faciens, & aliū quoque impediens ne fructū faciat. Quod si excecet ex hac uita, fortassis si qui exectū uiderint, hoc animo secū ppendentes, mutabunt, & fructū facient. Tribus autē annis dicit paterfamilias uenire ad ficū, fortassis propter tres leges quas nobis dedit Dñs, quæ sunt naturalis, legalis, & spiritualis. Oportebat sanē nos naturali lege cōmonitos fructū facere: nā natura docet quod facere oporteat: at quia in nobis naturalē inuenit inuilem, dedit & Mosaicā legem naturæ adiutricē: quæ cū & ipsa inuenta est in frugifera propter nostrā desidā, addidit & spiritualem. Vbi igitur tres illæ non meliorem reddiderint cuiuscumque animā, neque longanimitate & misericordia Dei sit emendatio: tūc postea monere non ultra sinit. Non enim Deo sæpe procastinationibus illudit. Quid autē si per tres annos, etatū status intelligas? Pueritiā, hoc est, adolescentiā octo & decem ann orū: uiri lem: & tertiam eorum qui iam incipiūt fieri uetuli. Quando igitur in tertio anno, hoc est senectū, non damus fructus, & adhuc permittimur uiuere ut adijciamus stercus, uilem poenitentia uitam propter Christum accipientes, & deinde etiam tunc mentimur, non ultra nobis parcat Dominus, sed excidet: ut ne frustra occupemus terram, & alios offendamus. Et hæc expositio proposito textui consona mihi uidetur.

Docebat autē in una synagoga sabbatis: & ecce mulier quæ habebat spiritū infirmitatis annis decem & octo, eratque contracta, nec omnino poterat erigere caput: quā cū uideret Iesus, uocauit eā ad se, & ait illi, Mulier libera es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & cōfestim erecta est, & glorificabat Deū. Respondens autē princeps synagoga indignas quæ sabbato sanasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari: in ijs ergo uenite ut sanemini, & non in die sabbati. Respondens autē ad illū Dominus dixit, Hypocrita, unusquisque uestrū sabbato nonne soluit bouem suū aut asinum a

præsepi, & ducit aquatum: Hanc autem filiam Abraham, quæ alligauit satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui à uinculo isto die sabbati: Et cum hæc diceret, erubescerant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat super uniuersis quæ gloriose fiebāt ab eo. Morbus ille mulieri diabolo affligente acciderat, sicut & Dominus dicit quæ alligauit satanas decem & octo annis. Nā fortassis propter peccata derelicta à Deo puniuit satanas. Omnia enim mala humanis corporibus satan infert, quædo ei à Domino permittit: quandoquidē nobis & ab initio author fuit ut ab incorruptione in qua conditi fuimus, excideremus, & infirmo passionūq; capaci corpori alligati essemus. Hoc enim per pelliceas tunicas intelligimus. At Dominus uoce Deo dignissima potestateq; plena, mulieris istius morbū fugat: Imponit autē ei & manus, ut discamus q; Dei sermonē uirtutēq; & operationē sancta caro habuerit. Sua enim propria erat, & nō alterius cuiuspiā sibi assistentis, & proprietate personæ separati, sicut impio Nestorio uidet. Igitur tanta quidē Domini benignitas, ut proprio sigmento misericors esset, Satanæ uerō q; prius mulierē alligauerat, morbi solutionē dolens, & eam amplius affligere cupiens, alligat principē synagoge inuidia, & pos eius miraculū calumniat. more em suo bonis ubiq; imponit. Indignat ergo q; in sabbato sanat: quē Dominus pulcherrimis exēplis brutorū animalū arguit. Vnde nō ipse tantū talib. sermonib. sed & omnes aliq; aduersabāt Iesū, confundebant. Magnæ enim stultitiæ erat, phibere hominē sanari in sabbato propter oīū qd aliqua ex parte in sabbato lex præceperat. Igitur aduersabant Iesū, confundebant. Turbæ autē gaudebāt in operib. sicut illi operib. nō gaudebāt, sed insaniebāt Christo faciente miracula. At turbæ ex miraculis utilitatē percipientes gaudebāt, maximē q; sanationibus fruerentur. Intelligas autem (oro) miraculum istud etiam de interno homine. Incuruatur anima quando ad terrenas tantum curas uergit, & nihil cœlestis uel diuinum secum concipit. Idcirco decem & octo annis ægrotare dicit. Quando enim quis in obseruatione mandatorū diuinæ legis quæ sunt decem, & in spe octauis seculi infirmus fuerit, decem & octo annis dicitur incuruari. An non incuruatur & contrahitur qui terrenis addictus peccat semper, mandata reprobatur, & futurum seculum non expectat: Sed Dominus in sabbato & synagoga sanat talem animam. Quando enim quis in seipso colligit confessionis cogitationes (Iudas enim confessio dicit) & sabbatū tenet, hoc est feriat à malis: tunc eum sanat Iesus, non sermone tantū dicens ei, Liberatus esto ab infirmitate tua: sed & manus imponens. Opus enim est nobis ut ad operandū opera uirtutis suscipiamus & diuinarum manuum cooperationem, & nō per solum uerbum & instructiones erudiri contenti, putemus nos sanitatem consequutos.

Matth. 13. Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei: & cui simile faciam illud: Simile est grano sinapis quod acceptū homo misit in hortū suū, & creuit, & euasit in arborem magnā, & uolucres cœli nidulabantur in ramis eius. Et iterū dixit, Cui simile faciā regnū Dei: Simile est fermento, quod acceptū mulier abscondit in farina sata tria, donec fermentetur totū. Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens Hierosolymam. In grano sinapis cōparat regnū Dei, Regnū autē Dei prædicatio est, & uerbū Dei. Per prædicationem enim regnauit in animabus hominū. Enim uero sicut sinapi uidetur quidem paruū esse, multam autē habet uirtutē: ita & sermo euāgelij contemnit quidē à multis, & apparet esse stultitia: cum uerō illum homo susceperit, & miserit in hortum suæ animæ, arbore magnā facit, ita ut & ramos dilatet, ac uolatilia cœli, hoc est homines qui in sublimē uolare nituntur, nidus habeant in ramis. Qui enim supergressi sunt terrestria, in ramis prædicationis, hoc est in dilatatis sententijs quiescunt: ut exempli gratia quid dācam, Granū sumpsit Paulus, paruam Ananiæ instructionem, sed plantatū hoc granū in orto eius pingui, ramos fecit, multas in quā & bonas doctrinas ac epistolas, in quib. nidulabant nō solū hi q; tūc sublimes mēte & sapiētia, uti Corithij, Dionysij, Hierotheus & alij plurimi: sed & qui reliquis temporibus. Potest & per granum sinapis intelligi, & Dñs ipse, uilis enim uidebat. nam fabri filius, & pauperrimus. At ubi cecidit in cor terræ, eū mortuus esset, & sepultus in orto, ramos pulchros apostolos fecit, in quibus quiescunt omnes qui prius agitabantur & uexabantur à spiritu erroris, nempe gentiles: q; comparabant uolatilibus, propter mentē facile mobilē, & illusioni obnoxia, magnæq; leuitatis. Tales enim sunt omnes qui errāt, uolatilibus cœli, hoc est aeris, assimilati. Ite-rum assimilatur fermento diuinus sermo, quod sumptū mulier, hoc est humana natura,

Mala omnia nobis à demone inseruntur cui illi permittitur.

Nestorij impia opinio.

Iud. 14.

Matth. 13.

Regnū Dei

Act. 2.

Ioh. 12.

ra, occultauit in farina sata tria, hoc est in corpus, spiritum, & animam, ita ut illa sanctificentur, sicut dicit beatus Paulus: fiatq; una contemperatio communionem cum spiritu sancto. Intellige autem per mulierem, animam: sata uerò tria, tres partes eius, rationale, concupiscibilem, & irascibilem. Si quis igitur in tribus illis partibus sermonem Dei occultarit, faciet illam totam spiritualem, ita ut rationalis non labatur in doctrinis, neq; irascibilis & concupiscibilis absq; ratione ferantur, sed fermententur & assimilentur sermoni Dei. Perambulabat uerò Iesus per pagos & ciuitates docens. Neq; ita in parua uenit oppida & pagos, ut magnas ciuitates negligeret: id quod faciūt qui uolunt simplices decipere, neq; ita uenit in ciuitates, ut ostentator, & gloriosus paruas negligens: sed ut cōmunis Dominus, immò ut pater qui omnium curam agit, ubiq; circuit. Nunquid autem ita transit per externas ciuitates, in quibus non tot erant legisperiti: à Hierusalem autem fugit, utpote formidans reprehendi à legisperitis, uel suspicās ne ab eis occidatur: Non est hoc dicendum, sed & iter, inquit, faciens in Hierosolymā. Vbi enim plures ægrotant, eo magis festinat medicus.

Ait autē illi quidam, Domine, an pauci sunt qui salutem consequuntur? Ille uerò dixit ad illos, Contendite intrare per angustam portam, quia multi (dico uobis) quærent intrare, & non poterunt. Cum autem experrectus fuerit paterfamilias, & clauerit ostium, & coeperitis foris stare, & pulsare ostium, dicentes, Domine domine, aperi nobis: & respondens dicit uobis, Nescio uos unde sitis: tunc incipietis dicere, Edimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicit, Dico uobis, nescio uos unde sitis. Discedite à me omnes qui patritis iniquitatē, ibi erit fletus, & stridor dentium, cum uideritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, uos autem expellifors. Et ueniēt ab oriente & occidente, & aquilone & austro, & accumbēt in regno Dei. Et ecce sunt postremi, qui erūt primi: & sunt primi, qui erunt postremi. Pauci sunt qui saluantur, eo q; angusta uia multos non recipiat. Est autē Dominus paterfamilias, qui cōuocat omnes homines ad prandij & fructuonē æternorū bonorū. Omnes itaq; uirtute præditi usq; ad prandij tēpus studuerunt intrare: omnes autē degeneres & ignaui, qui post tēpus prædij uenerūt, excludunt. Hora autē prædij, presens uita est. Hoc enim tēpus utiq; prandij est, quo præparamur ut spirituali cōuiuio excipiamur. Cum autē expergestus fuerit paterfamilias, hoc est, ad iudiciū surrexerit, ac clauerit ianuā, uirtutis dico uia, quā ingredi nō possumus postq; hinc emigrauerimus (quandiu em in uita sumus, iri potest uia uirtutis) incipiūt quidē tūc hi qui negligētius in hac uita uixerint, pulsare ianuā, tunc, inq; tūc per inutilem pœnitentiā uirtutis uia requirūt, nudis uerbis quasi pulsationibus & strepitibus quibusdā reuocantes illā, operibus tamē carētes. Pater uerò familias cū eos iuste excluderit, dissimulat scire unde sunt: & merito: sunt em ex diabolo. Dominus autē cognoscit suos. Hoc autē quod dicit, Comedimus & bibimus corā te, & in plateis nostris docuisti: simpliciter quidē ad Israelitas dicitur. Etenim Dñs ex ipsis natus est secundū carnē, & cū eis comedit ac bibit. Et potest etiā sublimius intelligi, Corā te comedimus & bibimus. Legalem enim perficientes cultum, & offerentes Deo cruenta sacrificia, comederunt & lætati sunt: audierunt autē diuinos libros in synagogis. Omnino enim & per prophetas Dominus docuit. Neq; em propheta sua ipsorū dicta proferebant, sed diuina prædicabant: quapropter & dicebant, Hæc dicit Dñs, Non igitur sufficiebat Iudæis ad iustificationē cultus ille per sanguinis effusionē nō accedente fide, quæ iustificat impiū. Et meis quoq; Christianis quidē, uitæ autē dissolute, hæc cōgruunt. An nō & nos manducamus corpus diuinū, & bibimus sanguinē Dei corā eo, quotidiē ad mysticā mensam accedentes, & docet in plateis nostris Dñs? Atqui nulla inde utilitas, si auditores diuinæ quidē legis sumus, & nō factores: immò cōtra ad maiore tormentorū occasione audiuisse cedet, sicut & diuinarū sanctificationum sumptio ad iudiciū. Obserua q; reiecti sunt illi, quorū in plateis docet Dñs: uerū si ipsum habuerimus docente, non in plateis, sed in angustiis & tritis & cōpunctis cordibus, nō erimus reiecti. Iam hoc quod inquit, Illic erit ploratus, quando uidebitis Abraham & Isaac & Iacob: congruit quidē & Israelitis quibus ista dicebat, & his qui hodie sunt increduli. Iudæi sanē tūc magis torquebantur audiēdo alios ex gentibus requiescere, & quietē habituros cum Abraham & patribus: se autē expellendos. Pertinet item & ad nos, qui non bene operamur cū fide: & nos quidem in lege Christi gloriamur, quæ

1. Tim. 4.

Matth. 7.

Psal. 61.

2. Tim. 2.

Prophet. dicebant, Hæc dicit Dominus: Christus autem, Ego dico uobis.

Rom. 1. Iacob. 1.

mox postea transgredimur & reprobamus. Primi quidem esse uidemur, utpote à cunabulis infra cū, & nomen Christi ferentes: postremi autem erimus, praelatis Gentilibus quibusdam, qui in fine uitae suae credunt, & Deo placentes paruum uitae tempus agunt.

Eodem die accesserunt quidam pharisaeorum dicentes illi, Exi, & uade hinc: quia Herodes uult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite uulpi huic, Ecce eicio daemonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consummor. Veruntamen oportet me hodie & cras, & proximo die proficisci: quia fieri non potest ut propheta pereat extra Hierusalem. Inuidia tabescebant maledicti Iudaei, & Dominum terrere nituntur, & minantem ei faciunt Herodem, nolebant enim eum uidere facientem miracula, ne multitudine miraculorum turbas sibi conciliaret, & uirtute uerbi ad se alliceret. Praetexunt igitur Herodem, & fingunt sibi saluatoris curam esse. Ipse autem corda illorum sciens, mansuetè & adumbratè pro more suo eis respondet, Dicite uulpi huic. Et uidetur quidem

Vulpis nomine pharisaei subtaxati.

Pharisaeorum uulpi moris.

Hodie & cras ut intelligatur.

Herodem appellare uulpem, sed pharisaeos notat, si quis diligenter consideret. Non enim dixit, uulpi illi, sed huic, media quadam uoce usus, id est scitè. Singulari numero dicendo uulpem, Herodem illos suspicari fecit: dicendo autem, huic, quod est pronomen demonstratiuum, insinuauit istos ipsos esse dolosos illos. Et profectò pharisaei praeseferbant malignos uersipellesque uulpiu moris. Vide autem (oro) quomodo malitiae eorum respondeat. Quia enim illi propter sanitates inuidebant, incutiebant ei metum ex Herode, idcirco ipse id quod sciebat illis potissimum dolere, dicit: Ecce enim ego (inquit) sanitates perficio, & daemonia eicio, Nam (sicut praedictum est) propterea infecta bantur eum, ut ne miraculis ostensis multos ad credendum sibi alliceret. Hodie uero & cras, plures dies significat: quemadmodum & nos familiari sermone consueuimus dicere, Hodie & cras fiet hoc: non omnino intra tam breue temporis interuallum rem circumscribentes, sed statim fieri significantes. ita etiam Christus dicens, Sanitates perficio hodie & cras, & tertio die consummor: non omnino significare uoluit quod tertio die necessario sit consummandus, sed breui mortem suam futuram declarat. Veruntamen oportet me hodie & cras, hoc est aliquo tempore, manere hoc loco, & operari miracula, & sequenti in Hierusalem proficisci. illic enim elegi mortem: quia & illi dicebant ei, Egrederere, quia Herodes te occisurus est. In Galilea autem haec dicebant, cui praerat Herodes: monstrabatque eis, etiam si plurimum uellet, non posse ab illo se interimere. non enim in Galilea, sed Hierusalem praesentium erat Christum esse passurum. Et ut tibi Euangelij dictum manifestius exponam, cum legeris, hodie & cras, punctum facito, & tunc dic, proximo die proficisci: quomodo numerantes saepe dicere consueuimus, Ego dominico secundo, & tertio die egredior: non quod egressurus sim dominico & secundo, sed solum duos illos dies enumeramus, ut manifestemus diem tertium. Ita sane & Dominus hoc loco prius numeras inquit, Oportet me hodie & cras, deinde tertio die proficisci in Hierusalem, illic enim finis meus. Sicut autem supra diximus, non quod tribus diebus uitam suam circumscribat, sed pluribus quidem diebus: ueruntamen non ualde longo tempore se mansurum significat: quasi haec dicat ad eos qui sibi inuidebant: Quid meam meditamini mortem? ecce paulo post ipsa instabit, Cum uero audis quod fieri non possit extra Hierusalem perire prophetam, ne putes Iudaeos uel quadam ac necessitate ad hoc faciendum compelli, sed scias sponte sua homicidium istud patrare: ut si quis uidens crudelissimum maximeque sanguinariu latronem uitas oblidere, diceret, Fieri non potest, uiam hanc in qua latro pretereuntibus insidiatur, a sanguine puram esse. Omnino enim hoc loco quod consecaneum est ad opera latronum, dicit. Sic igitur & in Hierosolyma, quam occuparunt latrones pharisaei & scribae, fieri non potest in alio loco quam in illo in quo sunt latrones, perire prophetarum Dominum. affueti enim effundere seruorum sanguinem, etiam Dominum ipsum occidunt.

Matth. 23.

Matth. 23.

† donec dicatis

Hierusalem Hierusalem, quae occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum auis nidum suum sub pennas, & noluitis: Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Dico autem uobis quod non uidebitis me, † donec uenerit tempus cum dicetis, Benedictus qui uenit in nomine Domini. Duplicatione nominis ostendit amorem quem erga illos habet Dominus. Quemadmodum enim amator quis ab amica contemptus, ita reuocat adulteram synagogam. Ostendit item suam misericordiam, quod saepe numero uoluerit congregare illos: & illorum significat arrogantiam, dicendo, quia noluitis, relinquo uos postea. In tantum enim

enim odio habui malitiam uestram, ut neque templum domum meam esse dicam, sed domum uestram. Nam quamdiu uitam uestram bene gerebatis, & templum meum erat: quia autem illud contaminastis, & negotiationis domum, & speluncam latronum fecistis, uariisque negotiationibus & auaris uestris studijs uicissim seruitis (negociatio enim latrocinium est, supplantans fratres, & rapiens quae illorum: id quod & latrones faciunt: inuadunt enim uiatores, ut illorum bona rapiant) & quoniam speluncam latronum templum fecistis per negotiationum speciem quas in ipso orationis loco fabricabatis: non ultra mea erit domus, sed uestra. Non solum autem templum intelligas domum, sed & omnem generationem Iudaeorum. Solet enim scriptura & genus domum appellare, ut, Domus Leui benedicite Dominum. Et hoc loco potest intelligi, Domus uestra relinquitur, hoc est, genus uestrum relinquitur a me: sicut & per prophetam alibi dicit, Dereliqui domum meam, hereditatem meam. Domum enim illic dicit Israelitas. Ostendit autem quod & ante hoc ipse eos conseruauerit, & ab inimicis liberauerit. Denique dicens, Non me uidebitis donec dicatis, Benedictus qui uenit: secundum significat aduentum. Inuoluntarij enim considebuntur & saluatorem, & Dominum: quando ipsis nulla inde utilitas eueniet. Quid igitur? Non uiderunt illum a quo tempore haec dixit? Vtique. Dicens enim, Non me uidebitis ex illo tempore: non horam quae tunc erat significat, sed tempus quod post crucem: sicut si dixisset, A tempore quo me crucifixeritis, non ultra me uidebitis donec redeam.

CAPUT XIII.

Et factum est cum introiret in domum cuiusdam principis pharisaeorum sabbato accipiendum cibum, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & pharisaeos, dicens, Num licet sabbato sanare? At illi tacerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit, Cuius uestrum † asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum in die sabbati? Et non poterant ad haec respondere illi. Dominus satis sciens pharisaeorum morositatem, ingreditur in eorum domos, Curae enim ei erat animarum utilitas, & propterea ingressus est. Potuissent enim uel ex doctrina & sermone, uel ex ostensione miraculorum utilitatem percipisse, si quidem uoluissent. Porro cum in medium uenisset hydropicus: non hoc considerauit Dominus, quomodo non offenderet ipsos, sed quomodo sanaret eum qui cura sua indigebat. Oportet enim nos ubi magna prospiciat utilitas, non curare insipientes qui scandalizantur. Arguit autem insipientiam eorum qui reprehensuri erant, ideoque interrogat, Licet ne sabbato sanare? Nonne manifeste irridet eos ut insipientes? Siquidem cum Deus sabbatum benedixerit, ipsi benefacere prohibentur, & per hoc faciunt omnino maledictum. Non enim benedictus est dies in quo nihil boni fieri soleat. At cum hiscientes quo tenderet interrogatio, silerent, Iesus quod suum erat facit, & contactu sanat hominem: deinde etiam pharisaeos admonet, quasi talia diceret eis, Si prohibuisset lex misereri in sabbato, non curae tibi fuisset si filius tuus periclitatus fuisset in sabbato? Et quid dico filius? neque bouem reliquisses absque adiutorio, si periclitantem uidisses. Quomodo igitur non stultum fuerit quod obseruatis sanationem hydropici in sabbato? Hydropicus est omnis qui per dissolutam uitam & lubricam animam suam grauius aegrotat, qui & Christo indiget: & sanabitur plane, si ante Christum fuerit. Nam qui ante Christum fuerit, cogitans semper quomodo ab ipso uideatur, minime peccabit.

Scandalum insipientium utilitati proximi posthabendum.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: cum inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo loco, ne forte honoratior te ab illo sit inuitatus, & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore extremum locum tenere: quin potius cum uocatus fueris, uade accumbe in nouissimo loco: ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: Quia omnis qui se extollit, humiliabitur: & qui se humiliat, extolletur. Vides coenas Christi quales sint, nempe in utilitatem animae, & non in satietatem uentris uertunt. Ecce enim sanauit hydropicu: docuit pharisaeos quod bonum sit in sabbato benefacere. Et postea uidens eos de primo accubitu tumultuari, sanat & hanc affectionem, quae non a paruua, sed magna & uix effugabili causa incipit, inani inquam gloria, Et ne quis existimet hoc

hoc docere, minus & indignū esse magnificentia uerbi Dei, immo maxime; quia me dicitur qui pollicetur sanare podagram, omnesq; morbos memoratu dignos, neq; digitorum attritiones, uel dentis dolorem sanare detrectat. Deinde quomodo paruus inanis gloriae morbus, quo omnino turbantur qui primos accubitus quarunt: Oportebat igitur humilitatis doctorem & principem & consummatorem Christum omnes ramos inanis gloriae amputare. Et hoc quoq; expende, si nō fuisset tempus mensae, & de hoc differuisset Dominus relicto de alijs rebus sermone, esset forte reprehensionis locus: nunc autem quia hora coenae & ambitionis morbus miseros turbans ante oculos saluatoris uersabatur, tempus erat admonitionis. Vide enim & aliter quomodo a culpa hominem liberet, & quomodo ipsum ciuilem faciat. Quanta enim confusione plenus, cum requisieris locum te indignum, & deinde cum superuenerit dignior, is qui te uocauit, dicat, Da huic locum, idq; sapere descendes enim tu, illi autem primum locum occupabunt. Contra, quanta laude dignus, quando prima sella dignus, principio sedet in humili loco, & postea prae alijs sedere comperitur. Num igitur parua tibi uideatur illa admonitio Domini, quae maximam uirtutum humilitatem docet, & in auditorum animabus collocat, & ad honestam uitae obseruationem ducit: id quod Christi discipulus Paulus postea dixit, Omnia honeste & secundum ordinem (inquit) fiant. Quo pacto igitur hoc fiet: Nullus quærat quod suum est, sed unusquisq; quod alterius. Vides discipulum eadem loqui, quae magister eius. Omnis qui seipsum exultat, humiliabit, quo pacto intelligat? Etenim multi in uita hac se exaltantes, honore fruunt. Igitur hoc quidē humiliari est, quando quis fruiit magno honore in mundo, tum miser & humilis sit apud Deū. Insuper non usq; ad finē, neq; apud omnes in tali honore est, sed quantum a quibusdā obseruat, tantū ab alijs irridetur, & nonnunq; ab his a quibus honorat. Vera igitur est sententia, Et omnis indignus hanc sibi sublimitatē uendicās, humiliabit, & apud Deū quidē, quādo ultimū iudiciū, in uita uerō hac maxime. Natura eū omnis homo indignus sublimitate. Nullus igitur extollatur, ut ne extremē humiliet. Dicebat autem & ei qui se inuitauerat, Cum facis prandium aut coenam, nolī uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos tuos, neq; uicinos diuites, nequando & ipsi te uicissim inuitent, ac rependatur tibi beneficium. Immo cū facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, caecos, & beatus eris: quia non possunt rependere tibi: rependetur enim tibi in resurrectione iustorū. Hac cum audisset quidam de simul accubentibus, dixit illi, Beatus qui comedit panē in regno Dei. Ex duobus generibus constabat conuiuium, ex uocatis, & his qui uocabant. Vocatorū genus salubri admonitione ad humilitatem induxerat, & conuiuū minime sumptuosum illis proposuerat. Nūc & in eum qui uocauerat, uicissim liberalitatē suā exercet: & admonitione redinuitat, abducens eum ne conuiuia instituat humani fauoris uel remunerationis mox recipiendae gratia. Qui pusillo sunt animo, amicos uel cognatos ob praesentis uitae beneficium uocant: quod si minus consequantur, grauatim serunt. Qui autem magni sunt animi, futurū praemium expectantes, a uere diuite remunerationis accipiūt. Hac autē dicens Dominus, nō nos ab amicis arcet, sed benignitatem non esse uendendam docet. Itaq; postquā haec quidē audisset, & sentiret q; Deus corporalibus mensis remuneraret & redinuitaret iustos, dixit, Beatus qui comedit panē in regno Dei. Nō eū spiritualis erat, ut intelligeret ea quae supra sensum: sed animalis adhuc erat, hoc est, humanas cogitationes sectabatur. Animalis eū est, qui nihil super naturā credit, sed omnia secundum naturā intelligit. Tres enim sunt ordines, carnalium, animalū, & spiritualū. Carnalis quidem est, qui uult latari & gaudere cum alijs malefecerit, ut est omne genus auarorum, Animalis, qui neq; furari neq; nocere uult, hoc est enim iuxta naturam uiuere, quandoquidem hoc nobis natura indidit. Spiritualis uerō, qui & affligi & damnari uult propter uirtutem. Est igitur primus circa naturam, secundus iuxta naturam, tertius supra naturam. Omnis igitur qui humana sapit, & non ualet intelligere ea quae supra naturam, animalis dicitur, uti qui anima & spiritu gubernetur. Quando autem quis spiritu agitur, & non iam uiuit ipse, uiuit autem in eo Christus, hic est spiritualis, naturam supergressus. Animalis igitur erat & hic, qui putabat fore sensibiles sanctorum retributiones, quoniam nihil super naturam poterat intelligere. At ipse dixit ei, Homo quidam apparauerat cenam magnam, & uocauit multos, misitq;

1. Cor. 13.

Humiliari quid sit.

† prandiu sic & paulo post. † in exhaustum

Animalis homo.

Tres hominum ordines.

† laedere neq; laedi † praeter uel citra

2. Cor. 5.

Matth. 22.

misitq; seruu illum suum hora coenae ut diceret inuitatis, Venite, quia iam parata sunt omnia. Et coeperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei, Villam emi, & necesse est mihi exire, & uidere illam: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit, Iuga bouum emi quinq; & eo ad probandum illa: rogo te, habe me excusatum. Et dixit alius, Vxorē duxi, & ideo nō possum uenire. Cum dixisset is qui simul accubuerat, beatū eum qui comedit prandiu in regno Dei, Dominus docet eū latius quomodo oporteat nos intelligere conuiuium Dei, & parabolam hanc dicit: hominem quidem nominans misericordem suū patrem. Quando enim uindicatiuā Dei uirtutē scriptura significat, partherā, & ursum, & pardum eum uocat: quando autē misericordiā uult insinuare, hominem inducit: sicut & nunc misericordissimā eius dispensationē intelligens, quā operatur in nobis, qua nos facit participes carnis filij sui, hominē eum nominat. Coenā enim magnā uocauit dispensationē hanc. Coenā quidem, eo q; in nouissimis temporibus, etenim ad uesperam seculi uenit Dñs, Magna autē coena haec, quoniam ex cōfesso magnū est salutis nostrae mysteriū. Et misit seruū illum suum hora coenae. Quis est seruus ille? Is qui forma serui assumpta, filius Dei homo factus & ut homo missus esse dicitur. Attende quomodo nō dixerit seruū, sed cum articulo seruū illum suum. Illum propriē dixit, qui iuxta formā humanam ei placuit, & seruiuit. Nō enim ut filius & Deus tantū bene placitus est patri, sed & sicut homo ipse solus sine peccato, omnibus paternis cōsilijs & mandatis ministravit & paruit: & implens omnē iustitiā, seruire dicitur Deo & patri: ideo & ipse solus propriē seruus Dei dicitur. Hora autē coenae missus est, hoc est definitio & opportuno tēpore. Non enim aliud tēpus cōmodius fuit salutē nostrae, q̄ quo regnabat Caesar Augustus, cū in summo esset malitia, quā destrui oportebat. Sicut enim me dicitur in saui morbi ulceribus humorē colligi, & deinde remedia apponunt: ita & peccatū oportebat omnes suas species indicare, & deinde magnum medicū imponere pharmaca. Et propterea expectauit Christus donec diabolus malitiae mensurā imple-ret, & tunc demū incarnatus est, & omne genus malitiae per sanctā uitam suā sanauit. Missus est igitur in tēpore, hoc est opportuno & accōmodo tēpore, sicut & Dauid dicit, Accingere gladio tuo super femur tuū potenter tēpestiuitate tua. Omnino eū gladius, uerbū Dei: per femur autē natiuitas in carne significatur, quae cōtigit in tēpestiuitate, hoc est, in tēpore opportuno. Missus uerō est ut diceret inuitatis, Qui sunt hi qui uocati sunt: Fortassis omnes homines. Omnes eū uocauit Deus ad sui agnitionē, partim per ordinatā uisibilitū constitutionē, partim per naturalē legē, fortassis enim magis propriē Israelitas, qui per legē & prophetas uocati fuerunt. Ad illos igitur missus est primū Dominus, uti ad oues domus Israel. Ipse eū dicebat, Venite, quia parata iam sunt omnia. Propē enim esse regnū Dei, omnibus euangelizabat Dominus, & intra nos. At illi coeperunt simul omnes excusare. Omnes enim principes Iudaeorū detrectabāt Iesum habere regē, & coenā nō meruerunt: & alius quidē propter diuitiarū cupiditatē, alius autē propter uoluptatē. Nam ille quidē uillā emerat, & alius iuga bouum, qui signat diuitiarum cupidos. At alius qui uxore duxerat, uoluptarius erat. Insuper & is uillam cōparat, qui propter mundanā sapientiā nō accipit mysteriū. Villa eū est & mundus hic, & natura simpliciter. Qui autē naturā obseruat, nō recipit hoc quod super naturā. Igitur phariseus qui uillā forte cōparauerat, hoc est, qui respexerat ad naturae leges, nō recipit uirginē parere Deum, quod super naturā est: sed & omnes qui in externa sapientia gloriantur, propter uillā hanc, hoc est naturā, ignorauerunt eum qui cōdiderat & innouarat naturae ordinē, Iesum. Porro qui iuga bouum quinq; emit ut probaret, signat carnalem hominem, qui quinq; sensus animae corporalibus coniunxit, & animā carnem fecit: & propter hoc, utpote circa terrena occupatus, non uult spiritualis coenae particeps esse. Dicit enim Sapiēs, In quo erit sapiens, qui tenet aratru: At qui propter uxore excidit, uoluptarius utiq; fuerit, qui carni ut coniugi animae alligatus est, & cum est in illa, quasi ei adhærens, Deo placere non potest. Intelligas autē haec omnia & iuxta literam. Etenim excidimus a Deo & propter uillas, & propter iuga bouum, & propter nuptias. Adhærentes enim illis, & totam uitam in ea impendentes, & usq; ad sanguinem uexati & excoriati, nullum diuinum uel sensum uel uerbum cogitamus uel attentamus. Et ueniens seruus ille renunciauit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo, Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles claudosq; & caecos

Dei uindicta & misericordia in scriptura appellatio nes. Philip. 2.

Cōparatio pulchra.

Psal. 44.

Matth. 22.

Naturā quā obseruat, non recipit que sunt super naturā.

Ecd. 30.

cos introduc huc, Et ait seruus, Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo, Exi in uias & sepes, & cōpelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico aut uobis, q̄ nemo uirorū illorum qui uocati sunt, gustabit cenā meam. Nam abiecti sunt principes Iudæorum, & nullus ex illis credidit Christo & ipsi gloriabantur in malitia, ut dicit, Num quis principum credidit in eum? Proinde docti in lege, ac scribæ (ut propheta dicit) infatuati, gratiā amiserunt, idiotę autem ex Iudæis qui cæcis & claudis & debilibus comparantur, & stulti sunt huius mundi, & mirē contempti, hi uocati sunt. Turbæ enim admirabatur super gratiā quæ de ore Iesu procedebat, & gaudebat in doctrina. Postq̄ aut intrauerunt Israelitæ, electi in quā, quos in gloriā suā prædestinat Deus, quales fuerunt Petrus & filij Zebedæi, & multa alia millia eorū qui crediderūt, benignitas Dei etiā in gentes diffusa est. Per hos enim qui in uia & apud sepes, gentes intelligendæ sunt. Israelitæ enim fuerunt intra ciuitatē, ut qui legem susceperāt, & ciuiliorem uitā sortiti. Gentiles uerō a testamenti & a lege Dei alieni erant, & non facti ciues sanctorū, nec in una uia, sed in multis iniquitatis uijs & rusticitatis uersabantur: & apud sepes, peccata dico. Peccatum enim magna sepes est, & interstitiū diuidens nos a Deo. Per uias itaq̄, pecuinā gentilium uitam, & in multas dissectā opinionones, intelligit: per sepes uerō, uitam illorū in peccatis. Non simpliciter aut iubet illos uocare: sed cōpelle, inquit: quamuis uoluntariū sit omnibus credere. Cæterum ut sciamus magnæ uirtutis Dei esse, credidisse gentes in tanta uersantes ignorantia, ideo dixit, cōpelle. Nisi enim magna fuisset eius qui prædicabatur uirtus, & magna uerbi ueritas, quomodo persuasi essent homines in idolorū cultu insanientes, & cæca operantes, ut repente agnoscerent uerum Deum, & spiritualement diligenter uitā? Igitur admirabilem translationē significare uolens, necessitatē nominauit, quasi diceret quis, Gentiles etiam idola & delicias relinquere nolentes, a prædicatione tamen ueritatis ea relinquere coacti sunt. Vel aliter, Virtus signorū magnam afferebat necessitatē ut transferrentur ad fidem Christi. Et quotidie cenā illa præparatur, & uocamur omnes ad regnum quod Deus præparauit ante mundi originē hominibus: sed alij quidē propter sapientiæ curiositatē, alij uerō propter rerū terrenarū cupiditatem, alij aut propter carnalitatē, non meremur illud. At Dei misericordia alijs peccatoribus hoc largitur, qui cæci mentalibus oculis sunt, & nō intelligunt quæ sit uoluntas Dei, uel intelligunt quidem, sed claudi sunt, & ad operandū tardi ac immobiles, & omnino debiles ac pauperes, eo q̄ superna gloria exciderint, neq̄ immaculata uita cōspicui fuerint. Illis igitur peccatoribus in latīs ac spaciolis peccatorū uijs errantibus, mittit pater filiū suum ad cenā inuitantem, qui secundū carnē seruus fuit, qui nō uenit ut uocet iustos, sed peccatores, inuitatq̄ eos liberaliter præ doctis illis & diuitibus, & carnī indulgentibus. Multis aut morbos & pericula immittendo, facit eos etiā inuoluntarios renunciare huic uitæ: quibus iudicijs solet inducere illos ad cenā suā, necessitatē eis faciens periculationē, & huius exempla multa sunt. Docet aut nos parabola hæc simplicius, pauperibus & debilibus potius dandum q̄ diuitibus, id quod & paulo antea admonuerat. propterea istud uidetur parabola dicere, per hoc credibilius faciens pauperes conuiuio excipiendos. Discimus & aliud, debere nos esse alacres & liberales ad pauperū susceptionē, atq̄ etiā ita nolentes cogamus eos ut participes fiant nostrorū honorū, Hoc & magistri admonentur, q̄ operæ precium sit discipulos etiam nolentes docere ea quæ ipsis conueniant.

Ibant aut turbæ multæ cū eo, & cōuersus dixit ad illos, Si quis uenit ad me, nec odit patrem suū ac matrem, & uxorē ac filios, & fratres & sorores, præterea aut & animam suā, non potest meus esse discipulus: & quisquis nō baiulat crucē suā & uenit post me, nō potest meus esse discipulus. Quoniam multi ibant cū Iesu, qui nō cū omni alacritate & obedientia sequebant, sed frigidiores erant: docet eos qualē oporteat esse discipulū suū, ac ueluti informat & depingit eum, asserens oportere eum odio habere nō solum eos qui externa familiaritate iuncti sunt, sed & suam ipsius animā. Vide autem ne litera abripiaris. Non enim inhumanitatē & crudelitatem docet misericors, neq̄ sibip̄si docet manum inferre, sed propriū suum discipulum uult tunc odio habere cognatos suos, quando ad pietatem ei obstaculo sunt, & propter necessitudinem a bonis operibus prohibetur: quoniam nisi obliterent, magis honorandos doceret usq̄ ad extremum spiritum, Et quomodo docet? Per maiorem doctrinam inquam, nempe per ea quæ operatus

Christi discipulus qualis esse debeat.

operatus est, ipse enim & Ioseph, quibus non esset proprius parens, sed exiliatus, obediens fuit: & matris suæ tantam semper egit curam, ut neq̄ cum crucifigeretur, eam negligeret, sed commendauit discipulo quæ diligebat. Quomodo igitur is qui hæc per opera docuit, alia sermonibus asseuerauit? At (sicut dixi) præcipit odio habere parentes, quādo in cultu Dei periculum est, tunc enim non parentes censentur, neq̄ familiares, si in hoc nobis obliuant. Et hinc manifestum quod dicimus, Nam cum nostram animā odio habere præcipit, omnino non præcipit ut nobilissimam mortem cōsciscamus, sed ut renunciemus concupiscentijs animæ, quæ nos separant a Deo, etiam si perferendum martyrium, non curanda anima, quoniam perpetuum lucrum proponitur. Hoc enim est quod nos docet, & non simpliciter ut quis seipsum occidat. Ostenditq̄ illud iterum ipse per hoc quod diabolus conatus fuit eum de summitate templi deicere, quādo tentationem repulit: & non se Iudæis tradidit, sed secessit, atq̄ per medium eorum transit, ab illis se occultauit. Igitur cuiusq̄ domestici & amici obstant in pietate, & is illorum familiaritatem Deo, cui placere debet, præfert, uel etiā propter amorem uitę immi nente martyrio deficit & negat, ille non potest esse discipulus Christi.

Quis enim ex uobis, qui uelit turrim ædificare, quin prius sedens cōputet sumptus, an habeat quibus opus est ad perficiendum, ne postq̄ posuerit fundamentum, nec poterit perficere, omnes qui uiderint, incipiant illudere ei, dicentes, Hic homo cepit ædificare, nec potuit consummare? Per parabolā turris docet nos Dominus ut hi qui semel delegerint se sequi, idem propositum seruent: nec solum iaciant fundamentū, hoc est, ne incipiant tantū sequi, & postea finem non imponant, ut hi qui non habent sufficientem alacritatis preparationem. Tales fuerunt hi de quibus Euangelista Ioannes dicit, Multi igitur ex discipulis eius abierunt retrorsum. Et omnis homo qui uirtutē quidē operari uult, & non eō puenit, ut & diuinā cogitationē accipiat, eo quod imperfecte & absq̄ ratione uirtutem orditur, imperfecte ædificat, non ualens absolueret turrim summae cognitionis. Vnde & illud turri illi ab his a quibus uidetur & hominibus & diabolis. Vel aliter, Per fundamentum quidem intelligas sermonem doctoris. Sermo enim doctrinæ, utpote tractans de continentia, iactus in discipuli animam fundamento comparat. Opus est autem sermoni huic, hoc est fundamento, superædificatione, opere dico: ut turris nostra fortis a facie inimici absoluta sit uirtus illa quam proponebamus. Quod autem fundamentum quidem sit sermo, extructio autem opus, sufficienter dicit apostolus, Fundamentum posui Iesum Christum, alius autem superextruit. & statim enumerat uaria ædificia, hoc est operationes uel bonorum uel malorum operum. Timeamus igitur ne forte illudat nobis dæmones, de quibus propheta dicit, Illusores dominabuntur eis, his scilicet qui a Deo repulsi sunt.

Aut quis rex proficiscens ut committat prælium aduersus alterum regem: nōne sedens prius cogitat an possit cum decem millibus occurrere ei qui cum uiginti millibus uenit contra se? alioquin adhuc illo longē agente, legatione missa petit ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. si uerō sal infatuatum fuerit, per quod condietur? Neque in terram, neq̄ in sterquilinum utile est, foras proijciunt illud. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Et hæc parabola docet nos ne simus duplici anima, neque carni & Deo adheremus: sed si uolumus bellum contra malignos dæmones suscipere, ut feramur in eos tanquam hostes, & illis uerē oblectemur. Rex igitur est & peccatum regnans in mortali nostro corpore, si illud admittimus. Rex etiā & animus noster conditus est. Ne igitur cum resistendum est peccato, pusillanimitate illud impugnet. Grauis enim & terribilis est eius exercitus, & maior & numerosior uidetur quā nos sumus. Quippe dæmones sunt milites peccati, q̄ censent uiginti millia cōtra nostra decē millia. Nā incorporei sunt, & pugnat cōtra nos qui in corpore sumus: unde & maiorē uirtutē habere uidentur. Quāuis aut uideant fortiores, nos tamen resistere poterimus. In Deo enim, inquit, faciemus uirtutē: & Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo: Si constituerint aduersum me castra, non timebit cor meum. Dedit aut nobis Deus, Qui propter nos incarnatus est, uirtutē omnē calcādi hostē. Idcirco & quoniam in carne existentes, non carnalia arma habemus, etiā si decē millia uideamur habere, eo q̄ in corpore sumus, & illi uiginti milia, eo quod incorporeæ naturæ sunt: attamē dicere debemus,

bemus, Dominus Deus meus, uirtus mea: nullāq; unq; cum peccato habeamus pacem **A** (id quod est feruire affectionibus) sed magis reuistamus eis, & ostendamus nullas esse inducias odiorū erga illas: neq; habere uelimus concupiscibilia mundi, sed renunciamus omnibus. Non potest enim discipulus Christi esse, qui non renūciat omnibus, sed pacē habet cū his quæ in hoc mundo animas damno afficiūt. Christi sanē discipulus sal esse debet, nō solū ipse bonus existens, & malitiæ expers, sed & alijs communicans bonitatē. Ita enim se habet sal. Ipsum enim cum maneat illæsum & incorruptū, alia quoq; feruare ualet ne corrumpantur, quibus suā qualitatem communicat. At si naturā suam sal abiecerit, omnino inutile est, neq; terræ neq; stercorei accommodū. Quod autem dicit, ita se habet, Ego quidē omnem Christianum utilem & condire ualentem esse uolo, non solum eum cui concredītū docendi donum, quales sunt doctores & pastores, sed etiam exigo ut laici ipsi bonæ frugis & utiles sint proximis. Iam si profuturus alijs reprobus fiat, & à Christianorum ordine eijciatur, neq; prodesse, neq; utilitatem capere poterit. Neq; in terram, inquit, neq; in sterquilinum utile est. Inlinuatur autem per terram quod utilitatem capiat, per sterquilinum autem quod profit. Ideo reijcitur & reijciendus est, tanquam qui nec profit, nec utilitatem percipiat. Et quoniam obscurus parabolicusq; sermo ille fuit, excitans auditores Dominus ut non simpliciter suscipiāt dīctum de sale, dicit, Qui habet aures ad audiendū, audiat: hoc est, qui habet intellectū, intelligat, Aures enim hoc loco sensitivam uirtutem animæ, & ad intelligendum aptitudinem significant. Omnes itaq; fideles sal sunt, ex diuinis sermonibus & superna gratia qualitatem hanc suscipientes. Et quod gratia sal sit, audi Paulum dicentē, Sermo uester sit in gratia sale cōditus. Et ita si fuerit sermo *ἀχρεὺς*, hoc est sine gratia, insulsus dicitur. Igitur si diuinorum eloquiorum qualitatem contempserimus, & nō susceperimus eam in nos, stulti & intellectu carentes efficiamur. Et profectō infatuatū est sal nostrum, si non habuerit supernæ gratiæ qualitatem.

Christi discipulus sal sit

Aures.

Colof. 4.

C A P V T X V.

Accedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores ut audirent illum, & murmurabant pharisæi ac scribæ dicentes, Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum illis. Dicebat autem ad illos parabolam hanc, dicens, Quis ex uobis est homo qui habet centum oves, & si perdidit unam ex illis, nōne relinquit nonagintanouem in deserto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenit eam, imponit in humeros suos gaudens, ueniensq; domum conuocat amicos & uicinos, dicens illis, Gaudete mecum, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Dico uobis, quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore resipiscente magis quàm super nonagintanouem iustis, qui nō indigent poenitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nōne accendit lucernā, & uerrat domum, quærītq; diligenter donec inueniat: & cum inuenit, conuocat amicas ac uicinas, dicens, Gaudete mecum, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico uobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore resipiscente. Dominus quidem illud faciebat, cuius gratia incarnatus est, accedens publicanos & peccatores, tanquam medicus infirmos. Qui autem reuera peccatores erāt pharisæi, obmurmurationem tantæ humanitati rependebant. Abominabiles enim censebāt publicanos, ipsi autē domos uiduarū & orphanorum comedebant. Quid igitur Dominus? Sicut misericors erat erga publicanos, ita & erga illos, qui suam calumniabantur misericordiam. Non enim auersatur eos tanq; insipientes & obmurmurantes, sed mansueti sanat, parabolam hanc de ouibus dicens, & de manifestis & certis eis persuadet, & cōfutat ita, ne agrē ferant tantam bonitatis effusionem. Nam si in oue una irrationali, & quæ ad imaginem Dei non est facta, si cum errauerit, fuerit inuenta, gaudium sit tantum: quantum uerisimile est fieri in homine rationali ad imaginem Dei condito? Manifestē igitur parabola hæc iustos dicit per oves nonagintanouem, & per unā, peccatorē qui perierat. Dicunt autē nōnulli centum oves omnem creaturā rationalem: unam autē ouem, rationalis naturæ hominem, quam errantem requisit uir pastor bonus, relicti nonagintanouem in solitudine, hoc est, in superno loco celesti. Solitudo enim est cœlum, & à mūdano tumultu sequestratum, plenumq; omni tranquillitate ac pace. Dominus uerō ut inuenit illam quæ errauerat, imposuit in humeros. Infirmiuitates enim nostras & peccata nostra ipse portauit,

infanabiles

Solitudo cœli
Immo dicitur
Esaiæ 53.

Atauit, & omnia onera nostra non grauati ipse suscepit, per solutis omnibus quæ debemus, & nos sponte ac libenter portauit usq; in domū suam, hoc est in cœlum, & conuocat amicos & uicinos, fortassis angelos, quos & oues diximus esse iuxta aliam & aliam relationem. Nam secundum quod omnis creatura condita ad Deum cōfertur, pecunia est & bruta, & secundum hoc dicuntur etiā supernæ uirtutes oues, at si ad alias creaturas conferuntur rationales, dicuntur amici & uicini, angelicarum uirtutum chori. Et per mulierem intelligas sapientiam & uirtutem Dei & patris, Iesum ipsum, qui perdidit unam drachmā, ex rationalibus & ad imaginē Dei conditis creaturam, hominem inquam, & accendit lucernam, suam carnem. Sicut enim lucerna quæ sit ex terra illuminat tenebrosa per lucem quam recipit: ita & caro Domini licet terrena esset, similisq; nobis, lumine deitatis suæ quam in se recepit, lucem exhibuit cū incarnatus esset & domus, hoc est omnis mundus, repurgata est à peccato. Christus enim abstulit peccatum mundi. Et planē inuenta drachma, regia scilicet imago, gaudiū fuit & Christo, & supernis uirtutibus, quæ amicæ eius & uicinae sunt. Amicæ quidem, quia uoluntatem eius faciunt: uicine uerō, quia incorporeæ. Quid autem si amicæ sint omnes superne uirtutes: uicinae autem, quæ propiores ei, ut throni & cherubim? Dicendo enim amicas & uicinas, duo genera manifestauit, quamuis hoc curiosius uideatur.

Ait autem, Homo quidam habuit duos filios, & dixit ad adolescentior illorum patris, Pater, da mihi portionem substantiæ quæ ad me redit. Et diuisit illis substantiam. Ac post dies non multos cū omnia contraxisset adolescentior filius, peregrē profectus est in regionem longinquā, & ibi dissipauit substantiā suam uiuendo luxuriose: & postq; omnia cōsumpsisset, facta est fames ualida in regione illa, & ipse cepit egere. Et abiit, & adhesit uni ciuium regionis illius: atq; is misit illum in uillam suā ut palceret porcos: & cupiebat implere uentrem suū de siliquis quibus porci uescebant, nec quisquā illi dabat. Hæc parabola superiori similis est. Inducit enim & hæc hominē quidē, Deū uidelicet uerē misericordē: filios autē duos, ordines hominū, iustorū dico & peccatorū. Dixit autē iunior, Da mihi partem substantiæ quæ ad me pertinet. Olim humanæ naturæ possessio erat iustitia: ideo & filius senior nō insolecit. Peccatū postea natū est, unde & iunior insolecit, qui cū peccato quod postea introductū est creuit. Vel aliter, Iunior dicit peccator, quia nouator rerū insolens, & deficiens à paterna uoluntate. Pater, da mihi partē substantiæ quæ ad me pertinet. Rationalis, ad quā subsequit liberū arbitriū, substantia est hominis. Omne autē rationale, liberū arbitriū est. Dat igit nobis Dominus rationē, ut ea liberē utamur tanquā nostra substantia. Dat autē omnibus ex æquo. Omnes enim ex æquo rationales sunt, & æquē liberū habent arbitriū. At alij utimur hac libertate secundū rationē, alij autē dilapidamus donū diuinū. Et simpliciter omnia quæ dedit nobis Dominus, substantia nostra censerī possunt: ut exempli gratia cœlum & terra, & in summa creaturæ omnes, lex, prophetæ. Atqui filius natū minor uidit cœlum, & cœlum fecit Deum: uidit terrā, & coluit eam. In lege Dei noluit ambulare, in prophetis scortatus est. At senior filius omnibus his in gloriā Dei usus est. Itaq; ille qui dedit omnia hæc ex æquo, permisit libere ingredi. Nullū enim cogit non uolentē ut sibi seruiat. Nā si uoluisset nos cogi, nō fecisset nos rationales, & liberi arbitrij. Porro filius iunior omnia hæc simul decoxit. Et quæ causa? Profectus est in terram longinquā. Nā quando egreditur homo à Deo, & se à timore Dei elongat, omnia diuina dona expendit. Propinqui enim Deo existentes, nihil tale quod interitū dignū facimus, iuxta id quod dicitur: Prouidebā Dominū in cōspectu meo semper, quia à dextris meis est, ne cōmouear. Illo autē longē à nobis absente, efficiamur apostate, faciētes & ferentes pessima queq; iuxta illud dicitur, Ecce qui elongāt se à te, peribūt. Dissipauit igit substantiā suā. Merito. Virtus enim terminū unū habet, & unū quoddā est: at malitia multifariā diuisa est, errorum multorū causa. ut exempli gratia fortitudinis unus est limes, & quando oportet, & quomodo oportet, & erga quos oportet irascibili uti. Vitij autem eius duæ sunt species, timor & audacia. Vides spargi rationem, & unitatem uirtutis disperire? Consumpta autem substantia illa, homine secundū rationem, naturalem dico legē non amplius eūte, & neq; iuxta legem scriptā incedente, neq; prophetas audiente, fames magna est facta: nō fames panis, sed fames audiēdi uerbū Domini. Initiū sit penuriæ, quandoquidem non timet Dominū, sed longē discedit ab eo, nā hjs qui timent Dominū, nulla est

Liberum arbitrium.

*ελεεινους
† malignatus est.
Psal. 104.
Cogere nos
Deus non
uult.

Psal. 15.

Psal. 74.

Amos 8.

penuria. Quomodo autem nulla est inopia timentium Dominum: Quia qui timet Do-
 minum, in mandatis eius uolet nimis: & propterea gloria & diuitiae in domo eius: imò
 dispersit ipse potius, & dedit pauperibus: tantum abest ne egeat. At qui longè profectus
 est à Domino, & non habet ante oculos terribilem eius faciem, nil mirum si inopia labo-
 ret, semone diuino nihil in illo operante. Et profectus est, hoc est, processit & profecit
 in malitia. Adhaesit uni cuius regionis illius. Nam qui adhæret Domino, unus spiritus
 fit cum illo: qui uerò adhæret scorto, unum corpus fit cum natura daemonum, atque fit to-
 tus caro, neque spiritus est capax, sicut hi qui tempore diluuij fuerunt. Ciues regionis illi
 us qui à Deo defecerant, daemones omnino sunt. At qui proficit, & in peccatis fit po-
 tens, pascit porcos, hoc est & alios docet malitiã, & lutosam affectionum uoluntantur. nam porco-
 rum oculi nunquam possunt sursum spectare, aliam sortiti formationem. Vnde & porco-
 rum pastores cum non possunt compescere porcum clamantem, resupinantes illum ef-
 ficiunt ut minus clamet. Etenim quasi in spectaculum ueniant spectantes quæ nunquam
 uidere, & aspicientes sursum, stupescunt & silent. Tales sunt oculi eorum qui male edu-
 cati sunt: nunquam uident ea quæ sursum. Tales pascit is qui multis in malitia præ est, ut est
 scortorum hospes, uel publicanorum princeps, uel latronum princeps. de omnibus e-
 nim his dicendum quod porcos pascant. Cupit autem miserabilis ille saturari peccato,
 & nemo ei dat saturari. Assuetus enim malis nemo dat satietatem. Non enim manet uo-
 luptas, sed simulatque contingit, protinus & perit, fitque iterum uacuum ille miserabilis. Assi-
 milatur enim siliquis peccatum dulcedinem habens & asperitatem. Delectat enim ad
 tempus, cruciat uerò perpetuo. Propterea nullus dat satietatem malorum ei qui in illis
 uoluptatem capiebat. Quis enim satiat, & quiescere facit? Deus. sed non adest: nam
 qui talibus uelicitur, longè abest à Deo. An daemones? At hi multo magis solliciti sunt
 ne unquam quiescamus, & malitia saturi simus.

In se autem reuersus dixit, Quam multi mercenarij patris mei abundant panibus: ego
 uerò fame pereō, surgam, & ibo ad patrem meum: & dicam ei, Pater, peccauit in cœlū,
 & coram te iam non sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum de mercenarijs
 tuis. Et surgens uenit ad patrem suum. Quum autem adhuc longè abesset, uidit illum
 pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens ruit in collum eius, & osculatus est
 eum. Dixitque ei filius, pater, peccauit in cœlum & coram te: neque posthac sum dignus uo-
 cari filius tuus. Intemperatus tandem ad seipsum redijt. Quadiu male agebat, extra se
 ipsum erat. Consumpsisse enim dicitur substantiã, & merito propter hoc extra seipsum
 erat. Nam qui non gubernatur ratione, sed præter rationem uiuit, & absurda alia exordi-
 tur, extra seipsum est, & non manet in sua substantia, hoc est ratione. Quando autem quis
 cogitat in quantam uenerit miseriam, tunc redit ad seipsum, consideras, & in poeniten-
 tia ueniens à sua exteriori diragatione. Porro mercenarios dicit catechumenos, quia
 nondum eò peruenerunt ut dicerentur filij, quia nondum rectè illustrati. Omnino autem
 catechumeni abundantiam rationalium panum habent, quotidie lectiones audientes. Et
 ut discas differentiã mercenarij & filij, audi, tres sunt ordines eorum qui saluantur. Alij e-
 nim ut serui faciunt bonum, timentes iudicium: quod & Dauid insinuat dicens, Confi-
 ge timore tuo carnem meã: à iudicij enim tuis timui. Mercenarij uerò esse uident, qui
 desiderio bonorum bene placere Deo cupiunt, sicut & ipse Dauid dicit, Inclinaui cor me-
 um ad faciendum iustificationes tuas in æternū, propter retributionem. At filij sunt qui
 propter amorē in Deū, mandata perficiunt: sicut iterum Dauid testat, Quomodo dile-
 xit legem tuã Domine: tota die meditatio mea est. & iterum, Leuaui manus meas ad man-
 data tua, quæ dilexi, non quæ timui. Et iterum, Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata ea est
 anima mea. Quum igitur quis fuerit filius, & deinde propter peccatū abdicat, uidetque
 alios frui diuinis donis, & communicantes diuinis mysterijs, & diuino pane (non enim
 de solis catechumenis intelligi oportet quod de mercenario dicit, sed & de ecclesiasticis in
 genere, qui non sunt ex primo ordine) tunc sanè illa miserabilia oportet ei enumerare:
 Quot mercenarij patris mei abundant pane: ego autem fame pereō. Sed surgens de ruina
 peccati, ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater, peccauit in cœlū et corā te. Derelinque
 do enim coelestia, peccauit in ea, præferens ipsis uoluptatē contemptibilem. & præeli-
 gens coelesti patriã meã regionem famis. Quemadmodum enim, ut exempli gratia di-
 camus,

camus, in auribus peccare dicitur, qui illi plumbum præfert: ita in cœlum peccat, qui illi ter-
 rena præponit. Abest autem omnino à uita quæ fert in cœlum. Scias item quod quando pecca-
 uit, quasi non coram Deo operans peccauit. Quando autem confitetur, coram Deo se pec-
 casse ientit. Porro surgens uadit ad patrem suum. Non solum enim consultandum est
 de his quæ placent Deo, sed & opus est factio. Nunc quemadmodum uidisti seruudam
 poenitentiam, ita & celerem patris misericordiam uide. Neque enim expectauit donec
 filius ueniret ad se, sed præuenit & amplexatur. Etenim natura & benignitate Deus
 pater est, & totus totum amplectitur, ut undequaque ipsum ad se constringat, sicut dicitur
 est. Et gloria Dei circumdabit te. Olim quidem quando elongabat se filius, tempus erat
 & patri ut ab amplexu se elongaret: nunc uerò cum redit & appropinquat per conuer-
 sionem & orationem, tempus est amplectendi. Ruit igitur in collum eius, ostendens
 eum qui olim desciuert, nunc obedientem esse factum. Et osculatur eum reconditatio-
 nem indicans, & quasi uestibulum quoddam os pollutum sanctificans, ac per hoc ad inter-
 na sanctificationem immittens.

Dixit autem pater ad seruos suos, Proferte stolam primam, & induite illū: & date annulum in
 manū eius, & calceamenta in pedes: & adducite uitulū illū saginatum, atque maciatum, sum-
 ptisque epulis letemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.
 Et coeperunt lætari. Per seruos intellige uel angelos ministratorios spiritus, qui mittunt in
 ministeriū propterea quod salute digni sunt. Illi enim uestiunt à peccato reuertentē stola pri-
 ma, quæ prius quam peccarem gestabamus: indumento scilicet in corruptionis: uel digni-
 tate qua præstat alijs omnibus, ut baptismi dignitate. Prima enim nos illa uestit, & ab ea
 sumimus honestatis uestitū. Vel per seruos intellige angelos, qui ministrant omnibus
 quæ propter nos fiunt, & quibus mediabus sanctificamur. Vel etiam sacerdotes, qui
 conuersos per baptismū uel uerbum doctrinæ, induunt, & induunt eos Christum sto-
 lam primam, quicumque enim baptizati sumus in Christum, induti sumus Christum. Et
 annulum dat in manum, signaculum Christianismi, quod per opera habemus. Nam ma-
 nus, symbolum operationis est, annulus uerò signaculi. Igitur baptizatus, & omnis qui
 à peccato conuertitur, debet habere in manu, hoc est, operatiua uirtute, signaculū Chri-
 stiani: ut demonstrare queat quod recreatus sit ad imaginem eius qui se condidit. Vel
 aliter, Per annulum intelliges arrabonem spiritus: ut exempli gratia quid dicam, Deus
 perfectissima bona tunc dat, quando eorum tempus fuerit: & nunc ut credibilia sint, il-
 la nobis dat charismata, ut arrabonem futurorum: & alijs donum operandi miracula,
 alijs donum docendi, alijs uerò aliud quiddam: & cum illa suscipimus, firmiter & per-
 fectiora expectamus. Et calceos ad pedes, ut custodiatur à scorpjjs, peccatis scilicet quæ
 uidentur parua & occulta, sicut dicebat Dauid: attamen mortiferis & ipsis: atque etiam
 à serpentibus, id est peccatis quæ manifestè nocere censentur. Vel aliter, Calceamenta
 dantur ei qui primam stolam assecutus est, faciente Deo eum aptum ut annunciet euan-
 gelium atque alijs proferat. Christiani enim est prodesse proximo. Vitulus saginatus non
 ignoratur quis sit, qui immolatur & comeditur. Nam est uerus filius Dei, & ita homo
 qui carnem assumpsit, naturam ratione carentem, & brutam, illamque diuino honore im-
 pleuit: & secundum hoc uitulus dicitur, non enim expertus est iugum peccati, sagina-
 tus uerò, secundum quod ad hoc mysterium ordinatus est ante constitutionem mundi.
 Et fortassis curiosius uidebitur si dicatur, dicitur tamen, Quia panis quem frangimus,
 secundum id quod apparet, ex tritico confectus est, saginatus, & (ut Græci dicunt) si-
 reuoris, frumento pastus dicens est. Secundum hoc autem quod per illum intelligit quod
 caro est, uitulus dicitur est. Et ipse est uitulus, & saginatus. Omnis igitur qui baptizatur,
 & filius Dei efficitur, immo restituitur, & in summa omnis qui à peccato purgatur, par-
 ticeps sit saginati illius uitulū, & lætitiæ author sit patri, & seruis eius, angelis & sacerdo-
 tibus, tanquam ex morte resurrexisset, & post perditionem fuisset inuentus. Nam quan-
 tum ad malitiæ abundantiam mortuus erat, & desperatus: quantum uerò ad humanam
 naturam, quæ uertibilis est, & ualet à malitia ad uirtutem ingredi, perditus dicitur. Per-
 ditus enim mitius dicitur, quam mortuus.

Erat autem filius eius senior in agro, & cum ueniret, & appropinquasset domui,
 audiuit concentum & choros, & uocauit unum de seruis suis, & interrogauit quid es-
 sent illa. At is dixit illi, Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulū illum sagina-
 tum.

tum, quod incolumem illū receperit. Indignatus est autē, nec uolebat introire. Pater ergo illius egressus rogabat illum. At ille respondens dixit patri, Ecce tot annis seruo tibi, nec unquam præceptum tuum transgressus sum, nec unquā dedisti mihi hœdum ut cum amicis meis letarer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam tuam cū meretricibus, uenit, occidisti illi uitulum illum saginatum. At ille dixit ei, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: lætari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, ac reuixit: & perierat, & inuētus est. Hoc loco celebris mouetur questio, Quomodo appareat filius inuidus, qui alioqui uixit & seruiuit patri bene placens? Quæ soluetur, si quidem parabolam quis expendit, quare dicta fuerit, Omnino enim quia obmurabant Domino pharisæi, mundos & iustos se putantes, eo quod susciperet meretrices & publicanos, propterea parabola ista cū his quæ ante eam dicta sunt, proponitur: quando quidem pharisæi, qui erant iustiores publicanis, ut uidebantur, obmurabant. Considera quod persona filij qui uidebatur obmuratur e sumitur contra omnes qui scandalizantur in repentina felicitate & salute peccatorum, hoc autem non est inuidia, sed magnæ benignitatis diuinæ, quā nos ignoramus, & propterea parit mūmurationem. An non & Dauid inducit personā quæ offenditur in pace peccatorū, & similiter Hieremias: Quid quæ uia impiorū prosperatur? dicens: & Esaias, Plantasti eos, & radices egerunt. Hæc enim omnia sunt infirmarum & pauperum cogitationum hominum, qui accenduntur, & loquuntur in prosperitate malorum indigna. Dicit igitur per presentem parabolam Dominus pharisæis quasi in hunc modum: Esto, uos iusti sitis sicut filius ille beneplacens patri: obsecro uos iustos & mundos, ne obmuraretis ob lætitiā quā habemus propter peccatoris salutem, siquidē hic quoque filius est. Itaque nō apparet inuidia, sed Dominus pharisæorū mentem instruit per parabolā illā, ut etiā si iusti ipsi essent, & omnia mādāta Dei pfectissent, grauati ferre nō deberent suscipi peccatores. Nec mirū est si ægre feramus super his quæ indignē uident fieri. Tanta enim Dei est benignitas, & tā liberaliter sua bona nobis cōmunicat, ut & in dignatio & obmuratione inde nasci possit: id quod & in familiari colloquio dicimus. Sæpe cum beneficijs quæmpiā affectimus, & deinde gratias non egerit, dicimus, reprehendunt me omnes quæ tanta in te beneficia contulerim, quamuis forte nemo nos reprehenderit: attamē magnitudinē beneficentiæ ostendere uolentes, ita fingimus. Videamus autē & particulatim & breuiter parabolā. In agro erat filius senior, hoc est in mūdo hoc, & operabat suā terrā, carnem dico, ut impleretur panibus, & ferebat in lachrymis, ut meteret in exultatione. Porro ubi didicit quæ facta erāt, noluit ad cōmune gaudiū ingredi: sed misericors pater egreditur, & obsecrat, & docet eum, lætitiæ causam esse mortui reuiuificationem, eo quod ignorans scandalizatus esset homo, & arguerat eum quod sibi neque hœdum dedisset, imperato autem saginatum occidisset uitulum. Quid autem est quod per hœdū significatur? Hoc loco discite: Omnis hœdus et peccator ordinatur ad sinistram partem, dicit igitur bonæ frugis filius, Transgessi uitā in omnibus laboribus, persecutionem passus & afflictus, & a peccatoribus passus, & nunquā mihi occidisti hœdū, hoc est humiliasti peccatorem, ut inuenirē uel paruam quietem: qualis hœdus erat Helix A. Chab. Persequēbatur enim prophetam, & non dedit Dominus hœdū statim ad occidendum, ut parumper refocillaretur & quiesceret cum amicis prophetis suis. Proinde dicit ad Deum: Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subuerterūt, Hœdus Dauidi erat Saul, & omnes qui calumniabantur eum, quibus permittebat Dominus tentare eum, & nō occidit ut lætaretur Dauid: ideo & dicebat, Usquequo peccatores Domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Hæc dicit in euangelio & filius, cum in multis esset laboribus, & nullam fuisset assequutus consolationē. Neque aliquem ex persecutoribus meis morti tradidisti, nunc autem ita facile saluas prodigum. Hic igitur totus scopus parabolæ est propter pharisæos obmurantes quod peccatores susciperet: qua docet, etiā si iusti simus, non repellendos peccatores, neque obmurandum, recipiente illos Deo. Filius igitur iunior, sunt meretrices & publicani: senior uero, pharisæi & scribæ, secundum materiam parabolæ iusti intelligunt: quasi dicente Deo, Esto, uos sitis uerē iusti, nullumque transgressi mandatum: non oportet igitur assumi eos qui a peccatis conuertuntur: Tales itaque obmuratores docet per

A per hanc parabolam. Non ignoro autem quod quidam per seniores filium angelos exponunt, per iuniores autem humanam naturam, quæ tumultuata est, & dato mandato uacauit delicijs. Alij uero Israelitas & Gentiles. Verum autem hoc tenendum est quod diximus, quia filius senior personam gerit iustorum, iunior autem peccatorum, & se conuertentium. Totus autem parabolæ contextus propter pharisæos est positus, ut doceat eos Dominus ne ægre ferant susceptionem peccatorum, etiā si ipsi iusti essent. Nullus ergo iudicia Dei grauati ferat, sed gratum sit ei, si peccatores feliciter agant & saluentur. Qui enim scis, si is quem tu peccatorum cenies, penitentiam agens gratior fiat? Quid item, si occultas habet uirtutes, & propterea a Deo benignē respicitur?

CAPVT XVI.

Dicebat autē & ad discipulos suos, Homo quidam erat diues, qui habebat dispensatorem, & hic delatus est apud illū ut qui dissiparet bona ipsius: & uocauit illū, & ait illi, Quid hoc audio de te: Redde rationē dispensationis tuæ: nō enim poteris post hac dispensare. Ait autē dispensator intra se, Quid faciā quia Dñs meus aufert a me dispensationē? Fodere nō ualeo, mendicare erubescō: scio quid faciā, ut cū amorus fuero a dispensatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo, Quantū debes domino meo? At ille dixit, Centū batos olei, dixitque illi, Accipe cautionē tuam, & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alteri dixit, Tu uero quantū debes? qui ait, Centū coros tritici. ait illi, Accipe cautionē tuā, & scribe octoginta. Et laudauit dñs dispensatorem iniquū, quod prudēter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in natione sua. Et ego uobis dico, Facite uobis amicos ex māmōna iniusto, ut cū defeceritis, recipiāt uos in æterna tabernacula. Omnis parabola oblique & figurato modo rerū quarundam naturā manifestat, nō per omnia rebus illis assimilata propter quas assumpta est. Idcirco nō oportet omnes parabolarum partes curiosius inquirere, sed quatenus apparēt proposito utiles. reliquæ enim sinendæ sunt quasi parabolam cōtextentes, & nihil ad propositū conducentes, quomodo & in proposita parabola faciendū. Nam si per tenues particulas omnes exponere tentauero quis dispensator, quis dispensatoris dñs, & a quo delatus sit, & qui debitor, & propter quā causam ille quidem olei, alius autē tritici, & qua de causa centū debere dicantur, & si alia omnia perquisiuerimus, obscurū & molestum sermonē faciemus: & forsatis, si ualde hæsitauerimus, etiā ridiculi erimus. Igitur tantū utilitatis ex presentī parabola capere oportet, quantū possibile est. Et ut aliquid dicā, Dominus hoc loco uult nos docere ut bene dispensentur creditæ nobis diuitiæ. Et primū hoc discimus, quod non sumus domini diuitiarū. Nihil enim habemus propriū, sed dispensatores alienarū rerū sumus, quæ a Domino nobis cōcredite sunt ut illas bene dispensemus sicut ipse imperat. At si cōcreditas diuitias nō expendimus iuxta mentē Domini, & abusi fuerimus illis in nostrū luxū, accusabimur. Etenim uoluntas Domini est datis uti in usus conseruorū, non in proprias delicias. Porro qui accusantur, & destituuntur a dispensatione diuitiarū, hi sunt qui ex hac uita emigrāt, quādo scilicet & rationē dabimus de dispensatione, cū destituti fuerimus. Si itaque prudētes essemus, uel tardē sentiremus quid facto opus, & faceremus nobis amicos ex diuitijs iniustitiæ. Dicuntur autē diuitiæ iniustitiæ, quas nobis Dominus in usus fratrum & conseruorum insumendas dedit, nos autē nobis depositas tenemus. Verum uel tardē sentiamus quō feramur, & quod cum dies illa uenerit, neque laborare poterimus. Non enim tunc erit operandi tempus, neque tunc honestum erit mendicare. Stultæ enim uirgines dicuntur quæ mendicant. Quid igitur reliquū, quā ut harum diuitiarum fratres participes faciamus, ut quando hinc defecerimus, hoc est ex hac uita excesserimus, accipiant nos pauperes in æterna tabernacula? Aeterna enim tabernacula pauperibus in Christo cōstituta sunt, in quæ possint recipere eos qui hic ipsi amici de bonis quæ sunt dominica, largiuntur. Pauperibus enim primū debemus dare: nam illi debitorum sunt, secundū hoc quod dictū est, Tota die miseretur & cōmodat iustus, & iterū, Qui miseretur pauperi, cōgeneratur Deo. Oportet igitur primū dare bonis illis debitoribus, qui centupla reddūt. Verum quia dispensatores iniustitiæ inuenimur, iniuste retinētes quæ alijs seposita sunt, nō semper manendū erit in hac infidelitate, sed communicandum pauperibus, ut ab ipsis suscipiamur in æterna

Parabola et
eius partes
quatenus in
quirenda.

Diuitiæ in
iustitiæ
quæ di
cantur.

Matth. 25.

Psal. 36.
Prouer. 19.

na tabernacula. Sic igitur nobis exponentibus parabolam, nihil uel superfluum, uel curiosum, uel somniculosum enarrando occurret. Videtur autem & alienū quiddam significare, dicens, Filij huius seculi prudentiores sunt, &c. Non autem malè cohæret, neq; alienum est. Filios enim huius seculi dicit eos qui laudant omnia quæ in terra lucrosa sunt: filios uerò lucis, eos qui debent piè spirituales diuitias communicare. Hoc igitur dicit, quia homines humanis dispensationibus perfecti, omnibus modis curam habent & prouident ut cum destituti fuerint à dispensationis munere, consolationem habeant. Qui autem filij lucis ordinantur, hoc est, quibus cōcredita est spiritalis rerū dispensatio, nō cogitant quomodo post hanc uitam commodum percipiant. Filij itaq; seculi huius, quibus humanæ dispensationes cōcredite sunt, & in generatione sua, hoc est in uita hac prudenter res suas dispensant. Filij uerò lucis, qui pecunias receperunt ut illas in pios usus dispensent. Inuenimur itaq; in humanis dispensationibus res nostras prudenter dispensare, ut etiā si administratione exciderimus, habeamus quoddā refugium uitæ: in his autem rebus quæ debent secundum Deum dispensari, nullam uideatur gerere curam quomodo rationem dispensationis reddamus, ex hac uita educi, ne inueniamur ab omni consolatione destituti. Ideo & insipientes uocamur, nō sapientes ea quæ nobis posthac sint profutura, & quomodo faciamus nobis pauperes amicos communicatis diuitijs iniustitiæ, hoc est his quæ datæ sunt nobis à Deo ut sint arma iustitiæ, sed à nobis detinentur, & propterea ad iniustitiā pertinet. Si autē diuitiæ quæ iustis modis partæ sunt, quando non bene dispensantur nec dantur pauperibus, iniustitiæ & mammona reputantur: quæ ex iniustitiā, multo magis. Ex ipsi igitur faciamus nobis amicos, ut quando defecerimus, & ex hac uita emigrauerimus, uel etiā aliter quādo pusillo animo sumus, & cōdemnamur, illuc accipiam nos in æterna tabernacula.

Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est: & qui in minimo iniquus est, is & in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles nō fuistis, quod uerū est, quis credet uobis: Et si in alieno fideles nō fuistis, quod uerū est, quis dabit uobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire, aut enim hūc odio habebit, & alterū illū diliget, aut huic adhærebit, & alterū illū cōtemnet. Nō potestis Deo seruire & mammonæ. Adhuc docet quō secundū Deū dispensandæ sint diuitiæ. Qui enim fidelis est in minimo, hoc est qui bene dispensauerit cōcreditas sibi diuitias in hoc mundo, etiā in multo fidelis est, hoc est in futuro seculo reuera diuitijs dignus est. Minimum igitur uocat terrenas diuitias, ut reuera paruas, immo quæ nihil sunt, quādoquidem transitorias sunt: multū uerò cœlestes, utpote semper duraturas, & quibus semper accedit. Qui uerò in his terrenis diuitijs iniustus apparuerit, & sibi uendicat quæ in cōmunem usum fratrum sunt concessa, neq; illo multo dignus inuenietur, sed sicut iniustus repudiabitur. Interpretans autem quod dictum est, addit, Si in iniusto mammona fideles non fuistis, quod uerum est quis uobis credet? Iniustū mammona nominat diuitias quæ apud nos sunt. Nam si non essent iniustæ, neq; apud nos essent: nunc autem quia apud nos sunt, manifestum quod tenentur, & cum pauperibus non distribuuntur, iniustæ sint, hoc est uendicare sibi res alienas, atq; eas quæ pauperum sunt: id quod iniustitiæ est. Itaq; ei qui diuitias illas malè dispensat & infideliter, non bene dispensat aliena, hoc est bona & pecunias quæ ad pauperes pertinent, quomodo ueræ credentur diuitiæ? Vel aliter: cū nihil attulerimus in hunc mundum, nudiq; in hunc mundum nati sumus, quod nostrum est quis dabit? Nostræ autē sunt diuitiæ cœlestes & diuinæ, illic noster municiatus est, eo quod homo ad imaginem Dei est conditus, Pecuniæ autem & possessiones aliena sunt, nihil enim simile illi ex his. Diuinorum autem honorū fructio, & participatio Dei, nostra sunt. Igitur hucusq; docuit nos Dominus quomodo fideliter dispensandæ sunt diuitiæ, alienæ enim sunt, & nō nostræ, nos enim dispensatores sumus, & non domini. Quoniā autem dispensatio diuitiarum iuxta Deum non aliter fit rectè, nisi absint erga illas etiā affectiones, quod hac doctrina dixit, Non potestis Deo seruire & mammonæ: hoc est, impossibile est simul addictum esse mammonæ, & tali affectione detentum seruire Deo. Atq; ita si uis fideliter dispensare diuitias, nō seruias eis, hoc est, non tenearis affectione erga illas, & profectō seruias Deo. Vbiq; enim amor pecuniæ taxatur: hoc est affectio erga illas & studium.

Audiebant autem hæc omnia & pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait il-

Matth. 6.

Diuitias terrenas Christi minus minus uocat.

B

A ait illis, Vos estis qui iustificatis uosipfos coram hominibus: Deus autem nouit corda uestra: quia quod hominibus excelsum est, abominandū est coram Deo. Pharisei quidam deridebant Dominum, eo qd sermonibus illis notarentur. Grauatim enim serunt auari, si quando de paupertate audiunt: quoniā & dictū est, Abominatio est peccatori pietas, & reprehensiones impio sunt flagella. Dominus autē reagens occultā eorū malitiam, & ostendēs eos simulare iustitiā, & abominabiles esse apud Deū propter opinionē quā de se habebāt, Vos estis qui iustificatis uosipfos, opinantes solis uobis datū dicit nō scire quæ oportet docere, & ideo derideris meos sermones, cupientes haberi à multitudine doctores ueritatis. Sed non sic. Deus enim noscīt corda uestra, & abominabiles uox existimat, propter superbiam, & humanā gloriæ cupiditatē. Quod enim sublime in hominibus, abominatio apud Deum est. Immundus enim apud Dominum omnis superbus corde. Oportebat igitur uos o pharisæi, non ad humanā uiuere opinionem: (Deus enim disperlit ossa eorum qui hominibus placēt) sed iustificare uos corā Deo.

Lex & prophetæ usq; ad Ioannem, ab eo tempore regnū Dei annunciat, & qui uis in illud uim facit. Facilius est autem cœlum & terram præterire, quā legis unum apicem cadere. Quisquis dimittit uxorem suam, & alteram ducit, adulterium cōmittit: & qui dimissam à uiro ducit, adulterium cōmittit. Videntur hæc separatim dicta, & cum superioribus non cohærere: sed attendenti uidebuntur non malè confectanea. Nam quia ipse paupertatem in superioribus docuerat, uocando diuitias iniustū mammona, lex uerò benedictiones & in diuitijs dabat, & prophetæ bona terræ promittebant: ut ne quis dicat ei irridens sicut pharisæi, quid tu dicis: contrarius es legi: illa & in diuitijs benedicit, & tu paupertatem doces? propterea dicit, Lex & prophetæ usq; ad Ioannem habuerunt tempus. Et bene quidem docebant, nempe ita auditorum infirmitate postulante. A quo autem tempore Ioannes propter paupertatem materia ferē carebat, & sine possessionibus uersabatur, regnumq; cœlorū prædicabat: non ultra bona terrena huic tēpori debentur, sed regnum cœlorū prædicatur. Proinde & paupertatem in terra debet seruari hi qui cœlos desiderant. Quoniā prophetæ & lex nō memores fuerūt regni cœlorū, merito bona terræ promittuntur imperfectioribus, & nihil uirile uel magnū intelligere ualentibus. Atq; itaq; o pharisæi merito paupertatē doceo, eo qd imperfecta legis præcepta iam nō habent tēpus. Insuper ne dicant reiecta omnia quæ in lege sunt dicta, quasi uana sint & inutilia: nō hoc dicit, sed magis implentur & perficiuntur. Quæcumq; em illa adumbrauit, ea dixit de Christo figuraliter. Et quantum ad leges attinet, etiam ipse nunc implentur, & nihil in his usq; ad extremū apicem intercidit. Et quæ de Christo illic per umbram subindicata sunt, nunc perficiuntur clarius. Et mandata legis quæ tunc data, pro imperfectorū sensu congruenter data, nunc sublimiorem & perfectiorem sensum habitura sunt. Lex enim imperfectè imperfectis locuta est: quod hinc manifestum est. Nam de solutione nuptiarum iuxta duritiem cordis Iudæorum respondit, ut cum uir odio habuerit uxorem, potestatem habeat dimittendi eam, ne deterius quid fiat. Homicidæ enim erant & sanguinarij, & neq; proprijs parcebant, quando quidem & filios & filias dæmonibus immolabant, sed humilitas & imperfectio legis talis erat. Tempus enim eiusmodi legislationis tunc erat, nunc autē alia perfectiore doctrina opus est. Idcirco etiam dico, Omnis qui dimittit uxorem excepta causa fornicationis, & ducit aliam, adulterium cōmittit. Vnde haud mirū, si cum nihil tale de paupertate lex manifestè docuerit, ego de paupertate disserā. Ecce cum de solutione matrimonij lex promiscuè præceperit propter cædem Iudæorum, ego ad perfectiora exercens auditores, repudiū absq; rationabili causā prohibeo, non illi contraria docens, sed magis uoluntatem eius perficiens. Mens enim legis erat ne homicidia fierent inter uirum & uxorem, hoc & ego intendo, eo qd doceam coniuges mutuam inter se curā gerere, & parcere alterum alteri ut membris proprijs: id quod & lex uolebat. At quoniam imperfecti erant auditores, decreuit illa coniugij solutionem, ut uel sic sibi mutuum parcerent, & non in se inuicem insanirent uir & mulier. Statuit igitur Christus omnia quæ ad legem pertinent, & ita bene dixit qd impossibile sit unum apicem de lege cadere. Quomodo enim decideret, cum magis à Christo corrigeretur?

Auaris pietas exo

Eccl. 10.

1. Cor. 13.

Psal. 52.

Matth. 11.

Matth. 10.

Nihil à lege excidit quin fiat.

Matth. 19.

Deut. 24.

Psal. 105.

Matth. 23.

Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius.

eius ulcerosus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, Sed & canes ueniebant, ac lingebant ulcera eius. Accidit autem ut moreretur mendicus, & deponeretur ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem & diues, ac sepultus est.] Bene sequitur hæc ad superiora. Quia enim prius docuerat ut nos recte circa diuitias generaliter mereremur, merito coniungit & hanc parabolam in eandem ferentem sententiam per exemplum diuitis. Parabola enim est hæc, & non (ut quidam opinati sunt) historia. Nondum enim separata erant iustis bona, & peccatoribus contraria: sed figurauit sermonem Dñs, ut immisericordes doceat qualia eis euentura sint, & iterum doceat eos qui affliguntur, quam bene habituri sint pro his quæ hic sustinent. Diuitem igitur hoc loco absque nomine in parabola assumpsit, utpote qui neque dignus sit qui a Deo nominetur: sicut & per prophetam dicit, Non memor ero nominum illorum per labia mea. Nomen autem pauperis memorat. Iustorum enim nomina in libro uitæ scripta sunt. Fert enim Hebræorum traditio, Lazarum quendam per illud tempus extrema inopia & infirmitate laborasse, cuius mentionem fecerit Dominus in parabola hac, utpote noti & manifesti. Diues igitur omnino dissolutus erat, nam purpura & bysso induebatur, & præterea omnibus alijs delicijs uacabat. Epulabatur enim dicit, & non nunc tantum, & postea non, sed quotidie: & non medio criter, sed splendidè, hoc est sumptuosè & prodigaliter. Lazarus uerò pauper erat, & infirmus grauiter. Vicosus enim, inquit, erat. Aegrotant alij, sed ulceribus carent: hic autem grauiore malo affligebatur, & ad uestibulum diuitis iacebat. Ecce alius dolor, uidere alios in delicijs, se uerò fame premi. Desiderabat enim, inquit, satiari, non sumptuosius ferulis, sed de micis eius, & illis quibus satiabantur canes. Insuper destitutus erat omni cura, & canes lingebant ulcera eius, cum nemo esset qui ab illo istos abigeret. Num igitur Lazarus in tantis malis blasphemabat: num conuicia batur: num incessabat luxum diuitis: num inhumanitatem condemnabat: num prouidentiam Dei reprehendebat: Nihil horum, sed fortis erat, & magnæ philosophiæ. Unde manifestum: propterea quod angeli ipsum mortuum susceperint. Nam si obmurmurator fuisse & blasphemus, neuitque tantum honorem fuisset consecutus, & angelorum comitatu stipatus. Mortuus est autem & diues, ac sepultus est. Nam profecto etiã cum uiueret, sepulta erat eius anima, carnem quasi sepulchrum circumferens. Et eide cum moreretur, non ab angelis assumptus est, sed in infernum deductus. Nam qui nihil sublime, nihilque coeleste cognouit unquam, infimo loco dignus. Dicendo enim quod sepultus sit, insinuat obiter Dominus quod anima eius locum infimum & caliginosum sortita fuerit.

Atque in tartaro sublatis oculis, cum esset in tormentis, uidet Abraham eminus, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit. Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia crucior in flama hac. Dixit autem Abraham, Fili, recordare quod receperis bona tua in uita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem hic solatio fruif, tu uerò cruciaris. Et super hæc omnia inter nos & uos hiatus ingens firmatus est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, neque inde transcendere ad nos.] Quemadmodum Dominus eiectum Adam e regione paradisi collocauit, ut continuo aspectans, clarius sentiret a quantis bonis excidisset: sic & illum condemnauit in conspectu Lazari, ut uidens illum in qualibus esset, sentiret unde per inhumanitatem excidisset. Et propterea non apud alium quendam iustum, sed in sinu Abraham uidit Lazarum, quoniam hospitalis fuerat Abraham. Ut igitur reprehenderetur illius inhospitalitas, propterea illum apud Abraham uidet. Ille etiam eos qui præteribant, in domum suam trahebat, hic autem etiã intra domum iacentes despiciebat. At cur non uertit sermonem ad Lazarum, sed ad Abraham? Confundebat fortassis, existimans forlitate fruens contempti illum tantis malis coangustatum, & neque micam ei comunicauit: multo magis ipse contemptus uindicabit, & non annuet ut mihi beneficium concedatur, propterea ad Abraham facit sermonem. Putabat enim ignorare patriarcham quæ contigissent. Quid igitur ille non dixit, Inhumane & crudelis, non erubescis: immisericordiam non recordaris: sed quomodo? Fili. Vide compatientem & sanctum. Dicit enim & sapiens quidam, Animam humiliatam ne turbaueris. Et propterea etiam ipse dicit, fili: insinuans per hoc eatenus sibi licere, quatenus tam benignè alloquitur, sed ulterius nihil licere ei. Quod possum, hoc tibi communico, compatientem scilicet uocem,

Cur diues Abraham in auxilium inuocet, ac non potius Lazarum. immisericordiam nunc recordaris? Eccl. 4.

A uocem. At hinc illuc transire non est nostrum, conclusa enim sunt omnia. Et tu quidem recepisti bona tua, ille autem mala. Et quare non dixit, accepisti, sed, recepisti? Recipere enim de his dicere solemus qui suscipiunt quod eis debebatur. Discimus igitur quod licet quidam facinorosi sint, & in extremam peruenerint malitiam, nonnunquam tamen unum quoddam uel duo bona opera faciunt, unde & ipsi habentes bona quaedam, quæ in presentis uitæ prosperitate capiunt, recipere dicuntur. Similiter autem & Lazarus mala. Fortassis autem & ille unum uel duo mala commiserat, & propterea dolorem illum sustinens, dignam factis mercedem accepit. Unde consolationem habet ille, tu uerò cruciaris. Porro hiatus significat distantiam & differentiam iustorum & peccatorum. Nam sicut uoluntates eorum diuersæ fuerunt, ita & præmia multum inter se distant, unoquoque recipiente ea quæ uitæ & uoluntati suæ congruunt. Obserua autem hoc loco contra Origenistas dicentes quod tempus erit quo finientur impiorum supplicia, & peccatores cum iustis coniungentur, & sic omnia in omnibus erit Deus. Ecce enim audimus Abraham dicentem quod hi qui uolunt hinc ad uos, uel illinc ad nos transire, non possint. Sicut igitur impossibile est ex consortio iustorum quempiam transire in locum peccatorum: ita impossibile est, ut nos docet Abraham, transire a loco poenæ in locum iustorum. Abraham sane fide dignior est, quam Origenes. Quid autem est infernus? Quidam dicunt esse locum subterraneum tenebrosum. Alij autem transitum animæ a lucido in obscurum & immundum dicunt infernum. Quamdiu enim in corpore est anima, apparet propter operationes suas: postquam autem a corpore emigrauerit, inuisibilis fit. Hoc igitur dixerunt esse infernum. Si autem Abraham uocem continentiam bonorum quæ reposita sunt iustis, qui a tempestate huius maris ingrediuntur in portus coelestes: quoniam & in mari sinus appellamus loca portubus & quieti apta. Attende hic quod in die illo qui alium iniuria affecit, uidebit iniuria affectum in quali gloria sit, & hic iterum illum in quanta condemnatione: sicut in hoc loco diues Lazarum, & Lazarus diuitem.

Ait autem, Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres: ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum cruciatus. Ait illi Abraham, Habent Moysen ac prophetas, audiant illos. At ille dixit, Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, respiciant. Ait autem illi, Si Moysen & prophetas non audiant, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.] De rebus suis desperans miser ille diues, pro alijs supplicat. Vide autem quomodo in supplicij sensum alienæ infelicitatis capit. Et prius Lazarum despiciebat ante pedes iacentem, nunc aliorum absentium curam gerit, & obsecrat ut Lazarus ex mortuis in domum patris sui mittatur. Et non simpliciter ex mortuis quispiam, sed Lazarus, ut uideant eum coronatum & gloria & incolumitate, qui uiderant ante infirmum & contemptum: & qui testes fuerunt paupertatis ipsius, ipsi etiam gloriæ fiant spectatores. Manifestum enim est, quod in gloria illis esset conspiciendus, si quidem ipsum fide dignum præconem esse oportebat. Quid igitur Abraham? Habent Moysen, Non ita, inquit, tu fratrum curam geris ut qui illos fecit Deus, innumeros enim illis præfecit doctores. At diues, non, inquit, pater, Nam quemadmodum ipse scripturas audiens, non crediderat, & fabulas esse putarat ea quæ dicebantur: similiter etiam fratres suos se habere suspicatus est, & ex se iudicās dicebat quod non auditori sint scripturas, sicut neque ipse, sed si quis ex mortuis resurrexerit esset credituri sint. Tales etiam nunc sunt qui dicunt, Quis uidit ea quæ in inferno: Quis uenit illinc, & annūciavit nobis? Sed audiat Abraham. Quoniam si scripturas non audimus, neque his qui ex inferno ueniunt, credemus. Et hoc manifestarunt Iudæi, qui quia scripturas non audierunt, neque cum resurrexissent mortui, crediderunt: sed & Lazarum occidere tentauerunt, & cum mortui multi resurrexissent crucifixo Iesu, magis tamen sæuientes Iudæi inuaserunt Apostolos: quia si quidem illud profuisset nobis ad fidem, etiam hoc scire fecisset Dominus. Nunc nihil tam utile est ut scripturarum diligens scrutatio. Mortuorum suscitationem falsè & apparenter facere potest etiam diabolus, ut seducat imprudentes, seminans doctrinas de inferno dignas sua malitia: at eis qui scripturas probe scrutantur, nihil potest illudere. Illæ enim sunt lucerna & lumen, quo lucente surdeprehenditur & manifestatur. Illis igitur credendum, & de mortuorum suscitatione non curandum. Posset autem parabola hæc per allegoriam exponi, & ita dici, quod per diuitem populus Iudæorum significetur. Diues enim ille fuit olim, locupletatus omni cognitione & sapientia & sermonibus Dei, qui super aurum & lapidem

Recipere,

Hiatus,

Contra Origenistas,

Infernus quid,

Sinus Abraham,

Sinus maris.

Ioan. 12.

Diligens scrutatio curanda, non de functionum spectra.

dem preciosum. Sed & purpura & bysso indutus erat, regnū habens & sacerdotium, A
 & regale erat sacerdotium Deo. Significat autem purpura quidem regnum, bysso ue-
 rō sacerdotium. Nam Leuita bysinis sacerdotalibus uestimentis induebantur. Epula
 batur autem quotidie & uiuebat splendide. Quotidie enim offerebant sacrificium ma-
 tutinum & uespertinum, que & *φωσφοροσμοδου*, hoc est iuge sacrificium nominabant. La-
 zarus uerō populus gentiliū fuit, pauper diuina gratia & sapientia, & ante fores iacēs,
 nō enim licebat gentilibus intrare in domū, pollutio enim uidebat, sicut in Actis Apo-
 stolorum clamant in Paulum q̄ Gentiles intoduxerat in templū, & cōmunem fecisset
 sanctum illum locum. Insuper & ulceribus peccatorum scelerū plenus erat ille popu-
 lus, & impudentes canes diabolos pascebat suis ulceribus. Voluptati enim illis sunt no-
 stra ulcera. Desiderabat item & micās decedentes à mensa diuitis. Omnino enim care-
 bat pane, qui confirmat cor hominis: & minimo tenuiq̄ cibo agebat, sicut & Chana-
 nœa mulier cū ethnica esset, de micis saturari cupiebat. Quid multis: Mortuus est He-
 braicus populus Deo, & mortua sunt illorū ossa, quæ ad bonū faciendum nō mouentur.
 Mortuus est autē & Lazarus peccato, Gentilis in quā populus. Et Iudei quidem qui
 in peccatis suis mortui sunt, in flamma inuidiæ exuruntur zelantes, ut dicit Apostolus,
 q̄ Gentiles assumpti sint ad fidem: qui autē prius pauper erat & ignobilis populus Gen-
 tilis, in sinibus Abraham patris gentiū merito uersatur. Etenim & Abraham cū gentilis
 esset, credidit Deo, & ex idolorū cultu ad Dei agnitionem transiit. Proinde qui partici-
 pes sunt translationis eius & fidei, iure & in sinibus eius quiescunt, eundem finē, & ha-
 bitationes & susceptionē bonorum sortiti. Et cupit Iudeorū populus unam guttam de
 aspergionibus & purgationibus priscis legalibus, ut refrigeretur eius lingua, & possit
 confidenter loqui nobis q̄ lex sit efficax & operetur, sed nō est, lex enim usq̄ ad Ioan-
 nem, & sacrificium (inquit) & oblationem noluit, ac cætera, & Daniel, Exterminabitur
 unctio. Et signari prophetas, hoc est cessaturos esse & concludendos prædixit. Tu
 autē & moraliter parabolam expone, & ne cum sis diues, in malo mentem tuam fameli-
 cam prætereas, neq̄ despicias in humū proiectam, & cū facta sit ut sursum tendat, ante
 fores iacentem, sed introduc eam intro, & non stet foris, nec uagetur, nec iaceat, sed o-
 peretur. Et sic ea quæ mentis, operari, & nō solum in carne deliciari poteris. Facile fue-
 rit etiam alia quæ in hac parabola sunt, ad morum utilitatem exponere.

Math. 11.
Psal. 59.
Dan. 9.

Scandalorū
auctores
pharisæi.

Necessitas
scandali nō
absoluta,
sed ex uo-
luntate ma-
la.

Dixit autem ad discipulos, Fieri non potest quin ueniant offendicula: uæ tamen il-
 li per quem ueniunt. Expedit illi, si mola asinaria ponatur circa collum eius, &
 proiectus fuerit in mare, potius quàm ut offendiculo sit uni de pusillis istis. Cauete uo-
 bis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illū: & si poenituerit, remitte illi. Et si septies
 in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Poenitet me: remit-
 te illi. Quoniam pharisæi auari obmurmurabant contra Dominum de paupertate lo-
 quentē, quibus & parabolam dixit de diuite & Lazaro, ostendens eis per illam quan-
 ta propter amorem diuitiarum supplicia passuri sint: dicit nunc ad discipulos de hisdem
 pharisæis, manifestans eos esse scandalorū auctores, & impediētes à uia Dei, & pro-
 pterea uæ eis insligendū. Videamus igit̄ quid dicat, Fieri non potest ut non eueniant
 scandala, hoc est, impedimenta bonæ Deoq̄ placitæ uitæ. Necessē enim propter multā
 hominū malitiā multa impedimenta prædicationis & ueritatis inueniri. Væ autē illi per
 quē ueniūt, id est, illi qui ea facit, quales sunt pharisæi, qui offendunt & prohibēt prædi-
 cationē. Quare igit̄ cōdemnas Dñe, & miseros dicis eos qui scādala faciūt, si ex necesi-
 tate illa eueniāt? Omne autē quod necessariū, hoc & uenia dignū. Sed audi q̄ necessitas
 illa ex uoluntate habet initiū: & ita dicere uult, Dñs uidēs malitiā hominū qui tūc erāt
 (proni enim erāt in omne malū, nihilq̄ bonū eligebant) q̄ quantū ad cōsequentia eo-
 rum quæ uident, necesse sit uenire scandala. Malitia igitur cui student homines, ex uo-
 luntate est. Operatio autē offendiculorū necessariō malitiā comitatur: & ita propter hoc
 & puniendi sunt scandalorū auctores. Et age dicamus exēpla. Videns quempiā medi-
 cus malā diætā seruare, & insatiabilem esse, dicit, Necessariū est illū & agrotare. Num
 igitur morbus necessarius? Etiā, quatenus obseruat malam diætā. Propterea uæ his
 qui prædicationem impediunt, eo q̄ in tantam perueniunt malitiā, ut etiam neces-
 sariō eueniant scandala. Et expediret magis hominī scandala & offendicula facienti,
 molam

A molam asinariam in collo eius appendi, & proijci eum in mare, quàm unum ex pusil-
 lis fidelibus scandalizari & subuerti. Ideo munit discipulos suos, & dicit, Cauete uos-
 bis. Ecce (inquit) prædico uobis q̄ ueniēt mala. Inexcusabiles estis. Necessarium enim
 ut ueniant illa, nō necesse autem uos perire, si quidem muniueritis & armaueritis uos.
 Necessarium enim est uenire lupū, sed si uigilauerit pastor, nō necessariū est perire o-
 ues, sed lupo frustra hians abibit. Dixit igitur hæc de his qui offendunt, hoc est, impedi-
 unt & nocent. Quoniam autem multæ horum differētiæ: nam alij quidem sunt incur-
 abiles, quales pharisæi; alij uerō sanabiles, quales fratres Domini erga Dominū ipsū: nā
 neq̄ ipsi credebant in eū: quia igitur multæ impediētiarum differentia, uerisimile etiā
 quosdam qui idem credant, tales esse: & propterea dicit, Si peccauerit in te frater tuus,
 argue eum tu solus, & seorsum: & si quidē audierit te, lucratus es illū: sin minus, accipe
 tecum unum uel duos &c. quæ latē exponit Matthæus: Lucas autem ut dicta à Mat-
 thæo silentio præterijit. Itaq̄ qui audierit increpationem, uenia dignus est. Qui autem
 non audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. hoc est, ab omnibus contemptus, &
 indignus qui uocetur frater. Postea quasi interroget quispiam, Esto Domine hæc qui-
 dem bene dixeris: si autē sæpe ueniam consecutus fuerit, & iterum noceat, quid faciendū
 ei? dicit, Si resipiscit, iterum remitte ei. Et iterum, Si septies peccauerit, & cōuersus
 fuerit, remitte ei. Septies autem hoc loco pro sæpius positum est: sicut & cum dicitur,
 Sterilis peperit septē. Quoties igitur poenitentiam agit, toties remittere oportet. Non
 enim cogites q̄ Dominus ponat numerū remissionis: sed per septies intellige sæpius,
 & sine numero: quemadmodum & in familiari colloquio dicimus exercitum decem
 milliū, non q̄ decē millia & non plures uiros habeat, nā fortassis plures habet: sed idem
 dicere uolumus, ac si diceremus, multorum uirorū. Et q̄ hoc dicat, manifestum est ex
 Matthæo. Illic enim cum dixisset Petrus: Nunquid Domine usq̄ septies remittam ei?
 Dominus dixit, Non, sed septuagies septies, & per hoc innumerabilia designat.

Et dixerūt Apostoli Domino, Adauge nobis fidē. Dixit autē Dominus, Si haberetis
 fidem sicut granum sinapis, dixissetis huic arbori sycamino, Eradicare, & transplanta-
 re in mare: & obedisset uobis. Quis autem uestrū habens seruum arantem aut pascen-
 tem, qui regresso ab agro dicat, Statim transi & accumbe: ac non potius dicit illi, Para
 quod cœnem, & præcinge te, ac ministra mihi donec edero & bibeo, & post hæc edis-
 to & bibito tur? Num gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ imperata fuerant? Non pu-
 to. Sic & uos cū feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, Serui inutiles sumus:
 quod debuimus facere, fecimus. I Apostoli credebant quidē Domino: ueruntamen
 cum uenissent in conscientiam infirmitatis sue, & audiissent Dominū de magnis qui
 budam sibi dicentem, & de periculo ab offendiculis, precantur ut augetur in eis fi-
 dei uirtus, per quam poterint hæc quæ dicit, perficere. Nihil enim adeo ad paupertatem
 de qua loquit̄, perficiendā cōducit, atq̄ credere & confidere Domino: quemadmodū
 nihil ita facit thesauros reponere, ut nō credere q̄ magnus sit thesaurarius Deus, & in
 exhaustum promptuariū bonitas eius. Insuper ut & offendiculis per fidē obistere pos-
 sint. ideo accedentes dicunt, Auge nobis fidem. Fac nos perfectiores & firmiores in fi-
 de. Dominus autem ostendens eis q̄ bene petant, & q̄ hanc mentē firmiter habere de-
 beant de fide ut multum efficacem, dicit, Si haberetis fidem, istam sycaminum transplā-
 tassetis. Duo autē in hoc magna sunt, nempe in alium locum moueri radicatam in ter-
 ram, & plantari in mari. In aqua enim quidnā plantatur? Manifestum autē q̄ dum hæc
 dicit, fidei monstrat uirtutem. Fortassis autem per allegoriam quis sycaminum dixerit
 esse diabolum, q̄ nobis author & alumnus sit uermis aterni, propter cogitationes quas
 ille generat. Folia enim sycamini uermes pascunt, unde fiunt serica. Hanc igitur sycami-
 nū fides eradicare ualet ex corde humano, & in mare proijcere, hoc est, in abyssum
 perditionis. Et quia hæc dixit de fide, subdit doctrinam aliam magis necessariam. Qua
 lis hæc? Non superbiendum esse in bonis operibus. Quoniā enim fides multa corrigit,
 & facit implere mandata eū qui illā habet, cū eo q̄ adornat miraculorū operibus, quia
 uerisimile est hominē ex his in superbiam incidere, munit Apostolos ita ut non extol-
 lantur in bonis operibus, pulcherrimo exemplo. Quis enim uestrū, inquit, seruum
 habens &c. Monstratur enim per hanc parabolam q̄ non oportet extolli in bono quo
 piam opere, immo neque in omnium mandatorum impletionē, Seruo enim necessi-

Simile.

Ioan. 7.

Cap. 12.

Septies pro
sæpius poni
tur.

Math. 18.

tas incūbit ut faciat mandata Domini, neq; ut bonū opus sibi ascribere debet. Quippe A si non operabitur, dignus est multis plagis: cum autem operatus fuerit, contentus sit q; plagas effugerit. Proinde non oportet de hoc precii uel honorem necessariō querere. Liberalitatis enim Domini fuerit dare ipsi, immo largiri q; dicit. Igitur & qui seruit Deo, etiā si mā data p̄ficiat, non debet extolli. Nihil enim magnū fecit, sed uæ erit ei nisi fecerit: sicut apostolus dicit, Væ mihi nisi euangelizauero. Proinde si dona fuerit assecutus, nō debet in illis superbire, & de eis se iactare. Beneficia enim sunt per misericordiam Dei illi cōcessa, nō q; debeat ei aliquid Dominus: immo seruus debet domino suo ut faciat omnia eius mā data, Si autē cū omnia mā data fecerimus, neq; tunc debemus magnū quiddā sentire: quantū peccamus cū maximā partē mā datorū Dei nō perficimus, & nihilominus extollimur: Aduerte autē q; in dicta parabola primū posuit arantē, & subdidit postea pascentē. Primū enim oportet esse aratorē, deinde & pastoralē curā assumere. Nā qui carnē suā bene arauerit quasi terrā quandā, dignus erit etiam aliorū pastor fieri. Qui enim suā domū nescit præesse ut oportet, q; modo Ecclesiæ curā geret.

1. Tim. 5. Ara igitur prius te ipsum, tūc pasces & alios: sicut & Hieremias dicit, Nouate uobis noua.

Hier. 4. Illa, deinde subdēs, Illuminate uos lumine sciētiae: id q; pastorū precipuū munus fuerit. Et factū est dū irret Hierosolymam, & ipse transibat per mediā Samariā & Galilæā.

f. quandam ciuitatem. Et cū ingredereſt quendā uicū, occurrerunt ei decē uiri leprosi, qui steterunt procul, intenta q; uoce dixerunt, Iesu præceptor, miserere nostri. Quos ut uidit, dixit illis, Ite ostendite uos sacerdotibus. Et factū est ut inter eundē mundati sint. Vnus autem ex illis ut uidit q; mundatus esset, regressus est cū uoce magna glorificans Deum, & procidit in faciē ad pedes eius, gratias agens ei: & hic erat Samaritanus. Respondēs autem Iesus dixit, Nōne decē mundati sunt: nouem autē illi ubi: Nō sunt reperti qui redierint ut darent gloriā Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi, Surge, uade, fides tua te seruauit. Et hinc discere quis potest, q; nihil cuiquā obest ad hoc ut Deo placeat, etiā si maledicti generis sit, modo bonam uoluntatem habeat. Ecce enim decem leprosi occurrerunt Iesu in ciuitatem quandam ingressuro: occurrerunt autem extra ciuitatem. Non enim licebat

Num. 5. eis qui habebatur maledicti, in ciuitatibus uersari. Procul igitur stabāt, utpote propter immunditiam quæ in eis apparebat, erubescerent: & neq; audebant appropriare, putantes quod abominabiles ei essent, sicut & alij. Extollunt igitur uocem suam & orant: Et loco quidem procul stant, oratione autem appropiant. Propē enim est Dominus omnibus in uocantibus se in ueritate. Et non simpliciter orant ut hominem, sed ut eum qui supra hominem. Præceptorem enim eum nominant, hoc est Dominū, curatorem: id quod est putare illum prope Deum. At ille præcipit eis ut ostendant se sacerdotibus.

Leuit. 13. Nam sacerdotes probabant tales, & ab illis sententiā accipiebāt an mundi essent uel non. Habebant enim sacerdotes signa per quæ insanabilē leprā inuestigabant. Sed & quando lepra quis infectus, postea sanitatem assequutus erat, eum sacerdotes probabāt, & donum offerebatur in lege præceptum. Hoc autem loco cum ex confesso essent leprosi, quid opus erat se ostendere sacerdotibus, nisi omnino fuissent mundandi: Nam quod præcipiebat eis ut ad sacerdotes abirent, nihil aliud indicabat, quā quod mūdi futuri essent: idcirco & dicit quod inter eundē mundati fuerunt. At uide hoc, ut in principio diximus, quod cum decem essent, nouem quidem, quamuis Israelitæ, ingrati appauerunt: at Samaritanus quum esset generis alterius, reuersus est, & uocem gratitudinis emisit. Assyrii enim erant Samaritanis: ut nullus gentilis desperet, & nullus de sanctis parentibus gloriatur. Insinuat hoc miraculum etiam communem totius humani generis salutem fieri. Decem enim leprosi, omne genus hominum signant lepra mali: si quos destitit infectum, ac turpitudinem peccati circumferens, & extra regni cœlorum ciuitatem propter immunditiā constitutum, proculq; a Deo stans. Et istuc ipsum procul stare, supplicandi speciem habet. Misericordiam enim & uolenti omnibus benefacere, magna occasio est ad miserendum, uidere in nullo participem suæ bonitatis, propter hoc enim reuelauit se, ut sanaret eos qui tā male habebāt. Quāuis etiā omnē naturā sanauerit lepra infectā, pro omnibus & incarnatus & mortuus: attamen Iudæi, quamuis * a Domino mūdati fuissent ab immūditijs leprosi peccati, ingrati fuerunt: & non reuersi sunt a uia uanitatis suæ, ita ut darent gloriā ei q; saluos eos fecerat: hoc est, ut crederent ei, q; cum Deus esset, extremā passionē tulerit. Hęc enim est gloria Dei, caro & crux. Hic igitur

A tur incarnatū & crucifixū Dominū glorię nō sunt confessi. Alienus autē, populus gentiliū, agnouit eum qui mundauerat, & glorificauit eum credendo quod tam misericors & tam potens sit Dominus, ut & propter nos uilissima tulerit, id quod est misericordia: & cū pertulerit, nihil inde in cōmodū in suā naturā acceperit, id q; d potētiae est.

Interrogatus autē a pharisæis quādo uenturū esset regnū Dei, respondit eis & dixit, Nō ueniet regnū Dei cū obseruatione: neq; dicēt, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnū Dei intra uos est. Et ait ad discipulos, Veniēt dies quādo desiderabitis uidere unū dierū filij hominis, nec uidebitis: & dicent uobis, Ecce hic, ecce illic. Nolite ire, neq; scētēmini. Nam sicut fulgur coruscās ē regione quæ sub cœlo est, in alterā quæ sub cœlo est, fulget: ita erit filius hominis in die suo. Sed prius oportet illū multa pati, & reprobari a natione hac. In multis quidem doctrinæ suæ locis Dominus regnū Dei nominat. Pharisæi autē hoc audientes, irridebant eū: & propterea de hoc interrogaturi accedunt ad eū, rogātes quādo uenturū sit, irridentes eū ut in sanū de insolita & admirabili re prædicantem. Nullus ex doctoribus & prophetis q; superioribus, seculis fuerūt, eius mentionem fecit. Vel fortassis in mente habentes q; paulopost occisuri essent eū, accedūt p̄ irrisionē rogātes, & quasi p̄ ironiā dicentes, Tu quidem de regno facis sermones, quādo autē erit regnū istud tuū? Tu enim cras a nobis occidendus es, & feres crucē, & ignominiosa quæq;. Quid igitur Christus? Non iuxta stultā sententiā & insipientiā respondit insipientibus: sed relictis ipsis ut errent in nomine regni, & nō manifestata eis re: neq; enim accepissent, si eis de regno differuisset, q; nō sit mundanū regnū illud, sed plus q; mundanū. Illis igitur relictis ceu his q; indigni essent ut audirēt, eo q; ultro absurdescerēt: de tēpore regni differit, q; ignotū sit, & inobseruabile. Nō enim habet præfinitū tēpus, sed semper uolētū adest regnū. Omnino enim regnū quiddē Dei est, angelorū more uiuere. Tūc enim uerē dicit regnare Deus, quādo nihil mundanū in animab, nostris uersat, sed omnino aliter uiuūt q; mundus solet. Hanc autē uitā intra nos habemus, hoc est, quādo uoluerimus. Nō enim longo tempore, neq; longa peregrinatione opus, sed prope nos est & fides, & post fidē diuina uita. Istuc ipsum etiā Apostolus dicebat: Prope te uerbum est in ore tuo, & in corde tuo, hoc est uerbū fidei. Credere enim, & secundū

B te uerbum est in ore tuo, & in corde tuo, hoc est uerbū fidei. Credere enim, & secundū fidem ambulare, sicut dignū est uocatione, intra nos est. Itaq; pharisæi irridebāt Dominū tanq; de regno prædicantē de quo nullus prædicauerat. At ipse illos in risum cōuertit, ostendens q; ignorētrem quæ intra se sit, & quæ ualde facilis, si q; capere uelint. Nūc enim cū sim mediū inter uos, potestis omnino regnū Dei capere, si creditis in me, & uultis iuxta mandata mea uiuere. Discipulis uerō suis dixit: Veniēt dies, & c. hoc est, & uobis regnū Dei adest, quatenus sum uobiscū. Adest autē illud uobis, nō solū q; credidistis & secuti estis me, sed quia nūc in magna securitate uiuitis absq; sollicitudine, me curam uestri gerente. Veniant autē dies cum ego abfuero, & trademini periculis, & ad reges & prælides trahemini: tunc desiderabitis securam illam & sollicitudine carentem uitam, quam me præsentē agitis, sicut regnū Dei. Et sape desiderabitis uel unū ex diebus meis habere, hoc est, ex secura illa quā mecum agitis uita. Quauis autem & quo tempore cum ipso erant, non omnino sine labore & periculis uitam agebant, sed cum fugiente fugientes affligebantur, cumq; eo cōuicia audiebant: tamen si quæ tunc ferebant, compararentur cum his quæ postea laturi erant, uiderentur prorsus secura, & absq; periculis. Atq; ita regnū Dei etiā hoc modo intra apostolos erat, hoc est minime laboriosum & periculosum regnū. Post resurrectionē enim sicut captiui, & qui persecutio-nē patiunt, obābulant. Porro his uerbis apostolorū corda ad ferendos labores & parat & roborat, & p̄dicat eis ne decipiant. nā si qui dixerint, inquit, ecce hic, uel ecce illic, ne scētēmini. Nullus, inquit, uobis persuadeat, q; uenerim huc uel illuc. Nō enim loco circūscribit secundus ille meus aduētus, q; gloriosior & clarior. Verūm sicut fulgor nō latet, sed ab una summitate terre usq; ad aliā conspicuū est: ita & meus aduētus clarus erit & illustris, nulliq; ignotus. Ne igitur decipiamini a Pseudochristis. Nō enim sicut prius in præsepio & humilitate per triginta annos apparui, ita & tūc, sed cū omni gloria stī pantib, me angelis, & in momēto. Postea q; dixerat eis euētura ualde aspera, consolā eos & exhortā, & ut generose ferāt, exemplo suo cōmendat. Nō enim admiremini (inquit) si euenerint uobis tā molesta, quæ uobis desiderū afferēt dierū quibus ego uobiscū sum. Nā & ego ipse q; uēturus sum sicut fulgur, prius passurus multa, reprobandusq;

Regnū Dei quod, & quādo Deus regnare dicatur. Rom. 10.

ero, & ita in gloria ista ueniā, atq; ita hoc uobis sit extimulatio ad patientiā uirtutē, & ad fortiter ferendū alacres uos faciat, dum in me respicitis & speratis: quia & uobis obueniet gloria ex periculis dum patimini & reprobamini, quemadmodum & mihi.

Matth. 19.

Gen. 7.

Gen. 19.

Quid per

exempla di

lunij & so

dominici in

centij insti

metur.

2. Tim. 3.

Gen. 19.

Et sicut accidit in diebus Noe, ita erit & diebus filij hominis. Edebant, bibebāt, uxo- res ducebant, & dabant nuptum ad eum usq; diem, quo Noe in arcam intrauit: & ue- nit diluuium, & perdidit omnes. Consimiliter etiā sicut accidit in diebus Lot, Edebāt, bibebāt, emebāt, uendebant, plantabāt, ædificabant: cæterum quo die exiit Lot è Sodo- mis pluit igni & sulphure de cælo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit dies quo fi- lius hominis reuelabitur. Et per hæc inexpectatum suum aduentum ostendit. Nam si- cut temporibus Noe repente uenit diluuium, & abstulit omnes: ita erit & aduentus ei- us. Insinuat autē per exēpla hæc diluuij & Sodomiticij incendij, q̄ cum uenerit Antichri- stus, illicitæ uoluptates in hominibus crescent, & dissoluti erunt, delicijs uacantes: id quod & Apostolus dixit, quod in extremis temporibus erunt homines uoluptatū ma- gis q̄ Dei amatores. Et merito in regno deceptoris florebut mala. Erunt enim ille pecca- ti & malitiæ omnis sentina: unde quam aliam politiam & uitam inuehet miserandæ tunc hominum generationi, quam omnino eam quæ illi propria? Ex impuro enim quid purificabitur? Erunt tunc homines in omnibus delicijs, sicut temporibus Noe, & nihil graue formidabunt: sed neq; credent si quis illis de quibusdam aduersis euentu- ris dicet, sicut & hi qui temporibus Noe & Lot fuerunt.

In illo die qui fuerit in tectis, & uasa eius in domo: ne descendat ad tollendum illa: & qui in agro, similiter nō redeat ad relicta. Memores estote uxoris Lot. Quicūq; quesie- rit animā suā seruare, perdet illam: & quicūq; perdidit illam, uitam illi parabit. In il- la die aduentus Antichristi, is qui fuerit super tectum, hoc est, in summis uirtutibus, ne descendat, neq; ab illis delistat cuiuspiam temporalis rei gratia. Omnia enim tempora- lia hæc uasa dicuntur homini conferentia, alij quidem ad uirtutem, alij uerò ad maliti- am. Igitur qui in summis est uirtutibus, ne descēdat propter temporale aliquod, & exci- dat à suo fastigio: sed resistat malitiæ, & non demulceatur. Et is qui in agro, similiter non reuertatur ad ea quæ post se. Nam eum qui in agro est, hoc est mundo, & opera- tur uirtutem, non oportet reuerti ad ea quæ post se, sed urgeri ad anteriora. Nam sicut alio loco dicit, Nullus qui manum suam ad aratrum mittit, & conuersus est retrorsum, idoneus est ad regnum cælorum. Affert item exemplum mulieris Lot, quæ cum con- uersa est retro, in statuam salis riguit, hoc est, non exiit à malitiā, sed mansit in salugine sua, tota facta mala, ac celebre faciens, & quali columnæ inscribens malum quod passa est: obstinata enim mansit in malitiā sua. Deinde affert ea quæ ad supradicta sequun- tur, Quicūq; quesierit animam suam saluare, perdet eam. Non querat aliquis, inquit, in Antichristi persecutione animā suam saluare, perdet enim eam. At qui se occisioni & periculis exposuerit, saluabitur. Ne igitur se humiliet tyrāno propter uitæ amorem. Quippe sicut supra dixit, qui est in fastigio uirtutis, propter res temporales ne descen- dat, diuitijs & possessionibus delentus, & propterea cedat periculis: sic & nūc ulterius progrediens dicit. Et quid dicit? Non descendat propter uasa, neq; propter externa uirtutem deserat: neq; propter animæ lucrum annuat ut inclinetur impostori & perse-

Luce 19.

Mat. 24.

insinuāte.

Domino narrat insinuans hostium uim, & quod Romanos qui inuasuri sunt, fugere oporteat, ita ut ne respiciatur: neq; q̄ in tectis sint, descendant in domū alicuius rei tem- poralis gratia, sed statim fugiant, non erit enim tempus otij, ita ut uasa colligere liceat: neq; qui in agro est, reuertatur in domum suam, sed eum qui in domo est, fugere oportet. Nihil enim mirum in Hierosolymorum captiuitate hoc factum esse, iterumq; futu- rum in aduentu Antichristi, immo ad ipsum tempus consummationis futura est tribu- latio grauissima.

Dico uobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumetur, & alter relinque- tur. Duæ erūt molentes simul, una assumetur, & altera relinquetur. Et respoedentes di- cunt illi, Vbi Domine? Qui dixit illis, Vbi cūq; fuerit corpus, illuc cōgregabuntur & aquilæ. Ex hoc loco repentini & inopinati eius aduentū discimus. Duos enim esse in lecto uno, significat solitudinis carentiā. Et molere quoq; inexpectatū significat aduē- tum. Discimus & aliud quiddā, quod in nocte aduentus erit. Dicit igitur, q̄ ex diuiti- bus

† cadauer

bus qui in lecto quiescent, alij quidē saluabuntur, alij autē nō. Nā quia dixit q̄ difficile di- uites saluant, ostendit nunc q̄ neq; hi pereunt: neq; pauperes omnes saluantur. Sed & ex diuitibus unus assumitur in occursum Domini, raptus quasi leuis spiritu, & cælestis: & alius relinquitur infra ut condemnatus. Et ex pauperibus similiter, quos per molentes significauit, (quoniā per pistrinū, laboriosam pauperū uitā insinuat) unus quidem saluabitur, alius autem nō. Non omnes pauperes iusti. Nam ex illis fures, & marupto- rum incisores. Quum autem rogassent discipuli, Quō Domine assumetur illi? dixit, Vbi corpus, illic & aquilæ: hoc est, ubi filius hominis, illic & sancti eius leues, & in sub- lime uolantes: sicut peccatores graues, qui & infra relinquentur. Nam sicut proposito cadauere omnes carniuora uolucres aduolant: ita & ubi filius hominis propter nos mortuus, & in casum positus, de cælo apparuerit, omnes sancti congregabuntur, & ipsi angeli. Cū illis enim ueniet in gloria patris, & in splendore indicibili: licet tempus illud nōstem uocari, eo quod repentinum & inopinatum, uel quia tenebris inuoluentur peccatores. Iustus enim lux orietur, immo & ipsi fulgebunt sicut sol.

CAPVT XVIII.

Dicebat autē & parabolam ad illos huc spectantem, q̄ oporteret semper orare, nec defatigari, dicens: Iudex quidam erat in quadā ciuitate, qui Deum non timebat, neq; hominem reuebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum dicens, Vindica me de aduersario meo. Ernolebat aliquandiu. Post hæc autem di- xit intra se, Quanquam Deum non timeo, neq; hominē reueor, tamen quia molestia est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne tandem ueniens fugillet me. At autem Domi- nus, Audite quid iudex iniquus dicat, Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, etiam cum patiens fuerit super illis? Dico uo- bis quod faciet uindictam illorum cito. Veruntamen filius hominis cum uenerit, an re- perturus est fidem in terra? Postquam mentionem fecit afflictionum & periculorum, nunc subdit quomodo in illis saluemur. Curantur enim oratione perseverante & soli- cita. Nam uentura sunt hæc omnia. Cæterum magnum auxilium in his fert precatio, modò perseverans sit & continua. Oportet enim nos considerare quomodo iniusti iu- dicis pertinaciam sedulitas uiduæ fregerit. Si enim illum omni malitia repletum, neq; Deum neq; homines reuerentem, perseverantis oratio demulsi: quanto magis nos pa- trem misericordiæ Deum ad miserationem mouebimus, etiam si cunctetur non nihil? Vide autem maioris malitiæ indicium esse, neque homines reuereri. Deū enim multi non timent, attamen homines reuerentur, ideo & minus peccant: quando autem & apud homines quis impudens fuerit, tūc omnis malitiæ uertex uidetur. Idcirco & Do- minus postea posuit, neq; hominem reuerens, quasi hoc dicens, Iudex erat Deum non timens, & quid dico quod Deum non timuerit: maius malitiæ indicium habuit, quia neq; hominem reuebatur. Porro hæc parabola nos docet, quod saepe dicimus inter exhortandum, † ne excidamus è precibus. Sanè sicut alibi dicit, Quis uestrum amicum

Math. 19.

Ecl. 18.

1. Theff. 5.

† ne defati

gemur in

precibus

Supra 9.

Curiosa pa

rabola ex-

positio.

Galat. 2.

Math. 6.

Supra 12.

Fides orationis basis.

tunc inueniendos fideles. In tantum enim inualefcet filius iniquitatis, ut etiā, si possibile hile eſſet, ſeduceret electos. In raris enim ſolet huiusmodi interrogandi figura uti, ſicut & cum dicit, Quis putas fidelis & prudens ſeruus? Atq; hoc loco idem ſignificās, q̄ pauci numero erunt qui erga Deū & inter ſe fidem ſeruabunt, hac interrogacione uſus eſt. Merito autem ſermoni de oratione ſermonē de fide cōnexuit, quoniam omnis orationis fundamentum ac baſis eſt fides. Niſi enim crediderit homo, q̄ hoc quod petit, accēpturus ſit in ſuam utilitatem, uana eſt oratio quam facit. Et propterea Dominus de oratione docens, etiam fidei meminit, declarans interim, paucorum fore tunc orare: quandoquidem fides in paucis inuenietur. Igitur cum uenerit Dominus in nubibus, nō inueniet fidem ſuper terram, niſi in paucis. faciet autem hanc tunc. Inuiti autem omnes confitebuntur q̄ Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris: ſi quidem hęc fides uocanda eſt, & non potius neceſſitas. Nullus enim erit infidelium qui nō credet quod ſolus ſit ſaluator is, quem antea blaſphemarat.

Superbia q̄ ſit pernicioſa.

Inſtitia cum ſuperbia hominē facit inſumum.

Dixit autem & ad quosdam qui in ſe confidebāt quod eſſent iuſti, & aſpernabantur ceteros, parabolam iſtam: Duo homines aſcendebant in templū ut precarentur: unus phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtans hęc apud ſe orabat: Deus, gratias ago tibi quod non ſum ſicut ceteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. ieiuno bis in ſabbato, decimas de omnium quæ poſſideo. Et publicanus procul ſtans, nec oculos uolebat ad cœlum attollere, ſed tundebat pectus ſuum, dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Dico uobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam, magis quam ille: quia omnis qui ſe extollit, humiliabit: & omnis qui ſe humiliat, extolletur. Non ceſſat Dominus pluribus argumentis repurgare ſuperbiæ uitium. Plus enim alijs uitijs mentem humanā turbat, propterea ſape & multum de hac docet. Denique & nunc peiorem eius ſpeciē purgat. Multa enim ſunt philautiæ germina. Opinio de ſe magna, arrogantia, & inanis gloriæ cupiditas ab hac pullulāt. Pernicioſior autem omnibus alijs eſt ſuperbia, quæ Dei eſt contemptus. Cum enim quis nō Deo, ſed ſibi ſua bona opera tribuit, quid hoc aliud q̄ negare Deū eſt, & ei aduerſari? Hoc igitur uerbum, cui Dominus ita aduerſatur, ut inimicus inimico, hac parabola medicari Dominus declaratur. Propter hoc enim quod confidunt in ſeipſis, & non totū Deo tribuūt, ſed alios per hoc exinaniunt, hęc dicit: & oſtendit quod iuſtitia quamuis alioqui ſit mirabilis, & hominem Deo proximum conſtituat, cum ſuperbiam admiſerit, hominem in locum inſimum reiſciat. & dæmonem reddat, qui iam ſe æqualem Deo fecerat. Similia itaq; ſunt uerba phariſæi ab initio, grati hominis ſermonibus. Gratias enim habeo tibi, inquit, Deus: at cetera quanta referta ſunt arrogantia? Non enim dixit, feciſti me abſtinere ab iniuſtitia, & a rapina: ſed quomodo? Non ſum. Sibi ipſi attribuit bonū opus, & ſuo robori. At alios iudicare, quomodo eſt hominis ſcientis q̄ a Deo habeat quæ habet: Omnino enim ſi credidiſſet quod per gratiam haberet aliena bona, nō contempſiſſet alios, conſiderans quod etiam ipſe eque nudus eſſet, quantum ad ſuā uirtutē attingebat. Gratis enim indutus eſt propter miſericordiam: propterea ſuperbus phariſæus, tanquam propriæ adſcribens potentiæ ea quæ diſta ſunt, inde eō progreſſus eſt, ut & alios iudicaret. Oſtendit autē Dominus & per ſtationem, ſuperbiam eius, & humilitatis inopiam. Humilis enim uiri eſt & aſpectu humiliari, hic autem & habitu & geſtu ſuperbus agnoſcitur. Quamuis autem & de publicano dictum ſit q̄ ſteterit, tamen uide & quæ ſequuntur, q̄ neq; oculos in cœlum uoluerit extollere, unde ſtatio eius incuruata erat. Illius autem & oculi in cœlum extollebantur, & cor ſimul extollebatur. Vide autem & in oratione phariſæi ordinem, quid indicet nobis: primum quidem dixit ea quæ non erant: & tunc enumerauit quæ erant. Dixit enim, Non ſum ſicut multi hominum, illa & illa: deinde appoſuit quæ uirtutis erant, ut ieiunare bis in ſabbato, & decimas dare de omnibus quæ poſſidebat. Oportet enim non ſolum declinare a malo, ſed & facere bonum. Et prius oportet abſistere a malo, & poſtea uirtutem aggredi: quem admodum & fonte turbato, ut aqua pura deſluat, prius lutum expurgandum, ut haurias puram aquam. Conſidera autem & hoc, quomodo nō arripuerit paruū uerbum, ut ſingulari nomine diceret: ſed plurali numero in multos hęc expuerat, dicendo: quia non ſum ſicut ceteri: appoſuit, & dixit: Ieiuno bis in ſabbato, hoc eſt bis in hebdomada. Sabbathum enim hebdomas eſt, quæ a conſummatione & quieto die nominatur.

Sabet

A Sabet enim, quies. Sabbathata autē hebdomadam dicebant plurali numero. Vnde & unā Sabet. ſabbatorum, primam diem hebdomadæ, quæ apud nos eſt Dominica, uocabāt. Apud Vna ſabbatorum. Hebræos enim unum & primū idem ſignat. Eſt & alius profundior ſermo. Nam contra adulteriū gloriabatur de ieiunio: a delicijs enim petulantia. Ipſe igitur corpus propter ieiunium compellens, a multis eiufmodi affectionibus liber erat. Ieiunabant autem phariſæi ſecunda & quinta. Contra rapinam & iniuſtitiam proferbat dationem decimarum omnium quæ poſſidebat. Tantum, inquit, contrarius ſum rapinæ & iniuſtitia, ut etiā quæ mea ſunt, expendam. Decimarū enim datio uideretur quibusdam ſim Decimarū datio. Decimarum dationes, quas introducit id quod ex Deuteronomio diſces, ſi diligenter Deut. 12. intuearis. Et hęc quidem phariſæus. At publicanus diuerſa. Longē enim ſtabat a phariſæo, & geſtibus, & ſermone, & cōpunctione cordis diſtabat ab illo, non tantum loco. Verebatur enim oculos in cœlum attollere, indignos iudicans qui ſurſum ſpectarent, qui uoluerant uidere bona terrena, & illis frui. Et percūſit pectus ſuum, cor uidelicet propter malas cogitationes, & ut excitet quod obdormierat: & nihil aliud dicebat, q̄ Deus propitius eſto mihi peccatori. Et propter hęc omnia deſcendit iuſtificatus in domum ſuam, magis quam ille. Immundus enim apud Dominū omnis ſuperbus corde. Et Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Verū admirabitur quis quomodo phariſæus cum pauca uerba arroganter pronunciauerit, condemnetur: Iob autē cum multa de ſe magnificē dicat, coronetur. Quia phariſæus quidem nullo cogente ſtat talia nugans & condemnans alios, nullo uſu urgente: Iob uerō prementibus ſe amicis, & grauius incumbentibus q̄ calamitas ipſa, dicentibusq; q̄ propter peccata illa ſit paſſus, compulſus eſt enumerare ſua opera, idēq; propter gloriam Dei, ne ſcilicet homines a recto uirtutum curſu exciderent. Nam ſi cōperiffent homines peccata fuiſſe quæ fecerat Iob, & propter illa paſſum, cauiffent ne eadem facerent, faciēq; inſuper fuiſſent oſores hoſpitiū, & inhospitales, immiſericordes, & iniuſti. Hęc enim erant opera Iob. Igitur ne multi inde incommodarentur, eius gratia bona opera enumerat. Et cauſæ quidem Iob tales fuere, ut ne dicamus q̄ & in his quæ grandiloquentiam quandam ſonant, omnis reſulget humilitas. Quis enim me dabit, inquit, iuxta menſes die- rum priſtinorū, quando Deus me cuſtodiebat? Vides q̄ omne Deo obtulerit, & non cōdemnet alios, ſed ipſe ab amicis cōdemnetur. Phariſæo omnia in ſe, & non in Deū referēt, & abſq; neceſſitate cōdemnant alios, merito cōdemnatio adſcribitur. Omnis enim qui ſe exaltat humiliabitur, Deo illū cōdemnante: qui autē ſe cōdemnando humiliat, exaltabitur a Deo iuſtificante. Dic igitur tu prior, inquit, peccata tua, ut iuſtificeris. Aſſerebant autem ad eum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum uiderent diſcipuli, increpabant illos. Ieſus autem cum illos ad ſe uocaſſet, dixit, ſinite pueros uenire ad me, & nolite uetare eos. talium eſt enim regnum Dei. Amen dico uobis, quicumq; non acceperit regnum Dei ueluti puer, non intrabit in illud. Et ad humilitatem conducit etiā hoc de pueris exemplum. Docet enim Dominus per illos omnino humiliter agendum, & omnes ſuſcipiendos, nullosq; cōtemnendos. Diſcipuli enim indignū arbitrabantur ad talem magiſtrū offerri pueros. At ille oſtendit uſque adeo ſectandā humilitatem, ut etiā minimi nō ſint abſciendū. Et ſic quidem docet humilitatē opere ſuo. Non enim amandat, ſed ſua uiter amplexatur infantes. Docet autē & per ſermonē, q̄ regnū cœlorum eſt eorū qui ſimiliter affecti ſunt ut pueri. Puer non inflatur, neq; aliquē con- Conditio pueri. temnit: innocens eſt, ſimplex, neq; in proſperis moleſtus ſit, neq; in triſtibus deſcitur. Vnde qui uiuit in omni humilitate & ſimplicitate, innocentiaq; ille Deo acceptus eſt, & qui accipit regnū Dei ſicut puer, hoc eſt abſq; dolo & curioſitate, ſed fideliter. Curioſus enim, & ſemper interrogans quomodo ab incredulitate liberetur, non intrabit in regnū, quod noluit ſimpliciter & ſine curioſitate & humiliter ſuſcipere. Omnes itaq; Apoſtoli, in ſumma omnes credentes in Chriſtum, uocantur pueri: ſicut & ipſe Domi- loath. 22. nus Apoſtolos nominauit dicens, pueri num quid obſonij habetis? Sapientes autē gen- tilium, ſapientiā in myſterio querentes, quod eſt regnū Dei, & nolentes accipere abſq; ratione, merito excluſi ſunt ab hoc regno. Non dixit autē, Horū eſt regnum, ſed talium, qui uoluntariē poſſederunt innocentia & humilitatem, quam pueri natura habent. Suſcipiamus igitur omnia illa eccleſiaſtica, quæ ſunt regnum Dei, fideliter, abſq; curioſitate,

u 4

sitate, & humiliter. Curiose enim inquirere, superbia fuerit, & sapientiae gloriose.

Et interrogauit eum quidam princeps: Magister bone, quid faciendum mihi ut con-

Exod. 20.

sequar uitam aeternam? Dixit autem ei Iesus, Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi solus Deus. Præcepta nostri: Non committes adulterium, non occides, non facies furtum, non falsum testimonium dices: honora patrem tuum, & matrem tuam. At ille ait, Hæc omnia seruauit à iuuentute mea. Quo audito Iesus ait ei, Adhuc unum tibi deest: Omnia quaecumque habes, uende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum in celo: & ueni, sequere me. His ille auditis mœrore affectus est, quia diues erat ualde. Videtur ille homo quibusdam malignus quispiam esse, & illaqueare quærens Iesum in sermone. Non est autem hoc uerisimile, sed auarus erat: quoniam & Christus eum quia talis erat, arguit. Etenim & Marcus dicit quod accurrerit, & genu flexerit, & obsecrauerit Iesum, & quod Iesus ipsum aspexerit, & dilexerit. Igitur diuitiarum amator erat homo ille.

Marc. 10.

Accedit autem ad Iesum discere cupiens de uita aeterna, fortassis & in hoc diuitiarum sectator. Nihil enim ita uita cupidum est, ut homo diuitijs studens. Suspiciatur igitur Iesum indicaturum sibi modum quempiam quo diuitiarum possessione perpetuo frui possit. Postquam autem Dominus dixit diuitiarum abiectionem conferre ad uitam aeternam, quasi suam reprehendens interrogationem, & Christi responsum, abiit. Ipse enim quia habebat multas diuitias, multum quærebat uitam perpetuam. Verum cum renunciantum esset diuitijs, quid opus illa aeterna uita, ut uidebatur: pauper enim agenda fuisset uita. Proinde accedit ad Christum ut ad simplicem hominem & doctorem. Idcirco & Dominus demonstrans quod non oporteat ad ipsum accedere ut purum hominem, dixit, Nullus bonus, nisi unus Deus. Bonum, inquit, me dixisti, cur igitur adiecisti, præceptor? Videris enim quod me quasi unum ex multis habeas. Quod si sic, non sum bonus. Nullus enim hominum bonus proprie, nisi Deus, quod si bonum me dicere uis, ut Deum me bonum dicas: ne accedas ut ad simplicem hominem. Si enim me communem quendam hominem putas, ne uoces bonum. Deus enim uere bonus, & fons bonitatis, & principium substantialis bonitatis: nos autem homines licet boni simus, non tamen proprie, sed participes bonitatis illius, promiscuam habemus bonitatem, mirabilesque sumus. Nostri præceptaque non committes adulterium, non occides, &c. Prius lex corrigat ea in quæ facile cadimus: deinde etiam ea in quibus non multi, neque sapius:

Ira, mala bestia.

uti est adulterium committere, quia ignis naturalis & internus. Occidere, quia mala bestia est ira. Furari autem leuius est, & in falsum testimonium rarius incidere contingit. Ideo & illa quidem prius corrigunt, eo quod facile in illa prolabamur, quibus alioqui grauiora sint. Hæc autem, furtum dico, & falsum testimonium, secundo loco ponit, ut quæ rarius contingant, & leuiora sint. Porro in parentes peccare, quauis sit grande peccatum, ueruntamen rarius contingit. Non enim facile inuenitur qui ita bestialibus moribus sit, ut in parentes debacchetur. pauci enim sunt, raroque fit: & ideo posteriori ponit. Postquam autem adolescens se omnia hæc seruasse dixit à iuuentute, præscripsit ei Dominus paupertatem, caput omnium uirtutum. Vide autem legem Christiana uita dignam. Omnia quaecumque habes uende, inquit, Nam si quid reliqueris, illius seruus es. Et distribue non diuitibus cognatis, sed pauperibus. Habuit autem & distribuendi uerbum emphasim quandam, ut cum diiudicatione, & non fortuito dispergantur bona. Quoniam autem cum paupertate & alias habere uirtutes Christianum oportet, propterea dicit, Et ueni, sequere me: hoc est, & in omnibus alijs esto discipulus meus, & semper sequere, non hodie quidem, cras autem non.

Paupertas uirtutum caput.

Ut autem auaro promissit caelestem thesaurum, non attendit ille, seruus enim erat pecuniarum: ideo & ut audiuit, abiit tristis, eo quod possessionis priuatio esset ei dicta, propter quam ipse aeternam uitam desiderat, quo possit perpetuo diuitijs frui. Cæterum & tristitia arguit eum beneuolum & non malignum fuisse. Nullus enim Phariseorum unquam tristis abiit, sed exasperatus potius. Non ignoro autem quod magnum luminare mundi Chrysofostomus adolescentem hunc uere aeternam uitam desiderasse putarit, quod de ea rogauerit, laborasse autem difficiliore morbo auaritia: nihilominus non caret gratia quod nunc adiectum est, quod tanquam auarus, uitam aeternam desiderauerit.

Chrysofostomi laus.

Videns autem Iesus illum mœrore affectum, dixit: Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt: Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audierant: Et quis potest saluus fieri?

Arit: At ille ait, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ait autem Petrus, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Qui dixit eis, Amen dico uobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut liberos propter regnum Dei, qui non receperunt sit multo plura in hoc tempore, & in uenturo seculo uitam aeternam. Postquam diues audiit abiiciendas diuitias, mœrore affectus est: unde dicit Dominus admirabili figura quomodo difficile sit habentes pecunias in regnum caelorum ingredi. Non dicit quod impossibile sit eos ingredi, sed difficile. Non enim impossibile est saluari tales. possibile enim expendere pecuniam, & superna assequi, Et difficile quidem hoc. Tenaciores enim uisco adherent pecuniae, & difficile abstrahitur qui à talibus est comprehensus. Non multo autem post subiicit quomodo impossibile sit: dicit enim facilius esse camelum per foramen acus intrare, quam diuitem saluari. Impossibile enim est omnino quod camelum capiat foramen acus: siue per camelum animal intelligas, siue funem nauticum crassum. Si igitur facilius camelum per foramen acus transire, quam saluari diuitem: impossibile autem hoc, impossibile igitur saluari diuitem. Quid igitur dicendum? Primum quidem, quod uere sic habet, impossibile saluari eum qui diues est. Nec enim mihi dicas quod saluatus sit diues quispiam qui sua dederit: non enim diues saluatus est, sed quia pauper factus, uel dispensator existens seruatus est, non diues. Aliud enim est dispensator, aliud diues. Diues enim est, qui sibi reseruat diuitias: dispensator uero, cui concretae sunt propter alios. Et ita etiam hic saluatus est, non diues saluatus est, sed (ut diximus) quia omnibus renunciauit quæ habuit, uel ut dispensator bene illas distribuit. Insuper & hoc animaduerte, quod diuitem quidem impossibile est saluari, pecunijs autem habentem, difficile: quasi diceret, Qui habetur & tenetur à pecunijs, ac seruit eis, non saluabitur: qui uero pecunias habet, hoc est, dominus illarum est, & ipse habet eas, & non habetur ab eis, difficile saluabitur propter humanam infirmitatem. Impossibile enim est non abuti his quæ habemus. Quippe quædiu pecunias habemus, molitur diabolus nos supplantare, ne regula dispensationis recte utamur, & difficile est effugere eius laqueos, & propterea bona est paupertas, & quasi tentatione superior. Dixerunt autem, inquit, hi qui audierant: Quis igitur poterit saluari? At ille dixit, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Qui enim habent mentem humanam quæ ad inferiora uergit, & terrena desiderat, saluari non possunt: sicut dictum est, Deo autem possibile est, hoc est, quando quis consiliarium habet Deum, & iustificationes Dei, & mandata magistrum de paupertate suscipit, & illius inuocat auxilium, possibile enim est hoc. Nostrium est enim uelle hoc, Dei autem perficere. Et aliter, si quidem transcenderimus humanam illam infirmitatem diuitum, & uoluerimus nobis facere amicos ex mamonâ iniustitiæ, saluabimur per eas, & recipiemur in aeterna tabernacula. Nam melius quidem fuerit dimittere omnia, Hoc autem si minus, saltem facere partiaros pauperes, & sic impossibile fiet possibile. Impossibile quidem esset non omnibus dimisis saluari, ueruntamen & est propter misericordiam Dei, si partes dederimus in usum congruum. Ad hæc Petrus interrogat, Ecce nos reliquimus omnia. Interrogat autem non pro se solo, sed ad consolationem omnium pauperum. Ut enim non soli diuites bonam spem habeant se multa consecuturos, qui multum reliquerint: pauperes autem paruam spem habeant, quod pauca reliquerint, & propterea paruas retributiones habituri sint, interrogat Petrus & audit, quod in hoc tempore & in uenturo seculo retributiones habituri sit omnis qui propter Deum qualemcumque possessiones reliquerint etiam si paruæ fuerint. Non enim hoc consideres, quod pauca fuerint, sed quod parua hæc homini totus uictus fuerint. Et sicut tu multis & magnis, ita ille paucis & parujs uitam suam se sustinere posse sperabat. Ut ne dicam quod qui pauca habet, maiori ad illa teneat affectione: idque manifestum ex patribus, qui quando unum habent puerum, maiorem erga illum affectionem gerunt, quam erga plurimos. Ita & pauper unam domum & unum agrum impensius diligit, quam tu multos. Quod si non, certe uel si eadem utriusque est affectio, & propterea idem & contemptus. Hic sane & in hoc seculo presentem multiplices accipiunt retributiones, sicut Apostoli illi. Tuguriola quidem reliquerat illi omnes, & nunc habent fulgentissima templa, & res familiares, & agros, & uxores multas, quæ illis seruire fidei adherent, aliaque omnia. In futuro autem seculo, non agros tales multiplices & corporales retributiones, sed uitam aeternam.

Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & con-

summa-

summabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim A
 gentibus, & illudetur, & contumelijs afficietur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occidetur, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum istud absconditum ab eis, nec intelligebant quae dicebantur. Praedicat eis passionem propter duo illa. Vnum, ut ostendat, quod non inuitus neque ut purus homo mortem ignoras crucifigatur, sed & praeuideat, & uoluntarie patiat. Nam si nolisset pati, deuitasset utique quae praesciebat. Eorum enim qui non sunt praescij, est capi. Secundum, ut doceat eos leuiter ferre quae euentura, utpote qui antea audiuerint, & non repente in illa inciderint. Cum autem perficienda erant in te quae dicta a prophetis, cur ascendis o Domine? Propter istuc ipsum, ut salutem operer, & ita uoluntarius uadit. Et ipse quidem haec, discipuli aut tunc quidem nihil intellexerunt. Erat enim uerbum hoc absconditum ab eis, & maxime omnium uerbum hoc resurrectionis omnino non agnoscebant. Et alia quoque non agnoscebant, ut, tradit gentibus. Maxime aut uerbum resurrectionis ignorabant, quod non erat in usu. Et non omnes Iudaei credebant resurrectionem, in primis Sadducaei. Sed dixeris, & si nihil agnoscebant, quare ergo eis haec praedicat? Quae enim utilitas illis ad consolationem tempore crucis, si non intelligebant ea quae dicebantur? Quod non parum utilia postea futura essent, dum recordarentur quae ista essent quae tunc praedicente Domino non intellexerunt, manifestum ex multis, & maxime ex his quae Ioannes dicit. Haec autem non cognouerunt discipuli eius: postea autem memores facti sunt quod haec de ipso essent scripta. Et spiritus paracletus suggessit eis omnia, certissimum testimonium de Christo in illis ponendo. De eo, quomodo tri duo fuerit in sepulchro, satis dictum est in Euangelistis alijs.

Accidit autem cum appropinquaret Hiericho, caecus quidam sedebat iuxta uiam mendicans, & cum audiret turbam praetereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret, & clamauit dicens: Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui praebant, increpabant eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens, Quid tibi uis facia? At ille dixit, Domine, ut uisum recipiam. Et Iesus dixit ei, Recipito uisum, fides tua te saluum reddidit. Et confestim uisum recepit, ac sequebatur illum, glorificans Deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem Deo. Dominus miraculum hoc caeci obiter in uia operatus est, ut & transitus eius nobis utilis esset, ac doctrina: ut semper & ubique & apud omnes utiles simus, & nunquam ignaui. Caecus igitur credens eum esse Christum qui expectabatur (uerisimile enim fuit ipsum, utpote innutritum Iudaicis, non ignorasse Christum ex semine Dauid) uoce magna clamat, Fili Dauid, miserere mei. Et dicendo miserere mei, declarat quod diuinorem quandam de illo sententiam habeat, & non hominem purum censeat. Admirare autem quae so quomodo confessionem suam multiplicet. Quomodo? Quauis multi increparent eum, non tacebat, sed amplius clamabat. Feruor quidam intrinsecus instimulabat eum: idcirco & Iesus iussit illum adduci ad se, quod profecto dignus esset qui appropiare ei. Interrogat autem illum, Quid uis ut tibi faciam? non ut ignorans, sed ne ille praesentibus alia petere uideatur, ipse alia dare: & dum ille petit pecuniam, ipse, ut ostentator, caecitatem sanaret. Nam fortassis insipienter talia fingere posset inuidia. Propterea cum interrogasset & comperisset eum recipiendi uisus ualde cupidum, dat quod petit. Vide autem quod alienus sit ab arrogantia. Fides tua (inquit) saluum te fecit. credidisti enim quod ego sum ille filius Dauid, qui celebretur Christus, & tantum praeter tulisti feruorem, ut quamuis increpare, non silueris. Discamus autem ex hoc, quod quando cum fide petimus, non alia quidem nos petimus, & alia ipse dat, sed illa ipsa. Atque ita quoties alia petimus, & alia accipimus, manifestum quod non bene neque fideliter petimus. Petitis, enim, inquit, & non accipitis, eo quod male petatis. Vide insuper & potestatem: Recipe uisum, inquit. Et quis prophetarum ita sanauit: tali inquam potestate? Unde & uox a uero lumine progressa, lumen caeco facta est. Vide insuper gratitudinem eius qui sanatus est. Sequutus est enim Iesum, glorificans Deum, factusque est & alijs glorificandi Deum author.

C A P V T X I X.

Et ingressus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zachaeus, atque is princeps erat publicanorum, & idem erat diues, & quaerebat uidere Iesum quis esset, nec poterat per turba

Matth. 20.
 Marc. 10.
 τὸ ἕρ.
 Passionem suam Dominus praedicat ob causas duas.

Mat. 22.
 Act. 23.

Ioan. 12.
 Ioan. 14.

A turba, quod statura pusillus esset. Et praecurrens ascendit in arborem caprificum, ut uideret eum: nam illac erat transiturus. Et cum uenisset ad locum, suspiciens Iesus uidit illum, dixitque ad eum, Zachaeus festinans descende, quia hodie de mi tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Cumque uiderent, omnes murmuraebant, dicentes quod ingressus esset apud hominem peccatorem diuersaturus. Stans autem Zachaeus dixit ad Dominum, Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus: & si quid aliquid defraudauit, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum, Hodie salus domui huic contigit, eo quod & ipsa filia sit Abraham. Venit enim filius hominis quaerere & seruare quod perierat. Haec fortissima diaboli uasa rapit Dominus, & ciuitates eius destruit. Vide enim quomodo non solum publicanos discipulos fecit, sed & Zachaeum principem publicanorum captiuum ad salutem recipit. Quod publicanus quidem res abominabilis, princeps autem publicanorum multo magis, utpote in malitia princeps, nullus dubitat. Victum enim publicani non aliunde quam ex pauperum lachrymis habent. At neque publicanorum ille princeps despiciatur, sed solum dat alacritatem, & recipit mercedem. Desiderabat enim uidere Iesum. Et cum ascendisset in caprificum, priusquam uideret, prius ipse spectatur a Iesu. Sic igitur omnibus in locis praenit nos Dominus, tantum ut nos alacres & promptos uideat. Ut autem eum uidit Iesus, festinat accedere, eo quod in domino eius mansurus erat. Et ille non erat segnus. Unde & nos paratos esse oportet quando Christus quippiam imperat. Sed & descendit, & suscipit gaudens, etiamsi multi obmurmurent. Videamus autem quantum etiam utilitatis accipiat in ingressu Christi. Dimidium bonorum meorum (inquit) do pauperibus. Vides alacritatem? Non parce seminare coepit, neque pauca quaedam dedit, sed totam uitam. Nam & illa quae retinuit, ut haberet quod iniuria affectus daret, retinuit. Docet enim nos nullum esse lucrum, si quidem ex iniustitia pecunias habens, alijs misereatur, relictis illis quos iniuria affecerat. Et uide quomodo in hoc se gerat. Quadruplum reddit si quem defraudauit, ut illius cui iniuria facta, damnum resarciatur. Haec enim uera eleemosyna est, ut non reddatur solum B
 lum damnum simplex, sed & cum augmento, iuxta legem. Lex enim furem quadruplum reddere iubebat. Quamuis si diligenter consideremus, nullae prorsus pecuniae ei relictae sunt. Dedit enim dimidium bonorum pauperibus. Relictae autem sunt dimidiae, & ex his relictis dedit quadruplum his qui a se iniuria erant affecti: & ita si uita principis publicanorum ex iniustitia, ipse autem omnia quae cumque iniuste abstulit, quadrifariam reddidit, considera quomodo omnino fuerit nudatus. Et hinc comperitur quod sublimius sapuerit quam lex praecipiebat, nunc eruditus ex Euangelio: quia dilexit proximum plus quam se, talia promittens, immo faciens. Non enim dixit, Dabo dimidium, & reddam quadruplum: sed, ecce do, & reddo. Audierat enim Salomonis admonitionem, Ne dicas, rediens redi, & cras dabo. Christus euangelizat ei salutem. Hodie enim (inquit) das, hodie tibi & salus. Dicendo enim, domui huic, omnino Zachaeum significat, qui salutem accepit. Zachaeus enim per domum significatur. Etenim inanimata domum non dicebat filiam Abraham: sed manifestum quod animatum patremfamilias filium Abraham nominari: fortassis & quod crediderat, iustificatusque erat ex fide: fortassis & quod in dispensandis opibus magnanimus, & pauperum amator, qualis erat patriarcha ille. Vide insuper quod & nunc dicit filium Abraham Zachaeum, cum morum similitudinem in se ostendit. Neque enim dixit quod & ipse Abraham filius fuerit, sed quod nunc sit. Prius enim cum princeps publicanorum & exactor esset, nihilque ei in iustitia cum Abraham commune esset, non erat filius. Quoniam autem & obmurmurabant quidam quod apud peccatorem hominem diuertisset, ad convertendos eos inquit, Venit enim filius hominis quaerere & saluare quod perierat. Et hoc quidem iuxta historiam. Facile autem & aliter haec exponere licet in utilitatem moralem. omnis enim princeps multorum in malitia, paruus est spirituali statura. contra-ria enim sunt caro & spiritus: & propterea non potest uidere Iesum praeter turba. Qui enim a secularibus negocijs & affectionibus turbatur, non uidet Iesum operantem, & mouentem, & ambulantem. Nam qui talis est, nullam experitur operationem Christiano dignam. Hoc est enim ambulare Iesum, operari Christum aliquid in nobis. At talis homo qui nunquam uidit Iesum ambulantem, neque sensit ullam operationem Christo congruam, saepe per poenitentiam uenit in conscientiam, & ascendit in caprificum

Publicano- rum uictus, pauperum lachrymae. Prauenit nos ubique Deus.

Exod. 22.

Prophet. 9.

Moralis expositio historiae.

caprificum, omnem uoluptatem ac dulcedinem, quæ per ficum insinuatur, insatiens
 & mortificans. Et sic excelsior se factus, ascensionesq; in corde suo ponens, uidetur à
 Iesu, & uidet. Dicitq; ad illum Dominus, Festina, descende, hoc est ascendens per pœ-
 nitentiam in sublimiorem uitam, descende per humilitatem. Non te supplantet super-
 bus sensus: festina, humiliare. Si enim humiliatus fueris, in domo tua oportet me ma-
 nere. Necessè enim (inquit) ut ego maneam in domo humilis. Ad quem enim respiciã
 quàm super mansuetũ & quietum, & trementem sermones meos: Etenim qui talis est,
 dimidium honorũ suorum dat pauperibus dæmonibus. Duplicia enim sunt bona no-
 stra, corporis dico, & animæ. Omnia corporalia concedit iustus uerè pauperibus, om-
 niq; bono delictis dæmonibus. Animæ autem bona nõ dispendit, id quod & de Iob Do-
 minum dicentẽ audiuius: Veruntamen animã eius ne tetigeris. Sed & si quem de-
 fraudauit, reddit quadruplum. Insinuatur igitur per hoc quod omnis qui per pœniten-
 tiã uiam uadit contrariã priori malitiã, per quatuor uirtutes omnia quæ prius pecca-
 ta sunt, sanat: & sic accipit salutem, filiusq; nominatur Abrahe, eo qd & ipse egressus sit
 de terra sua & cognatione prioris malitiæ, & de domo patris sui, hoc est extra seipsum
 factus, & negans seipsum. Domus enim patris sui diaboli ipse erat. Igitur extra sei-
 psum factus & alienatus salutem sicut Abraham conlequitur.

Hoc illis audientibus, adiciens dixit parabolam, eo qd esset prope Hierosolymã,
 quodq; existimarent fore ut confectum regnum Dei manifestaretur, dixit ergo, Homo
 quidam generosus profectus est in regionem longinquã, ut acciperet sibi regnũ, ac re-
 uerteretur. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem minas. & ait ad illos, Nego-
 ciemini donec ueniã. Ciues autem eius oderãt eum, miseruntq; legationẽ post illũ, dicen-
 tes, Nolumus hunc regnare super nos. Videtur mihi qd homines illi audientes regnũ
 Dei, illud suspicabantur temporale esse à Deo datum in libertatẽ Hebraici generis: id-
 circo & suspicabantur qd Iesus ascendens in Hierusalẽ, sumpturus esset hoc regnũ. Do-
 minus autem monstrat eis qd insipientia quædam dicant. nõ enim temporale regnũ eius.
 Interea & hoc declarat, qd ut Deus cogitationes eorum sciat: unde & hanc parabolam
 dicit, & hominem generosum se introducit. Nam licet homo fuerit, mansit tamẽ in fa-
 stigio & nobilitate deitatis. Perfecto autem mysterio dispensationis in carne, in regionẽ
 longinquã, cœlum dico, profectus est, ut acciperet sibi regnũ, hoc est, ut quasi & secun-
 dum qd homo sederet in dextra throni magnificentiã in excelsis cũ carne. Etenim si-
 cut Deus, semper substantialis fuit patri: sicut homo autem tunc sedet, quando assum-
 ptus est, permanens donec ponantur inimici eius sub pedes eius. Hoc autem erit in cõ-
 summatione, quando omnia etiam quæ noluit, subiicientur ei, credentiã qd Dominus
 Iesus Christus in gloria patris, Ciues autem eius sunt Iudæi, odio habentes illũ. Viderunt
 enim (inquit) & odio habuerunt & me, & patrẽ meum. Qui etiam noluerunt eum su-
 per se regnare: unde & dicebant ad Pilatũ, negantes regnũ eius, Non habemus regẽ.
 Et iterũ, Ne scribas, rex Iudæorũ, quãuis Zacharias dicat, Gaude ualde filia Sion, quia
 rex tuus ueniet tibi iustus & saluans. Atq; Esaias, Ecce rex iustus regnabit. Insuper &
 Dauid, Ego autem constitutus sum rex ab eo, Iudæi sanẽ odio habuerunt Dominum. Por-
 rò dominus dedit seruis decem minas. Serui autem illi sunt hi quibus in ecclesia mini-
 sterium concedit: decemq; dicuntur esse, propter perfectionem ecclesiasticæ
 præsidentiæ. Ordo enim in ecclesia perfectã præsidentiã dispositionẽ habet, & neq;
 plures oportebat esse, neq; pauciores: ut exẽpli gratia tria hæc uidemus esse in ecclesia,
 purgationem, illuminationem, & perfectionem. Operationes enim illas, tres fortiti-
 sunt ordines. Diaconi purgant per instructionem & doctrinã, presbyteri illuminant
 per baptismum, episcopi sacerdotales ordines constituunt & perficiunt, hoc est ordi-
 nant. Vides ordines cum operationibus, & neq; plures, neq; pauciores præsidentiũ
 ordines. Illis igitur seruis distribuit decem minas, hoc est dona quæ unicuiq; data sunt
 in utilitatem. Omnis enim cuiuscunq; concredita est præsidentiã, etiam si indignus fue-
 rit, donũ habet ex unctione sua, id quod magnũ diuinæ misericordiæ sacramentũ est.

Et factum est ut rediret accepto regno, militq; uocare seruos illos ad se, quibus de-
 derat pecuniã, ut sciret quantum quisq; negociatus esset. Venit autem primus di-
 cens, Domine, mina tua decem minas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serue: quia in
 minimo fuisti fidelis, habeto potestatem super decem ciuitates. Et alter uenit dicens,
 Domine,

Domine, mina tua confecit quinque minas. Et huic ait, Et tu præfectus esto quinque ci-
 uitatibus. Et alius uenit dicens, Domine, ecce mina tua quam habui repositam in suda-
 rio: timui enim te, quod homo austerus sis: tollis quod nõ posuisti, & metis quod nõ
 seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudicabo serue male. Sciebas quod ego homo auste-
 rus sim, tollens quod nõ posui, & metens quod nõ seminasti: & quare non dedisti pe-
 cuniã meã ad mensam, & ego ueniens cũ usuris utiq; exegissem illam? Et adstantibus
 dixit, Auferite ab illo minam, & date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei, Domi-
 ne habet decem minas. Dico enim uobis, qd omni habenti dabitur, ab eo autem qui nõ ha-
 bet, etiam quod habet auferetur. Quin inimicos meos illos qui noluerunt me regnare
 super se, adducite huc, & interficite ante me. Et his dictis ibat pergens ascendere Hie-
 rosolymam. Quum reditus est Christus generosus ille & secundum humanam naru-
 ram (ex regio enim genere descendit Dominus) & secundum diuinam, hoc est in secũ-
 do eius aduentu, qñ apparebit rex cum angelis in gloria patris ueniens, & omne genu
 flectet ei: tunc sanẽ ad rationem adiget & eos qd dona acceperunt: & inueniet unus qui
 dem multis profuisse, & decuplicasse donũ, alius autem profuisse quidem & ipse, sed pau-
 cioribus profuisse: alius autem nemini profuisse, sed ignauiter trãsiisse negociationis tem-
 pus. Proinde qui decuplicauit quod acceperat, super decem ciuitates constituitur, hoc
 est multiplices retributiones accipit: & alius deinceps iuxta suã recipit proportionem.
 Qui autem nihil lucratus fuit, condemnatur. Videamus autem & quid dicat, Dñe, ecce mi-
 na tua, accipe eam, habui enim istã in sudario reconditam. Dñs mortuus sudario inuo-
 lutus fuit, & Lazari facies in sepulchro sudario obuoluta fuit, meritò igitur ignauus il-
 le in sudario inquit reconditum fuisse donum. Mortuum enim illud fecerat, & ineffi-
 caz, non euoluens, neq; lucrum faciens. Timebam enim te, inquit, quia tollis quod nõ
 posuisti. Talia multi præterunt. Nolentes enim ullis prodesse, dicunt quod ubi nõ sem-
 nauerit Deus bonam indolem & aptitudinem, illinc ne requirat mellem. Illũ non fecit
 industriũ, & ad doctrinam idoneũ, & quid à me exigitur ut inde fructum faciam? Idcir-
 co Dominus dicit, Tu doce, & depone pecuniã tuam apud mensarios, hoc est, apud om-
 nes homines qui propositi sunt ut percipiant utilitatẽ. Omnis enim homo mearius à
 Deo ordinatus est, ut in huius mundi officina magna negocietur. Et ego ueniens exe-
 gissem illud, hoc est repetissem, cum usura. Oportet igitur & nos quod nostrum est fa-
 cere: alios autem Dominus iudicat, si noluerint utilitatẽ inde percipere. Tollitur igitur do-
 nũ, & datur bono negociatori. Nam licet is habeat, propter istucipsum tamen magis
 debet plura accipere. Habenti enim dabitur, hoc est, ei qui ex negociatione boni mul-
 ta lucratus fuerit, illi dabitur & amplius. nam si parua in decupla fecit crescere, manife-
 stum quod & plura decuplicabit, maioris lucrĩ author Domino futurus. A negligente
 autem & ignauo, & cui non est studium ut crescat & augeatur quod acceperat, & istuc
 ipsum quod habet tollet, ut ne res dominica frustra uacet, quæ dari potest alteri, & mul-
 tiplicari. Hæc nõ solum de sermone & doctrina exponimus, sed & de moralibus uirtu-
 tibus. Nã & in his dona nobis dedit Deus, utpote unũ donũ ieiunij, alij uerò elemosy-
 nã, alij autem mãsuetudinis, alij autem humilitatis. Et si quidem sobrii fuerimus & uigilan-
 tes, multiplicabimus hæc: sin autem negligentes, & uoluntate mortui erimus, ac postea
 arguemus Deũ, ut consueuimus dicere, Et quid faciã? Si quis fuerit sanctus, uult Deus,
 & est sanctus: me non uult, & non sum. & ille Petrus fuit, & ille Paulus fuit. Stulte ho-
 mo, mina illa Paulum te fecit & Petrum. Operare autem iuxta uirtutem, & affer aliquid
 ei qui dedit, etiam si non quantum Paulus & Petrus. Tu autem cum eadem acceperis
 quæ Petrus & Paulus: nam & ille minam, & tu minam: postea non motus omnino ad
 operationem boni, arguis Deum: Propter hoc indigni inuerti donis, illis spoliabimur.
 Inimicos meos, dicit, eos qui nolũt me regnare, adducite huc, & occidite. Iudæos dicit,
 quos interitui tradet, in ignem æternum mittens illos. Atq; ad eõs illi miseri in hoc mun-
 do occisi sunt à Romanis exercitibus, seruanturq; & internecioni quæ illic est.

Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniã iuxta montem qui
 uocatur oliuarũ, misit duos discipulos suos, dicens, Ite in castellum quod è regione est,
 in quod introeuntes inuenietis pullum alinã alligatũ, in quo nemo unquam hominũ
 sedidit. Soluite illum, & adducite. Et si quis uos interrogauerit, quare soluitis: sic dicitis
 ei, Quia Dominus eo opus habet. Abierũt autem qui missi erant, & inuenerunt sicut dixit
 ei.

rat illis. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, Quare soluitis pullum? At illi dixerunt, Quia Dominus eo opus habet. Et duxerunt illum ad Iesum, & iniecerunt uestimentis suis super pullum, imposuerunt Iesum, Eunte autem illo subternebant uestimenta sua in uia. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis oliuarii, coeperunt omnis multitudo discipulorum gaudere laudare Deum uoce magna super omnibus quas uiderunt uirtutibus, dicentes, Benedictus qui uenit Rex in nomine Domini. Pax in caelo, & gloria in altissimis. Et quidam pharisaeorum & turba dixerunt ad illum, Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait, Dico uobis, quod si hi tacuerint, mox lapides clamabunt. Dominus super pullum sedens, duo declarat: Vnum, quod impleat prophetiam dicentem,

Zac. 9. Ecce rex tuus uenit sedens super asinam. Secundum figuratim nobis insinuat quod futurus sit super nouum & indomitum & immundum populum gentilem. Nunquam enim aliam rogauit ut pro itinere longitudine iumentum sibi daretur. Qui enim per totam Galilaeam & Iudeam pedestri itinere circuibat, quomodo a Bethania in Hierusalem transiens rogaret ut pullus sibi daretur, cum non sit tanta distantia, ut sciunt omnes: Proinde, ut ut dicebatur, mystica sunt haec. Vincens autem erat pulchus, & dominos habebat multos: sed solutus est ab apostolis, hoc est, ab his qui missi fuerunt. Sensum autem hunc habet, Bethania quidem domus obedientiae interpretatur, Bethphage uero domus maxillarum. Erat sane uicus sacerdotum. Etenim maxillae sacerdotibus dabantur, sicut in lege scriptum est. Indicatur autem per maxillas sermo doctrinae, quem animales maxillae efficiunt, & attenuant. Vbi igitur domus sermonis, doctrinae, & obedientiae erga illum, illuc mittuntur discipuli Domini, & solunt populum catenis peccatorum ligatum, multisque curis uitae: & pro eo quod habent multos dominos & Deos, faciunt eum habere unum Dominum Iesum Christum, & unum Deum patrem. Vbi autem non est domus obedientiae, uel susceptio uerbi doctrinae, ibi illud non fit, neque pullus soluitur. Duos autem missos esse, hoc uult, quod in adductione populi gentilis ad Christum ut obediant ei, duo ordines ministrant, prophetae, & Apostoli. Et ducunt eum ex castello, ut discamus fuisse populum ualde crassum & ineruditum. Nondum enim federat super eum sermo uel Mosai-

Bethania. solutus est ab apostolis, hoc est, ab his qui missi fuerunt. Sensum autem hunc habet, Bethania quidem domus obedientiae interpretatur, Bethphage uero domus maxillarum. Erat sane uicus sacerdotum. Etenim maxillae sacerdotibus dabantur, sicut in lege scriptum est. Indicatur autem per maxillas sermo doctrinae, quem animales maxillae efficiunt, & attenuant. Vbi igitur domus sermonis, doctrinae, & obedientiae erga illum, illuc mittuntur discipuli Domini, & solunt populum catenis peccatorum ligatum, multisque curis uitae: & pro eo quod habent multos dominos & Deos, faciunt eum habere unum Dominum Iesum Christum, & unum Deum patrem. Vbi autem non est domus obedientiae, uel susceptio uerbi doctrinae, ibi illud non fit, neque pullus soluitur. Duos autem missos esse, hoc uult, quod in adductione populi gentilis ad Christum ut obediant ei, duo ordines ministrant, prophetae, & Apostoli. Et ducunt eum ex castello, ut discamus fuisse populum ualde crassum & ineruditum. Nondum enim federat super eum sermo uel Mosai-

Deut. 18. cus, uel propheticus, sed pullus erat indomitus. Quamuis autem Euangelista alius dixit pueros fuisse qui clamabant, Hofanna filio Dauid; attamen & illi insinuant nouum populum. Credendo enim Iesum ex semine Dauid secundum carnem apparuisse, gloriam retulerunt Deo, secundum quod scriptum est, Populus qui creatur, laudabit Dominum. Vestimentorum autem substratio, significare uidetur quod ex utroque hominem ueterem, qui digni sunt laudare Iesum, subternant illum & subiiciant ipsi, ut cum ascenderit, sanctificet eum, & non ultra repugnet caro spiritui, ut & ipsi possint dicere, Subiectus fui Domino, & orari eum. Porro omnem multitudinem discipulorum dixit Lucas laudare Deum: discipulos uocans simpliciter omnes qui sequuntur Iesum, non solum duodecim, uel septuaginta, sed omnem multitudinem quae uel propter miracula, uel ad tempus trahebatur a doctrina ut sequeretur Iesum, in qua & pueros fuisse uerissimi

Matth. 21. le est: sicut alij Euangelistae dixerunt, & hi afflati Deo, regem illum confitebantur in nomine Dei uenturum, hoc est ut Deum. Et pacem dicunt in caelo, pro eo quod est, Antiquum bellum quod habuimus contra Deum, diremptum est. Non enim fuit in terra rex Deus, nunc autem inuento Deo super terram, merito pax in caelo, & idcirco gloria in altissimis angelis glorificationibus in unione & conciliatione tali quam nobis rex & Deus qui pullo uehit, largitus est. Etenim istuc ipsum, quod Deus existens super terram apparuerit, & in regione inimicorum suorum ambulauerit, indicat foedus factum inter nos & ipsum. Porro pharisaei murmurabant quod regem eum nominauerat populus, & quod ut Deum laudauerat. Ad seditionem enim pertinere nomen regis, & ad blasphemiam nomen Domini existimabant. At Dominus, Si hi, inquit, tacuerint, lapides clamabunt. quasi diceret, Non haec loquuntur homines ut mihi gratificentur, sed a uirtutibus & miraculis quae uiderunt, inducti & compulsi, hanc confessionem & gloriam offerunt.

Psal. 101. Et ut appropinquauit, uidens ciuitatem, fleuit super illam, dicens, Si cognouisses, & tu: & quidem in isto die tuo, quae ad pacem tuam. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quia uenient dies in te, & circumdabunt te inimici tui uallo, & cingent te & coangustabunt te undique, & solo aequabunt te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuae. Plorat super

Psal. 36. ciuitate

Mat. 21. ciuitate ut misericors, nolens perdi eos qui in illa, propter facinus contra se. Ostendit itaque uiscera misericordiae per fletum. Quod enim miserabatur eis, & non solum ante crucem, sed & post crucem etiam conuersionem eorum sitiebat, manifestum est ex eo quod post triginta quinque annos Romanis traditi sunt. Nam propter nihil aliud distulit supplicium, quam quod cupiebat eos conuerti. Flet igitur stupiditate ipsius Hierusalem, & ait: Si cognouisses, & tu & quidem in isto die tuo, quae ad pacem tuam. Hoc est, si cognouisses quae nunc tibi conferunt, ac pacem & quietem afferunt, nempe fidem erga me, & cessationem a persequendo me. Nunc autem sunt abscondita ab oculis tuis, quod propter me, quae tu reprobas, innumera mala te apprehendent, patierisque haec ac illa, eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuae, hoc est, mei aduentus, quando ueni ut inuiserem te, & saluarem. Oportebat igitur scire te quae ad pacem tuam, ut in me crederes, & habuisses utique pacem a Romanis, & omnis malitiae liberationem. Etenim omnes qui crediderunt Christo, a captiuitate fuerunt securi: & ita si omnes credidissent, nullus fuisset captus.

Et ingressus in templum, coepit eis uedentes in illo & ementes, dicens illis, Scriptum est, Domus mea domus precationis est, uos autem fecistis illam speluncam latronum. Et docebat quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & scribae quarebant illum perdere, & primores plebis: nec inueniebant quid facerent. Totus enim populus pendebat ab ore eius cum audiret illum. Et factum est in uno dierum illorum, ducente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & scribae cum senioribus, & aiunt illi dicentes, Dic nobis, qua autoritate ista facis? aut quis est qui dedit tibi istam autoritatem? Respondens autem Iesus dixit ad illos, Interrogabo uos & ego unum quiddam, & respondete mihi, Baptismus Iohannis ex caelo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes, Si dixerimus ex caelo, dicet, Quare ergo non credidistis illi? Si dixerimus ex hominibus, plebs uniuersa lapidabit nos: praesertim enim habet Iohannem prophetam esse. Et respondebant se nescire unde esset. Et Iesus ait illis, Neque ego dico uobis qua autoritate haec faciam. Iesus gloriose Hierusalem ingressus, suae autoritatis indicium facit, repurgando domum patris sui a negociatoribus: quamuis & in principio praedicationis hoc fecerit, sicut Iohannes dicit, & iterum nunc secundo facit: id quod ad maiorem Iudaeorum accusationem pertinet, quod primo suo aduentu non fuerint facti emendatiores, & manserint ipsi negociatores, illum Dei aduersarium dicentes, cum patrem & Deum maxime coleret; ita ut & domum illius a negociatoribus repurgatam uoluerit, idcirco & Esaiam inducit, qui eos arguat, dicentem, Domus mea domus precationis uocabitur. At illi stulte interrogant eum, qua autoritate haec facis? quamuis satis intelligere poterant. Quoniam enim propheticum dictum subdidit, quod testatur domum Dei domum precationis esse, non emporium & speluncam latronum (negociatio enim & auaritia latronum est) quid postea opus rogare eum qua autoritate haec faciat? Facile enim coniectare poterant ex dictis prophetarum quod Deus haec iusserit. At illi interrogant, qua autoritate facis haec? Lex (inquiunt) his qui a Leui originem deducunt, templi gubernationem per-

mittit: tu uero cum ex tribu Leui non descendas, quomodo sacerdotum ius tibi usurpas, & haec facis? Verum o Iudae memor esto quid Dauid dicat, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Si igitur secundum ordinem Melchisedech dictus est sacerdos, Melchisedech uero non fuit sacerdos secundum legem, neque ex tribu Leuitica (quomodo enim posset hoc dici, quum fuerit multis seculis ante Leui?) Deinde, quid quaeris in Christo ordinem legis? Deus legibus non est subditus. Imperabat, quum tempus esset, sacerdotes esse ex tribu Leui: nunc transfert hanc legem, & praefert sacerdotium Melchisedech, propterea eiecit ementes & uedentes ad sacrificandum animalia, sicut oues & columbas. Ad haec decentiam & honestatem templi uindicat. Insuper & hoc ostendit, quod non ultra animalium sacrificijs placari Deum credi debeat. Igitur quamuis in promptu esset quod eis responderet Dominus sicut dictum est, & diceret quod propheta haec, immo Deus praecipiat: ueruntamen ut ostendat eis quod semper inobedientes sint spiritui sancto: & non ostendit quod noluerint credere Esaiam ueteri prophetam, & cuius forte memoriam non habebant, sed ostendit quod & Iohanni uiro euangelico, minimeque carnali, qui nuper apparuerat, credere noluerint: & propterea interrogat interrogationem hanc admiratione dignam, qua &

Esai. 56. Hierc. 7. Matth. 21. Marc. 11. Ioh. 8.

Esai. 56. Hierc. 7. Matth. 21. Marc. 11. Ioh. 8.

Esai. 56. Hierc. 7. Matth. 21. Marc. 11. Ioh. 8.

Esai. 56. Hierc. 7. Matth. 21. Marc. 11. Ioh. 8.

Esai. 56. Hierc. 7. Matth. 21. Marc. 11. Ioh. 8.

Esai. 56. Hierc. 7. Matth. 21. Marc. 11. Ioh. 8.

Esai. 56. Hierc. 7. Matth. 21. Marc. 11. Ioh. 8.

Esai. 56. Hierc. 7. Matth. 21. Marc. 11. Ioh. 8.

confutat illos. Ostendit autem & nobis quod si tali prophetae Iohanni, qui maior se habebatur, non crediderunt de se testanti, quomodo sibi essent credituri responsuro qua autoritate haec faciat? Quasi dixisset, omnino licere vobis uultis ut sermones meos respiciatis & calumniemini, sicut & Iohannis (qui maior apud uos fuit) sermones respiciatis.

CAPVT XX.

Coeptit autem dicere ad plebem parabolam hanc, Homo quidam plantauit uineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre egit multo tempore. Cumque esset opportunum, misit ad colonos seruum, ut de fructu uineae darent ipsi: qui caelum emisit eum in anem. Et rursus adhuc alterum seruum misit, illi uero hunc quoque caelum, & contumeliosum affectum, emisit in anem. Rursus misit & tertium. At illi hunc quoque uulneribus inflicti eiecerunt. Dixit autem dominus uineae, Quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forsitan cum hunc uiderint, reuerentur. Quem cum uidissent coloni, cogitauerunt intra se, Hic est haeres, uenite occidamus illum, ut nostra fiat haereditas: & eiecimus illum extra uineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus uineae? Veniet & perdet colere nos istos, & dabit uineam alijs. Breuis quidem ista parabola, multa & magna nos docet: Curam quam Deus tantam erga Hebraeos exhibuit, qui ab initio fuerunt homicidae. Vnum esse Deum ueteris & nouae legis. Vocandas gentes, & abiciendos Iudaeos. Uinea igitur ista, synagoga erat Iudaeorum: cultores autem, scribae & pharisaei, qui praerant populo. Est & unusquisque uinea, & idem agricola. unusquisque enim nostrum seipsum colit. Hanc igitur uineam cum collocasset agricola misericors, peregre profectus est, hoc est, permisit eos iuxta liberum arbitrium ingredi. Misit autem diversos seruos, prophetas dico, ut haberet uel paruum quoddam lucrum. Volebat enim de fructu capere, non fructum omnem. Quid enim lucrum faceret Deus ex nobis nisi sui agnitionem? Illud autem etiam nostrum est lucrum: simul salutem nostram, lucrumque nostrum, suum facit. Contumeliosum affectum mali agricolae missos, & caecos miserunt uacuos, hoc est, in tantam peruenierunt ingratitude, ut non solum declinauerint a bono, & nullum fructum dederint, sed & mala fecerint: quod maiori supplicio dignum. Igitur cum prophetae tam grauiam sustinuisent, filius mittitur. Fortem enim hunc reuerentur, forte dixit, non ut ignorans futurum quod peius eum affecturi essent quam prophetas: sed illud dicit quod fieri debebat. debebant enim reuereri illum. At illi usque adeo non sunt reueriti, ut etiam occiderint: quod in maiorem eorum acceptionem est, quia postquam affirmauit Deus bonum hoc esse, reuerentiam haberi filio: illi plane contrariam tulerunt sententiam. Haec autem proprietates saepe in scripturis inuenitur: ut cum dicitur, Si forte audiant. Neque enim illic ignorans futurum ita dicit, sed ne quidam praescientiam Dei necessariam inobedientiae causam esse dicant: & idcirco eius modi uerborum figura utitur. Eiectum autem illum extra uineam, occiderunt. Extra uineam, exponi solet extra Hierusalem. extra enim ciuitatem Christus passus est. At quia supra uineam populam, non Hierusalem exposuimus: quod si magis proprie dixerimus quod occiderit quidem populus ipsum, sed extra uineam, hoc est non ipse sua manu ei mortis fuerit author, sed tradiderit illum Pilato & gentibus? Et ita extra uineam, hoc est, extra populi manus passus est Christus. Etenim non licebat his occidere quem, unde militum manibus occisus est, non nulli per uineam intellexerunt scripturam. Extra scripturam enim passus est Dominus. Illi enim qui non crediderunt Moysi, occiderunt eum. Nam si credidissent Moysi scripturis, & eas scrutati fuissent, Dominum scripturarum utique non occidissent. His dicitis protulit & sententiam in eos ferendam, quod uinea locanda sit alijs uineae cultoribus, hoc est, alijs dabit hoc beneficium ut dicantur sensum, ut hinc manifestum. Collocata est enim nobis scriptura, ab Hebraeis sub iata. Fidenter autem dixerit quis omnia spiritualia esse uineam quandam, siue in scripturis & legibus, siue in actibus & historijs sita sint, quibus omnibus priuati sunt Iudaei, & nos fruimur. Quod cum audissent, dixerunt, absit. Ille uero intuitus eos ait, Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, is factus est in caput anguli: Omnis qui ceciderit super lapidem istum, conuallabitur: super quem autem cadet, disperget illum. Et quarebant principes sacerdotum & scribae iniicere in illum manus eadem hora, & timuerunt populum, cognouerunt enim quod in ipsos dixisset parabolam hanc. Lucas quidem

Adem (ut audis) inquit dicere Dominum quod dominus uineae perditurus sit ingratos colonos, & uineam daturus alijs. Quod cum audissent pharisaei, dixerunt, Absit. Matheus uero aliter dicit: nempe quod interrogauerit eos Dominus, Quid faciet agricolis illis dominus uineae? responderintque Iudaei, ac dixerint, Malos male perdet illos, & uineam daturus est agricolis alijs. Nunquid igitur contrarij sunt? Absit. Vtrique enim factum fuisse uerum simile est, & quod secundum Matthaeum sententiam ipsi tulerint, & deinde animaduernerint quod tendat parabola, & quod de ipsis dicta sit: ac iterum dixerint hoc quod Lucas dicit, nempe, Absit. Quid igitur Christus dicit: adducit & aliud testimonium ex David, lapidem quidem seipsum nominans, aedificantes autem doctores ipsos: quemadmodum & Ezechiel dicit, Aedificantes parietem & linientes absque temperatura, hoc est qui ad gratiam loquuntur, & cooperiunt delicta populi, & ueluti in superficie uitae populi liniunt, uelut parietem quendam. Quomodo autem reprobauerunt lapidem illum? quia dicebant, Non est ex Deo. Duas autem perditiones hic dicit: Vnam animarum illorum in quam incidebant scandalizati. Omnis enim qui ceciderit super lapidem istum, confringet. Alteram captiuitatis, quam contemptus ille lapis eis attulerit. Super quem enim ceciderit, dissiliet illum faciet. Sic igitur dissiluerunt Iudaei, & dispersi sunt sicut paleae ab una area Iudaeae in totum mundum. Obserua autem quod illi prius ceciderunt super lapidem, hoc est scandalizati sunt, deinde lapis cecidit super eos, & ultus est illos. praecedat enim peccatum meum, deinde sequitur & iusta Dei uindicta. Verum Iudaei quidem reprobauerunt lapidem istum. At lapis ille erat pulcher & electus, ita ut & in caput anguli sit positus, & coniunxerit parietes, & uniuert uetera ac noua. Et quid multis? Oportebat illos audire Esaiam dicentem, Dominum ipsum sanctificate, & ipse erit uester timor, & non impingetis in illum ut in lapidem offensionis, & petram scandali. At illi scientes quod propter ipsos parabolam dicit, consilium ineunt contra eum, & nisi fuisset timor populi, etiam manus iniiecissent in eum. Et contempserunt quidem legem quae dicit, Innocentem & iustum non occides. Timuerunt autem & repressi sunt a metu hominum, ne manifeste inuadant eum, sed clam ei denuo insidiantur.

Et obseruantes emisit insidiatores qui se iustos simularent, ut caperent eum ex sermone, traderentque illum principatui & potestati praesidis: & interrogauerunt eum dicens, Magister, scimus quod recte dicis ac doces, nec respicis personam, sed uiam Dei cum ueritate doces: licet nobis tributum dare Caesari, an non? Intellecta autem illorum uersutia, dixit ad eos, Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt, Caesaris. Et ait illis, Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari: & quae sunt Dei, Deo. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram populo: & mirati super responso eius obmutuerunt. Laqueum parauerunt pharisaei, quem difficile (ut sibi uidebatur) effugere poterat Dominus: sed comprehensus est illo pes eorum. uide enim malitiam. Nam si quidem dixisset dandum tributum Caesari, accusassent eum apud populum quod in seruitutem redigere studeat gentem quae semen Abraham sit, & nullius seruituti obnoxia, si prohibuisset dare, iterum ad praesidem ut seditionis traxissent. Verum ipse laqueos eorum effugit ut caprea, quo nomine ipsum in canticis appellauit sponsa: & docet ut ei quod potestate habet super corpora nostra corporaliter subiaceamus, siue rex ille sit, siue tyrannus. nihil enim hoc nobis nocet ut spiritualiter bene placeamus Deo spiritu. Reddite enim, inquit, quae Caesaris sunt, Caesari: & quae sunt Dei, Deo. Et uide quia non dixit, date: sed reddite. Debitum igitur, inquit, est: reddite igitur debitum. Custodit te princeps tuus ab hostibus, uitam tuam pacatam facit: debes itaque ei pro his tributum. Et aliter, Etiam ipsum quem proferis nummum, ab illo habes. Igitur cum numisma regis iterum illi reddis, interim tibi lucraris, quod per ipsum, quae uitae debita sunt, praestant. Sic denique & quae Dei sunt, Deo sunt reddenda, dedit tibi mentem, illam redde ei, iuxta mentem operans. dedit tibi rationem, redde ei illam, ne fias brutis insipientibus similis, sed facias omnia ut rationalis. Et in summa, dedit tibi animam & corpus: omnia redde ei, & imaginem suam restitue ei per fidem, per spem, perque charitatem incedens. Sane & aliter reddenda sunt Caesari, quae Caesaris sunt. Vnusquisque enim nostrum imaginem Dei gestat, uel principis mundi. Cum igitur similes nos fecerimus Caesari, facti filij diaboli, imaginem eius gestantes, illam reddere ei oportet, & abicere: ut habeat quae sua, & nihil inueniat in nobis quod proprie suum sit. Ita &

1. Cor. 16. imago Dei seruetur a nobis incontaminata. Idcirco & Paulus admonet, Sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus & imaginem coelestis. Et alio loco, Deponetes uerem hominē. Quod hoc loco licet reddi, id apud Paulū dicitur deponi: & quod hic imago Caesaris, hoc illic imago terreni peccatoris, Adā scilicet, ac ueteris hominis. Nā imago terreni nihil aliud est corruptio & peccatū, quod habuimus assimilati apostatae, & nō regi. Porro nō potuerūt pharisaei cōprehendere Iesum in sermone corā populo. Hoc enim maxime conabantur, ut apud populum ipsum accusare ualerent, quod illum seruituti Romani populi subigeret: sed efficere nihil ualuerunt, propter excellentem ipsius sapientiam.

Deut. 25. Accesserunt autem quidam Sadducæorum qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes, Magister, Moses scripsit nobis: si cuius frater mortuus fuerit habens uxorem, isque sine liberis mortuus fuerit, ut accipiat frater eius uxorem, & suscipiat semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, ac mortuus est sine liberis: & accepit secundus illam, & ipse mortuus est sine liberis: & tertius accepit illam, similiter & ceteri septem, nec reliquerunt liberos, & mortui sunt. Nouissima omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo, cuius eorum erit uxor? Siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et respondens ait illis Iesus, Filij huius seculi ducunt uxores, & nuptum dant: illi uero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque ducunt uxores, neque nuptum dant, neque ultra mori possunt, aequales enim angelis sunt, & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. Quod uero resurgant mortui, &

Exod. 3. Moses ostendit iuxta rubum, cum dicit Dominum Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum, omnes enim illi uiuunt. Respondentes autem quidam scribarum dixerunt, Magister, bene dixisti. Et amplius nō audebant quicquam interrogare. Inualidum fundamentum suae doctrinae iecerant Sadducæi, non credentes resurrectionem, cogitabant enim futuram corporalem resurrectionem. Ideo tanquam absurdum resurrectionis dogma calumniantes, stultā hanc narrationem fingunt: unde Dominus fundamentum eorum statim concussit: & ostendit quod non sit corporalis uita tua: quo factū, ut dogma eorum, statim obtusa opinione, & inualido fundamento concideret. Erratis enim (inquit) nescientes scripturas, sed inuertentes sensum earum. Filij enim huius seculi generant & generantur, uxores ducunt & nuptum dant, hoc est, in nuptias tradunt: filij uero seculi illius nihil tale faciunt, neque enim ultra mori possibile est. Proinde nō illic sunt ea quae in nuptijs, sed angelica & diuina uita est. Hic enim quia mors, ideo & nuptiae: & quia nuptiae, ideo & mors. Illic autem morte abolita, quis nuptiarum usus?

Nuptiae enim auxiliū uitae mortalis, & impletio eius quod deficit: ubi autem nihil deficit, quod opus implente? Pares itaque sunt angelis, & filij Dei. Quare? Quia resurrectionis filij sunt. Quod autem dicit, tale sensum habet, Dixit (inquit) illos filios Dei, eo quod nihil corporeū in generatione eorum uideat, sed omnia diuina sint. Neque enim in resurrectione praecedit uel coitus, uel semen, uel uterus, uel impraegnatio: sed Deus est qui generat corpora nostra modis quibus ipse scit. Et proinde quia Deus est qui operatur in resurrectione, merito filij Dei dicuntur, qui ex resurrectione nascuntur. Subdit autem rationibus etiam scripturae testimonium, Moses enim inquit dixisse sibi Deum ex rubo, Ego sum Deus Abraham, &c. Quod si omnino euaniissent patriarchae, & non uiuissent apud Deum in spe resurrectionis, nō utique dixisset Deus, Ego sum: sed ego erā. De rebus enim perditis & corruptis dicere solemus, Ego eram dominus huius & huius rei. Nunc autem quia dixit, Ego sum, ostendit quod sit uiuentium Dominus & Deus, & non omnino corruptorum etiam si mortui sint, sed spe resurgendi uiuunt: sicut & Adam quamuis uiuebat, attamen mortalis erat, nam ab ipsa hora qua comedit, mori dicebatur. Cōfusis autem Sadducæis, approbauerunt dictum Iesu pharisaei & scribae, utpote aduersarij illorum, gaudentes illos uictos.

Psal. 109. Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid, & ipse Dauid dicit in libro psalmorum, Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum: Dauid ergo Dominum Iesum uocat, & quō filius eius est? Audiente uero cuncto populo dixit discipulis suis, Caute a scribis, qui uolunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foris, ac primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuijs: qui deuorant domos uiduarum, simulant longam orationem,

hi

A hi accipient damnationem maiorem. Ad passionem propediem accessurus, suam praedicat diuinitatem: idque non admodum aperte, nec iactanter, sed modeste. Interrogat enim illos, & perplexos reddit, sinitque ratiocinari quid coeleanum. Dauid enim, inquit, Dominum uocat, & quomodo filius eius est purus? Erat enim & filius Dauid secundum carnem, sed & Deus eius. Illi autem solum filium Dauid esse opinabantur, ideo opinionem eorum euertit, quia putabant filium Dauidis solum. Declarat item quod nō sit aduersarius Deo patri, sed multā cum illo habeat concordiam, siquidem inimicos eius humiliat pater. Et haec quidem scribis dixit. Quia autem discipulos magistrō orbis misit, merito eos admonet ne imitentur pharisaeorum arrogantiam, & ambitiosam mentem: & simpliciter ne cogitent quomodo placeant hominibus. Nam salutationibus forsiter adulantium occurritibus est, & opinionem probitatis uenantium, uel hanc occasionem ad congregandas diuitias admittentium: quin & hi uiduarum domos deuorant, uentri dediti, & ultra quam opus sit insunt, & praetextus quasi pius est. Preces enim & utilitatem animarum praetextentes, non ieiunium docent, ac ebrietatem & gastrimargiam: & propterea accipient ampliore condemnatione: quia non solum faciunt malum, sed praetextunt preces: & piam honestatem ac uirtutem faciunt praetextum peccati. Propterea sane grauius sunt puniendi, ut qui rem honestam calumniae reddunt obnoxiam. Oportebat sane misereri uiduis. Illi autem & domos earum ingrediuntur, quā per longas preces benedicant: interim uideat in praesentia illorum multos coguntur sumptus facere, quo fit ut exhauriantur illarum diuitiae.

CAPVT XXI.

R Espiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam uiduam pauperulam mittentem illuc aera minuta duo, & dixit, Verē dico uobis quod uidua haec pauper plus quam omnes misit. Nam omnes hi ex eo quod ipsi exuberat, miserunt in munera Dei, haec autem ex penuria sua uniuersam substantiam quam habebat, misit. Gazam thesaurum dicunt. Erat itaque sacer thesaurus quem pijs contribuerant, quo utebantur ad apparitionem & necessaria sacrificij, & ad ornatum templi, pauperumque alimoniam: quamuis & de hoc postea negociationem fecerunt sacerdotes, distribuentes thesaurum non in ea ad qua contributus fuerat. Laudat igitur Dominus uiduam supra omnes, quod ex penuria sua totam suam substantiam dederat. Nam hi duo oboli etsi parui uidebantur: attamen totus uictus ex mendicimonia erat. Vidua enim erat pauper. Neque enim Dominus mercedem reddet respiciens ad id quod datur, sed ad id quod deficit. Igitur plura diuites in domibus relinquunt, paruaque ac pauca offerunt: haec autem totam domum euacuauit, nihilque sibi reliquit. Merito igitur dignior est quae laudetur, quam illi. Intellexerunt quidam omnem animam exponi posse per uiduam, quae priore uiro, hoc est ueteri lege, relicto, nondum uerbo Dei copulata, nunc arrabonem uerbo dignum offerat, fidem tenuem ac paruam, & pro sua mensura, conscientiam puram habens, ut simpliciter in uita & doctrina appareat inculcata. Opus enim est cum fide, & bona conscientia: & si sic accesserit quis ad Deum, uideatur mittere plus omnibus diuitibus in eloquio, & abundantibus in gentiliū uirtutibus.

Et quibusdam dicentibus de templo quod pulchris lapidibus ac donis ornatum esset, dixit: Ex his quae uidetis, uenient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non diruatur. Interrogauerunt autem illum dicentes: Praeceptor, quando haec erunt? & quod signum quando ista futura sunt? At ille dixit, Videte ne seducamini. Multi enim uenient sub nomine meo dicentes se esse Christum, & tempus instat: ne igitur sequamini illos. Ceterum cum audieritis bella & seditiones, nolite terreri. Oportet enim prius haec fieri, sed non statim finis. Tunc dicebat illis: Insurgit gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terrae motus magni erunt in singulis locis, & fames ac pestilentiae, terriculamentaque & signa de caelo magna erunt. Merito Dominus praedicat nunc de Hierusalē subuersione, quoniam prope erat ut crucifigeretur, ut sit & hoc magnum argumentum ipsum esse Deum. Unde quibusdam laudantibus structuras templi, & quae in illud oblata erant. Opinor autem illum de sculptis & tornatis loqui, ut erant palmae & Cherubim, & similia. Hoc enim forte *ἀναθηματα*, hoc est dona, dicit, Dominus uero nihil horum miratur, sed & destructionem eorum praedicat. Alij autem opinati sunt eum de consumptione

x 4 matione

A

Pharisaeorum improbitas erga simplices.

Matt. 12. Gaza quidam Sacerdotes, negotiatores.

Matt. 24. Marc. 13.

3. Reg. 6. ἀναθηματα.

matione uniuersali loquutum, quamuis de captiuitate Hierosolymarum a Romano exercitu dicat: ideo & ipse morem gerens eis relinquit sermonem de captiuitate, dicitur de ea postea: nunc autem de consummatione seculi loquitur, & praeuinit eos, ne se falsis prophetis ante suum aduentum uenturis subdant. Erunt autem bella & seditiones. nam cum sublata fuerit omnis charitas, merito locum habent bella & seditiones, post bella uero fames & pestilentia: & pestilentia quidem corrupto ab occisis aere, fames autem ex agris non cultis. Quidam pestilentiam & famem non tantum in consummatione seculi, sed etiam in captiuitatis temporibus fore intellexerunt: Etenim Iosephus miras tunc calamitates fuisse dicit propter famem, & meminit etiam Lucas in Actis. Facta est fames sub Claudio Caesare. Porro & terriculamenta multa fuerunt tempore captiuitatis Hierusalem, ut Iosephus testatur. Omnino tamen haec sequentia (de seditionibus, bellis, & fame, ac caeteris loquor) possunt tam de captiuitate Hierusalem, quam consummatione seculi intelligi.

Iosephus Act. 11.

Sed ante haec omnia inijcient uobis manus suas, & persequentur, tradentes in conciliabula & carceres, trahentes ad reges & praesides propter nomen meum. contingent autem uobis in testimonium. Habete igitur fixum in cordibus uestris, non esse praemeditandam defensionem. Nam ipse dabo uobis os & sapientiam cui non poterunt contradicere neque resistere omnes qui aduersabuntur uobis. Trademini autem etiam a patribus & fratribus, & cognatis & amicis, & morte afficient quosdam ex uobis. Et eritis in uili omnibus propter nomen meum. Et pilus de capite uestro non perit. Per patientiam uestram possidete animas uestras. Ante haec omnia, hoc est, ea quae fient ante consummationem, uel etiam captiuitatem. Nam (ut dixi) coniungit sermonibus de consummatione, sermones de captiuitate. Inijcient enim, inquit, in uos meos discipulos, manus. Et ante captam Hierusalem persecutionem passi sunt apostoli a Hierosolymitanis, Deo hoc ita dispensante, ut cum milites mundum concuterent, & grauius affligerent Iudaeos qui Christum ad crucem adegerant, apostoli interim totum mundum praedicatione implerent. Ducti sunt igitur apostoli ad reges & praesides, sicut Paulus ad Festum, ad Agrippam, ad Caesarem. & factum est eis hoc in gloriam testimonij, Quia autem priuati & imperiti erant, ne turbarentur reddituri rationem apud uiros sapientes: nihil, inquit, de hac re uobis curae sit. Accipietis enim tunc a me eloquentiam & sapientiam, ita ut etiam si omnes aduersarij uestri ad unum usque uobis obstiterint, non poterunt uobis resistere, neque per sapientiam, hoc est sensum uim, neque per eloquentiam, & linguam certitudinem. Saep enim quis habet sapientiam in rationibus & sensibus. In tumultibus tamen cum facile turbetur, confundit omnia cum dicendum est ad populum. Hi autem, Apostoli dico, in utroque gratiam consecuti sunt. Vnde obstupuerunt sacerdotes de Petro & Ioanne ob immensam sapientiam dum comprehenderent eos, qua prius carebant, Paulo uero dicit Festus, In sanis Paule, multae literae ad insaniam redigunt. & cum excussisset timorem illorum quem ex imperitia habebant, subdit & aliud necessarium & ualidum ad concutendas animas, Trademini ab amicis & cognatis. Praedicit igitur & de hoc, ut ne cum hoc subito contingat, turbentur. Grauius enim hoc animam cruciat, sicut & Dauid dicit, Quod si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique: tu autem homo unanims, &c. Et iterum, Qui comedit panes meos mecum, magnificauit super me supplantationem. Cum dixisset quod odio habendi & quod occidendi essent quidam ex eis, subdit maximam consolationem. Capillus de capite uestro non perit. Saluabimini enim, inquit, & neque minimum quiddam in uobis corrumpetur, etiam si uideatur multis corrumpi, tantum ferre oportet. Per patientiam enim possidebitis animam uestram. Nam inimicus quidem inuadit ceu hostis, in captiuitatem ducturus animas uestras, & tentat per afflictiones rapere: sed uos date pro pecunia patientiam, & possidebitis animam uestram hac compositione, & nihil uobis damni erit. Attendite autem quod dicit, morte afficient ex uobis, intelliges enim rarius quiddam, quia non integros uos occident: sed cum ex duobus sitis anima & corpore, non utrumque morte afficient, sed unum ex uobis occident, corpus dico: animas autem uestras possidebitis per patientiam. id quod & alibi dicit, Ne timeatis ab his qui occidunt corpus, animam autem occidere non poterunt.

† dicitio, quosdam, apud graecos non habetur.

Act. 27.

Act. 26.

Act. 4.

Act. 26.

Psal. 54.

Psal. 40.

† dicitio illa, quosdam, in littera ab interprete fuit addita.

Math. 10.

Math. 24.

Cum autem uideritis circumdari ab exercitibus Hierosolymam; tunc scitote quod imminet

Amineat desolatio eius. Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam, quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quae scripta sunt. Vae autem praegnantibus, & mamma nutriendis in illis diebus. Erunt enim afflictio magna super terram & ira in populo hoc, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Hierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora gentium. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris anxietas gentium per desperationem, resonante mari & fluctu, ex tabescentibus hominibus praetimore, & expectatione eorum quae superuenient orbi terrarum. Nam uirtutes caelorum mouebuntur, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate & gloria magna. Manifestissimè nunc de captiuitate Hierusalem tradit. Vnde sic opinor intelligendum: Ante haec omnia autem, hoc est, ante fames & pestilentias, & alia grauius quae sunt euentura in tempore consummationis, persecutionem quidem patiemini uos Apostoli, & caetera: deinde & Hierosolymis mala imminet. Nam quonia illi putabant quod in tempore consummationis destruenda essent aedificia templi: non, inquit, Tempus enim consummationis falsos prophetas habebit, & fames & pestilentias ex continuis bellis quae contingent ob charitatis penuriam. Vos autem ante tempus consummationis persecutionem patiemini, & Hierusalem capietur, & lapides illi diruentur. Quando enim uidebitis ciuitatem a Romanis exercitibus cingi, tunc desolationem eius scitote. Tragicè igitur profert mala quae tunc ciuitati imminet. Nam qui in Iudaea, inquit, fugiant in montes: & qui in regionibus, ne sperent quod ciuitas murata custodiat eos: sed secedant etiam ipsi qui in media ciuitate. Dies enim ultionis sunt, ut impleantur quae in Daniele sunt scripta. Maximè autem, uae praegnantibus, quandoquidem fugere non poterunt propter sarcinam uentris: & lactantibus, propter amorem erga pueros, quos neque relinquere possunt absque cura, neque secum auferre. Quidam in hoc insinuat putant esum pueri de quo tradit Iosephus, & praedicit Hieremias. Et Hierusalem, inquit, conculcata erit a gentibus. Hucusque de captiuitate. Deinde iterum tradit ea quae de consummatione. Erunt enim signa in sole, & luna, & stellis. Cum enim creatura alteretur, merito elementa nouum morem habent. Et angustia gentium, hoc est, afflictio omnium, perplexitate commixta, Mare autem maximis sonis resonabit, & erit commotio ac turbatio, ita ut homines extrahant a solo timore & expectatione eorum quae uenient super orbem. Vides hic manifestè de consummatione loquentem: Supra enim dicebat Hierusalem ab exercitibus & gentibus cingendam & conculcandam, hic autem toti orbi superuentura dicit mala, & ita nunc de consummatione seculi loquitur. Nam uirtutes caelorum mouebuntur, Et quid dico, inquit, quod homines turbabuntur, cum creatura omnis alteretur? Nam & ipsi angeli & prima uirtutes turbabuntur, terrebunturque in terribilibus immutationibus uniuersi. Et tunc uidebunt filium hominis, Qui: Omnes, credentes & non credentes. Venientem autem in nubibus, ut Deum scilicet cum uirtute & gloria magna. Quippe super solem tunc fulgebit & ipse, & crux eius, & ab omnibus agnoscetur.

Marc. 13. Esai. 5. 13.

Dan. 9.

Iosephus de puero Hierosolymis conuulso. Hierem. 19.

B

His autem fieri incipientibus, suscipite & attollite capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem, Videte ficum & omnes arbores, cum protrudunt iam gemmas, cernentes ex uobis ipsi scitis quod iam instet aestas. Ita & uos cum uideritis haec fieri, scitote quod instet regnum Dei. Amen dico uobis, non praeteribit generatio haec antequam omnia facta fuerint. Coelum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Sicut prior aduentus Domini in restitutionem & regenerationem animarum nostrarum fuit, ita & secundus erit in regenerationem corporum. Quoniam enim animae prius mortuae fuerant propter inobedientiam, corpora autem post nongentos annos inobedientiae mortis uim experta sunt: ideo congruenter regenerantur, & melius habent, per priorem quidem aduentum animae; per secundum uero, corpora. Idcirco & Dominus dicit, Quando haec fiunt, suscipite qui grauati estis corruptione, quasi libertate donandi. Nam ἀπολύτρωσις, hoc est redemptio uestra adest, hoc est consummatio utriusque libertatis, animae inquam & corporis. Praepositio enim ἐξ insinuare uidetur perfectam a corruptione libertatem, quam & corpus tunc accipiet gratia Domini extremum inimicum abolentis mortem. Aboleuit etenim principatus & potestates, & animas redemit: reliqua autem erat mors, corpora nostra depascens;

ἀπολύτρωσις.

gratia pascha facit: Per omnia ostendit quod usque ad extremum anhelitum non sit con-
trarius legi. Atqui comedamus & nos hoc pascha spiritualiter. Et intelligamus dies a-
zymorum omnem quae in spirituali lumine est conuersationem, quae nullam uetusta-
tem primae in Adam inobedientiae habeat: in qua conuersatione si fuerimus, impin-
guandi fumus mysterijs Christi. Praeparabunt itaque haec sacramenta Petrus & Ioan-
nes, actiua & contemplatiua, feruor zeli, & mansuetudo pacifica. Oportet enim fideles
& feruidos esse bonum operando, & zelotas aduersus malitiam, & mansuetos erga male
operantes. Odio enim habenda malitia, non is qui male agit, cuius habenda est cura.
infirmus enim est. Et hoc est male agere, a maligno uexari, & facere malum. Quod
si habuerimus Petrum & Ioannem adornantes coenam: uitam dico bonam, quae est Pe-
trus: & uera dogmata, quae sunt Ioannes theologus: occurret illis praeparatoribus ho-
mo: hoc est, tunc inueniemus humanam conditionem uere formatam secundum ima-
ginem conditoris: uas aquae figulinum gestantem. Aqua quidem spiritus gratia, ut Eu-
angelista Ioannes docet. Figulinum autem uas, cor, quod facile confringitur: nam
qui spiritualem gratiam accipit, humilis est, & contritus corde. Humilibus enim dat Do-
minus gratiam. Qui autem scit seipsum esse terram & cinerem, & dicit cum Iob, De
terra me formasti: ille portat gratiam spiritus in uase cordis sui, quod facile compungit-
ur & conteritur. Et cum assequuti fuerimus hanc conditionem, abeamus in domum
mentis, cuius paterfamilias mens, monstrabit nobis coenaculum stratum magnu. Coe-
naculum autem est sublimis eiusmodi mentis capacitas, diuinorum (inquam) & spiri-
tualium, in quibus habitat, & in quibus amice excipitur. Strata autem sunt haec: nihil
enim in eis asperum, sed & aspera in plana conuertuntur tali menti: sicut & Solomon
dixit, Omnia plana intelligentibus, & recta inuenientibus scientiam. Id autem pecca-
toribus non dixit: quia mens licet opus excellens faciat iuxta suam efficaciam agens,
strata tamen eius scientia est, & adhuc humiliora habet. Sublimis autem, & quae uera
scientia, & super omnem sublimitatem, ignorantio est, quae mentem transcendit, quan-
do non iam mens operatur, sed operationem sentit, ac patitur. Oportet autem nos
prius mente nostra operari, & deinde gratiae dominicae in nobis operationem sentie-
mus, quae nos suscipiet sicut prophetas, & eos qui excessum patiuntur, & omni natu-
rali operatione destituuntur. Denique dicitur assumptio Domini in propheta huiusmo-
di fieri. Sicut igitur & in hoc coenaculum stratum uenit Iesus cum discipulis suis, & mys-
teria perficit: ita uenit ad nos, & suam ostendit efficaciam: sed non expectat ut nos ue-
niamus ad eum. Discipuli autem uerbi Dei sunt omnes sermones rerum gestarum.
† Tunc igitur cum intellexerimus quod operetur in nobis uerbu, dico impletionem,
immò assuefacti fuerimus iungere sermonibus opera: tunc uidebimus caelos opera di-
gitorum tuorum.

Et cum iam esset tempestiuum, accubuit, ac duodecim Apostoli cum eo. Et ait illis,
Desiderio desiderauit hoc pascha comedere uobiscum antequam patiar. Dico enim
uobis, posthac non edam ultra ex eo, donec compleatur in regno Dei. Et accepto po-
culo gratias egit, ac dixit, Accipite hoc, & diuidite inter uos. Dico enim uobis, quod
non bibam de fructu uitis, donec regnum Dei ueniat. Et accepto pane, cum gratias e-
gisset, fregit, ac dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite
in mei recordationem. Similiter & poculum postquam coenauit, dicens, Hoc po-
culum nouum Testamenti per sanguinem meum, qui pro uobis effunditur. Pascha
stantes comedebant, quomodo igitur Dominus recumbere dicitur? Dicit itaque quod
postquam comedit legale pascha, recubuerunt more uulgarium comedentes alios quosdam
cibos. Dicit autem ad discipulos, Desiderio desiderauit hoc pascha manducare uobiscum,
priusquam patiar: quasi diceret, hanc extremam coenam meam uobiscum, idcirco
& gratum ac desiderabile est, nam ultra uobiscum non sum conuiuaturus, sicut &
peregre profecturi postrema colloquia cum maximè familiaribus suauiter miscerent.
Vel aliter, Desiderauit hoc pascha manducare uobiscum, eo quod magna mysteria in hac
uobis coena sunt traditurus, nempe ea quae sunt noui Testamenti. Significat autem per
haec, quod uoluntarie patiat. Poterat enim omnino secedere, sicut & alijs temporibus,
cum sciret se passurum. Quod autem dicit, Non bibam illum, donec regnum Dei
ueniat: quidam sanctorum intellexerunt, donec resurgam. Post resurrectionem enim

*pati
Male agere
quid sit.

Ioan. 7.
Iacob. 4.

Iob 33.

Proverb. 9.

Psal. 8.

† Tunc igitur
cum ope-
rabitur in
nobis De-
us, pascha
intellige-
mus parti-
cipatione:
uel potius
erudiemur
in sermoni-
bus rerum
factarum, iu-
xta illud, ui-
debo

Quomodo
olim pascha
comederunt.

Ioan. 2.

A conuersatus est cum discipulis, & comedit & bibit cum eis: sicut & Petrus ad Corne-
lium dicit, Qui comedimus & bibimus cum eo post resurrectionem. Quod autem re-
gnum Dei sit resurrectio, manifestum est. Resurrectio enim destruxit mortem: regna-
uit autem mors ab Adam usque ad Christum. Tunc autem destructa, concessit Domi-
no uictoria & regnum: quemadmodum dictum est, Vbi est mors uictoria tua: & Dauid,
Dominus regnauit. Deinde interpretas quomodo regnauerit: Decoratus (inquit) indu-
tus est, in corruptione accipiente corpore, & decorato deitate, ut Esaias inquit: Hic for-
mosus in stola, uolentia cum fortitudine. Dominus quoque postquam resurrexit, inquit,
Data est mihi omnis potestas. Cum enim uenisset resurrectio, qua regnum Dei nomi-
nauit, eo quod mortem destruxit, iterum bibit cum discipulis, persuadens discipulis non iuxta
apparentiam tantum resurrexisse. Quidam autem regnum putarunt futurum statum: bibere au-
tem dominum nobiscum in futuro, pro reuelatione mysteriorum. Latificans enim nos ex-
hilaratur, & pasceus pacitur misericors, & nostrum potum ac alimoniam, hoc est doctrinam,
proprium cibum existimat. Bibet igitur tunc nouam quandam potionem cum disci-
pulis, reuelans eis semper noua quaedam & insolita. Duorum autem Lucas uidetur memi-
nisse poculorum. Et de uno quidem dicit, Accipite & diuidite inter uos: quod ueteris testa-
menti figuram quis esse dixerit. Et de altero quod illum, postquam fregit panem & distribuit, ipse di-
stribuit discipulis, quod & noui testamenti nominat, & suo sanguine dicit hoc innovari.
In ueteri enim sanguis erat brutorum animalium, cum lex uigeret: nunc autem cum uerbum
Dei homo factum est, sanguis nouum testamentum nobis obliquauit. Dicendo autem, quod
pro uobis datur & effunditur, non pro solis Apostolis signat corpus eius esse datum, &
sanguinem eius esse effusum, sed pro humano genere. Quando igitur dicit, quod pro uo-
bis datur, intellige, pro uestro hominum genere. Vetus enim pascha perficiebat obli-
berationem seruitutis ex Aegypto, & sanguis agni propter seruata primogenita: no-
uum autem pascha propter remissionem peccatorum, & conseruationem cogitationum
sanctificationum, & consecrationum Deo. Primum autem panis, & deinde poculum. Pri-
mum enim laboriosior actio & difficilior. Sudores enim praecedunt uirtutem. Quem-
admodum igitur panis, non solum in sudore faciei excolitur, sed & comedendo ope-
rosior est. Deinde post labores, laetitia diuinam gratiam, quae signatur per poculum. Post-
quam enim quis in uirtutibus diu grauiterque laborauerit, tandem dignus est donis,
& inebriatur laudata illa ebrietate qua excedit ex hoc mundo, sicut Paulus & Dauid, Ebrietas
& ut audientis quiddam dicam, sicut & Deus apud Habacuc.

Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et filius quidem homi-
nis secundum quod definitum est uadit: ueruntamen uae homini illi per quem prodia-
tur. Et ipsi ceperunt quarere inter sese, quisnam esset ex ipsis qui hoc facturum esset.
Facta est autem & contentio inter eos quis eorum uideretur esse maior. Dixit autem eis,
Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eas, benefici uocan-
tur. Vos autem non sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior: & qui princeps est,
sicut qui ministrat. Nam uter maior est, qui accumbit, an qui ministrat: nonne qui ac-
cumbit? At ego in medio uestrum sum ut qui ministrat. Nihil excusat miserius est.
Vide enim quid Dominus dicat: Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa: & stu-
pidus non sensit. Etenim Dominus haec dicit, non solum ut ostendat se non ignorare quod
eueniet, sed & ut nobis suam bonitatem, & proditoris malitiam ostendat, qui non eru-
berit secum conuiuari. Nam non omisit sua facere, ut nobis exemplum daret ut usque
in finem lapsos lucrati studeamus. Et filius quidem hominis (inquit) uadit: non quali-
non ualeat se uindicare, sed quia olim decreuerat mori in salutem hominum. Verun-
tamen uae homini illi per quem traditur. Nam praedefinitum quidem est ut patiat: sed
tu quare inuentus es malus, & ita ad proditorem paratus? Propterea tibi uae adiu-
dicatum est, quia inuentus es studens proditori. Quia etiam serpens maledictus est
eo quod seruiuit diaboli consilijs. Turbati sunt autem discipuli auditis his: & hoc latius
disces in Euangelio Ioannis. Nunc autem non solum de suspitione proditoris tan-
tum turbantur, sed ex turbatione illa ad contentiones ueniunt, contentiones quis ex
ipsis esset maximus. Inciderunt autem in hanc litem quia uerisimile est quod inter se
dixerint unus alteri, tu proditorus es, & alius alteri, tu proditorus es. Et inde eo per-
uenerunt ut dicerent, Ego sum melior, & ego sum maior, & similia. Quid igitur do-
minus?

Act. 10.

Quidam du-
rauerit re-
gnum mortis.
Ose. 13
1. Cor. 15
Psal. 92
Esa. 63
Math. 28

Exod. 12

Ebrietas
sancta.

Abac. 3

Math. 20.

Mar. 10.

Executis
miserius ni-

Gen. 3.

Ioan. 13.

Christus cō-
tentionē di-
scipulorum
de primatu
duobus ex-
emplis com-
primi.

minus: Comprimit tumulū hunc duobus exemplis. Vno gentiliū, quos abomina-
bantur: ostendens q̄ illis alsimilandi sint, si sapiāt similia. Altero autem suo exemplo.
Eos enim ad humilitatem exemplo suo ducit, ostendens quod ipse ministret eis. Ete-
nim tunc, sicut dictum est, panē suum & potum distribuit. Cum igitur ego, quem om-
nis rationalis & angelica creatura adorant, in medio uestri ministro: quomodo uos
digni estis qui magna de uobis sentiatis, & primas partes capiat: Videtur autem mi-
hi non obiter huius recubitus & ministerij meminisse, sed reducere eis in memoriā,
Quia de uno pane comedistis, & uno calice bibistis, amicos & unanimes una mensa
fecerit: quare ergo sapitis quæ tales nō decent: Et neq̄ ego unī quidem seruiti, alteri
autem non seruiti, sed ex æquo omnibus uobis. Omnes igitur unum & idem sentia-
tis. Tu autē ex his omnibus intelligas quod discipuli adhuc imperfecti fuerint, sed ut
de quomodo & postea resulerint. Confundantur Manichæi, qui dicūt quosdam na-
tura esse indociles, & impossibile esse uitæ mutationem.

Manichæi.

Vos autē estis qui permanistis mecū in tentationibus meis: & ego dispono uobis,
sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in
regno meo, & sedeat super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. At autē Do-
minus, Simon Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: sed ego
rogauī pro te, ne deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.
At ille dixit ei, Domine tecum paratus sum & in carcerē & in mortem ire. At ille di-
xit, Dico tibi Petre, nō canethodie gallus priusq̄ ter abneges nosse me. Postq̄ dixit
traditori uæ, & in medio docuit eos humiles esse: sicut traditori uæ adiudicauit, ita ē
diuerso inquit, Vos estis qui mansistis mecū in tentationibus. ideo & mercedem uo-
bis dispono, hoc est, paciscor uobiscū, ut cum pater meus disposuerit mihi, hoc est, se-
gregauerit mihi regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam. Comedere autem
& bibere dixit, nō quasi edulia illic sint posita, neq̄ quasi sensibile quoddam regnum

Supra 20
Rom. 14

lit. Ipse enim per ea quæ Sadducæus locutus est, docet quod conuersatio quæ illic, an-
gelica sit, & Paulus docet regnū Dei nō esse cibum & potum. Ne quis igitur erret au-
diens hic, edatis & bibatis super mensam: sed cogitet quod dictum sit, ex metaphora
eorum qui à regibus honorantur. Nam qui cum regibus cœnant, uident primos ho-
nores fortiri. Hoc igitur & de Apostolis dicit, quod apud se omnibus alijs præferant.
At ubi thronos & sedes audieris: nō thronos intellige, sed gloriā & honorem. Non
enim creaturæ est sedere, sed sanctæ trinitatis, increati & regis omnīū Dei: creaturæ
autem tanq̄ ancillæ est stare, idq̄ cum corporaliter dicimus sedere & stare. Iudican-
tes uerō, hoc est condemnantes eos qui ex duodecim tribubus sunt increduli futuri.
Non parua autē condemnatio Israelitis fuerit, quod Apostoli qui etiam ipsi ex Israe-
litis erant, crediderunt, & alij nō crediderunt. Itaq̄ quia proditori uæ adiudicatus est,
illorum autē qui permanserunt in amore erga illum, tantū prædixit fore honorem, ut
ne extollantur quasi magnū quiddam fecissent, & permansissent in charitate, ac non
prodidissent: Satanas uos, inquit, petiuit cribrare, hoc est, turbare, nocere, tentare.
Sed ego rogauī. Ne existimetis (inquit) q̄ uestrum sit totū hoc bonū opus. Diabolus
enim ualde urget, si possit uos ab amore mei depellere, & ostendere proditores. Ad
Petru autē uerba hæc dirigit, qui reliquis audacior erat, & probabile est superbisse in
ijs quæ à Christo promissa erant: idcirco & reprimi eum, dicēs: Satanae quidem fuit
multū studium cōtra uos, ego autē orauī pro te. Et hoc humano more dicebat. Nam
ut Deus, nō opus habebat orare aliquē. Rogauī igitur, dicit, ut non deficiat fides tua,
quæ enim breuī tempore cōcutiendus sis, habes tamen recondita semina fidei, ut et-
iam si folia abiecerit spiritus inuadentis, radix tamen uiuet, & non deficiet fides tua.
Tu uerō cōuersus cōfirma fratres tuos. Planus huius intellectus is est. Quia te habeo
ut principem discipulorū, postq̄ negato me fleueris, & ad poenitentiam ueneris, con-
firma cæteros. Hoc enim te decet, qui post me ecclesiæ petra es & firmamentū. Intel-
lexerit autem quis nō solum de Apostolis dictū quod confirmati fuerint à Petro, sed
de omnibus qui usq̄ ad consummationē seculi futuri sunt fideles. Tu enim Petre cō-
uersus, bonum exemplum poenitentiae eris omnibus, ut nullus credentiū in te respici-
ens desperet: qui cum Apostolus fueris, & negaueris, iterū tamen receperis prima-
tum omnīū, & præfecturam orbis per poenitentiam. Rogauī itaq̄ Satan cribrare &
nocere,

Petrus poe-
nitentiae ex-
emplū om-
nibus.

A nocere, sicut cribratur triticum purum, utpote inuidens amorī tuo in me, sicut ei mos
est. Nam sic etiam Iob inuasit. Verū ego nō omnino te derelinquā ut deficiat in uni-
uersum fides tua. Quāuis autē ego rogauerim pro te, attamen tu ne recideris, sed con-
uersus, hoc est poenitentia agens, & lacrymas profundens, & à negatione resiliēs, esto
etiā alijs poenitentiae exemplar, ne desperent. Quid igitur Petrus: Multa charitas ani-
mosum eum reddidit, ut polliceat quæ sibi tūc impossibilia. Dominus autē ubi uidit
eum temeraria loqui (oportebat enim semel audita ueritate, quæ ei dicebat q̄ tentan-
dus esset, nō reluctari) manifestat ei tentationis speciē, nempe negationē. Hoc autem
loco discimus magnā doctrinā, q̄ nō sufficiat propositū hominis absq̄ subsidio Dei:
quemadmodū & Petrus parum derelictus, tamen charitatē ac feruorē habere uide-
retur, ubi reliquit eum Deus, supplantatus est ab inimico. Et iterū nō sufficit Dei sub-
sidium, si nō affuerit & humanum propositum: quemadmodū & Iudæ nihil profuit
quæuis omnia faceret Dominus ut lucrificeret eum, cum abesset ei bona uolūtas. Hor-
reamus autem considerantes quantum contra remissos ualeant insidiae diaboli. Ecce
enim & hoc loco Petrus quæ à Deo conseruaretur, quia paruo tempore per dispen-
sationem derelictus est, eō peruenit ut negaret: & nisi à Deo parua quedam custodia
fuisse quæ in illo recondita erant semina, quid nō passus fuisset: Eō enim spectabat
diabolus, ut & ipsum ad proditionem intruderet. † Cibis enim diaboli (inquit Pro-
pheta) electi, Deo autem sit gratia, qui nō derelinquit sanctos & iustos, & bonos cor-
det: qualis erat Petrus, ualde amans, & alienus à malis erga magistrum suspicionibus.

† scilicet enim
diabolo, in-
quit pro-
pheta, ele-
cti.

Et dixit eis, Quando misit uos sine sacculo & pera & calceamentis, num quid defuit
uobis: At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet sacculū, tollat, simi-
liter & peram: & qui nō habet, uendat unicā suam, & emat gladiū. Dico enim uobis,
quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet perfici in me, Et cum iniquis deputa-
tus est. Etenim ea quæ sunt de me, finē habent. At illi dixerunt, Dñe, ecce duo gladij
hic. At ille dixit eis, Satis est. In principio quidem prædicationis mittens discipulos

Abac. 1.
Psal. 36.

Esa. 53.

Matth. 10.
Supra 10.

B Dominus in castella & ciuitates, absq̄ necessarijs dimisit, neq̄ dedit quibus habebant
opus, neq̄ curam gerere uolebat, & in his oportebat discere eius uirtutē. Illorū enim
curam habens tanquā infirmorū, faciebat eis omnia necessaria affluere abunde citra
ipsorum curā. Nunc autē contraria præcipit, nō contrarius sibi ipsi, sed ostendens eis
quod usq̄ ad hoc tempus tanq̄ paruulos gestarit, & nō fecerit eos de quoq̄ sollicitos.
Nunc autē opus est eis ut curent ea quæ uirorum sunt, & prouideant sibi ipsis. Ego e-
nim (inquit) pater uester, uestri curam gerens iam abeo. Ex hoc tempore parati esto-
te, & ipsi rerum propriarū curam gerite, & nolite omnē curam in me reijcere. Opera
enim uestra non erunt tam facilia, & à labore aliena: sed obnoxij eritis fami & siti, &
multis aduersis. Hęc enim insinuant per sacculum & peram, ac gladium. Proinde ne-
sitis ignauī: quia & famem expeturi estis, & opus habebitis edulij, quæ per peram
significat. Et uirtutes estote, quia in multa aduersa incidetis: quod per gladium indicat.
Hęc autē dicit, nō ut omnino gladijs sint accincti, sed (ut dixi) significans bella & pe-
ricula, & docens ut ad omnia præparati sint. Nam ne existimet posteriores q̄ aposto-
li à se nihil ad uirtutē contulerint, sed totum Dei fuerit: nō hoc erit (inquit) sic, neque
enim apostolis meis uti uolo ut instrumentis inanimatis, sed & quæ ab ipsis sunt ipsos
adferre postulo. Deniq̄ inuenies apostolos, & maxime Paulum, multa etiā ex huma-
nis industrijs recte facere (lege Acta) quæ in his non abfuerit diuinū subsidium. In-
terea autē & apostolis accedit utilitas, ne fastu inflentur ex hoc. Si enim ipsi nihil cu-
rassent, & à Deo omnia expectassent, atq̄ ipsi euenissent, inflati fuissent, quasi maius
quiddā super uires humanas sortiti. Et alioquin naturæ esset ignauia & corruptio, ni-
hil à se excogitare, sed omnia, ut dici solet, molita expectare. Propterea dicit eis, ex hoc
tempore & peras gestate, hoc est, sic affecti estote, & curam habete, ut esuriem habi-
turi. Et gladium emite: quod est, sic prouidete uobis ipsis, tanq̄ hi qui in bella & præ-
lia multa incident. Et aliter exposuerunt quidam, Emite gladium. Significat enim,
inquirunt, breuī tantas futuras insidias, quales nunq̄ fuerunt, & quod inuasuri sint il-
los uiri sanguinarij. Nam quia illi prius inter se de primatu contenderant, Non est,
inquit, tempus ambitionis, sed periculorū & cædium, nam & ego magister uester ad
mortē abducor, neq̄ ad gloriosam mortē. Veruntamen implebit in me, Cum iniquis
y 2 depu-

Quid per
sacculū, pe-
ram, & gla-
dium insti-
tuetur.

deputatus est. Insidias igitur latrocinatorias significaturus, meminit gladij: & neq. omnino revelauit, ut ne metu quodā terreant: neq. omnino siluit, ut ne repente in insidijs confundant: imò ut post hæc recordantes admirentur eum tantq. præscientē, & stupefiant quomodo seipsum pro salute hominū ad mortem tradiderit, & propterea etiam ipsi nihil molestum subterfugiant ut saluent aliqui. Hæc enim opinor ænigmatice propterea dicebat, ut postea recordantes & intelligentes, utilitatē caperent: quoniam tunc adeo insipientes erant, ut dicerent, Dñe, ecce hic gladij duo. at ipse quia uidit eos nō intellexisse, inquit, Satis est. Tamen si nequaq. sufficissent: si humano auxilio cōtra homicidas illos uti oportuisset, neq. centū gladij sufficissent, si autē hoc nolissent, & diuiniore subsidio opus erat, superflui fuissent & duo: uerūtamen Dominus noluit eos arguere, utpote nihil intelligentes: sed dixit, satis est, ac processit. Sic igitur etiam nos quando cum quodam cōuerfantes uidemus eum nō intellexisse quod diximus, dicimus, Bene, dimitte: quis nō sit bonū, sed ne conturbemus, remittimus. Facit autem hoc Dominus, quādo uidet discipulos nō intelligere dictum: transit, & euentum rerum permittit explicare dictorum intelligentiā, sicut & quādo dixit: Soluite templum hoc. Nam postea cognouerūt hoc discipuli eius post resurrectionem. Quidam autem per ironiā dixerunt dictum à Christo, Satis est, Nam cum dixissent discipuli, Ecce duo gladij hic, Dominus ironice (aiunt) dixit: Quia duo sunt, omnino multi sunt, & sufficiunt nobis contra multitudinem quæ uenit super nos.

Matth. 26 Et egressus ibat (ut erat solitus) in montē oliuarū: secuti sunt autē illum & discipuli.

Mar. 14 Et cum peruenisset ad locū, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationē. Et ipse auulsus est ab eis ferrē ad iactū lapidis, positusq. genibus orabat, dicens: Pater, si uis, transfer poculū hoc à me: ueruntamē nō mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit autē illi angelus de celo cōfortans eum: & correptus angore proluxius orabat. Eterat sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentes in terrā, Et cum surrexisset à deprecatione, uenissetq. ad discipulos suos, reperit eos dormientes præ cōstitutionē, & ait illis, Quid dormitis? Surgite, & orate ne intretis in tentationē. Post cœnam nō desidia & ludi & somnus Dominū excipiebāt, sed docebat & orabat, propter nos hæc figurans & demonstrans. Væ igitur ijs qui post cœnā scōrdationibus uacant. Secedit autē in montē oliuarum postq. talia docuisset discipulos, ut oraret. cōsueuerat enim seorsum hoc facere. idcirco & à discipulis auellit. Nō omnes autē discipulos, sed tres tantū assumit, qui & gloriæ suæ in monte spectatores fuerant. Quia enim & in agone oraturus erat: ut ne uideatur formidinis esse indicium, propterea assumit eos qui diuinæ gloriæ & superni testimonijs spectatores & auditores fuerant, ut cum uiderint laborantē, hoc humanæ naturæ esse dicant. Ut enim crederet uerus homo esse, naturę quod surum erat facere permisit, & uitā appetit etiā ipse ut homo, precaturq. ut transeat calix. Nam uitæ amans est homo. Quo confutant hærefes quæ dicūt phantasticū fuisse hominem. Etenim cum hæc facta sint, & habuerūt unde eiusmodi nugarent: quid nō dicturi erant si nō fuissent hæc facta? Porro uelle q. transeat calix, humanū erat. Statim autē dicendo, Veruntamē nō mea uoluntas fiat, sed tua: ostendit q. etiā nos sic oporteat affectos esse, & philosophari, diuinæq. uoluntati cedere, & nō parere naturæ se opponenti. Non uoluntas mea humana fiat, sed tua, eo q. tua uoluntas nō est à mea diuina uoluntate separata. Duas em naturas habēs unus Christus, habuit & naturales uoluntates uel uolitiones, diuinā ac humanā. Voluit itaq. humana natura uiuere, naturale em est. Deinde sequēs diuinā uoluntatē, quę uolebat ut oēs homines saluarent, & erat cōmunis patri & filio ac spīritui sancto, mortē suscepit: & sic unū factū est uolūtū, hoc est salutaris mors. Quod em ab humana natura fuerit orare, quę iuxta pmissionē patiebatur cōmunē affectionē qua amamus uitā, & nō à diuinitate, sicut dicit maledicti Ariani: manifestū est ex hoc, q. sudauit, idq. cū tanta anxietate, ita ut planē, iuxta parcemiā, sanguinis gutte ex eo ceciderint. Parcemia em est in his q. ualde laborāt, ita ut sanguinē sudent: sicut & in his q. amarē flent, dicimus q. sanguinē flent. Hoc igitur uoluit manifestare Euāgelista, q. nō tenuit, quibusdā humorib. & uelut ostē tationis gratia apparentibus, sed magnis guttis sudorē stillauerit, & collegerit secū riuos sanguinis. Hinc igitur manifestum, quod natura illa quæ sudabat, & in agone erat, humana ista fuit, non diuina: quia & humana natura permisa est hæc pati, & sic passa est.

Mos loquentium non intelligentib.

Ioan. 2.

Matth. 26

Mar. 14

Ioan. 19.

Vesortato ribus.

Ariani.

Sudare ac flere sanguinem, uelut

uoluit

& sanguinis guttas, ut id quod gerebatur repræsentaret, excepit

Sed

A Sed simul interim ostendit, q. nō phantasticus fuerit homo. Interim & magis mysticum quiddam docet, q. & cōmunem humanæ naturæ formidinē sanet, quia in seipsum illā sumpsit, diuinæq. uoluntati fecit obedientē. Quippe quod egrediebant ē cor pore sudores & decidebant, uidet significare q. excicet & abstergat & a nobis cadere faciat fontes formidinis, natura nostra in Christo corroborata, & cōfirmata. Nisi em id significasset, q. uidelicet humanā nostram formidinē curare uoluisset: etiam si ualde timidus & ignauus fuisset, non utiq. sic sudasset. Visus est autē ei angelus confortans eum, idq. ad nostrā consolationē, ut orationis uirtutem discamus, q. confortet. Quicq. didicerimus, eam in grauib. periculis præmittamus. Interea etiam implentur ea quæ dicta à Moſe in magno cantico, Et roborent in eo omnes filij Dei. Nōnulli autem sic dictū explicarunt curiosius, quia apparuit ei angelus glorificans eum, & dicens, Tua est Domine fortitudo. tu enim præualuisti contra mortem, & cōtra infernum, & liberaſti genū humanū. Et hæc quidem sic se habent. Ipse autē cum inueniret discipulos dormiētes, exprobrat simul & adhortatur ut orent in tentationibus. ne forte ab illis uincātur. Hoc enim significat non intrare in tentationē, hoc est, non absorberi à tentatione, neq. in illius potestate fieri. Vel etiam simpliciter iubet nos orare ut nostra sint serena, & ne in difficultatē quandā incidamus. Demoniacū enim est, & arrogantiæ plenū, in pericula semetipsum iniicere. Quomodo igitur dicit Iacobus, Omne gaudiū existimate fratres quum incideritis in tentationes: Et quid hoc? Non enim nos cōtraria dicimus. Ecce enim & Iacobus nō dixit, Inijcite uos ipsos: sed quū incideritis, ne collabamini: & omne gaudiū existimate: & qd nō erat uolūtū, facite uolūtū. Melius quidē fuerat si nō uenissent: uerū quū uenerint, quæ utilitas fuerit in utilitæ mœrore cōfici: Ostende igitur mihi ubi expresse præcipiat orandū ut cadas in tentationē: Verū nō poteris. Ceterū scio duplex genus esse tentationū, & q. quidam intelligunt, ne ingrediamur in tentationē, hoc est in eā qua anima nostra uincit, scilicet in tentationē libidinis uel iræ. Omne autē gaudiū existimandū, cum in corporalē afflictionē & tentationē incidimus. Quāto em externus homo corrumpit, tanto & interior renouat. Scio quidē hæc, sed uerū arbitror quæ præſenti scopo uiciniora sunt.

Adhuc autē eo loquente, ecce turba, & qui uocabat Iudas, unus ē duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, ut oscularē eum. Iesus autē dixit illi, Iuda, osculo filium hominis prodis: Videntes autē hi qui circa ipsum erāt, quod futurū erat, dixerunt ei, Dñe, percutiemus ne gladio: Et percussit unus ex illis seruū principis sacerdotum, & amputauit auriculā eius dextrā. Respondens autē Iesus ait, Sinite hucusq. & cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autē Iesus ad eos qui uenerāt ad se, principes sacerdotū, ac magistratus templi & seniores: Quasi ad latronē existis cū gladijs & fustibus. cum quotidie uobiscū fuerim in templo, nō exten distis manus in me: sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarū. Osculū Iudas dedit, qd his qui inuadebant, signū esset. at nō à longē mōstrauit, ut nō deciperent nocte: quia & cum facibus & lucernis aduenerant, ne latere possit Iesus. Quid igitur Dominus? Accedit ad hostile illud osculum: fulmina autē tam dolosum & ingrātū subito extingueret neglexerunt, docente nos saluatore per illa patientiā. Reprehendit autē solū, Iuda osculo prodis: Non erubescis hoc proditiōnis genus? Mises amico amplexū inimici opus proditiōis: Sed & quem prodis? Filium hominis, hoc est, mansuetū, lenem, morigerum, propter te factum hominē, cum Deus sit. Hæc dicebat, utq. sub extremā horam fouens illum: & idcirco nō persecutus est cōuicijs, neq. dixit, O inhumane & ingratisime, sed, Iuda, proprio eum nomine compellans, neq. grauius simul arguisset, nisi & hoc ei celsisset in melius, si quidē uoluisset. Etenim ne putaret esse occultū, sed notū Dño, & uel tunc ante omnia scientē proculberet & peniteret, hoc fecit, & uisus est eum confundere. Et sciebat quidē illum inemendabilē, faciebat tamen interim quod suum, quemadmodū & pater eius in ueteri faciebat, sciens enim Iudæos nō audituros, mittebat prophetas. Interea & nos idem docet, ut ne correcturi lapsos, deficiamus & laboribus cedamus. Porro discipuli zelo flagrantes, etiam gladios eximūt, Vnde autē illos habebant? Agnū immolarant, & à mensa exierant. At arguitur Petrus, qui præter scopū Dñi zelo usus esset. Alij etenim interrogāt, num percutiemus? Ipse autem nō expectat præceptum, ita semper seruebat pro magistro. Percutit autē

† in seipso illam conſumpſit

Dent. 32. secundum septuaginta.

Non intrare in tentationem.

Iacob. 1.

Duplex genus tentationum.

Qualis si-
gnu' d' f' f' f'
auris ferui
pontificij.

seruum pontificis, & amputat aurem eius dextram. Neq; hoc fortuito contigit, sed si-
gnum hoc erat, pontifices qui tunc erant, omnes futuros seruos, & perduros auru-
lam dextram. Etenim si Moſen audiuiſſent, Dominum gloriae nunq; crucifixiſſent.
Vei u' Ieſus auriculam reſtituit. Decet enim uirtute uerbi ſanare inobedientes, & ap-
ponere eis auriculam ut audiant. Ieſus itaq; manifeſtum miraculum facit, & auricu-
lam ſanans, miraculo patientiam ſuam oſtendens, & per miraculum inducens eos ut
ab infania abſiſtat. Dicit autē ad principes ſacerdotū, & ad magiſtratus tēplī, qui ſpa-
trioſ & aediles dicebant: quia coſtituti erant ad exquirenda ea quae ad tēplī uſum exi-
gebant, uel qui praefeſti erāt ad edificio & coſtructioni tēplī. Ad hos igitur dicit, Quo-
tidie docebam in templo, & noluiſtis me comprehendere, & nunc quaſi latronem in-
traditis: ſed reuera noctis attentatis opera, & poteſtas ueſtra tenebrarū eſt: atq; idcir-
co hanc horam obſeruatis, quae conuenit uobis & operi, quo me inuaditis.

Comprehenſum autē eum duxerunt, & induxerunt in domū principis ſacerdotū.
Petruſ uerō ſequebat̄ eminus. Cum autē accendiſſent ignē in medio aulae, atq; una
coſediſſent, ſedit & Petruſ inter illos. Quē cū uidiſſet ancilla quadā ſedente ad lumē,
deſixis in illū oculis dixit, Et hic cū illo erat. At ille abnegauit eū, dicēs, Mulier, nō no-
ui illum. Et poſt puſillū alius uidēs eum dixit, Et tu de illis es. Petruſ uerō ait, Homo,
nō ſum. Et interuallo interieſto ſerē horae unius alius quidā affirmabat dicens, Verē
& hic cum illo erat, nam & Galilaeus eſt. Et ait Petruſ: Homo, neſcio quid dicas. Et
cōtinuō adhuc illo loquente cecinit gallus. Et conuerſus Dominus intuitus eſt Petruſ,
& recordatus eſt Petruſ uerbi Domini, quomodo dixerat ipſi, Priuſq; gallus cecine-
rit, ter me negabis. Et egreſſus forās Petruſ fleuit amarē. Infirmus fuit Petruſ iuxta
praedictionē Chriſti, & negauit Dominū nō ſemel, ſed ter, & cum iuramento fecit ne-
gationem. Dicit enim Matthaueus, q̄ coeperit deteſtari & iurare q̄ neſciebat hominē.

In tantū malum metu correptus, & parum a Domino derelictus propter temeritatē
peruenit, ut doceatur q̄ ad dandam alijs ueniam & ipſe facilis ſit. Pertinacior enim e-
rat, & niſi ſic fuiſſet correctus, alijs ueniam nō dediſſet, manens in ſua moroſitate. Por-
rō tunc uſque adeo metu conſuſus eſt, ut ruina nō ſenſiſſet, niſi Dominum ſuū reſpexiſ-
ſet eum. O bonitatē. Etiam cum negareſ, nō neglexit diſcipuli ſalutē. Meritō. Nam
& negatio iſta propter ſalutē hominū ab ipſo tolerabatur. Itaq; negauit quidem pri-
mū diſcipulus: dein de gallus cecinit: & iterum negauit, uſq; dum tertio negaſſet, &
tunc ſecundo iterū cecinit. Sic enim Marcus ſcripſit manifeſtus & euidentius, quaſi
a Petro edoctus. illius enim diſcipulus erat. Proinde dictū a Marco, Lucas per tranſ-
curſum dixit, nō exactiori ſermone: nec eſt contrariū ei quod dicit Lucas, qd̄ a Mar-
co dictū. Nam gallus ſolet & bis & ter canere ſingulis motibus. Quippe uſque adeo
Petruſ ab humana infirmitate grauatus eſt, ut neq; galli cantum ſentiret, ſed poſtquā
gallus cecinit, iterum atq; iterum negauit, donec Ieſus benigno ſuo uultu ipſum re-
cordari faceret ſui dicti. Et egreſſus forās, fleuit amarē. Nam & egreſſus eſt cum pri-
mū negaſſet, ut Marcus inquit. Deinde probabile illum iterū ingreſſum, ne daret
ſuſpicionem q̄ familiaris eſſet Ieſu, Et iterum cum recordatus eſſet, exit & fleuit amarē:

ut ne uideret̄ ab his qui in atrio erant, exit occultans ſe ab illis. Quidam autē neſcio q̄
ſtultam pro Petro deſenſionem ſingunt, dicentes audacter q̄ non negauerit Petruſ,
ſed dixerit, Neſcio hominē, hoc eſt, neſcio purum hominem, ſed Deum hominem fa-
ctum. Horum autē inſipienter argumentū alijs relinquamus. Mendacem enim faciūt
Dominum, & aduerſantur contextui Euangelij, nulloq; modo facere poterūt ut co-
hæreat conſequentia narrationis. ſed & Petruſ quare fleuit, ſi non negauit?

Et uiri qui tenebāt Ieſum, illudebant ei, & edentes. Et cum circūtexiſſent eum, per-
cutiebāt faciē eius, & interrogabāt eum dicētes, Vaticinare, quis eſt ille qui te percu-
ſit: Et alia multa cōuiciantes dicebant in eum. Et ut factus eſt dies, cōuenerunt ſenio-
res plebis, & principes ſacerdotū & ſcribae, & duxerūt illum in conciliū ſuū, dicentes,
Num tu eſt ille Chriſtus: dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixerō, nō credetis: q̄ ſi etiā in-
terrogauerō, nō reſpōdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc tēpore erit filius hominis
ſedens a dextris uirtutis Dei. Dixerūt autē omēs, Tu ergo eſt filius Dei: Qui ait, Vos
dicitis me eſſe. At illi dixerūt, Quid adhuc deſideramus testimoniū? Ipſi enim audiui-
mus ex ore ipſius, I Cōuiciatores quidā intemperantes fuere qui hæc Ieſu inferebāt.

Oportebat

quod nō
eorum offi-
cium.

Cap. 16.

cōdemna-
retur
cōdemna-
tio
Mar. 14.

Inſipienter
quidam Pe-
trum excu-
ſant.

Oportebat enim interim & diabolu nullam malitiæ ſpeciem relinquere, ſed omnia
effundere, ut in omnib. natura noſtra inuēta ſancta, uinceret ac deturbaret eum. Ete-
nim quia propter hoc naturā noſtrā ſuſcepit Dominus, ut roboraret eam cōtra omēs
diaboli artes, & oſtendat q̄ ſi ab initio ſobrius fuiſſet Adā, neutiquā eſſet uictus: ideo
omnes ſpecies diabolice malitiæ quae in eum fundebant̄, ſuſtinebat, ut nos qui ſequi-
mur eum, cōfidamus q̄ in Chriſto natura noſtra uicerit, & ne formidemus ad ullum
opprobriū uel triſte. Idcirco & percutitur, & illuditur: prophetarūq; ipſe Dominus,
quaſi pseudopropheta irridetur. Nam, uaticinare nobis, quis eſt qui te percūſit: eō
rendit, ut illum ſubſannarent, & dicerent impoſitorē, qui ſeipſum prophetam feciſſet.
Et ut factus eſt dies (noctē enim ab ebris miniſtris illuſus & blaſphematus eſt) ſenio-
res & dignitate preſtantiores interrogāt eum, num ipſe ſit Chriſtus. At ipſe cogitatio-
nes eorū ſciens, & q̄ operibus nō credidiſſent ad perſuadendū efficacioribus, & quo
modo ergo uerbis ſuis crederēt: inquit, Si dixerō uobis, nō credetis. Si enim credere
tis uerbis meis, quid opus erat cōcilio? Sin interrogauerō, nō reſpondebitis. Sapius
enim antea interrogat̄ ſiluerūt, ut de baptiſmate Ioannis, & de hoc dicto prophetae,
Dixit Dñs Domino meo: & de muliere incuruata. Vbi igitur me audito credidiſtis?
Quando autē interrogat̄ nō ſiluiſtis: Propterea hoc dico, q̄ ex hoc tempore non eſt
tempus ſermonū & doctrinæ de hoc, quis ſim. Si enim uoluſſetis, cognitus eſſem uo-
bis ex ſignis & miraculis. Iudicij autē tempus eſt ex hoc tempore. Videbitis igitur me
ſillum hominis ſedentē a dextris uirtutis Dei. Cum igitur debuſſent metu trepidare,
illi his auditis maiori rabie cōcitati, perinde ac inſani interrogant, Tu igitur eſt filius
Dei? Verū ipſe medio quodā modo & ironice reſpondet, Vos hoc dicitis, q̄ ego ſim.
Etenim deſpiciebat inſaniam eorum, & intrepidē eis loquebat̄. Hinc autē manifeſtum
quod inobediētes nullā utilitatē percipiūt cum eis reuelant̄ myſteria, ſed maiorē con-
demnationē accipiunt. Ideo illis occultanda ſunt, nam hoc maioris eſt miſericordiæ.

CAPVT XXIII.

ET furgens uniuersa multitudo eorum duxit illum ad Pilatum. Coeperunt autē il-
lum accuſare, dicentes, Hunc deprehendimus euertentem gentem, ac uertentem
tributa dari Caſari, dicentē ſe Chriſtū regem eſſe. Pilatus autē interrogauit eū, dicēs,
Tu es ille rex Iudaeorū? At ille reſpondens illi, ait, Tu dicis. Ait autem Pilatus ad prin-
cipes ſacerdotū & turbas, Nihil inuenio noxiæ in hoc homine. At illi inualeſcebant
dicentes, Cōmouet populū docens per uniuersam Iudæam, exorſus a Galilæa uſq; ad
hunc locū. Manifeſtē ueritati aduerſant̄. Vbi enim prohibuit Ieſus tributa dari, qui
ut debita potius reddi præcepit, ſic dicens, Reddite Caſari quae Caſaris ſunt? Quo-
modo autem cōmouet turbas? nunquid ut regna inuadens? Sed incredibile hoc o-
mnibus, nam cum agnouiſſet q̄ populū uellet ipſum regem facere, ſeceſſit: unde &
Pilatus deprehendens illorū ſycophantiam, ſatur, Nullam inuenio noxiam in ho-
mine hoc. Videtur autem mihi iſta interrogatione quam facit erga Chriſtum, ridere
calumniā. Rem em̄ ipſam ſubſannat, dicens, Tu es rex Iudaeorū? Quaſi ſic dicat, Tu
qui tam pauper, tam uiliſ, tam deſtitutus auxilio, tam nudus es, accuſaris regnū ambi-
re? Hoc autē deridentis eſt (ut diximus) eos qui in his accuſabant Ieſum, q̄ ſingant ta-
lem rem attentari ab homine tam nudo atq; uili, ad quam tot diuitijs atq; præſidijs o-
pus eſt. Verūm hi cum nihil aliud haberent ad ſycophantiam confirmandam, clamo-
ris utuntur auxilio, & clamauerunt contra Deum uerbum. Cōmouet enim, inquit,
hoc eſt, ſeditioſum facit populū: & nō in una parte, ſed a Galilæa in coepit, & perue-
nit huc uſq; per mediam Iudæam tranſiens. Non ſimpliciter autem mihi uident̄ me-
miſſe Galilæam, ſed in terrorem Pilati, Nam Galilæi ſemper ſeditioſi, rerumq; noua-
tores fuere, qualis erat & Iudas Galilæus, cuius recordari faciunt Pilatum, quaſi ita di-
centes, Cogita praefeſ Iudam Galilæum, qui multū negocij fecit Romanis, facta non
parua ſeditione populū. talis & hic eſt, quem oportet e medio tollere.

Pilatus autē audita mentione Galilæae, interrogauit num homo Galilæus eſſet: &
ut cognouit q̄ ad Herodis ditionē pertineret, remiſit eum ad Herodē, qui & ipſe He-
roſolymis erat per id tempus. Herodes autē uiſo Ieſu gauſus eſt ualde. Tenebat enim
multo iam tempore cupiditate uidendū illum, eo q̄ audiret multa de eo, & ſperabat
ſe ſignum aliquod uifurum ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus:

Mar. 17.
Matth. 21.

Luc. 18.

Matth. 27.
Mar. 15.
Ioan. 18.
19.

Matth. 22
Supra 20
Ioan. 6.

Act. 7.
Galilæi ſem-
per ſeditioſi

at ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotū & scribæ acriter ac-
cusantes eum. Spreuit autē illum Herodes cum exercitibus suis: cumq; illuisset, indu-
tum ueste splendida remisit ad Pilatum: & facti sunt amici inter sese Pilatus & Hero-
des in eodem die. Nam antea simulas inter eos intercesserat. Pilatus autem cōuoca-
tis principibus sacerdotū, & magistratib; ac plebe, dixit ad illos, Obulistis mihi hunc
hominē quasi auertentem populū, & ecce ego coram uobis interrogans, nullū cri-
men inuenio in homine isto ex ijs de quibus accusatis eum, sed ne Herodes quidem:
nam remisit uos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. emendatum ergo
illum dimittam. Neceffe autē habebat dimittere eis in festo unū. Exclamauit autē si-
mul uniuersa turba dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbā, qui propter sediti-
onem quandā factā in ciuitate, & homicidiū, in carcerē cōiectus erat. Iterum autē Pila-
tus locutus est ad eos, uolens dimittere Iesum. At illi clamabāt dicētes, Crucifige, cru-
cifige eum. Ille autē tertio dixit ad illos, Quid enim mali fecit hic? Nullū crimen capi-
tale cōperio in eo. Castigatū ergo dimittam illum. At illi instabāt uocibus magnis po-
stulantes ut crucifigeret, & inualecebant uoces eorum, ac summorum sacerdotū. Et Pi-
latus adiudicauit ut fieret quod illi postulabant. Dimisit autem illis eum qui propter
seditionē & homicidiū coniectus fuerat in carcerem, quem poposcerunt: Iesum uer-
o tradidit arbitrio eorum. Et cum abducerent, apprehenderunt Simonē quendam
Cyrenensem, uenientē ē rure: & imposuerūt illi crucē, ut portaret post Iesum. Seque-
batur autē illum multa turba populi, & mulierū quæ plangebant & lamentabantur
eum. Romanorū legem sequens Pilatus, mittit Dñm ad Herodem. Illa enim cauet
ut unusquisq; à principe suæ regionis iudicetur. ideo & tanq; Galilæam Iesum mit-
tit principi Galilææ. Herodes autē gaudebat, nō ut animæ suæ utile quid lucraret ex
spectaculo Iesu: sed quia audierat de eo q; sapiens esset, & mira operaretur, habuit stul-
tum desideriu, laborans curiositatis morbo etiam ipse ut uideret alienum hominē, &
audiret quid ille diceret. An nō etiam hodie multi morbo illo laborant? Desiderabat
enim & ipse signum quoddam uidere à Iesu, nō ut crederet, sed ut oculos oblectaret:
sicut in spectaculis uidemus præstigiatores apparere qui de uentis serpentes & gla-
dios, ac similia, & admiramur. Talem enim fermē Iesum esse putabat. Interrogabat
autē eum sermonib; multis, & illudentis more tractabat, totumq; subsannabat. ideo
& Iesus nihil respondit. Sciuit enim quando respondendū, omniatq; ratione fecit, &
testimoniū accepit à Dauid q; dispenset sermones suos in iudicio. Quid enim respon-
dendū illi qui nō interrogat ut discat? Quid item margaritæ mittendæ ante porcos?
Imò maioris, quemadmodū supra diximus, misericordiæ est tacere inter tales. Sermo
enim dictus cui nihil prodest, adhuc maioris condemnationis causa est ei si nō atten-
dat. Pilato sanē respondit, quoniā aliquanto prudentior erat Herodes, etiam si nō ad-
modū aperte. Cum enim interrogasset ille, Tu es rex Iudæorū? quid dicit Dñs? Tu di-
cis. Hoc autē mediū quodāmodo sensum habet. Potest enim intelligi: Verē ego sum,
tu dixisti id qd est. & aliter intelligi potest, ego nō dico, tu autē dicis. Herodi autē pror-
sus nihil respondit, quandoquidē illuſor erat. Et uerē secundum Esaiā semini malo, si
lijs iniquis, his qui tunc erāt (inquā) Iudæis etiā exactores erant, opprimentes eos, &
illuſores dominabant eis. Nam irrisoria mente & ridicula intentione Iesum uidere
cōcupiscebant, & signū ab eo spectare. Et hoc animo interrogauit eum, atq; hoc tandē
indicauit, illum cōtemptū & irrisum dimittēs: & nō ipse solum, sed etiā omnis exerci-
tus eius: qui præter cætera cōuicia induit eum ueste candida, remisitq; ad Pilatū. Tu
autē uide quomodo per omnia quæ facit, diabolus irretit & cōstringit. Excitat enim
opprobria & cōuicia cōtra Christū, & inde ueritas magis declarat. Nam hisce irrisio-
nibus manifestius testant q; Dñs nō fuerit seditiosus uel rebellis. Si enim talis fuisset,
neutiquā hisce ludibrijs illuſissent, excitato tanto periculo, & seditione totius gentis,
præsertim tantæ & tam suspicacis, & tantū nouitate rerum gaudentis. Facti sunt autē
amici Pilatus & Herodes, Herodi enim argumentū amicitia fuit & inuitū, q; à Pilato
ad se missus esset, quasi Pilatus nō uindictet sibi aliqua priuilegia Herodis. Verunta-
men uide q; discrepantia cōgreget diabolus, solū ut Christo mortē prepararet. In unam
enim cōspirationē copulat & cōciliat inimicos. Non cōfundimur igitur nos, si qui-
dem ille inimicos pacificat ut Christū occidat, nos propter salutē nostrā neq; amicos
seruamus

Quare He-
rodes Iesum
uidere gau-
sus sit.

Psal. 111.

Tu dicit, bi-
sariam intel-
ligi potest.

seruamus in officio: Postq; autē missus est Pilato (uide q; modo iterū resurgat ueritas)
Obulistis mihi (inq; Pilatus) hominē hunc ut subuertentē populū, & nihil morte di-
gnum in eo inuenio: sed neq; Herodes. Vides duorum hominū, quorū alter præses,
alter rex, testimoniū omnino uerum. Neq; ego, inquit, neq; rex Herodes inuenimus
uillam causam in eo. Quid dicent ad hæc Iudæi? Iudices ipsi testant q; culpa careat ho-
mo, & uos accusantes nullum adducitis testimoniū. Quibus credendum? Pape, quo-
modo uincit ueritas: Tacet Iesus, & testificans pro eo inimici. Clamāt Iudæi, & nemo
adstipulat eorum clamoribus. Mollior autem erat Pilatus, & minimē pro ueritate cō-
stans. Timebat enim calumniā, ne accusaret q; rebellem absoluisset. Nō enim didicit:
Terrorē uestrū ne timeamus, sed Dñs ipse erit timor. Castigatū, inquit, dimittā, hoc
est, emendatū per flagella. Neceffe autem habebāt Romani per diem festum unū di-
mittere Iudæis. Tale enim scædus cum Iudæis inierāt, ut liberū permitterent eis iuxta
legitima & consueta sua utere. Et mos patrius erat Iudæis, à principe iudicatos pete-
re, sicut & à Saul petuerūt Ionathā. Quod si historiā ignoras, uade ad primū librū Re-
gum, & eam inuenies. Clamauerūt autē, inquit, omnes dicentes, Tolle hūc. Quid hoc
peius? Gens sancta rabie in cædē furit, & gentilis Pilatus cædem auersat. Et quæ sur-
sum, cum his quæ deorsum, miscent. Tolle hunc, dicunt, dimitte autē nobis Barabbā:
qui cum seditiosus esset & homicida, missus erat in carcerē. En tertio absoluit Pilatus,
& tertio illi contra Christum clamāt, ut omnino tertia illa clamationē eodem suā per-
ficiant, sanctumq; ac iustum negent: sicut dicit beatus Petrus, Petuerunt autē uirum
homicidā dari sibi: diligebāt enim similem: proinde partis illius erunt. Cum enim &
ipsi cōtra Romanos insurrexerint, innumerabiliū cædiū suarūq; perditionis autores e-
runt. Hæc autē per Hieremiā prædicat Dominus, Dereliqui domū meā, reliqui hære
ditatē meā. Dedi hæreditatē meā in manus inimicorū: facta est hæreditas mea mihi
sicut leo in sylua: dedit super me uocē suā: propterea odi eā. Et iterū Oseas, Væ eis, q;
resisterunt a me: miseri sunt, q; impiē egerunt in me. Ego autē redemi eos, ipsi uerō
locuti sunt cōtra me mendacia: & cadent in ore gladij principes eorum, propter insi-
pientiā linguæ eorum. Ducitur igitur Iesus, & primū quidem imposuerunt ei crucē,
& baiulans exiuit. Nemo enim alius eam suscipere uolebat, q; habebāt ut maledictū
lignum. Deinde inuenio quodā Simone Cyrenæo, imposuerunt uī quadā ei illam,
quā auersabant aliq;. Insinuat nō parua admonitio hoc loco. Crux enim est mortifica-
tio affectionū, ita ut moueri nequeat, & operari. Nam qui crucifigit, clauis affigitur,
& operari nequit. Vnde doctor secundū Christum debet prior ipse crucem tollere,
& carnes suas timore Dei cōfigere: & affectionibus carens fulgere, deinde eam etiā
auditoribus imponere. Simon enim obedientia interpretat. Impletur autē & hoc lo-
co Esaiæ dictum, Cuius principatus super humerum eius. Principatus enim Domini
& regnum, crux est. Dicit enim Paulus, Humiliauit semetipsum usq; ad mortē, mor-
tem autem crucis: ideo & Deus exaltauit illum, &c. At igitur q; crux fuit sublimitas
& gloria Iesu, meritō principatus eius dicit, q; principalis eius dignitas, & symbolū
principatus est. Et si bene animaduertis, inuenies nō aliter regnare in nobis Iesum,
nisi per afflictionē: atq; ita qui in delicijs uiuunt, inimici sunt Christi. Ille autē potest
fieri subditus Christi, & tollere crucem suā, qui uirtutis operarius est: qui uenit à uilla
relinquens mundū, & ea quæ sunt in mundo, & ad Hierusalē illā supernā & liberā
tendit. Porrò q; Christum multitudo populi & mulierū sequitur, insinuat quod ma-
gna multitudo Iudæorū etiam post crucem credit in Christū (hoc enim est sequi) &
mulieres multæ. lege Acta apostolorū, & uidebis innumera millia credentiū. Quid
autē si lugere & plorare mulieres Iesum sequentes, moralem sensum secū afferat? Est
enim mulier anima infirma, quæ si contritionē cordis suscipiat, per poenitentia luget
& plorat, reuera sequens Iesum qui crucifigitur & affligitur propter nostrā salutem.

Conuersus autē ad illas Iesus dixit, Filia Hierusalē, nolite flere super me, sed super
uobis ipsis flere, & super filijs uestris, quoniā ecce uenient dies in quibus dicet, Beatae
steriles, & uentres qui nō genuerunt, & ubera quæ nō lactauerūt. Tunc incipient di-
cere montibus, Cadite super nos: & collibus, cooperite nos. Quia si in humido ligno
hoc faciunt, in arido quid fiet? Mulieres quidem hominū genus est facile lacrymans
& plorans, quasi graue quiddam accidisset Domino, plorant, compassionem præ se
ferentes

Esai. 2.

Esai. 8.

1. Reg. 14.

Actuum 2.

Hier. 12.

Ose. 7.

Crux.

Officium

doctrinae.

Christiani.

Esai. 9.

Philip. 2.

Act. 2. 6. 10.

Esai. 54.

ferentes magnā, & iniustitiā lamentantes. At ille non approbat, sed magis increpat il-
 las. Voluntariō enim patiebat. Non decet autē lamentari eum qui spontē & pro salu-
 te omnium patitur, sed cōgruum est ut ille magis laudibus efferatur & celebret, per cru-
 cem enim & mors destructa est, & infernus captivus est. Lamenta enim his qui spon-
 tē patiunt, nullā consolationē afferunt. Proinde Dñs illas quæ ipsum lugebant, incre-
 pat. Admonet autē ut ad futura mala respiciāt, & propter illa plorēt, quādo mulieres
 inhumanē cocturæ sunt filios suos: & uenter qui portauit, ille iterū miserabiliter fru-
 ctum suum recipiet. Si enim metalia fecerunt Romani, in meligno humido, feraci
 & semper uiuenti, & semper uitali propter deitatem, & per doctrinas fructuum meo-
 rum alente omnes: in uobis, populo inquam arido, ligno sterili ab omni uiuifica iusti-
 tia, & nullum fructum afferente, quid non facient? Si enim quandam uitalem opera-
 tionem boni haberetis, fortassis digni essetis quibus quodammodo parceretur: nunc
 autem quasi lignum aridum in combustionem & corruptionem eritis.

Ducebant autē & alij duo facinorosi cum eo, ut interficerent. & postq̄ uenerūt in
 locū qui uocat Caluaria: ibi crucifixerūt eum & facinorosos, unū à dextris, alterū à si-
 nistris. Iesus autē dicebat, Pater, remitte illis, nesciūt enim quid faciūt. Diuidentes ue-
 rō uestimenta eius, miserūt sortē. Et stabat populus spectās, & deridebant eum princi-
 pes cum eis, dicentes, Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est ille Christus, ille Dei ele-
 ctus. Illudebāt autē ei & milites, accedentes & acetū offerentes ei, dicentesq̄. Si tu es
 ille rex Iudæorū, saluū te fac. Erat autē & inscriptio scripta super eum literis Græcis,
 & Latinis, & Hebraicis. Hic est rex Iudæorum. Diabolus uolens Dñm magna infā-
 mia aspergere, facit crucifigi cū eo & latrones: sed uide q̄modo & uno priuatus sit, &
 hoc ad maiore gloriā Dñi cesserit. Nam aliorū cruces nemo requirit, totus autē mun-
 dus à cruce ista pendet, & manifestē hic ostendit Dñm nō esse iniquū sicut latrones,
 sed omnis iustitiæ principē. Ducūt autē eum ad locū Crani, ubi dicit primū parentē
 nostrū sepultū esse: ut ubi per lignum casus, illic & per lignū resurrectio fiat. Iesus ue-
 rō eximiam mansuetudinē declarans, pro illis precatur: Pater remitte eis, dicens: ne-
 sciunt enim quid faciunt. Et utiq̄ dimissum fuisset eis peccatū, nisi deinceps in incre-
 dultate mansissent. Diuiserunt uerō uestimenta eius. Cuius gratia? Forſitan & multi
 ipsis indigebant, fortassis autē (quod & uerius) hæc ad maiore contumeliā per lasciu-
 iam fecerūt. Quid enim preciosum uidebāt in his uestibus? Ridentem igitur, & cōtu-
 melia afficientes, talia fecerunt. Vbi enim & principes subsannabant, quid non dere-
 liquo uulgo cogitandum? Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est ille Christus, ille Dei
 electus. Hoc dicebat per illos diabolus. Sicut enim in pinna tēpli, ita & hoc loco dicit,
 inuidens salutē nostrā per crucē, quā uolēs impedire, omēs mouebat machinas. Ace-
 tum uerō offerebāt milites, quasi regi quodammodo ministrātes ut biberet. Vide autē
 & aliam machinā diaboli, quæ in ipsum uertitur. Qui enim tribus literarū characteri-
 bus rebellionē Iesu inuulgarat quodammodo, ut neminē prætereuntū latēret quasi
 propter hoc suspensus esset, q̄ regem se fecisset: hoc iam, etiā nō è mente scribentis,
 symbolū factum est q̄ potentissimū gentiū, quales Romani: & sapientissimū, quales
 Græci: & religiosissimū, quales Hebræi, Christi regno subiiciēdi essent, & ipsum præ-
 dicare debeant. De hoc autem plura & sublimiora in euangelio Ioannis dicemus.

Vnus autē de his qui pendebāt facinorosorū, cōuicia dicebat in eum, dicens, Ne-
 times quidem tu Deum, q̄ in eadem damnatione es: & nos quidem iuste, nam digna
 factis recipimus: hic uerō nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Dñe, memento mei
 cum ueneris in regnū tuum. Er dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in
 paradiso. Quomodo igitur alij euangelistæ duos latrones dicunt cōuicia in eum ieci-
 sisse? Verisimile autē est q̄ primū quidem duo eum conuiciati sint, deinde unus eorū
 cordatior agnoscens bonitatē & diuinitatem Iesu ex uoce quam fecit pro crucifigen-
 tibus, Pater, dicens, remitte eis, Nō enim dixit, Domine, oro, dimitte eis, sed simplici-
 ter sic & magna potestate, Remitte eis, quæ uox nō solum omni misericordia plena
 est, sed & magnam autoritatē præ se fert. Ex hac igitur uoce ut agnouit qui prius erat
 blasphemus Iesum uerum regem, confutat & alterū latronem, & ad Iesum dicit Me-
 memento mei in regno tuo, Quid igitur Dominus? Hodie mecum eris in paradiso.
 Sicut

Adā sepul-
tura ubi.

Math. 4

Quid per
trilinguē ti-
tulum signi-
ficetur.
Cap. 19.

B

Sicut homo quidem in cruce, ut Deus autem ubiq̄, & illic, & in paradiso implens o-
 mnia, & nusquam absens. Quærent autē quidam, quomodo dicente Domino latro-
 ni, Hodie mecum eris in paradiso. Paulus dixit q̄ nullus sanctorū receperit promissio-
 nem. Et quidā dicunt q̄ apostolus nō de omnibus sanctis asserat q̄ nō receperint re-
 promissionē, sed de his quos ipse solum enumerauit. Enumerauit autē alios quidem
 multos, latronis autem nō meminit. Audi enim quid dicat, hi omnes, demonstrando
 eos quos sermo enumerat, quibus latro cōnumeratus nō est. Alij autem dixerunt q̄
 latro nondum fortitus sit in paradiso cōuersationem: sed quia inuariabilis sit & men-
 tiri nequeat Domini promissio, ideo dictum esse, Hodie mecum eris in paradiso. Est
 enim & hæc species phraeos in uerbis dominicis, ut de futuris loquatur tanq̄ de his
 quæ iam fiunt: ut cum dicit, Qui non credit, iam iudicatus est, & rursum: Qui sermo-
 nes meos audit & credit, in iudicium nō uenit, sed transiit de morte in uitam. Alij au-
 tem nō torquent uerbum, punctum facientes post hodie, ut sit is sensus dicti, Amen
 dico tibi hodie: deinde, mecum eris in paradiso, adijciantes. Quidam uerō, qui maxi-
 mē sensum assequi uisi sunt, sic exponunt: Repromissa nobis bona nō sunt ingressus
 in paradysum, uel ascensus, sed regnum cœlorum: unde & oramus, Veniat regnum
 tuum, nō conuersatio illa in paradiso, neq̄ enim mihi dicat aliquis quod idem sit pa-
 radisus & regnum. Bona enim regni neq̄ auris audiuit, neq̄ oculus uidit, neq̄ in cor-
 hominis ascendit. Paradysum autem & oculus Adæ uidit, & auris audiuit de eo. De
 omnibus enim lignis, inquit, quæ sunt in paradiso, edens comede, nam licet unū tan-
 tum lignum interdictū sit eis, tamen & ipsum uiderunt, & de ipso audierunt. Et in cor-
 hominis ascendit: lætatur enim in spiritu Adam, alioqui tantam operationē cum
 lætitia in agricultura non obiuisset. Atq̄ ideo non est contrarium quod Paulus dicit.
 Latro itaq̄ paradysum fortitus est, non autem assecutus est regnum: assequetur autē,
 quando etiam omnes quos Paulus enumerauit: nūc autem hoc tempore paradysum
 habet, qui est pars spiritualis quietis. Hæc quidem multi sæpenumero dixerunt. Di-
 cendum autem est idem esse regnum cœlorū, & paradysum. Nihil prohibet ergo &
 Dominū uera dicere, & Paulum. Nam latro quidem est in paradiso, hoc est regno,
 & non solus ipse, sed etiam omnes quos enumerat Paulus. Alioquin nō frueretur per-
 fecta bonorum participatione. Nam sicut condemnati in regnis non sunt, sed in cu-
 stodijis clausi tenentur in deputatis pœnis: honorabiles uerō, & in regna ingrediunt,
 & nunc in eis uersantur: deinde cum uenerit tempus distributionis regalium dono-
 rum, illa assequuntur: ita & sancti tamen nōdum perfecte bonis fruuntur, iam tamen
 uersantur in locis lucidis & fragrantibus, & regijs deniq̄ tabernaculis, etiam si nōdum
 distributionem regionum bonorū perfecte assequantur. Ita & latro in paradiso
 fuit, etiam si nōdum perfecte acceperit, ut ne absq̄ nobis perfectus sit. Et hoc opinor
 uerissimū omnium, ut ne dicam quod sanctorum gratiæ in quotidianis miraculorū o-
 perationibus, paradysus merito dictus sit: & omnes sancti quotquot participes facti
 sunt spiritualium donorū, & arrabonem habent spiritus, in paradiso sint, etiam si nō-
 dum perfecti fuerint, & regnum acceperint, sicut dicit Paulus in epistola ad Hebræ-
 os, etiam si nōdum promissionem acceperint. Promissionem enim dicendo, inte-
 gram felicitatem posuit. At illam nōdum integram acceperunt, & sunt in regno ac-
 paradiso. Tu autem admireris, quomodo sicut rex quidam trophæa ex uictoria refe-
 rens, spolia optima secum abducit: ita & Dominus, quoniam fortior, uas diaboli diri-
 puit, secumq̄ abstulit, & reduxit ad primā hominis patriam, paradysum dico. Etenim
 Christus nō solum sicut Deus in paradiso fuit, sed & secundum quod animam ra-
 tionalem & mentalem habuit. Et in paradiso cum mente fuit, in infernum autem de-
 scendit cum anima. Cæterū per hoc quod latronē seruauerit, ostendit quod malitiæ
 organum ligauerit, uti prædixerat, quod cum alligasset fortem, uasa eius diriperet.

Erat autem hora ferē sexta, & tenebræ factæ sunt super totam terram usq̄ ad horā
 nonā: obscuratus est sol, & uelū templi scissum est mediū. Et cum clamasset uoce ma-
 gna Iesus, ait, Pater, in manus tuas cōmendo spiritum meū. Et hæc cum dixisset, ex-
 pirauit. Cum uidisset autem Centurio quod accidit, glorificauit Deum, dicens, Verē
 hic homo iustus erat. Et omnes turbæ eorum qui simul acceperant ad spectaculum
 istud, & uiderant quæ cōtingebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant
 autem

Heb. 11.

Ioan. 3. 5.

torquent
uerbum

Math. 6.

Esai. 64.

1. Cor. 13.

Gen. 2.

Nota de sta-
tu post hæc
uitam.

Nota de
sanctis.

Heb. 11.

Mal. 3

Psal. 30.

autem omnes noti eius procul, & mulieres quæ secutiæ eum erant à Galilæa, spectan-
 tes hæc.] Signū quærebant aliquando Iudæi uidere de cælo. Ecce igitur signum ra-
 rum, tenebræ. Scinditur autem uelum templi, ostendente Domino q̄ nō ultra inac-
 cessa erunt sancta sanctorū, sed Romanis tradita prophanabunt. Vel aliter, Ostendit
 quod uelum quod diuisit nos à sanctis in cælo, scindatur, hoc est inimicitia & pecca-
 tum. Hoc enim fuit magnū interstitium, quod nos ab illis qui ibi erant, distinguebat.
 Ostendit autē quod nō propter impotentiam crucifixus sit. Nam qui talia fecit, etiā
 illos potuisset perdere. Cum uerō uoce magna clamasset, emisit spiritum. potestatem
 enim habebat animam suam ponere, & iterum accipere eam. Vox item illa, Centu-
 rioni, & alia miracula, fidei fuerunt argumenta. Non enim sicut cōmunis homo, sed
 cum magna potestate mortuus est. Et depositum, mortem nō minauit, tanq̄ iterū re-
 cepturus animam. Hac autem uoce primū libertatem assecuta sunt animæ nostræ,
 diabolo posthac nullam in eas habente potestatem, utpote patri cōmendatas. Ante
 mortē enim Christi magnum ius fuit diabolo in animas, A quo autē tempore filius
 non inferno, sed paternis manibus cōmendauit spiritum, libertatem assecutus sumus
 ab inferno. Et hoc quod dicit Dominus, Quando exaltatus fuero, traham ad me om-
 nia: nunc uidetur consummatum. Exaltatus enim in cruce, traxit latronē, traxit Cen-
 turionem. Percusserunt autem & pectora Iudæorum quidam, & crucifixores argue-
 bant, manifestē Iesum iustificantes. Et discipuli quidem fugerunt: mulieres autē, con-
 demnatum & maledictum genus, permanent ac spectant hæc omnia, & iustificatio-
 ne ac benedictione illa fruuntur primæ, sicut & resurrectione. Tu autē admirare cæ-
 citatem Iudæorum, quod dicunt, Descendat de cruce, & credemus in eum: cum uisis
 maioribus nō credant. Non enim idem est, descendisse de cruce, & obtenebrari solē,
 petras rumpi, terræ motū horribilē fieri, mortuos resurgere, uelum scindi, & in sum-
 ma creaturam alterari: Vnde non est quod quis dubitet quare nō descenderit, satis e-
 nim habeat certum, q̄ licet etiam hoc fecisset, neq̄ tunc credidissent, & nihil aliud se-
 cutum fuisset, quā abbreviatam salutem per crucem. Crux enim inter omnia, ma-
 xima gloria Christi est. Igitur qui fecit maiora, cum non crederent illi, duo præcipua
 operatus est: & magnū crucis trophæum usq̄ ad finem sustinuit, & illos declarauit in-
 gratos esse per omnia, & nihil boni habere, sed incredulitate fermēatos & perditos.

*Crux, ma-
xima gloria
Christi.*

Et ecce uir nomine Ioseph de Curio, qui erat uir bonus ac iustus, hic nō consenserat
 cōsilio ac factō eorum, oriundus ab Arimathæa ciuitate Iudæorū, qui expectabat &
 ipse regnum Dei. Hic accersit ad Pilatū, & postulauit corpus Iesu, & depositū inuol-
 uit sindone, & posuit illud in monumento, quod erat in lapide excisum, in quo non-
 dum quisquam positus fuerat. Et dies erat pasche, & sabbatū illucescebat. Subsecu-
 tæ autē mulieres, quæ cum eo uenerant de Galilæa, uiderunt monumentū, & quem-
 admodum positum erat corpus eius. Reuersæ uerō parauerunt aromata & unguen-
 ta, ac sabbato quidem quieuerunt secundum præceptū. Ioseph tamen primolatu-
 rit, rem tamen laude dignam nunc facit, q̄ uis consiliarius esset ac diues, & audet pe-
 tere corpus hominis crucifixi quasi perduellis & seditiosi, nullumq̄ periculum suspi-
 catur, licet periculum esset diuitiarum; sed & petit, & honorificē sepelit, & in monu-
 mento exciso ubi nullus alius iacuerat, ut ne dicant sycophantæ q̄ aliud corpus surre-
 xerit. Mulieres autem etsi fidem habebant erga Dominū, non tamen qualem oportē
 bat, sed infirmam ac paruam. Habebāt enim eum pro puro homine, unde & aroma-
 ta & unguenta parauerunt, iuxta ueterem Iudæorum consuetudinem semper obser-
 uatam de mortuis unguendis. Et sabbato quidem quieuerunt iuxta mandatum legis.

C A P V T X X I I I.

VNa autem sabbatorū, profundo crepusculo, uenerunt ad monumentū, portan-
 tes quæ parauerant aromata, & nōnullæ cum illis. Repererunt autem lapidem
 reuolutū à monumento: & ingressæ, nō inuenerunt corpus Domini Iesu. Et factum
 est, dum mente consternatæ essent de hoc, ecce duo uiri steterunt iuxta illas in uesti-
 bus fulgurantibus. Cum expauissent autem, & declinarent uultū in terram, dixerunt
 ad illas, Quid quæritis uiuentem cum mortuis: nō est hic, sed surrexit. Recordamini
 ut dixerit uobis cum adhuc in Galilæa esset, dicens q̄ oportuerit filium hominis tra-
 di in manus hominū peccatorū, & crucifigi, & die tertio resurgere. Et recordatæ sunt
 uerborum

A uerborum eius, & regressæ à monumento nunciauerunt hæc omnia illis undecim,
 & cæteris omnibus. * Erat autem Maria Magdalene, & Iohanna, & Maria Iacobi, et
 cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et uisa sunt apud illos ceu
 deliramentum uerba illarum, neq̄ crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad
 monumentum, & prospiciēs uidit linteamina sola posita, & abiit apud semetipsum
 admirans quod acciderat. Vnam sabbatorum, primam dierum sabbati, hoc est heb-
 domadæ dierum nominat, quæ apud nos propter resurrectionem dominicam, do-
 minica dicitur. Secundum illam igitur uenerunt ad monumentum mulieres ferentes
 aromata. Venerunt autem crepusculo profundo, quod uespere sabbatorum nomi-
 nat Matthæus. Profundum euim crepusculum idem est quod ualde uespere. Inuene-
 runt autē lapidem deuolutum. Angelus enim deuoluerat eum, ut Matthæus ait. Por-
 rō ingressis illis duo uiri apparent. Vnus quidem apud Matthæum sedebat super la-
 pidem, hic autē duo uiri intra monumentū steterunt. Variæ enim uisiones sunt. Ful-
 gurantibus autē uestibus apparent, ob splendorem resurrectionis. Et recordari illas fa-
 ciunt eorū quæ à Christo dicta fuerunt, q̄ eum oportuerit, hoc est necessarium fuerit
 tradi in manus hominum peccatorum, Romanorum scilicet, qui Gētilis erant, & a-
 hominabiles: & tertia die resurgere. De resurrectione, quomodo triū fuerit dierū, sa-
 tis diximus in euāgelio Matthæi. Reuersæ uerō à sepulchro, cum apostolis hæc dice-
 rent, uisæ sunt delirare. Adeo incredibile uidebatur hominibus resurrectionis mira-
 culum. At Petrus nō cessat quemadmodū neq̄ ignis materiā nactus: sed uenit ad se-
 pulchrū, & uidit sola linteata: & tūc hæc utilitatem primū accepit à transitu ad sepulchrū.
 Admirans, hoc est sublannans. Abiit enim, inquit, ad seipsum, hoc est secum admi-
 rans factum: quomodo autē Iudæa sola fuerint relicta, idē corpore myrrha inuncto:
 quomodo tantum oculi habuisset fur, ut relicta illis in quæ inuolutū erat, furatus fuisset
 corpus, idē militibus sedentibus. Mariam uerō Iacobi, deiparā intellige. Sic enim
 illam nominant, quia putabatur mater Iacobi filij Ioseph, quem & paruum dicebant
 fratrem Domini inquam. Erat enim & magnus unus ex duodecim ille Zebedæi.

*Dominica
dies.
Matth., 28.*

*Maria Iaco-
bi, deipara
dicitur.*

Et ecce duo ex illis ibant eodem die in castellum quod aberat spacio stadiorū sexa-
 ginta à Hierosolymis, nomine Emaus, & ipsi cōfabulabantur inter se de his omnibus
 quæ acciderāt. Et factū est dum cōfabularent ac disputarēt, & ipse Iesus appropin-
 quans ibat unā cum illis. Cæterum oculi illorum tenebantur ne eum agnoscerent.
 Et ait ad illos, Qui sunt hi sermone quos confertis inter uos ambulantes, & estis tri-
 stes? Ac respondens unus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es Hie-
 rosolymis, neq̄ cognouisti quæ facta sunt illis diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et
 dixerunt ei, De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, potens opere & sermone corā
 Deo & toto populo: & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes
 nostri in condēnationem mortis, & crucifixerūt eum. Nos autem sperabamus eum
 esse illum qui redempturus esset Israel. Atqui super hæc omnia tertius dies est hodie
 q̄ hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex uobis attonitos reddidere nos, quæ di-
 luculo peruenerunt ad monumentum: & non inuento corpore eius, uenerunt dicē-
 tes se etiam uisionem angelorum uidisse, qui dicerent eum uiuere. Et abierunt quæ-
 dam eorum qui erāt nobiscum ad monumentum, & ita repererunt sicut mulieres di-
 xerant. ipsum uerō non uiderunt. Nōnulli unum ex duobus illis Lucam ipsum fuisse
 dicunt: idcirco & abscondit nomen suum Euangelista. Loquebantur autem inter
 se isti de omnibus quæ acciderant, non ut credentes, sed ut dubitantes, & de reb. mi-
 rabilibus stupescentes, nec statim rei tam admirandæ sententia sua accedentes. Iesus
 autem cum appropinquasset, simul iuit cum eis, spirituale & diuinum corpus nunc
 habens, nō impediebatur locorum interuallis, quo minus adesset his quibus uolebat.
 Idcirco ex lineamentis corporis, in quibus tunc apparebat, nō permittentur agno-
 scere illum. Nam sicut Marcus inquit, in alia forma apparuit, & in alijs lineamentis.
 nō ultra enim naturalibus legibus regebat corpus, sed spiritualiter, & super naturam:
 unde oculi illorum tenebantur ne agnoscerent eum. Quare autem in altera forma
 apparuit, & tenebantur oculi eorum: Nempe ut ambiguam suam sententiam reuela-
 rent, ut hucus detegerent, ac pharmacum susciperent, ut dulcior eis post multam mo-
 ram esset: ut doceret ex Mose & prophetis, ac tunc agnosceretur, & magis credant q̄

z cor-

corpus suum ultra non sit tale ut simpliciter possit ab omnibus uideri. Quis illud ipsum quod passum est, surrexerit: attamen quibus uult, apparet. Magni autem quiddam ex hoc lucrifaciunt, quod non ultra dubitant quare non iterum in medijs populis uersent, considerantes quod conuersatio post resurrectionem suam longe alia sit, et non communis: non qualis hominum, sed diuinior, in typum futuræ resurrectionis, in qua sicut angeli et filij Dei uersabimur, propter hoc igitur tenebantur oculi eorum ne agnoscerent eum. a quibus enim uolebat, uidebatur. Cleophas uero comiti itineris, ut apparebat, obiicit: Tu solus, inquit, ens, peregrinus es in Hierusalem, hoc est tu solus ex his qui habitant in Hierusalem, ignoras quæ facta sunt? Alij autem, peregrinus es, sic intelligunt: Tu, inquit, solus peregrinus, et extra fines Hierusalem domicilium habes, non es particeps eorum quæ in media Hierusalem contigerunt, ut hæc ignores? Vide autem quomodo paruam omnino de Domino opinionem habebant. Virum enim prophetam eum nominabant, qualis Helias fuerat, uel Iesus Naue, uel Moses. Potentem in opere et sermone. Primum opus, et deinde sermo. Nullus enim sermo doctoris firmus est, nisi prius docens se factorem declaret. Potens igitur esto primum in opere, deinde et uerbi sollicitudinem habeto, sic et Deus cooperabit tibi. Prius enim opus, et deinde contemplatio ac illustratio. Nisi speculum purissimum caueris in labore et sudore, nequaquam concupitam pulchritudinem in speculo suspicies. Beati enim mundo corde (hoc fit per opera) quia ipsi Deum uidebunt: hic contemplationis est finis. Oportet autem esse potentem in opere et sermone coram Deo, et tunc coram omni populo. Prius enim placere debemus Deo, deinde danda opera ut etiam inter nos sine macula uiuamus quantum fieri potest: et neque in primis quomodo hominibus placeas, sed quomodo seruias Deo, studendum: neque uiuendum ut multis sis scandalum, sed et hoc post illud prouidendum, quod et Sapiens dicit, Prouide bona coram deo, deinde et coram hominibus, et Paulus istucipsum dicit. Nos autem sperabamus, inquit, quod ipse esset redempturus Israel. Quasi frustrati spe dicunt, nos sperabamus quod ipse et alios saluaturus esset: et ecce neque seipsum seruauit. A deo molli erant animo et parum fidenti. Et prope eadem dicebant quæ illi in cruce: Alios seruauit, seipsum non potest seruare. Ideo et insipientes eos uocat, et tardos ad credendum. Quid autem est redimi Israel? Diximus quod Christum expectabant uulgares et minus exercitati saluatorem et redemptorem a malis quæ eis imminuebant, et a iugo seruitutis Romanorum, sperabantque eum regnaturum ut regem terrenum: ideo et dicunt, Nos sperabamus quod ipse redempturus esset Israel, uidelicet a gentilibus Romanis, et ipse neque iniustam sententiam contra se latam effugit. Et hodie tertius dies est, et mulieres terruerunt nos, et c. Hæc quasi dubitantes dicunt: et uidentur mihi uiri in ualde ambigua esse sententia, et neque ualde discredere, neque recte credere. Etenim dicendo, sperauimus quod redempturus sit Israel, incredulitatem indicant: quod autem dicunt esse diem tertium, hominum est qui prope recorderent quod dixerit eis, die tertia resurgam. Et quod dicit, exterruerunt nos, hoc signat, quod incredulitas eorum concutiatur. Et omnino si considerent sermones, humani sunt, et magnam dubitationem habent, et hominum perplexorum et ignorantium quid agant propter resurrectionis miraculum. Abierunt autem, inquit, quidam ex his qui sunt nobiscum, uel Petrum solum dicit, uel Petrum et Ioannem. Et hinc manifestum quod quæ alij late dicunt, alij conpendio tradunt, et transcurso transeunt. Abitionem enim Petri et Ioannis ad sepulchrum, Ioannes pluribus complexus est, hic autem paucis mentionem faciens, etiam nomina præterijt.

Et ipse dixit ad eos, O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt prophetae. Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Et exorsus a Mose et omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant. Et ipse præ se ferebat se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes, Mane nobiscum, quoniam uergit ad uesperam, et inclinatus est dies. Et intrauit ut maneret cum illis. Et factum est dum accumberet cum eis, accepit panem et benedixit ac fregit, et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, et agnouerunt eum, et ipse euauit a conspectu eorum. Et dixerunt inter se, Nonne cor nostrum ardebat in nobis dum loqueretur nobis in uia, et aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierosolimam et inuenerunt congregatos undecim, et eos qui cum illis erant, dicentes, Surrexit Dominus uere,

& ap-

A & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, et quomodo fuisset agnitus sibi ex fractione panis. Quoniam mente humano more affecti erant, multa et dubitatione laborabant, stultos uocat et tardos ad credendum in omnibus, quæ locuti fuerant prophetæ. Credere enim possumus et ex parte, et in totum: ut si quis speret Christum in salutem populi uenturum, non in salutem animarum, sed restitutionem et liberationem populi Iudaici: non quantum oportet credere, credit, et rursus si quis credat Dauidi dicenti, Foderunt manus meas, et pedes meos, et cetera quæ de cruce, et alijs quæ in cruce facta sunt, tanquam ex persona Domini prædicta, et recipit ea quæ de passione dicuntur, ea autem quæ de resurrectione, non curat, uti est hoc, Quia non dabis sanctum tuum uidere corruptionem, et illud, Non derelinques animam meam in inferno. et iterum, Inter mortuos liber. et illud, Educēs uinctos et habitates in sepulchris, et similia: non habet perfectam fidem, sed ex parte. Oportet autem in omnibus, tam his quæ gloriæ sunt, quam quæ ignominia, credere prophetis. Oportebat enim et Christum pati, quod est ignominia: et intrare in gloriam suam, quod est gloria. Vos autem sic stulti estis, ut cum Esaiam utraque dicentem audiat, et quod ad occisionem ductus sit, et quod Dominus uelit ei ostendere lumē: illud quidem recipitis, hoc autem respicitis. Et quod uulneratus quidem sit, creditis: quod autem Dominus uelit eum purificare a plaga, animo non perpenditis. Sed quod dicit, Vos stulti estis: signat tardi estis, nam si stulti fuisset, neque ipse eis fuisset locutus: at quia tardi estis uos, ego mentem uestram acutius uidere faciam. Unde et a Mose et ab omnibus prophetis interpretatur eis, nempe mysterium sacrificij Abrahe, quando dimisso Isaac arietes immolatus est. Hæc enim res dominicas præfigurabant. Sicut etiam ipse Dominus dicit uidisse Abraham diem suum, et exultasse. Et illud, Videbitis uitam nostram pendentem: in quo et cruxifixione significat, pendentem dicendo, et resurrectio nem uitam nostram nominando. In reliquis autem prophetis sparsim sita sunt quæ de cruce et resurrectione dicunt, præsertim in clarioribus. Et possent ex illis ea recenseri. At tu quæso attendas quomodo per afflictionem eatur in gloriam Dei. Simulat autem se longius iturum, iuxta humanam naturam. Et quando permittit, tunc aperit oculos eorum, et agnoscunt eum. Insinuat autem et aliud quiddam, nempe quod oculi eorum qui benedictum panem assumunt, aperiuntur ut agnoscant illum. Magnam enim et indicibilem uim habet caro Domini. Euauit autem ab eis, neque enim adhuc habebat corpus quod multum corporali modo cum eis conuersaretur, ut ex hoc illorum cresceret desiderium. Nam ita exhilarati fuerunt, ut illa ipsa hora surgerent, et reuerterentur in Hierusalem: non eadem quidem hora, sed surrexerunt quidem hora illa: reuersi autem sunt, post complures, secundum quod uerisimile est iter fecisse euntes spacium sexaginta stadiorum, in quibus omnino et Dominus uisus est Simoni, dum illi interim reuertuntur Hierusalem. Ardens autem erat cor eorum, uel dum igni eloquiorum Domini illo interpretante intrinsecus succederentur, et illis quæ dicebantur, assentirentur ut ueris: uel dum illo interpretante scripturas tangeretur cor eorum intrinsecus. * Talis enim interpretis nobis est Christus.

Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus ipse in medio eorum, et dixit eis, Pax uobis. Expauerunt uero et conterriti, existimabant se spiritum uidere: et dixit eis, Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in cordibus uestris? Videte manus meas et pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me et uidete, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus ac pedes. Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, et mirantibus, dixit eis: Habetis hic aliquid edulij? At illi obtulerunt ei partem piscis assati, et aliquid de fauo apiario: et accepit, et in conspectu illorum comedit, et dixit ad eos: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscum, quod necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosis et prophetis et psalmis de me. Dominus propter salutem nostram omnia faciens, stat in medio discipulorum, uolens illis resurrectionem credibiliorē fieri, et primum solita pacis imprecatione perturbationem illorum sedat. Et iterum ostendit quod ipse sit ille ipsorum magister, qui ita alloqui gaudeat, et eos ad prædicationem mittens animet. Verum quia animarum illorum perturbatio uerbis non sedabatur, monstrat eis etiam aliunde filium Dei se esse, corda agnoscentem. Quare enim, inquit, cogitationes ascendunt in corda uestra? Etenim in confesso est, solius Dei esse cognoscere corda.

z 2 Subiit

Matth. 5.

Prou. 20.

2. Cor. 8.

Redimi Israel, quid sit.

Ioann. 20.

Psal. 22.

Psal. 15.

Ibidem.

Psal. 67.

Psal. 67.

Esai. 53.

Gen. 22.

Ioan. 8.

Deut. 28.

*quod hic qui nobis interpretatur scripturas, Christus est.

Subiicit autē & aliud argumentum, palpationē manū & pedū eius. Vos em̄, inquit, spiritum putatis me esse, uel phantasma, qualia multa circa mortuorū sepulchra apparere solēt: sed scitis q̄ spiritus quidē neq; carnem neq; ossa habet: ego autē carnē & ossa habeo, tamen diuina & spiritalia. Dñi em̄ corpus, spiritus quidē nō erat, sed spiritalē, hoc est absq; omni crassitudine, à spiritu gubernatū. Etenim corpus q̄d nunc habemus animale est, hoc est, ab anima regit, & à naturalib. & animalibus qualitatib. ac uirib. uiuificat. Quod autē post resurrectionē habebimus, spiritalē nominauit Paulus, hoc est, quod à diuino spiritu uiuificetur & gubernetur, modoq; indicibili & spiritali ad incorruptionē alteratū sit & in ea conseruatū. Tale igitur oportet intelligere Dñi corpus post resurrectionem spiritalē, & subtile, & alienum ab omni crassitudine, neq; cibi neq; alterius cuiusq; indigens, quāuis ad confirmationē illorū comederit. Quod enim comedit, nō secundū naturā comedit, sed secundū dispensationē, ad docendum q̄ illud ipsum corpus q̄d passum est, surrexit. Naturale autē huic corpori erat clausis ianuis ingredi, & absq; labore è loco in locū trāsire. Itaque cum discipuli adhuc nō crederent neq; per palpationē persuaderent, addit & aliud indicium, comedens, diuina quadam uirtute consumendo quod edebat. Omnis enim cibus natura per os sumptus, ad secessum iradit, uerūm hæc non naturaliter, sed (ut diximus) secundum dispensationem comedit. Habet autem ænigma quoddam, quod partem piscis comederit, significat enim quod naturam nostram, quæ in saluginoso hoc mari natat, igni suæ deitatis assarit, & exiccarit omnem humorem quem ex profundis fluctibus habebat, ut fieret diuinus cibus, & qui prius erat abominabilis, fieret nunc dulcis Deo. Vel (ut opinor) significat per piscem assatum, a ctiuam uitam, quæ tollit nostram humiditatem & crassitudinem auxilio carbonum solitariorum, & quietem amplexantium, per fauum autem apiarium, scientiam uel contemplationem, si-

1. Cor. 15. quidem dulcia eloquia Dei. Est & alius fauus agrestior, nempe gentilium sapientia: hic autem est apiarius fauus, diuina inquam sapientia, siquidem Christus parua apis est magnitudine. Abbreuiatum enim est uerbum, & infirmum robore. Non enim in uirtute sermonis Paulus prædicat, ut ne crucem euacuet: ueruntamen regibus & idiotis est amabilis afferens labores suos in sanitatem animarum.

Tunc aperuit mentem illorum, ut intelligerent scripturas: & dixit eis, Sic scriptum est & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius poenitentia ac remissionem peccatorum in omnes gentes, initio factio ab Hierosolymis. Vos autem estis testes horum. Et ecce ego mitto pmissum patris mei super uos. Vos autem sedete in ciuitate Hierusalem usquequo induamini uirtute ex alto. Eduxit autem eos foras usq; in Bethaniam, & sublati in altum manib. suis benedixit eis. Et factū est dum benediceret illis, recessit ab eis, ac ferebat in cœlum. Et ipsi adorato eo regressi sunt Hierusalem cū gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum, Amen. Postquam corda illorum pacificauit, & dubitationem, loquendo, palpabilemq; se exhibendo, ac comedendo sedauit, confirmata ueritate resurrectionis corporis sui, tunc aperuit illorum mentē ad intelligendum scripturas. Nisi enim quieta fuisset illorum anima, quomodo in tanta turbatione & inquietudine cognouissent: Vacate enim, inquit, & cognoscite. idcirco & docet eos quod necessarium fuerit Christum sic pati. Quomodo sic per lignum crucis, quia enim per lignum interitus, ideo necessarium fuit per lignum corruptionem tolli. & aboleri uoluptates quæ in ligno, per dolores quos in ligno pertulit inuictus Dñs. Et deinde resurgere, inquit, tertio die, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionē peccatorum in omnes gentes. De baptismo autē hoc loco dicit, Nā & in eo poenitentia fit per confessionē & depositionē pristinorum malorum & impietatum, & simul comita remissio peccatorum. Quomodo autē baptisma in nomine solius Christi fieri intelligemus, præsertim cum aliàs doceamur baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti: Igitur primū quidem dicimus q̄ quando dicimus baptisma fieri in nomine Christi, nō dicimus q̄ oporteat in solius Christi nomine fieri, sed q̄ Christi baptisma quo Christus baptizatus est, spiritalē sit, nō Iudaicum: neq; quale

Psalm. 45. Ioannis in poenitentiam solum, sed & communionem spiritus sancti, & remissionē peccatorum cōferat: ut ipse nobis ostendit cum baptizaretur in Iordane, monstrato

An in solo Christi nomine debet fieri baptisma.

Matth. 3

A in colūba specie spiritu sancto. Insuper baptisma in nomine Christi, intellige in morte Christi. Nam sicut ille mortuus triduanus resurrexit, ita & nos figuratiter in aqua sepulti, incorruptibilitatem animæ induimus: & arrabonem incorruptibilitatis corporis accipimus. Et aliter: Christi nomen in seipso cōtinet & patrē in ungentē, & unctiōnem spiritū, & unctum filium. In nomine Domini remissio peccatorum. Vbi igitur foetulentæ linguæ baptizantiū in Montanum, & Priscillam, & Maximillam: Verè nulla his qui sic baptizant, remissio, sed peccatorum augmentatio est: & hi quidem malè peribunt. In omnes autē gentes sermo exiuit, à Hierusalē sumpto initio. Oportebat em̄ humanā naturam, quæ tota in Christo unita est & assumpta, non ultrā in duas dirimi sectiones, Iudeorum & Gentilium, sed incipere sermonem à Hierusalem, & in gentibus requiescere, unitis generibus. Vos autē estis testes horum, passionis scilicet ac resurrectionis. Postea ne turbarent intra se, & cogitarent, quomodo testificabimur, qui priuati homines ac idiotæ sumus, contraq; gentes mittimur, & contra Hierosolymitanos armamur, qui & te occiderunt: dixit eis, Cōfide: huius rei gratia mittā prope diem promissionem patris, de qua dictum per Iohclem, Effundā de spiritu meo super omnem carnem, & c. Sedete igitur, qui nunc timidi & parum fidentes, donec induamini uirtute, non humana, sed cœlesti. Nō dixit autem, accipite: sed, induamini: declarans omnino custodia spiritalis armaturæ muniendos. Eduxit autem eos usq; in Bethaniā, hoc intelligamus in die quadagesimo factum esse. Quæ enim illi breuiter dicit, tu in multis diebus facta esse intellige: sicut & ipse Lucas in Actis dicit q̄ per quadraginta dies uisus sit eis. Sæpe enim ad eos accessit, & ab eis iterum abcessit. Benedicit autem discipulos, fortassis infundens eis uim quæ custodiret usq; in aduentū spiritus: fortassis etiam nos docens, cum peregrè proficiscimur, ut cōmendemus nos supernis benedictionibus. Ferebatur autem sursum in cœlum. Helias enim quasi in cœlum (uidebat enim quasi in cœlum ferri) at saluator in cœlum ipsum præcursor omnium ascendit, ut ostendat cōspectui patris sanctā carnē, & cōsideat in cœlis patri. Et nunc adorā natura nostra * in cœlo, ab omni angelica uirtute. Illi autē reueri sunt cum gaudio magno, & erant semper in templo. Vides uirtutē? Nondum spiritus, & spiritaliter uiuunt. Qui enim prius inclusi erant, nunc inter medios pontifices uiuunt, & nihil in eis temporale, sed cōtemptis omnibus, in templo semper Deū laudāt & benedicunt. Quorum imitatores etiam nos facti, in uita sancta semper simus, laudantes per hanc uitam & benedicentes Deum. Gloria enim Dei & benedictio est sancta & uirtuosa uita: quoniam eum decet omnis gloria in secula seculorum, Amen.

I N E U A N G E L I U M I O A N N I S

Prologus.



SPIRITVS potentia in infirmitate perficitur, sicut & scriptum est, & credimus: in infirmitate autem non corporis tantum, sed & sermonis, & sapientiæ quæ in lingua sita. Manifestumq; est id cum ex multorum aliorum, tum ex Ioannis magni theologi, qui frater Christi, gratia. Hic enim patre quidem piscatore natus, eandem quam pater exercebat artē. Nō solum autē imperitus erat gentiliū disciplinarum & Iudaicæ eruditionis, sed planè totus illiteratus erat, quemadmodum diuinissimus Lucas in Actis Apostolorum de eo tradit. Nam & patria eius uilis & obscura, non insignib. artibus clara, sed piscaturæ apta, Bethsaida erat. Nihilominus illiteratus ille, ignobilis ille, quippe in nullo spectabilis erat, uide quantum sortitus sit spiritum. Etenim quæ nullus aliorum Euangelistarum nos docuit, ea ipse intonare ausus est. Nā cum illi occupati fuissent in carnali substantia Christi explicanda, nihilq; clarè & manifestè satis de substantia eius dixissent, quā ante secula habuit: metuebatur ne uādo quidam humi repentes, nihilq; sublime intelligere ualentes, putarent Christum tunc primū subistere coepisse, quando ex Maria natus est, & nō ante secula ex patre natum esse, id quod utiq; Paulo Samosateno accidit, propterea magnus Ioannes de superna eius generatione tractat, quāuis interim & incarnationē uerbi non relinquit intactam. dicit enim, Et uerbum caro factum est. Dicunt autem nonnulli quod etiam ipsum rogauerint quidam orthodoxi, ut conscriberet de superna natiuitate, eo quod tunc in diebus illis pullularent hæretici aliqui Christum hominem esse purum doce-

z 3 re non

Ioelis 2.

Act. 1.

** in Christo*

Gloria Dei que sit.

Act. 4. Bethsaida patria Ioannis.

Paulus Samosatenu.

re non reueriti. Dicitur quoque quod sanctus ille cum legisset alia quae ab Euangelistis erant scripta, admiratus sit illos de omnibus, quidem uera narrasse, & iudicari illos re-
Quando *ubi Ioan-* *nes euange-* *lium scri-* *pserit.* *Ioannes uir-* *go.* *Mat. 5.* *Quomodo* *Ioannes co-* *gnatus Do-* *mini fuerit* *Solome.* *Ioannes* *Marc. 4.* *Ioan. 19.*
 & nihil ad gratiam apostolorum scripsisse. Caeterum quae illi non manifeste dixerunt, uel omnino praetermiserunt, ea ipse explanare, & liquida facere, adijcereque proprio Euangelio coepit, quod & exul in Patmo insula conscripsit post triginta duos annos post assumptum in caelos Christum. Dilectus est autem Ioannes praeter discipulis omnibus maximè à Domino, eo quod absolute mitis erat, suauissimisque moribus, ac mundo corde, nempe uirgo. Unde & amplius notitia Dei donum ei concreditum est, mysterisque plerisque incognitis ipse delicatus est. Beati enim, inquit, mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Erat insuper & cognatus Domini. Quomodo autem? Audi. Ioseph ille deiparae sponsus, habuit ex priore uxore liberos septem, quatuor matres & tres foemellas, Martham, Esther, & Salomen. Et illius sanè, Salomes, inquam, filius erat Ioannes ille. Comperitur itaque Dominus esse auunculus eius, quoniam Ioseph habitus est pater Domini, illius autem Ioseph filia Salome, & proinde habita soror Domini, atque sic Ioannes eius filius, nepos Domini. Fortassis autem non absurdum fuerit nomina & matris eius & Euangelistae aperire. Etenim mater eius quae Salome dicebatur, interpretatur pacifica. Ioannes autem, gratia eius. Sciat igitur omnis anima quod pax quae erga homines, & quae in anima ab affectionibus libera, mater sit diuinæ gratiae, & generat istam in nobis. Animam enim quae adhuc turbatur, & pugnat contra homines alios, & contra seipsam, non uerisimile diuinam consequi gratiam. Consideremus autem & mirabilis quiddam quod circa sanctum illum Euangelistam accidit. Vnus enim ille tres habere matres comparet, deiparam, Salomen, & tonitruum. Nam filius tonitruus est propter ea quod in Euangelio uocalissimus fuerit, deiparae dicitur enim, Ecce mater tua. Verum hæc ante enarrationem dicta sufficiant, nunc incipienda dictionum eius referatio.

C A P V T I.

IN principio erat uerbum. Sicut & in proemio dicebam, ita denuo dico, quod cum Euangelistae alij inferiorem natiuitatem Domini, conuersationem, & incrementum late narrarunt, ea Ioannes transcurrat quidem, uti satis à condiscipulis suis dicta, de deitate autem eius qui propter nos homo factus est, differat; tamen si diligenter consideraueris, neque illi de deitate unigeniti dicere neglexerunt, sed eius mentionem fecerunt, quamuis non diffuse; neque iste ita sublimitati uerbi intentus fuit ut omnino posthaberet dispensationem eius in carne. Vnus enim erat spiritus qui mouebat omnium animas. Itaque nobis de filio differit. Etenim pater nobis ex ueteri lege notus erat; tamen nec de patre obtineat, sed & eius meminit de filio loquens. Ostendit igitur sempiternitatem unigeniti, dicendo, In principio erat, hoc est, à principio erat. Quod enim à principio est, eius omnino nullum tempus inuentum quando non erat. Et unde, dixerit quis, manifestum quod in principio idem sit quod à principio? Unde: Ex ipsa quidem communi conceptione, maximè autem ab hoc ipso Euangelista. Inquit enim in una suarum epistolarum: Quod erat ab initio, quod uidimus. Vides igitur quomodo ille dilectus Domini seipsum interpretetur? Etiam, inquit; Sed ego quod erat in principio, sic intelligo, quem admodum & à Mose dictum est, In principio fecit Deus. Sicut enim illic quod erat in principio non intelligitur quasi coelum fuerit sempiternum, sic neque hoc loco quod sempiternus sit unigenitus. Hæc quidem hæreticus. Nos autem ad hanc stultam instantiam nihil aliud dicimus, quam hoc: O sophista malitiæ, quomodo quod sequitur obseruasti? At nos etiam hæc te nolente dicemus, Nam illic quidem Moses dicit, In principio fecit Deus coelum & terram: hoc autem loco, In principio erat uerbum. Quare Ioannes dixerit, igitur communio uerbi fecit, ad uerbum erat? Equidem siluissim, si hoc loco scriptum fuisset, In principio fecit Deus filium. nunc autem inquit, In principio erat. Ex quo intelligo sempiternum fuisse uerbum, & non posterius conditum, sicut uos nugamini. Quare autem non dixit, In principio erat filius, sed, uerbum? Audi, propter auditorum infirmitatem. Ne audito statim ab initio filij nomine, cogitaremus natiuitatem corporalem, & ab affectionibus proficiscentem. Et eius gratia ipsum uocauit uerbum, quod discas, quod sicut uerbum gignitur ex mente sine passione, ita & hic à patre natus

tus est absque ulla affectione. Vel aliter, ideo uerbum appellauit, quia paterna nobis annunciauit, quemadmodum omne uerbum, mentis uoluntates annunciat. Insuper ut ostendat coaeternum esse patri filium. Sicut enim dici nequit mentem aliquando esse absque uerbo, ita neque patrem & Deum absque filio. Dicitur est autem cum articulo, illud uerbum. Sunt enim multa etiam alia uerba Dei, ut prophetia & mandata: secundum quod dictum est de angelis, Potentes uirtute, facientes uerbum eius, hoc est mandata eius, sed proprie uerbum substantia est personam constituens.
 Et illud uerbum erat apud Deum. Et hoc loco manifestius indicat coaeternum patri filium. Ne enim existimes quod pater aliquando fuerit absque filio, dicit, Et illud uerbum erat apud Deum, hoc est, cum Deo, in sinibus paternis. Apud enim intelligere debes pro cum: sicut & alio loco dictum est, Nonne fratres eius & sorores eius apud nos sunt? hoc est, nobiscum sunt, & nobiscum conuersantur? Sic & hoc loco apud Deum intellige, hoc est, cum Deo erat, cum Deo in sinibus eius. Impossibile enim est Deum absque sermone & sapientia & uirtute esse. Idcirco quia uerbum & sapientia & uirtus patris existit filius, credimus ipsum semper esse apud Deum, hoc est cum patre. Et quomodo, inquit, possibile est, quod cum filius non sit posterior pater? Quomodo? Disce à corporali exemplo. Splendor solis nonne ab ipso sole est? Etiam omnino. Nunquid ergo & posterior sole, ita ut sine eo sol intelligatur? Hoc dici non potest. Quomodo enim sol esset, splendorem non habens? Igitur multo magis hoc de patre & filio intelligatur. Filius enim, patris quum sit splendor, sicut & Paulus dicit, semper cum patre credendus est fulgere, nec esse illo posterior. Attendite hic & Sabellium Liben hoc dicto confutari, Ille enim docuit quod pater, filius & spiritus, una persona sint, & quod unica illa persona apparuerit aliquando ut pater, interdum ut filius, nonnunquam ut spiritus sanctus. Hæc nugatur mendacis patris filius, malignoque spiritu plenus, arguitur autem manifeste ex hoc quod dicitur, Et illud uerbum erat apud Deum. Manifeste enim Euangelista hoc loco alium dicit esse uerbum, & alium Deum, hoc est patrem. Nam quia uerbum erat apud Deum, manifestum quod duae personae introducantur, etiam si una natura sit in his duobus. Quod autem una natura sit, audi.

Et Deus erat illud uerbum. Vides quod & uerbum erat Deus, et ita una erat natura patris & filij, quia & una diuinitas. Confundantur igitur & Arius & Sabellius. Arius quidem, qui creaturam dicit filium Dei & facturam, Confutetur autem per hoc quod dicit, In principio erat illud uerbum, & Deus erat illud uerbum. Sabellius uero negans personarum trinitatem, sed asserens unitatem, reſciatur per hoc quod dicitur, Et illud uerbum erat apud Deum. Manifeste enim hoc loco alium esse uerbum, & alium esse patrem declarat magnus Iohannes, etiam si non sit aliud & aliud. Alius enim & alius de persona dicitur, aliud & aliud de naturis. Et ut exemplo manifestius faciamus, Petrus & Paulus sunt alius & alius, sunt enim personae duae: sed non aliud & aliud. Vna enim eorum natura est humanitas. Sic igitur de patre ac filio dicendum. Alius enim sunt & alius, duae personae: non autem aliud & aliud: una enim natura eorum deitas.

Illud erat in principio apud Deum. Ille Deus uerbum, nunquam separatus est à Deo patre. Quia enim dixerat, Deus erat uerbum; ne quis diabolica illusionem turberet quosdam dicens, Ergo quia & uerbum Deus est, aliquando insurget contra patrem, ut gentiles fabulantur, & segregans se ab eo, aduersarius erit: propterea dicit quod licet Deus sit uerbum, nihilominus cum Deo patre est, & ab eo nunquam separatus. Non minus facile fuerit & Arianis respondere. Surdi audite, qui dicitis opus & facturam esse Dei filium. Intelligite quale nomen imposuerit euangelista filio Dei. Verbum enim ipsum uocauit: uos autem opus & facturam uocatis eum, qui neque opus est, neque factura. Nam cum duplex sit uerbum, aliud quidem mentale, quod habemus etiam nihil loquentes, intelligite autem uirtutem loquendi. Ita enim & dormiens & nihil loquens habet uim loquendi in seipso sitam, & uirtutem non abiicit. Est igitur aliud mentale, aliud uero enunciatium, quod per labia proferimus, hoc est uis eloquendi cum id quod intus situm est in mente, in opus producimus. Cum igitur duplex sit uerbum, neutrum horum congruit in filium Dei. Neque enim uel enunciatium uel mentale uerbum est fi-

Psal. 102.

Verbum.

Marc. 6.

Heb. 7. Sabellius Libes, tres personae unam esse docens, confutatur.

Quare Arius & Sabellius confundendi.

Alius et alius de persona, aliud & aliud de natura dicitur.

Duplex uerbum quorum neutrum quod dicitur in filiis Dei.

lius Dei. Verba enim illa naturalia sunt, & qualia apud nos. Verbum autem patris super naturam est, nec subiectum artificij illis loquendi inferioribus. Atque ita cadit Porphyrij gentilis sophisma. Ille enim tentans subuertere euangelium, talibus utebatur diuisionibus. Si enim (inquit) filius Dei uerbum est, uel est pronunciatuum, uel mentale: uerum, neque hoc est, neque illud: ergo neque uerbum est. Solutum itaque prius est sophisma hoc, qui dicimus quod mentale & pronunciatuum uerbum est de his quae apud nos de naturalibus dicuntur: de eo autem quod supra naturam est, nihil tale. Veruntamen & hoc dicendum: Si quidem nomen uerbi dignum esset Deo, & proprie de illo ac substantialiter diceretur, haberet utique locum gentilis dubitatio, at neque ullum aliud proprium nomen quis inuenit dignum Deo: neque uerbum ipsum substantialiter & proprie est nomen unigeniti, sed tantum manifestat absque affectione natum de patre filium, quemadmodum uerbum de mente, & quod filius sit paternae uoluntatis nunciatus. Et proinde o miser quid uellicas nomen? Nam cum dicitur pater, et filius, & spiritus, ad materialia laberis, & carnales fingis patres, & filios, & spiritum aereum, meridionalem forte, uel septentrionalem, uel alium excitantem tempestatem. Caeterum si scire uis quale sit uerbum Dei, audi reliqua quae sequuntur.

Omnia per ipsum facta sunt. Ne existimes, inquit, uerbum quod in aera diffunditur & dissoluit, sed factorem omnium tam mentalium quam sensibilibus. Hic iterum Ariani insurgunt, & dicunt quod sicut dicimus securi fabricari ianuum quasi instrumento, & alium esse fabricum qui mouet hoc organum, ita & per filium fieri omnia, non quod ipse sit factor, sed instrumentum, sicut securis Dei & patris factoris, & utentis filio tanquam organo. Et ita factura (aiunt) est filius, ad hoc facta ut per ipsum fiant omnia, sicut & securis ad hoc fit ut per eam omnia artificialia elaborentur. Et haec sunt maligna Arii nugamenta. Nos autem quid illis dicemus? Simpliciter ac recte, quod si in hoc creauit (ut dicit) pater filium, ut instrumentum haberet ad completionem creaturae, indignior fuerit filius creaturis. Nam sicut securi, quae est instrumentum, alia quae per eam fiunt, digniora sunt (propter illa enim sit securis, non illa propter securim) ita & creatura dignior est unigenito, propter illam enim (ut dicunt) ipse pater creauit eum, & ita, ut si non fuisset omnia creatus, neque unigenitum produxisset. Quid his uerbis insipientius? Etiam (inquit)

Per praepositionem.

Quomodo non dixit quod ipsum uerbum fecerit omnia, sed usus est praepositione per? Quomodo? Ut ne suspiceris illum unigenitum & absque principio esse filium, & Deo aduersarium, eius gratia dixit quod pater per uerbum fecerit omnia. Pinge enim regem quandam qui habet filium regem, & conditurus est ciuitatem, & ei concedere illius extructionem. Sicut igitur dicens quod per filium regis condita sit ciuitas, non seruauit dicitur filium regis, sed monstrat quod hic filius habeat patrem, & non sit solus: sic etiam hoc loco Euangelista dicens per filium facta omnia, manifestauit quod pater mediatore illo ad conditionem rerum (ut sic dicam) usus fuerit, non se minore, sed aequalis potestatis, & ut ualente talia perficere. Insuper hoc tibi dixerim quod si te offendit praepositio per, & quaeris inuenire in scriptura sermonem quandam qui dicat quod uerbum ipsum fecerit omnia, audi Dauid,

Psalms. 101.

Principio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. Vides quomodo non dixerit, quia per te facti sunt caeli, & fundata est terra: sed tu fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli, quia & haec de unigenito, & non de patre dicit. Disces etiam hoc & ab ipso quidem Apostolo, qui utitur hoc dicto in epistola ad Hebraeos.

Heb. 1.

Disces quoque ex eodem Psalmo cum dicit, Dominus in terram aspexit, ut audiret gemitum, & ut solueret mortificatos, & ut annunciet in Sion nomen Domini. Nunquid alium significat quam filium Dei? Hic enim in terram aspexit, siue hanc dicas quam inhabitamus, siue hanc nostram naturam, quae terrae inuoluta est, siue carnem, iuxta illud,

Gen. 3.

Terra es, quam & assumpsit, soluitque nos compeditos peccatorum uinculis, & filios occisorum * ab Adam & Heua, ut annunciet in Sion nomen Domini. Stans enim in templo docuit de patre suo, quemadmodum & ipse dicit: Manifestaui nomen tuum hominibus. Haec igitur cui congruunt? Patri ne an filio? Omnino filio. Nam ipse annunciauit nomen patris in Hierusalem docens. Itaque postquam haec dixit Dauid, subdit: Et tu ab initio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. An non manifeste filium inducit factorem, & non instrumentum? Quod si praepositio per, diminutionem tibi inducere uidetur, quid dices quum Paulus apponat hanc patri? Dicit enim, Fi-

1. Cor. 1.

delis

delis Deus, per quem uocati sumus in societate filij sui. Num instrumentum hoc loco facit patrem? Et iterum, Paulus Apostolus per uoluntatem Dei. Et de his quidem satis, redeamus ad ea unde digressi sumus. Omnia per ipsum facta sunt. Moses quidem de uisibili creatura loquens, nihil nobis de mentalibus manifestauit. Euangelista autem uno uerbo complexus omnia, inquit, Omnia per ipsum facta sunt, tam uisibilia quam inuisibilia. Et sine ipso factum est nihil quod factum est. Quia dixit quod omnia ipse fecerit, ut ne quis existimet quod & spiritum sanctum creauerit, apponit quod omnia per ipsum facta sunt. Et quae omnia? Quae facta sunt: perinde ac si diceret, Quod si quid est ex natura condita, illud factum est a uerbo: spiritus autem quia non est illius factae naturae, non factus est ab eo. Itaque sine uirtute uerbi nihil factum est quod factum est, id est, quod est naturae illius creatae ac factae.

In ipso uita erat, & uita erat lux hominum. Pneumatomachi, qui spiritum negant Deum, hanc particulam sic legunt, Et sine ipso factum est nihil. deinde hoc loco factio puncto legunt quasi ab altero principio. Quod factum est in ipso uita erat. & interpretantur locum iuxta suam mentem, dicentes quod hoc loco de spiritu sancto Euangelista differat, dicens, Quod factum est in ipso, hoc est, spiritus sanctus, uita erat. Haec autem dicunt Macedoniani, conantes ostendere spiritum sanctum esse creaturam, & annumerare eum his quae facta sunt. Nos autem non sic, sed puncto facto postquam dixit quod factum est nouum principium legimus, In ipso uita erat. Postquam enim dixit de officio quod omnia per ipsum facta sunt, dicit postea de eius uidentia, quod non solum condiderit, sed etiam ipse sit is qui uitam omnium creaturarum cōseruet. Etenim in ipso uita erat. Non enim, inquit, suspiceris quod expers uita sit uerbum hoc, sed in ipso uita erat. Scio autem a sanctorum quodam particulam hanc sic legentem: Et sine ipso factum est nihil quod factum est in ipso: deinde posito signo, coepta quae sequuntur, Vita erat. Opinorque etiam hanc lectionem non malam, sed rectam habere sententiam. Sanctus enim iste orthodoxe intellexit, quia sine uerbo nihil factum est quod factum est in ipso. Omnia enim quae cuncta facta sunt, & condita sunt in ipso uerbo inquam, sine ipso non sunt facta. Deinde aliud initium erat, Vita erat, & uita erat lux hominum. Vita Euangelista nominat Dominum, eo quod contineat uitam omnium in se, & quod spiritualis uitae cōciliator fuerit omnibus ratione praeditis. Lux autem non aliqua sensibilis, sed spiritualis, quae ipsam animam illustret. Non dixit autem quod Iudaeorum lumen duntaxat sit, sed omnium hominum. Omnes enim homines secundum quod mentem accepimus, & rationem ab eo quod nos creauit uerbo, dicimur illustrari ab eo. Nam ratio data nobis secundum quam rationales uocamur, lux est, quae ducit nos ad ea quae sunt facienda, & quae non sunt facienda.

Et lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehendunt. Lux, hoc est, uerbum Dei: in tenebris, hoc est morte & errore lucet. Nam & ipse mortuus sic, mortem superauit, ut & eos quos prius absorperat coegerit ipsam euomere. Et in errore gentili fulget praedicatione. Et tenebrae eam non comprehendunt. Mors enim eum non comprehendit, neque error. Inuestum enim est lumen hoc, Deus uerbum inquam. Quidam autem tenebras existimarunt & carnem & uitam. Verbum enim factum in uita & carne hac fuit. Et tenebrae, aduersaria inquam potestas, tentarunt quidem & persecutae sunt lumen, sed inuictum & infatigabile offenderunt. Tenebrae autem dicitur caro, non quod secundum naturam sit talis, absit, sed propter peccatum. Caro enim nihil omnino habet malum, si naturaliter moueatur: sed si praeter naturam moueatur, & peccato seruiat, tenebrae sit & dicitur.

Fuit homo missus a Deo, nomen ei Ioannes. Postquam dictum est nobis de subsistentia uerbi Dei ante secula: quae & de incarnatione uerbi dicitur, sermonem de praecursore interferit. Et quis alius quam Ioannes praecursor haberet sermonem de ipsius natiuitate, quae praecurrit & ante natiuitatem Domini: dicit igitur de praecursore Euangelista, quod fuit homo missus a Deo, missus inquam a Deo, pseudo-propheta enim non a Deo missus erat. Caeterum cum audieris quod missus fuerit a Deo, nihil priuatum uel humanum dicere putes, sed diuina omnia. Et idcirco etiam angelus dicitur. Angeli enim uirtus est nihil proprium dicere. Item cum Angelum audieris, ne putes quod natura sit Angelus, uel ex caelo descenderit, sed propter opus & ministerium uocatur Angelus. Quia enim ministravit praedicationi, & praenunciatus fuit Domini, eius gratia dicitur Angelus.

Pro

ibidem.

Macedoniani.

Ratio lux nostra.

Matth. 11. Malach. 3.

Angeli uirtus.

Ioan. 1. 4.

Propterea Evangelista subuertens quorundam opinionem qui suspicantur Ioannē A natura fuisse angelum, dicit, Fuit homo missus à Deo.

Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illū. Hic, inquit, qui missus erat à Deo, uenit ut testimonium perhiberet de lumine. Deinde ne quis existimet q̄ huius testimonio opus habuerit ad gloriā unigenitus, quasi aliqua ex parte inops, idcirco addidit q̄ uenit testificaturus de filio dei: nō q̄ illi us testimonio habeat opus, sed ut oēs credāt p̄ illū. Num & oēs crediderūt: Minimē. Quō igitur, inquit Euāgelista, ut oēs credāt: Quō: Quantū in illo erat, p̄pterea testifi cabatur, ut oēs trahat. Quāuis autē quidā discredāt, nō tamē ideo ille reprehēdendus: quoniam & sol in hoc lucet, ut oēs illuminet: at si quis in caliginosa quadā domo se in cluserit, & iurare nō fruat, qd hoc ad solē: Sic igitur & hoc loco missus quidē fuit Ioannes, ut omnes credant: quamuis autem euenit contrarium, ille in causa non est.

Non erat illē lux illa, sed ut testaretur de luce. Quādoquidē, ut saepe fieri solet, qui testat, maior est eo cui testimonium perhibet: ne existimes q̄ Ioānes testificās Christo maior illo fuerit, malā suspiciōne illam interimēs inquit, Non erat ille lux illa. Sed dixerit quispiam: Igitur non erit uel Ioannes, uel quispiam sanctorum uocāndus lux: Lucem utiq̄ rectē dixerimus unūquēq̄ sanctorum, sed lucem illam cum articulo ne= tiquam dicemus. Vnde si quis tibi dixerit, Ioannes lux est: annue. Si autem interroga rit, nunquid Ioannes lux illa est: dic, non. Non enim ipse propriē lux est, sed lux per participationem, habens fulgorem à uera luce.

Erat lux illa lux uera, quē illuminat omnem hominē uenientē in mundū. Dicitur us est de incarnatione unigeniti, q̄ uenerit in p̄pria, q̄ caro factus sit: ne igitur quis sus picetur q̄ nō fuerit antequam incarnaretur, eius gratia subuehit mentē nostram in substantiā quā ultra omne principū est, & inquit, Erat etiā anteq̄ incarnaret lux ue ra. Et per hoc Photini & Pauli Samosatēni subuertit heresim, qui docēt in suis dogma tibus unigenitum tunc coepisse, quādo de Maria natus est, & ante hoc non fuisse. Au di & tu Ariane, qui negas uerū Deum filiū Dei, quid dicat Euāgelista: Erat lux illa uera. Er tu quoq̄ Manichæe, q̄ dicis q̄ simus creaturæ opificis diaboli, audi, quia lux illa uera illuminat omnē hominē. Si igitur malignus ille opifex tenebræ est, nullū utiq̄ illumina t: atq̄ ita ueræ lucis creaturæ sumus. Et quomodo, inquit, illuminat omnem hominē, cum uideamus tam multos obtenebratos: Quantū ad ipsum attinet, illumina nat omnes. Dic enim, obsecro, nōne omnes rationales sunt: nōne omnes natura scientes bonum & malū: nōne omnes habent uirtutē ex creaturis cognoscendī crea torem: Et ita ratio data nobis, & natura nos instruens, quæ & naturalis lex uocatur, hæc uocata est lux nobis à Deo data. Quod autē quidam ratione usi nō sunt, hi seipfos obtenebrarunt. Nōnulli hanc dubitationem ita soluunt: Illuminat (inquit) Dñs om nē hominē uenientē in mundū: hoc est eos qui sunt in statu meliori, & dātes operā ut ornetur anima sua, neq̄ illam inornatam & turpem esse sinentes.

In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mūdus eū nō cognouit. In mū do erat, sicut Deus ubiq̄ p̄sēns. Quin & p̄pter prouidētiā, & cōseruatiuā uim qua omnia cōseruat, dicendus est in mundo esse: quamuis cum hoc, inquit, dico q̄ in mun do fuerit, quoniam neq̄ mundus ipse fuisset, nisi ille ipsum cōdidisset. Vbiq̄ ipsum ostē dit opificem, partim ut Manichæi insaniā reprimeret, qui dicit malignum opificem p̄duxisse omnia: & Arium cōfuteret, qui dixit filium Dei esse creaturā: partim ut om nem hominem induceret ut confiteat̄ factorē & nō seruiat creaturis, sed adoret cōdi torem. At mundus, inquit, eum, non cognouit: hoc est, promiscuus ille populus, qui mundanis addictus est negocijs. Mundus enim significat quidē & uniuersum hoc, sicut hoc loco dictum est quod mundus per ipsum factus est: significat autem & eos qui mundana sapiunt: sicut hic dicit quod mundus eum non cognouit, hoc est terre ni homines, quoniam sancti omnes & propheta agnouerunt.

In propria uenit, & proprii eum non receperunt. Hoc loco manifestissimē ingre ditur sermonē de incarnatione: & est totus sententiæ contextus is, Erat quidem ab s que carne lux uera in mundo, & non agnoscebatur: deinde in propria uenit cum car ne. Propria autem eius uel totum mundum intellige, uel Iudeos, quos elegit ut uniuersum hereditatis, & ut portionē peculiumq̄ suum. Et p̄ oprij eum nō receperunt, uel lu

Sanctus qui libet lux nū cupari potest, non autem lux illa.

Photini et Pauli Samosatēni hæresis subuertitur.

Ratio et natura, lex dicitur naturalis. τὸ νόμον, mundum siue ornatum.

Manichæi et Arii hæreses.

Mundus.

uel Iudæi, uel ceteri homines qui ab eo conditi. Igitur quemadmodum deplorat de mentiam hominum, ita & admiratur misericordiam Domini. Qui proprii eius, inquit, erant, non omnes receperunt eum. Nullum Dominus necessitate cogit & attra hit, sed uoluntatem reliquit & electionem.

Necessitas tem nulli in fert Deus.

Quotquot autē receperunt eū, dedit eis potestatem fieri filios Dei, his q̄ credūt in nomi ne eius. Siue serui, siue liberi, siue pueri, siue senes, siue Barbari, siue Græci quotquot receperunt eū, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Qui autē sunt illi: Hi q̄ credunt in nomine eius, hi scilicet qui suscepto uerbo lucē uerā per fidem receperunt, & declara runt: cuius gratia nō dixit q̄ fecerit eos filios Dei, sed q̄ potestatem dedit eis filios Dei fieri. Cuius gratia: audi: Quia nō sufficit ad custodiā puritatis, baptizari, sed & multo studio est opus ut imago adoptionis in filiū Dei, figurata in baptizate, incontamina ta seruetur: idcirco multi quidē in baptizate gratiā receperunt adoptionis, per igna uiam autē nō fuerunt filij Dei usq̄ ad finem. Fortassis autē quis etiam hoc dixerit quod multi recipiunt eum per hoc q̄ solum credunt, quales sunt qui dicuntur catechume ni, nondū autē facti sunt filij Dei, potestatem autē tunc habent, cum uoluerint baptizari, & hanc gratiam consequi, adoptionē inquam in filios. Dicit autē quis & hoc: Quāuis in baptizate adoptionis beneficiū accipiāmus, tamē qd perfectū est in resurrectione accepturi sumus, & perfectissimam adoptionē tunc recepturos nos speramus: sicut & Paulus inquit, Quia adoptionem filiorum accipimus. Quia p̄pter & hic Euāgelista non dixit, Quotquot receperunt eum, fecit eos filios Dei: sed, dedit eis potestatem filios Dei fieri, hoc est, dedit ut in futuro seculo gratiam illam suscipiant.

Galat. 4. Rom. 8.

Qui non ex sanguinibus, neq̄ ex uoluntate carnis, neq̄ ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Comparisonē quodāmodo facit diuinæ & carnalis generationis, nō absurdē reducens nobis in memoriam carnales partus, ut agnita uilitate & humilitate carnalis generationis per comparisonem, ad diuinā gratiā curramus. Dicit igitur, Qui non ex sanguinibus nati sunt, mensuris scilicet. Ex illis enim embryo nutrimentum habet & incrementum. Dicit autē q̄ & semen primū sanguinis naturam accipiat, & deinde in carnem & aliam dispositionem transformetur. Quia autem probabile est quosdam dicturos q̄ & natiuitas Isaac ferē talis fuerit, quali generantur cre dentes in Christum (etenim Isaac non ex sanguinibus natus est: defecerant enim Sa re menstrua) itaq̄ quia possibile est quosdā talia suspicari, subdit, Neq̄ ex uoluntate carnis, neq̄ ex uoluntate uiri. Etenim quīs natiuitas Isaac non fuerit ex sanguinibus, erat tamen ex uoluntate uiri. Voluit enim utiq̄ uir generare sibi puerum de Sara. Ex uoluntate autem carnis, sicut ex Anna Samuel. Dixerit enim quis Isaac ex uolunta te uiri, Samuelem uerō ex uoluntate carnis, hoc est Anne. Sitiuit enim (inquit) ut possideret filiū sterilis ista. Fortassis autem ambo ex utrisq̄. Quod si & aliud quid uolueris discere, audi: Carnalis coitus uel fit à naturali ardore (saepē enim quis calidioris cō plexionis est, & inde ad coitum est propensior) & hoc appellat uoluntatem carnis: uel propter malā consuetudinem, & intemperantiam diatæ, impetus coeundi uiolentior fit, & illū nominat uoluntatē uiri, q̄ nō sit ex naturali cōstitutione, sed opus sit uirilīs intemperantię. Fortassis autem quia mulier interdum inuenitur ad coitum p̄p̄sior, interdum uerō uir per uoluntatem quidē carnis, intellexit mulieris: per uoluntatē autem uiri, uiri lasciuiam significauit. Intelliges autem rectē per uoluntatem carnis, concupiscentiā incendentē ad coitum carnem: per uoluntatem autem uiri, congregatum ac copulā concupiscentis, qui operis est principū. Posuit autem ambo, quia mul ti concupiscunt quidē, at non statim à concupiscentiā abstrahunt, sed imperāt illi & in opus non labuntur. Ceterum qui uincuntur, illi primū à carne & titillante cōcu piscencia succenti concitantur ut coitum uelint. Igitur rectē adiunxit Euāgelista uolū tatem carnis uoluntati uiri, quia coitum natura p̄cedit concupiscentiā, & in co pula necessariō p̄cedunt utraq̄. Hæc omnia dicta sunt propter eos qui multa sæpe interrogant stultē, quoniam propriē dicendo una ex omnibus illis sententia decla ratur, ipsius dico, quē in carnali est generatione, uilitatis clarior manifestatio. Quid igitur plus habemus nos, q̄ in Christum credimus, quā Israelitæ in lege: Etenim & illi dicebant filij Dei. Magnum sanē inter nos & illos discrimen: quoniam lex in om nibus habebat umbram futurorum, neq̄ adoptionem filiorum Dei dabat Israelitis, sed

Gen. 18.

Gen. 21. 1. Reg. 1.

Ista desunt in codice Romano.

Quid discriminis inter nos et Israelitas, dicit filij Dei utriq̄ dicitur.

Heb. 10. Galat. 4.

sed quasi in figura & typo, nos autem secundum ueritatem, accepto spiritu Dei per baptismum, clamamus, Abba pater. Sicut autem illorum baptismum in umbra & in figura erat, ita & adoptionem quoque nostram figurabat, propterea quis uocatus fuerit filius, hoc tamen contigit eis in umbra, neque in ueritate eandem filiorum adoptionem habuerunt, quam nos nunc per baptismum.

Et uerbum caro factum est. Postquam dixit quod nos credentes in Christum si uoluerimus, efficiamur filii Dei; subinfert nunc & causam tanti boni. Dicit enim, Vis discere quid conciliarit nobis hanc adoptionem in filios? Quia uerbum caro factum est. Quando autem audieris quod uerbum caro factum est, ne opineris quod a sua natura destiterit, & in carnem uersum sit, neque enim Deus fuisse, si uersum & alteratum fuisset; sed manens quod erat, factum est quod non erat. Apollinarius autem Laodicensis hinc heresim excitaui. Dogma enim eius erat, Deum & Deum nostrum non suscepisse perfectam hominis naturam, uidelicet corpus cum anima rationali; sed carnem solum mentalem & rationalis animae experte.

Apollinari-
us Laodice-
sis hereti-
cus.

Quid enim opus habebat anima, inquit, quae habebat deitatem, quae gubernabat corpus, sicut nos habemus animam corpus nostrum dirigentem? Habebat autem animam, ut existimabatur, ex praesenti dicto, Et uerbum caro factum est. Non enim, inquit, dixit, Et factum est homo; sed, caro, & ita non suscepit animam quae habet mentem ac rationem, sed carnem absque mente & ratione. Ignorabat autem miserabilis ille quod scriptura plerumque a parte totum nominet, utpote commemoratura totum hominem, a parte, anima scilicet, ipsum nominat; ut, Omnis anima quae non circumciditur, occidatur. Ecce enim per eum quod est omnis homo, dicit partem, animam scilicet. Et iterum a carne nominat totum, ut quando dicit, Et uidebit omnis caro salutare Dei. Dicere enim uolens omnem hominem, carnis nomine usus est. Sic & Euangelista pro eo quod est, uerbum homo factum est; dixit, uerbum caro factum est; a parte totum hominem nominans, ex anima & corpore constitutum. Fortassis autem quia caro a diuina natura alienior est, uolens Euangelista significare immensam Dei misericordiam, carnis meminit, ut ineffabilem eius benignitatem obstupescamus, quod propter nostram salutem, alienum a natura sua, & omnibus modis peregrinum, carnem dico, assumpsit. Anima enim cognitionem quamdam habet cum Deo, caro autem nullo modo communicat; & idcirco opinor Euangelistam solo carnis nomine usum, non quod anima experta sit assumptionis, sed ad maiorem ostensionem mirandi & stupendi sacramenti. Nam si non assumpsisset animam humanam uerbum incarnatum, incurabiles adhuc essent animae nostrae. Nam quod non assumpsit, non sanauit. Et quod ridiculum, cum anima prior egrotaret (illam enim, cum crederet sermonibus serpentis, decipereturque in paradiso, ut dominam & reginam secuta est manus, & fructum attigit) si relinqueretur domina, & non assumeretur, nec curaretur; assumeretur autem & sanctificaretur & curaretur caro. Verum Apollinarius ualeat; nos autem quando audimus quod uerbum caro factum sit, credimus quod totus homo factus: quando quidem scripturae mos est carnem, & animam, ut a parte, totum hominem nominare. Conuincit autem & Nestorius ex hoc dicto. Dicebat enim ille quod non Deus uerbum fuerit ille homo conceptus ex sanctissimis sanguinibus sanctae uirginis, sed peperit quidem uirgo hominem; iste autem homo gratiam affectus in omni uirtutum genere, habuerit uerbum Dei sibi coadunatum, quod potestatem ei dederat contra immundos spiritus: atque ita dicebat duos filios, unum uirginis Iesum hominem, & alium filium Dei, qui adunatus quidem fuerit homini inseparabiliter, sed per habitum & gratiam & charitatem, quae ad modum & in alio uirtutibus praedito homine. Haec ille, sua sponte ad ueritatem surdus. Nam si uoluisset, audiuisset utique & beatum Ioannem Euangelistam dicentem, Verbum caro factum est. Nonne manifeste hic conuincit. Ipsum enim uerbum factum est homo. Non dixit quod inuento homine uirtutibus praedito, illi se adiunxerit, sed factum est ille ipse homo. Confutanti insuper & Eutyches & Valentinus & Manichaeus hoc loco. Illi enim dixerunt quod apparuerit homo iuxta apparentiam, audiatur igitur, Verbum caro factum est, non dicit quod apparenter fuerit caro, sed quod fuerit ueritas & substantia, & non phantasia. Absurdum enim & stultum esset credere quod cum sit & dicatur filius Dei, mentiatur incarnationem. In hunc se modum mendax phantasia semper ostentat.

Eutyches.
Valentinus
Manichaeus
† quod cum
filius Dei
ueritas sit
& dicatur.

Et habitauit in nobis. Quonia supra dixerat, Verbum caro factum est: ut ne quis suspicetur quod una natura facta sit Christus, ideo subdit, Et habitauit in nobis, ut ostendat duas naturas, nostram scilicet, ac uerbi. Nam sicut alterius naturae est tabernaculum, & alter-

alterius is qui inhabitat in eo: ita & uerbum in nobis habitare dicitur, hoc est in nostra natura, & alterius est naturae quam sit nostra. Confundant Armeni, qui unam colunt naturam. Discimus igitur per, Verbum caro factum est, quod ipsum uerbum homo factum est: & cum sit filius Dei, factum est filius mulieris, quae proprie Deipara dicitur, eo quod genuerit Deum in carne. Per hoc autem quod dicit, habitauit in nobis, discimus duas naturas credendas in Christo. Nam etsi unus sit secundum hypostasin, hoc est secundum personam: secundum naturas tamen duo, Deus uidelicet, & homo. Diuina autem natura & humana non fuerint una, etiam si apud unum uideantur, Christum dico.

Et spectauimus gloriam eius, gloriam uelut unigeniti a patre, plenam gloriam et ueritatem. Postquam dixit quod caro factum sit, subdit nunc, Et spectauimus gloriam eius, cum uidelicet esset in carne. Etenim cum facie Moysi ex colloquio Dei facta clarioris Israelite uidere neque uerint, multo magis apostoli nudae deitatis unigeniti capaces non fuissent, nisi per carnem apparuisset. Spectauimus autem gloriam, non talem qualis habebat Moses, uel cum qua gloria Cherubim & Seraphim prophetae apparuerunt: sed talem gloriam, qualem deicit esse unigeniti a patre, quae illi naturaliter inest. Nam uelut, hic non similitudinis, sed confirmationis & determinationis indubitatae uerbum est: sicut cum regem uideamus cum gloria magna uenientem, dicimus quod uelut rex prodeat, hoc est, quod uere sit rex: ita etiam hoc loco intelligere debes, uelut unigeniti, quod gloria quam spectauimus, reuera fuerit gloria filii plena gratia & ueritate. Gratia quidem plena, secundum quod sermo eius gratiosus erat, ut sic dicitur iuxta David, Diffusa est gratia in labijs tuis. Et Euangelista, Admirabantur omnes super sermonibus gratiae qui procedebant ex ore eius. Et omnibus sanctis conferebat, prout congruebat eis. Veritate autem plena erat, secundum quod ea quae prophetae & Moses ipse uel dicebant uel faciebant, figurae erant per omnia, et quae Christus faciebat, dicebatque, plena erant ueritate, cum esset ipsamet gratia, & ipsamet ueritas, alijs quod suppeditaret eam. Vbi autem spectarunt gloriam illam? Quidam suspicant quod fortassis in monte Thabor. Fortassis autem & hoc uerum est, quod non solum in monte, sed etiam in omnibus quae dicebat & faciebat, spectabant gloriam eius.

Ioannes testatur de ipso, & clamauit dicens: Hic erat de quo dicebam, qui post me uenturus, ante me factus est, quia prior me erat. Frequenter Ioannis testimonium assumit Euangelista, non ut Dominum fide dignum faciat ex uerbis serui, sed quia turbam magnam de Ioanne opinionem habebant, eius gratia in testimonium Christi assumit Ioannem qui apud illos magnus nominabatur, & super omnes alios esse credebatur. Verbum autem, clamauit, magnam fiduciam & libertatem Ioannis ostendit. Non enim in angulo, sed magna cum libertate clamabat de Christo. Quid autem dicebat? Hic erat de quo dicebam. Ioannes etiam antequam uideret Christum, testificabat de illo: id quod singulari Dei uoluntate, ut ne uideatur gratificans personam Christi, de eo honestiora testari. ideo dicit, de quo dicebam, hoc est, etiam priusquam uiderem eum. Qui post me uenturus, manifeste quantum ad natiuitatis tempora. Sex enim mensibus prior fuit praecursor Christi secundum natiuitatem in carne. Hic ante me factus, est hoc est uenerabilior & gloriosior me factus est. Quare? Quia & prior me erat, secundum deitatem. Ariani autem stulte interpretati dictum hoc sunt. Volentes enim demonstrare quod filius dei non sit genitus a patre, sed factus sit sicut una aliarum creaturarum, dicunt, Ecce Ioannes testatur de eo, Ante me factus est, hoc est, ante me factus & conditus est a Deo sicut una creaturarum. Redarguuntur autem male intelligentes dictum, ex eo quod sequitur. Quae enim sententia apparet si dicatur, Hic, Christus scilicet, ante me factus est, hoc est, priusquam ego, conditus est, eo quod prior me fuerit: Omnibus enim modis stultum est dicere quod ipsum creauerit Deus prius, eo quod prior me erat: sed contrarium magis dicere oportebat: quia hic prior me est, ideo ante me factus est, hoc est, conditus est. Et haec quidem Ariani sunt dicta. Nos autem orthodoxe intelligimus quod qui post me uenturus erat, iuxta natiuitatem in carne ex uirgine: ante me fuit, hoc est gloriosior & dignior me fuit, propter miracula quae circa ipsum acciderunt in partu, in educatione, in sapientia, & merito hoc. Etenim prior me erat secundum natiuitatem diuinam ex patre, quibus post me uenerit secundum aduentum in carne.

Et de plenitudine eius accepimus omnes, & gratiam pro gratia. Et haec praecursoris uerba sunt, dicentis de Christo quod nos & prophetae omnes de plenitudine eius accepimus.

Armeni.

Deipara.

† plenitudo
ad uerbum
referatur.

Theop. legisse uidetur
† plenam,
scilicet gloria.

Exod. 24.
Exec. 10.

Psal. 44.
Matt. 7.
sanitates.

Matt. 17.

Mat. 3.
Marci 2.

Luc. 2.

Arianorum
heresis.

Arimus.

rimus. Maior enim gratia habet, qui spiritu afflabant homines. Nam fons omnis boni & omnis sapientiae ac prophetiae existens, supereffluit, & dat se omnibus dignis, et effluens plenus manet, ac nunquam exhauritur. Gratiam autem accepimus, noui scilicet testamenti, pro gratia ueteris legis. Et quoniam testamentum illud antiquatum est, pro eo nouum accepimus. Et quomodo, inquit, nominauit gratiam uetus testamentum? Eo quod Iudaei, gratia in filios adoptati & recepti fuerunt. Dicit enim, Non quia uos multi estis, sed propter patres uestros uos elegi. Patres quoque gratia suscepti fuerunt, & nos ex confesso gratia sumus saluati.

Quia lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Interpretatur nobis quomodo acceperimus gratiam magnam pro parua gratia, & dicit quod lex quidem per Moysen data sit, cum ueretur Deus mediatore homine Moysen. Nouum autem testamentum per Iesum Christum quod quidem & gratia nominatur, eo quod largitus sit nobis Deus non solum peccatorum remissionem, sed & filiorum adoptionem. Veritas autem uocatur, eo quod quaecumque patres olim in figura uel uiderunt uel loquuti sunt, ea clare hoc predicant. Nouum igitur inquam testamentum, quod & gratia nominatur & ueritas, datum est non per mediatorum aliquem hominem uilem, sed per filium Dei. Et uide quod de uetere dicit, Datum est per Moysen. Minister enim & subditus ille erat. De nouo autem testamento non dixit, datum est, sed factum est ut ostendat a Domino nostro Iesu Christo, uel ut domino, non seruo, factam & ad finem perductam gratiam ac ueritatem. Nam lex quidem data est a Deo, mediatore Moysen; gratia autem facta est, non data, per Iesum Christum. Factum esse, auctoritatem quandam sonat; datum uero, ministerium indicat.

Deum nemo uidit unquam. Unigenitus filius, qui est in sinu patris, ille enarrauit. Quoniam dixerat quod gratia & ueritas per Iesum Christum facta sit, istucipsum uolens adstruere, dicit, Nihil incredendum dixi. Nam Moyses quidem neque Deum uidit, sicut neque alius quisquam: nec potuit nobis manifestam & liquidam de illo narrationem dicere; sed cum esset seruus, minister fuit solum legalis literae. Christus autem qui est filius, & unigenitus, & in sinu paterno est, non solum illum uidet, sed etiam omnibus hominibus de illo annunciat; atque ita, quia filius est, & patrem uidet, & in sinu eius est, merito gratiam & ueritatem nobis dedit. Caeterum dixerit hic fortasse quispiam: Quomodo hoc loco discimus quod nullus uiderit Deum, cum propheta dicat, Vidi Dominum; Vidi quidem propheta Deum, at non ipsam substantiam, sed similitudinem & apparentiam quandam, sicut capere poterat. Et alius iterum in alia figura uidit, & alius in alia. Unde scilicet non ipsam ueritatem uiderunt; non enim diuersis figuris illam uidissent, quae simplex est & infigurabilis. Quin neque angeli uident Dei substantiam, quibus dicantur uidere faciem eius. Hoc enim totum indicat, semper Deum eis apparere. Filius igitur solus uidet patrem, & enarrat illum omnibus hominibus. Sinu autem audiens paternum, non suspicetis aliquid corporale de Deo. Euangelista enim uolens nobis indicare filium patri esse coaeternum, ac uerum & inseparabilem, huius nominis mentionem fecit.

Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudaei ex Hierosolymis sacerdotes & leuitas ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, non sum ego Christus. Dixit superius quod Ioannes testis de illo: & cum interseruit quod testatus sit Ioannes de Christo, neque hic ante me factus est & quod nos omnes prophetam de plenitudine eius accepimus, subdit, Et hoc est testimonium. Quale? Quod superius dixit, Ante me factus est &c. Sed & quae deinceps dicit, non sum Christus, & haec testimonia sunt Ioannis. Porro Iudaei ad Ioannem miserant praestantiores quos habebant, sacerdotes uidelicet & leuitas, eosque Hierosolymitanos, quod illi, utpote sapientiores, persuaderent Ioanni per adulationem ut confiteretur se esse Christum. Vide autem quod sinistra sit illorum mens. Non interrogant eum statim, Tu es Christus, sed, tu quis es? Verum ille cognita eorum malignitate, non dicit quis sit, sed confitetur, non sum Christus: ad scopum utique illorum respiciens, & unde quaque illos ad credendum alliciens quod alius sit Christus, quae ipsi putant uilem, & ex uili patre, fabro uidelicet, et contempta patria, nempe Nazareth, ex qua nihil boni esse credebant. At qui de praecursore ipso magnam habebant opinionem, eo quod natus erat ex patre sacerdotum principe, & uitam angelicam & quasi materiae experte ageret. Unde iuste admiramur, quomodo per illa ipsa per quae illi gloriae Christi nocituros se putabant, impediunt. Nam interrogabant quidem

Non uenit testamentum et gratia et ueritas appollatur. t mediator rem non habet simplicem & purum hominem.

1. Ioan. 4.

Esai. 6. Gen. 22.

Sinus patris quis intelligatur.

quidem Iohannem, ut fide dignum, quod testimonium illius, suae in Christum incredulitati praetexant, si quidem non confessus fuisset illum Christum. Verum secus euenit, & contra eos testimonium uersum est. Etenim eum, quem pro fidei habebant, inueniunt praecleara testari de Christo, & non sibi ipsi honorem arrogare.


Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Helias es tu? Et dicit, Non sum. Es tu propheta ille? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei, Quis es, ut responsum demus his qui nos miserunt? Quid dicis de te ipso? At, Ego uox clamantis in deserto, dirigite uiam Domini, sicut dixit Esaias propheta. Heliam existimabant uenturum ueteri traditione persuasi; unde quaerunt num sit Helias, eo quod & uita eius similis erat uita Heliae. Negat igitur & hoc. Propheta ille es tu? Negat hoc etiam, tamen si propheta esset. Et quomodo igitur negat? Quomodo? Quia non interrogauerunt eum, Propheta es? sed, propheta ille es? facta interrogazione cum articulo, hoc est, propheta ille qui expectabatur, de quo dixit Moyses, Prophetam suscitabit uobis Dominus Deus. Non negauit itaque Ioannes se prophetam esse, sed prophetam illum qui expectabatur. Quia enim audierant Moysen dicentem prophetam suscitandum, sperabant propter occasiones quasdam hinc futurum illum prophetam. Deinde iterum instat, Dic nobis, quis es? Tunc respondit eis, Ego uox clamantis in deserto. Ego, inquit, sum, de quo scriptum est, Vox clamantis in deserto. Nisi enim adieceris, de quo scriptum est, absurda quaedam uideretur sermonis constructio. Quid autem clamatis? Dirigite uiam Domini. Seruus, inquit, sum, & uias praeparo Domino corda uestra. Proinde illa facite recta dolosi uos & obliqui, & facite aequa, ita ut Dominus Christus per uos iter faciat. Post haec inducit Esaiam testem. Nam cum magnifica dixisset de Christo quod Dominus esset, ipse uero serui & praecursoris suscepisset opus, confugit ad prophetam. Fortassis autem quis sic exposuerit, Ego uox clamantis, hoc est, ego sum uox Christi clamantis, id est, ueritatem manifeste annunciantis, Omnes enim qui in lege erant, submisit & humiliter sonabant, utpote qui nondum peruenerant ad tempus euangelicae ueritatis. Et haec sane erat uocis ruditas in Moysen, quia lex obscura erat, & non manifesta. Christus autem cum sit ueritas ipsa, & annunciet nobis omnia quae patris, clamans est. ideo Ioannes dicit, Ego sum uox uerbi clamantis, uersans in deserto. Deinde sequitur aliud principium, Dirigite uiam Domini. Merito autem dicitur Ioannes uox, eo quod praecursor erat Christi, sicut & uox uerbi praecurrit. & ut manifestius dicam, Vox quidem est spiritus inarticulatus, qui a pectore egreditur: quando autem lingua articulatur, tunc fit uerbum. Primum igitur uox, & deinde uerbum. Prior Ioannes, & deinde Christus secundum aduentum in carne. Et baptisma quidem Ioannis non erat articulatum, non enim fiebat in spiritu: Christi uero articulatum erat. Nihil enim umbrarum uel figurarum continebat, sed fiebat in spiritu.

Et qui miseri fuerant, erant ex pharisaeis, & interrogauerunt eum ac dixerunt ei, Cur ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta ille? Postquam per adulationem non potuerunt eum ad suas partes trahere, atrocioribus & minacibus uerbis terrent, ut diceret quod uolebant, & confiteretur se esse Christum. Quid igitur baptizas? dicentes: Quis tibi hanc dedit auctoritatem? Ostenditur autem ex hoc sermone, illos alium putasse esse Christum, & alium qui expectabatur prophetam. Dicunt enim, Si tu non es Christus, neque propheta ille: alium intelligentes Christum, & alium prophetam illum, male sentientes. Nam propheta ille, ipse est Christus & Deus noster. Haec autem omnia dicebant, sicut dixi, ut urgerent eum quod confiteretur se esse Christum. Immo si uerio ra dicere licet, quasi inuidentes eius gloriae, eum interrogant. Ideo non quaerunt num ipse sit Christus: sed, tu quis es? quasi dicentes, quis es tu, qui tale opus attentas, baptizans & purificans confitentes? Etenim neque Ioannem apud multos pro Christo haberi Iudaei mihi uelle uidentur, sed ex liuore & inuidia interrogare eum, tu quis es? Maxime igitur maledicti Iudaei, & uere progenies uiperarum, qui Ioannem quidem baptizantem acceperunt: postquam autem baptizati sunt, ingrati fuerunt.

Respondit eis Ioannes, dicens, Ego baptizo in aqua: sed medius uestrum stat, quem uos nescitis: ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus ut soluam eius corrigiam calceamenti. Vide & mansuetudinem & ueritatem sancti. Mansuetudinem quidem, eo quod nihil asperum ad eos loquitur, quamuis insolentes essent. Veritatem autem, quia liberrime testis erat gloriae Christi, neque Domini gloriam

Esai. 40.

Deut. 18.



Vox spiritus inarticulatus.

riam occultabat, ut sibi nobilitate pareret: sed confitebatur. Ego quidem baptizo imper-
fecto baptismo: nam in sola aqua, non habente peccatorum remissionem, sed preparante
ad suscipiendum spirituale baptismum, quod donat remissionem peccatorum. Medius autem
uestrum stat, quem uos nescitis. Nam Dominus multitudinem se miscuerat, & ignorabat
quis esset, & unde. Fortassis autem quispiam dixerit quod & alio modo medius steterit inter
pharisaeos Dominus, sed ignorarint eum, quia enim uidebant scripturas edidicisse, qui
bus annunciatus fuit Dominus, medius fuit inter eos, hoc est, in cordibus eorum: sed
ignorabant eum, tanquam non intelligentes scripturas, quibus cordibus illas tenerent. Fortas-
sis autem & secundum quod mediator Dei & hominum fuit Dominus, medius stetit inter
pharisaeos, conciliare illos uolens Deo, sed ignorabant eum. Continuum autem ponit hoc,
qui post me uenturus est: ostendens quod neque perfectum suum sit baptismum, sed tantum
preparatum ad spirituale baptismum. Ante me factus est, hoc est, dignior & gloriosior, in tan-
tum ut ego me non ausim numerare uel in ultimis eius seruis. Soluere enim calceum,
extremi ministerij est. Scio autem me apud sanctorum quendam etiam hanc legisse expo-
sitionem: Calceus semper sumitur ad peccatricem carnem, & corruptioni subditam:
corrigia autem ut uinculum peccatorum. Igitur Ioannes in alijs quidem qui ad se egrediebantur,
& confitebantur, poterat soluere corrigiam peccatorum. Vinculis enim suorum pec-
catorum constricti ad ipsum egrediebantur. Et per hoc quod uocabat eos ad poeniten-
tiam, uiam preparauit eis ad hoc ut perfecte corrigiam illam, & calceamentum peccati
abijcerent: in Christo autem non inueniens corrigiam, hoc est uinculum peccati, merito
neque soluit, neque soluere potuit. Quomodo enim soluisset, in quo non inueniebat: Pec-
catum enim non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Calceamentum autem, est
aduentus Domini ad nos: corrigia autem eius, modus incarnationis, quo uerbum Dei
unitum & quodammodo colligatum corpori, utique hunc nodum soluere impossibile est.
Quis enim posset soluere, quomodo Deus corpori colligatus sit?

2. Tim. 2.

Esaiæ 53.

Bethabara.

Esaiæ 16.

Quare
Christus a-
gnus Dei di-
catur.

Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans. Quare
dixit quod hæc in Bethania facta sint: Ut ostendat magnam præconis libertatem, quod non in
domo, neque in angulo, sed circa Iordanem in media multitudine hæc de Christo præ-
dicauerit. Sciendum autem quod exemplaria emendatiora habent, in Bethabara. Betha-
nia enim non trans Iordanem est, sed prope Hierosolymas.

Postero die uidit Ioannes Iesum uenientem ad se, & ait, Ecce agnus ille Dei, qui tol-
lit peccatum mundi. Saepe Dominus uenit ad præcursores, quare? Vel omnino quandoquidem
sicut unus ex multis & ipse a Ioanne baptizatus esset, ne putent quidam quod quasi pecca-
tis obnoxius, æqualiter cum alijs baptizatus sit, idcirco iterum uenit, dæd Ioanni occasio-
nem corrigendi hanc opinionem. ideo & Baptista dicit, Ecce agnus Dei, qui tollit pecca-
ta mundi. Nam qui tam purus est, ut & aliorum peccata tollere & abolere ualeat, mani-
festum quod non acceperit equaliter cum alijs confessionis baptismum. Exquire autem diligenter
hoc dicitur, Ecce agnus ille Dei: quia sermo est ad cupientes & quærentes uidere illum
agnum qui ab Esaiâ prædictus est. Ecce, inquit, qui quæris, ille agnus ecce adest. Pro-
babile enim multos in prophetico libro Esaiæ edoctos quæsiuisse quisnam ille agnus
esset. Igitur Ioannes demonstrat eum. Non dixit autem, agnus: sed dixit, ille agnus. Nam
multi quidam agni, sicut & multi Christi: sed ille est uerus agnus qui a Mose figuratur, et
ab Esaiâ prædicatur. Porro agnus Dei dicitur Christus, siue quod Deus acceperit mortem
Christi pro nostra salute, siue quod Deus tradiderit illum pro nobis ad mortem: quem-
admodum dicere solemus, sacrificium hoc illius est: hoc est, ille sacrificium hoc obtu-
lit. Sic igitur & Dominus dicitur agnus Dei, eo quod Deus pater propter charitatem suam
erga nos, illum dederit ad mortem. Non dixit autem, qui abstulit peccatum: sed, qui tol-
lit in presenti peccata nostra. Quotidie enim tollit peccata nostra, & aliorum quidem
per baptismum, aliorum autem per poenitentiam. Et agni quidem qui in ueteri lege
immolabantur, nullius peccatum omnino abolebant: hic autem totius mundi pecca-
tum tollit è medio, & abolet. Quare autem non dixit, peccata, sed peccatum? For-
tasse quidem per hoc quod dicit peccatum, in genere dixit. & de omnibus. Sicut enim
dicere solemus, defecit homo, hoc est, omnis humanitas, a Deo: ita & hoc loco dicens
peccatum, omnia peccata significauit. Fortassis autem, quia inobediens fuit homo
Deo, & in uarias affectiones incidit: peccatum mundi, inobedientia fuit, quam è medio
abstulit

abstulit Dominus, factus obediens usque ad mortem, & contrarium contrario sanans. Philip. 2.

Hic est de quo ego dicebam. Post me uenit uir, qui ante me factus est: quia prior me
erat. Superius quidem Iesus qui a pharisæis uenerant, Ioannes dicebat, Medius uestrum
stat, quem nescitis, qui ante me factus est: nunc digito ostendit illum, & manifestat igno-
rantibus. Hic est ille de quo testificabar, inquit pharisæis, quod ante me factus sit, hoc est,
dignior me & insignior. Quare? Quia prior me erat. Audi Ari, non dixit, prior me co-
ditus est, sed erat. Audi & tu Pauli Samosatensis secta, quod non a Maria esse coeperit Dominus,
sed præcursores prior fuerit secundum substantiam suam, quam ante secula habuit, quo-
niam si, quemadmodum uos nugamini, Dominus a Maria in initium suæ substantiæ assum-
psisset, quomodo prior fuisset præcursores? Etenim præcursores manifeste sex mensibus
antecessit Dominum iuxta natiuitatem in carne. Vir autem dicitur Dominus, fortassis
propter ætatem perfectam, quoniam triginta annorum erat cum baptizaretur. For-
tassis autem quod & omnis animæ uir sit, & ecclesiæ sponsus. Adaptaui enim, inquit Pau-
lus, uos uni uiro ut uirginem castam exhiberetis, Christo scilicet. Dicit igitur præcur-
sor, Ego quidem pronubus & internūcius, ueniet autem post me uir. Nam ego quidem
traho animas ad fidem in Christum: ipse autem uir est qui illas sibi adiungit.

Arij & Pauli Samo-
sateni secta
confutatur.
Luce 2.

1. Cor. 11.

Et ego ne nesciebam illum: sed ut manifestetur Israel, propterea ueni ego in aqua ba-
ptizans. Et testatus est Ioannes dicens, Vidi spiritum descendentem specie columbæ
de celo, & mansit super eum, & ego nesciueram eum: sed hic qui misit me ut baptiza-
rem aqua, ille mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendere, & manere super eum,
hic est qui baptizat spiritu sancto. Et ego uidi & testatus sum hunc esse filium Dei. Quom-
niam cognatus Domini erat præcursores (dicit enim angelus uirginis: Ecce cognata tua
Elizabeth concepit) ut ne quis suspicetur quod propter cognationem præcursores gratifi-
caturus fuerit Domino, & testimonium de ipso perhiberit, eius gratia subinde dicit, Et
ego nesciueram illum, ita suspicionem tollens: sed dicit, ut manifestetur Israel, ideo ue-
ni baptizare: ut omnes, inquit, adducant ad fidem in illum, & monstratur populis, nam

Luce 1.

propterea ego baptizo, me enim baptizante concurrunt populi, & cum congregan-
tur, manifestatur eis Christus, qui a me predicatur, & presens presentibus monstratur.
Nisi enim propter baptismum confluerent, quomodo a Ioanne monstraretur Domi-
nus? Non enim ostentum obambulabat, ut manu Christum ostenderet, & unicuique mon-
straret: igitur ea de causa, dicit, ueni baptizare aqua, ut populis propter baptismum con-
uenientibus a me manifestetur. Hoc autem loco discimus quod miracula pueritiæ Chri-
sti conficta sint, & mendacia, composita ab his qui deridere uoluerunt mysterium. Nam
si fuissent uera, quomodo ignotus fuisset Dominus qui hæc faciebat? Neutiquam enim ue-
rissimile fuerit, non fuisse celebrem eum qui talia faciebat miracula. Verum non ita est.
Non enim antequam baptizaretur, signa fecit, neque cognitus erat. Sed is qui misit me
ut baptizarem, ille mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendere, ille est qui ba-
ptizat spiritu sancto. Ioannes (ut dixit) quod testimonium non suspectum faceret de
Christo, testimonium refert ad Deum & ad patrem. Nam ego quidem, inquit, nescie-
bam illum: pater autem reuelauit mihi hunc in baptismo. Porro interrogauerit quis-
piam: si ignorauit illum Ioannes, quomodo Matthæus dicit quod prohibuerit eum, di-
cens, Ego debeo a te baptizari? Dicendum igitur quod sic intelligi debeat nesciueram ipsum,
ante multum temporis, & ante baptismum nesciueram illum. Nam in baptismi tempo-
re noui illum. Vel etiam aliter dicendum, quod nouerit quidem illum quod esset Christus: quod
autem ille esset qui baptizaret spiritu sancto, tunc didicerit, quando uidit spiritum de-
scendentem. Dico igitur, quod nesciuerit illum, hoc sibi uelit, quod nesciuerit illum esse qui
baptizet spiritu sancto: sciebat tamen eum esse super multos, & ideo secundum Mat-
thæum eum prohibebat, tanquam omnino maiorem eum cognoscens. Postquam autem spiritus
sanctus descendit, manifestus agnouit, & alijs eum prædicauit. Spiritus autem omnibus
apparuit qui aderant, & non solum Ioanni. Cur ergo, dicit quispiam, non crediderunt?
Eo quod obtenebratum erat insipiens cor illorum: quia & cum uiderunt eum facientem mi-
racula, non crediderunt. Quidam autem dicunt quod non omnes uiderint, sed hi qui magis
pij erant. Nam quauis corporaliter descenderit spiritus, uerissimile tamen est non om-
nibus apparuisse, sed dignis: quando quidem & prophetæ multa in sensibili specie ui-
derunt, sicut Daniel & Ezechiel, que tamen nullus alius uidit. Et uidi, & testatus sum

Miracula
pueritiæ
Christi con-
ficta.

Obiectio
Matth. 2.

Dan. 10.
Ez. 1. 9. 20.

quod hic est filius Dei. Et ubi testatus est Ioannes quod hic est filius Dei? nusquam enim scriptum est. Nam agnum quidem dicit, filium autem Dei nusquam. Vnde uerisimile est coniectare quod & plura alia praetermissa sint. Non enim omnia conscripta sunt.

Ioan. 21.

Postero die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo, & intuitus Iesum ambulante, dicit, Ecce agnus ille Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentes, & sequuti sunt Iesum. Propter audientium ignauiam cogitur Ioannes eadem dicere, ut uel crebro testimonio efficiat aliquid: neque falsus est. Christo enim statim duos discipulos obtulit. Nam cum reuera pronubus esset, omnia faciebat, ut humanam naturam sponso adduceret. Ideo & Christus quidem tacet, ut sponsum: pronubus autem omnia loquitur. Et Dominus sicut sponsum uenit ad multitudinem. In nuptiis enim non sponsa ad sponsum, sed sponsum ad illam abit, etiam si regis filius sit. Ideo & Dominus naturam nostram desponsaturus, descendit ad eam in terram, & factis nuptiis assumptus in caelum, tulit eam in domum patris. Itaque cum intuitus esset Iesum Ioannes, hoc est, etiam corporalibus oculis praese tulisset gaudium quod habebat in Christo & miraculo: Vide, inquit, agnus ille. At discipuli crebris testimoniis demulsi, sequuti sunt Iesum: non quidem contemnentem Ioannem, sed magis obediens ei, testanti de Christo meliora.

Nuptiarum ritus.

Admirabilem: ecce.

Mat. 4.

Doctor constitui quis debeat.

Obiectio. Luce 9.

Omne tempus doctrinae aptum.

1. Tim. 6.

Conuersus autem Iesus, & conspiciens eos sequentes se, dicit eis, Quid queritis? Illi autem dicebant ei, Rabbi (quod dicitur, si quis interpretetur, magister) ubi manes? Dicit eis, Venite & uide. Venerunt igitur, & uiderunt ubi maneret: & manserunt apud illum die illo. Hora autem erat quasi decima. Matthaeus quidem cum de baptisinate narraisset, statim subducit illum in montem ad orandum: at praesens Euangelista relictis istis quae ab illo dicta sunt, refert ea quae post descensum de monte facta sunt. Igitur postquam de monte ubi tentatus fuit, descendit, sequitur discipulorum Ioannis comitatio & accessus ad Christum. Opinor quod sermo demonstrat quod non debeat aliquis constitui doctor, nisi prius ad fastigium conscenderit uirtutum (hoc enim mons significat) & omnem deuicerit tentationem, triumphum de tentatore referens. Sequuntur igitur primum discipuli, & tunc interrogant eum ubi maneat. Non enim publice multis praesentibus, sed seorsim oportebat colloqui, quasi de rebus quibusdam necessarijs. Immo illi non priores interrogant, sed Christus ipsos inducit ad interrogandum. Dicit enim eis, quid queritis? non tanquam ignorans (quomodo enim ignoraret, qui sciebat corda hominum?) sed ut per interrogationem prouocaret eos ad dicendum quid uellent. Verisimile enim est eos erubuisse, & reueritos illum cui Ioannes testimonium plus quam de homine dederat. Te autem uelim admirari bonam illorum affectionem erga Christum. Non enim solum sequuti sunt, sed & Rabbi salutant, hoc est, magister, id est cum nihil adhuc ab illo audissent. Volentes itaque seorsim aliquid ab eo discere, interrogant ubi maneat. In quiete enim commodius & discitur & auditur. Dominus uero non dicit eis signum domus: sed, uenite, inquit, & uide. Hoc autem fecit tum ut magis alliciat eos ad sequendum se, tum ut probet eorum desiderium num grauentur ex itinere. Nam si frigida mente accessissent, neutrum ad domum fuissent sequuti. Quomodo autem Christus alibi dicit quod filius hominis non habeat ubi caput reclinet: hoc autem loco uidetur habere domum? Non haec inter se dissident. Etenim quando dicit quod non habeat ubi caput reclinet: non dicit quod nullum omnino habeat diuersorium, sed quod non habeat proprium. Si igitur habitasset in domo, non propriam inhabitasset, sed alienam. Non frustra autem Euangelista assignat tempus, quod fuerit hora quasi decima, sed ut doceat & doctores & discipulos, quod propter nullum tempus studia sua differre debeant, neque doctor praetextat aliquid, & dicat quod uespere sit: & discipulus sciat omne tempus esse doctrinae, nec differendum auditum in crastinum. Hinc autem discimus quod discipuli habebant uentrem minime operari, sed ieiunij assuetum, eo quod tempus quod alij impendunt in quietem corporis cibis grauari, & non ualentes serio operi intendere, hoc illi insuebant in doctrinam. Ita erant discipuli Ioannis ieiunij clari. Vide autem obsecro quod Christus conuertit se ad sequentes, & ostendit eis faciem suam. Nisi enim per bonam operationem sequutus fueris Iesum, non peruenies ad contemplationem faciei Domini. neque ibi ad habitationem eius. hoc est, non peruenies ad illuminationem diuinae scientiae nam domus Christi, Lux. Lucem enim, inquit, habitat inaccessam. Propterea nisi quis se ipsum purificauerit, & per purificationem sequutus fuerit, quomodo scientia illustrabitur?

Erat

A Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierat a Ioanne, & sequuti fuerunt illum. Inuenit hic prior fratrem suum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est, si interpretaris, Christus. Et duxit illum ad Iesum. Intuitus illum Iesus, dixit, Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretari licet, Petrus. Andreas quidem nomen profert nobis, sed non alterius. Quidam autem dicit illum esse Ioannem, qui haec scribit. Nonnulli autem aiunt quod non fuerit ex nobilioribus alijs. Praeterea nulla utilitas fuerat etiam scire nomen. Caterum Andream mentionem facit, quia & insignior erat, & adducebat suum fratrem. Vide autem, obsecro, quantum amauerit fratrem, & quomodo non occultauerit ab eo bonum, sed communicarit ei thesaurum, emisericorditer iucunditatis uocem, Inuenimus, dicens. Et uerisimile est, quod multo tempore desiderarint & meditati fuerint querere illum. Neque simpliciter dicit, Messiam: sed, messiam illum: cum articulo, illum ipsum qui proprie est Christus. Unus enim erat qui ab eis expectabatur, quantum multi essent Christi, qui & filij Dei appellabantur. Ad duxit autem illum ad Iesum, non quod tam leuibus esset moribus, ut ad omnem sermonem circumferretur: sed quod feruenti & bono animo susceperat sermones quos ei dixerat frater de Christo. Verisimile enim est quod Andreas plura dixerit ei, & manifeste annunciauerit de Christo, utpote edoctus secretiora quaedam, eo quod manserat apud Christum. Quod si perseverat quis arguendo facilitatem Petri, disceat & hoc non esse scriptum, quod crediderit statim Andream, sed quod Andreas duxerit illum ad Iesum, id quod magis solidae mentis fuerit, & non quous uento circumacta. Non enim simpliciter recepit sermonem Andream, sed uoluit uidere & Christum, ut si quidem inueniret quod dignum fide, sequeretur: sin minus, resisteret: & ita duci ad Iesum, non leuis, sed studiosae mentis indicium erat. Quid igitur Dominus? Prophetando de illo, illi se manifestare incipit. Nam quia prophetiae non minus quam signa, immo magis hominibus persuadent, praedicat de Petro, Tu enim, inquit, es Simon filius Iona. deinde & quod futurum, Tu uocaberis Cephas. Nam cum quod praesens est dicitur, etiam futurum credibile fit.

Prophetia uis.

B Non dixit autem, ego te uocabo Petrum, sed uocaberis. Nolebat enim ab initio auctoritatem suam indicare, eo quod nondum firmam in illum fidem haberent. Quamobrem autem agnominat hunc quidem Petrum, illos autem, filios inquam Zebedaei, filios tonitruum? Ut ostendat quod ipse sit qui & olim nomina indiderit, & sicut nunc, ita etiam tunc mutauerit nomen Abram in Abraham & Saram in Sarram. Scias autem quod Simon interpretatur obedientia, Ionas uero columba. Igitur mansuetudinis quae per columbam significatur, filia est obedientia: & qui habet obedientiam, etiam ipse Petrus efficitur, per obedientiam proficiens ut firmetur in bono.

Mar. 3. Gen. 17. uetus Testamentum dederit

Postero die uoluit Iesus exire in Galileam & reperit Philippum: & dicit ei, Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andree & Petri. Reperit Philippus Nathanael, & dicit ei, De quo scripsit Moses in lege & propheta, inuenimus Iesum filium Ioseph, Nazarenum. Andreas quidem praecursore audito, & Petrus Andream, secuti sunt Iesum: at Philippus uidetur nullum audiuisse, & statim secutus esse Dominum, dicentem sibi, Sequere me. Vnde hoc igitur, quod ille tam statim credidit? Videtur igitur primum uox Domini animam illius stimulo quodam charitatis tetigisse. Non enim simpliciter saluatoris uox dicebatur, sed dignos statim flagrare faciebat intrinsecus ad amandum ipsum: sicut & Cleopas dicit, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum loqueretur nobis in uia? Deinde autem Philippus, eo quod sollicitum cor habebat, & multum meditabatur scripta Moysi, expectabatque semper Christum, statim simul atque uidit, credidit: propterea etiam dicit, inuenimus Iesum: quo ostendit quod semper quaesierit. Fortassis autem & a Petro & Andream de Christo didicit. Etenim uerisimile est colloquutos illos ei, qui ex eadem patria erat, & narraisset de Christo: id quod & Euangelista uidet insinuare per hoc quod dicit, Erat autem Philippus a ciuitate Andree & Petri. Parua autem fuit ista ciuitas, quae pagus rectius diceretur: unde & digna miraculo Christi uirtus, quod ab his qui nullum afferebant fructum, praecipuos discipulos elegerit. Igitur neque Philippus apud se bonum hoc retinet, sed comunicat & Nathanaeli: & quia legit peritus erat Nathanael, ad legem & prophetas ipsum mittit Philippus, quia diligenter legem meditabatur. Porro filium dicit Ioseph Dominum, quia eius filius putabatur: & Nazarenum illum appellat, quamuis proprie a Bethem fuit, in qua natus, sed

Christum cur mox uocati discipuli sequuntur. Luce 24.

A 4 in Naza

in Nazareth educatus fuit. At quoniam natiuitas eius multis incognita erat, manifesta autem educatio, à Nazareth eum nominat, utpote illic enutritum.

Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse: Dicit ei Philippus, Veni, & uide. Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se, & dicit de eo, Ecce uerus Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, et dixit ei, Priusquam te Philippus uocaret, cum esses sub ficu, uidebam te. Philippus quidem Iesum Nazarenum dicebat, Nathanael autem, utpote in lege diligentior, cognoscebat ex scripturis quod à Bethleem oportebat uenire Christum: & propterea dicit, A Nazareth potest esse aliquid boni: Philippus uero inquit, Veni & uide: sciens quod si gustaret uerba Christi, non esset discessurus. Porro laudatur à Christo Nathanael, utpote uerus Israelita, non enim ad gratiam neque ad odium loquebatur. Non enim uerba illa sunt incredula, sed diligentis & in lege uersatae mentis, quae sciebat quod Christus non à Nazareth, sed Bethleem ueniret. Quid igitur Nathanael: num laudibus remissior fit? Minime, sed urget, manifestius & euidentius quiddam discere uolens. Ideo & interrogat, Vnde me nosti? At Christus dicendo ei quae nullus alius sciebat praeterquam ipse & Philippus, quod solus & locutus esset & fecisset, detegit & suam deitatem. Nam Philippus solus & nullo praesente sub ficu locutus erat Nathanaeli, quae sane omnia Christum etiam absens cognoscebat. Proinde & dicit, Cum esses sub ficu, uidi te. Priusquam autem appropiaret Philippus, dixit Dominus de Nathanaele, ut ne quis suspicetur quod Philippus Christo dixerit de ficu, & alijs quae locutus sit cum Nathanaele. Vnde Nathanael agnito Domino, fatetur eum filium Dei, audi enim quid dicat.

Respondit Nathanael, & ait ei, Rabbi, tu es ille filius Dei, tu es ille rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, uidebam te sub ficu, credis: maiora his uidebis. Et dicit ei, Amē amē dico uobis, posthac uidebitis caelum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis. Maxime potens est propheta, & efficacior miraculis ad alliciendum quosdam ad fidem. Daemones enim etiam possunt miracula simulare, & apparenter facere: praesentiam autem futurorum, & praedictionem euidentem nullus habet neque angelus, & quanto minus daemones. Ideo & Nathanael Dominus atraxit dicens ei locum, & quod locutus esset ei Philippus, & quod uere esset Israelita. Nathanael igitur auditis illis sentire coepit magnitudinem Domini, quantum tunc possibilibus erat, & fatetur illum filium Dei. Veruntamen quauis filium Dei fateatur, non tamen sicut Petrus. Nam Petrus quidem confessus est filium Dei ut Deum uerum, ideo & beatus praedicatur, & Ecclesia ei concreditur. Nathanael uero ut hominem nudum quidem eum fatetur, gratia autem propter uirtutem adoptatum in filium Dei: & hoc manifestum ex eo quod subditur, Tu es ille rex Israel. Vides quod nondum uenerat ad perfectam cognitionem uerae deitatis unigeniti. Etenim quasi amicum Dei, & quasi regem Israel eum credit esse, quod si uere eum Deum esset confessus, non dixisset eum regem Israel, sed regem uniuersi. Vnde non praedicatur beatus, sicut Petrus: & Dominus corrigens eum, & inducens ad cognoscendum quiddam dignum sua deitate, Videbitis, inquit, angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis. Ne enim, inquit, suspiceris nudum hominem, sed Dominum angelorum, cui enim angeli ministrant, is utique non fuerit purus homo, sed uerus Deus. Porro haec in cruce & ascensione euenerunt. Nam & ante tempus passionis angelus de caelo confortauit eum, & in sepulchro uisi sunt angeli, & in assumptione, sicut Lucas prodicit. Sunt qui per sicum legem intellexerunt, quasi fructum habentem ad tempus dulcem, asperitate autem legalium observationum, & difficultate mandatorum quasi folijs oblectant. Dicunt igitur quod Nathanael Dominus uiderit, & intellectum eius illustrarit, quauis adhuc sub lege esset. Tu & hoc scias, si quid & haec arrident, quod Nathanael Dominus uidit adhuc sub lege existentem, hoc est, intra legem, & profunda legis scrutantem. Nam si non esset scrutatus profunda legis, neutiquam uidisset eum Dominus. Scias autem et hoc, quod Galilaea interpretatur deuolubilis. Exiuit igitur Dominus in deuolubilem huius mundi regionem, uel etiam humanam naturam: & nos sub ficu sumus, hoc est, peccato dulci, cui etiam non parum amaritudinis adest propter poenitentiam & iudicia secura. Sicut misericors uidet ac eligit eos qui fatent ipsum filium Dei, & regem eius Israel qui uidet Deum. Et si quidem studium adhibuerimus, & maioribus nos dignabitur spectaculis, & uidebimus angelos ascendentes quidem ad summitatem cognitionis Dei: descendentes

† hultè in-
tume facti:

Propheta
maximè po-
tens alluce-
re quosdam
ad fidem.

Math. 16.

Luc. 22. 14.
Act. 1.

Galilaea.

A dentes uero iterum, incognibilem eius substantiam deprehendere non ualentes. Vel aliter, Ascendit quis, quando uersatur in sermonibus de deitate unigeniti: descendit autem, quando tractare gaudet sermones de incarnatione & descensu in infernum.

CAPVT II.

ET die tertia factae sunt nuptiae in Cana Galilaeae, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus ac discipuli eius ad nuptias. Et cum defecisset uinum, dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habent. Dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea. Vocant ad nuptias Dominum, non quod uiderint miracula, uel aliud quiddam magnū: sed simpliciter uocant ut notū, unde hoc significans Euangelista, dicit, Erat autem mater Iesu & fratres eius ibi. Igitur sicut illam & fratres, ita & Iesum uocauerunt. Affuit autem ipse, & uocationem non repulit, quia non respexit ad domum dignam, sed ad utilitatem & beneficia nostra. Nam qui non dedignatus est fieri seruus, multo magis non dedignatus est uenire ad nuptias. Exhortatur autem illum mater ut faciat miraculum, quae magnam de ipsius potestate sumpserat opinionem tam ob conceptionem, quam ob partum. Omnia enim conseruabat in corde suo, & ex illis cogitabat filium aliquid posse supra hominem. Neque enim mater eius ut oraret eum ad faciendum aliquod miraculum, ex alio quod prius uiderat facere, inducta est. Nam cum puer esset, nullum fecit miraculum: quia si fecisset, notus fuisset omnibus. Audiuerat item mater de testimonijs Ioannis, quae de ipso erat testatus, uidebatque iam & discipulos ipsum sequentes: & ex his omnibus coniectabat uirtutem filij. At ille increpat eam, non absurde, dicit enim, si non adest uinum, oportet illos ipsos quibus deest, accedere & rogare, & non te matrem. Nam quando hortantur à domesticis, scandalum fit uidentibus, quando autem hi rogant qui opus habent, suspitione res caret. Caeterum dicens, Nondum uenit hora mea, non uult quod obnoxius sit necessitatibus temporum, uel horas obseruet (quomodo enim hoc dicere possemus de factore temporum & seculorum?) sed quod omnia tempore congruo operetur. Igitur quoniam adhuc incognitus erat, & occultus multis, & nondum omnes habebat discipulos, & neque hi qui in nuptijs erant, eum agnoscebant (nam alioquin ipsi accessissent, & rogassent pro uino) quia haec omnia ita se habebant, Nondum (inquit) uenit hora mea, hoc est, opportunum tempus nondum adest. At hic adhuc urget Arius furor, qui monstrare nititur Dominum horis & temporibus subditum. Disce igitur o maledicte, quod si fuisset horis & temporibus subiectus, quomodo postea fecisset miraculum? Oportebat enim secundum sermonem tuum, quandoquidem seruiret horis & temporibus, nondum autem uenisset hora eius, ut non posset miracula facere: sed miraculum fecit, non igitur seruit horis. Vide autem, oro, quomodo non usque ad finem, neque per omnia resistit matri, sed cum eam parum perstrinxisset, iterum preces eius implet, honoras illam: & nobis dat formam reuerentiae erga parentes.

Dicit mater eius ministris, Quodcumque dixerit uobis, facite. Erant autem ibi hydriae lapideae sex positae secundum purificationem Iudaeorum, capientes singulae metretas binas ac ternas. Dicit eis Iesus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum. Et dicit eis, Haurite nunc, & ferte architriclino: & tulerunt. Ministris dicit mater, Quicquid dixerit uobis, facite, atque ita cum maior fieret petitio, quumque accessissent & illi, ac petissent: ut monstraretur quod non infirmitatis fuerit repulsa, sed ne uideretur currere & festinare ad miraculorum operationem propter ostentationem & uanam gloriam. Lapidiae autem hydriae ad purificationem Iudaeorum aderant, Iudaei enim ferme singulis horis abluebantur, & sic comedebant: ut si tetigissent leprosum, uel mortuum, uel rem habuissent cum muliere, se lauabant, quasi immundi forent. Et cum Palaestina in aquosa sit, nec ubique inueniantur fontes, implebant semper hydrias aqua, ut non currerent ad flumina, si quando immundi fierent. Non temere igitur dixit, secundum purificationem Iudaeorum. Sed ne infidelium quidam suspicarentur quod mansissent in ea: uindemiae quaedam reliquia, & de in aqua infusa & mixta, uinum deinde tenuissimum factum sit, ostendit quod nunquam illa fuerint uini receptacula. Iam, num potuit etiam absque eo quod impleteretur hydria aqua, creare uinum ex nihilo: Potuit quidem, sed saepe obest magnitudo ne miracula crederentur facilia. Interim hoc accedit, ut testes miraculi fiant ministri, qui aquam infuderant hydrijs. Insuper ut discamus quod ipse sit

Luc. 2.

Palaestina
in aquosa.

† facit

ipse sit ille qui & in uite liquorē aquaē in uinum conuertat. Iubet autem ministros q̄ architrīclino gustandum exhibeant. Non immeritō, sed ut ne suspicentur quidam ut ebriorum conuentus fuerit, quorum gustus corruptus esset, & qui ebrietatis uitio exstimarunt aquam uinum. Ne igitur locum haberet talis suspicio, iubet gustandū, dari architrīclino, qui sobrius erat. Etenim hi quibus tale concreditū est ministeriū, magis sobrii sunt, ut eorum iussu omnia quae illic geruntur, ordinatē fiant & compositē. Ceterum oremus ut haec in nobis quoq̄ impleantur etiam nunc: nempe ut fiant nuptiae, hoc est, coniunctio Dei cum anima nostra, quandiu sumus in Cana Galilaeae, loco inquam inferioris huius & deuolubilis mundi, eius qui rotatur, & rotat alia. Nuptiae illae non fiunt sine praesentia Christi, & suae matris, & discipulorum eius. Nisi enim quis crediderit in Christū, qui natus est ex Maria uirgine, & locutus est per Apostolos, quomodo coniunget Deo? Sciamus igitur quid miraculi operetur Dominus in talibus nuptiis, & in tali coniunctione Dei ad animā. Aquam in uinum conuertit, & sex nostras lapideas hydrias implet. Per aquam tu quidem intellexeris dissolutionē nostram & mollitiem in uita ac doctrina: per hydrias uero sex, quinq̄ sensus per quos in operibus labimur: & sextam hydriam, rationalem uim, per quam in doctrinis perditamur. Itaq̄ Dominus noster Iesus Christus, uerbum inquam euangelicum, nostros sensus, siue in uirtute practica, siue contemplatiua, si quid in eis aequū est & resolutū, in uinum conuertit sapidū, & lactificans uitam & sermonē: atq̄ ita implentur hydriae nostrae bono hoc poculo: sensus scilicet, ne in operatiua ui labamur: & ratio, ne in praua incidamus dogmata. Obserua autem q̄ & lapidea hydriae propter purificationem Iudaeorum stabant illic. Nam Iudas quidem dicitur confessio: purificatur autem qui poenitet, per quinq̄ sensus quibus prius peccarat. Oculus male uiderat, sed oculus iterum lacrymas in confessione profundit, atq̄ ita seruit purgationi. Audiuit auris uerba meretricia, sed iterum se inclinat ad uerba oris Dei, ita & in alijs sensibus. Sic & rationalis uirtus in dogmatibus peccat, sed iterum mundat priorem malitiam quando ad pia dogmata redit. Ceterum lapidea hydriae ideo sunt, uel q̄ ex terra formati sumus, uel q̄ solida receptacula talis uini esse oporteat, & nusquam inutilia. Lapidea hydria erat Pauli rationalis uis, etiam quando persequebatur. Zelator enim erat paternarū traditionum super omnes coetaneos & quando praedicabat, tantam enim uim uerbi habebat, ut a Lycaonibus Mercurius crederetur, utpote dux uerbi.

Postquam autem gustasset architrīclinus aquā in uinū uersam, neq̄ sciret unde esset, sed ministri sciebant qui hauserant aquam, uocat sponsum, & dicit ei, Omnis homo primo loco bonū uinum ponit, & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu seruasti bonū uinum usq̄ ad hoc tēpus. Architrīclinus nō ministros, sed sp̄sum interrogat: quare? Omnino iuxta diuinā prouidentia. Nam si ministros interrogasset, utiq̄ miraculū reuelassent, & nullus eis credidisset. Initium enim erat signorū, & nullus adhuc opinionē talem habebat de Christo: atq̄ ita ministris narrantibus miraculū hoc, nullus credidisset. Igitur postquam & alia signa ostensa sunt, credibile & hoc futurū erat, & paulatim ministri omnibus hoc enarrātes, fideles habitū fuerunt. Idcirco ordinauit Dominus ne ministri interrogarent, sed sponsum. Porro nō simpliciter fecit uinum, sed & optimū. Haec enim quae per miracula Christi facta, multo meliora his sunt quae per naturā fiunt. Et q̄ aqua factū sit uinum, testes sunt ministri qui hauserāt aquam. q̄ uero optimum fuerit, architrīclinus testatus est: quae sanē omnia procedēte tempore praedicata, credibilia & facta sunt audientibus. Potes autem intelligere & uinum quidem sermonē euangelicū, aquam autē omnia quae ante Euangelium, quae liquidiora & insipidiora erant, & ad illius perfectionem nō peruentia: & ut aliquid exempli gratia dicā, Dominus homini uarias leges dedit, unam in paradiso, secundā tempore Noe, tertiam sub Abraham, nempe circumcisionē, quartā per Moysen, quintam per Prophetas. Omnes igitur illi si conferantur cum Euangelij euidētia & uirtute, aquae sunt, si quis eas simpliciter & ad literā intelligat. Quod si quis spiritu incedit, & intelligit abscondita, inueniet aquam mutatam in uinum. Nam quae simpliciter dicuntur, & ad literam intelliguntur, multis omnino aqua sunt: qui autem spiritaliter dijudicat, inueniet uinum optimum, postea t̄ habendum & seruandum a sponso Christo: quando quidem & in extremis temporibus monstratum est Euangelium.

Adhortatio Theophylacti, & moralis expositio.

Galat. 1.

Act. 14.

Varias dedit Deus homini leges. Gen. 1. 9. 17 Exod. 19. 20.

t̄ bibendū

Hoc

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Quod Dominus signa operari coeperit post baptismum, & prius quidem diximus: uidetur autem & hoc signum primo fecisse, dicit enim, Hoc fecit initium signorum. At dicit quis, q̄ licet fuerit initium signorum, non tamen omnium, sed eorum quae in Cana Galilaeae. Nam cum plura ibi fecerit signa, hoc tamē primū fuit. Et haec quidem illi dixerint: nos autem quibus multa habeamus ad monstrandum q̄ initium fuerit omnium signorum (etenim cum dicit, manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius: indicat q̄ ante hoc nō fecerit miraculum aliud, ab illo enim manifestauit gloriam suam) attamen nō refert siue hoc siue aliud fuerit prius. Quomodo autem manifestauit gloriam suam? Non multi interfuere, neq̄ coram populo fuit factum. Verum quidem nō tunc, sed postea miraculum hoc audituri erant omnes, unde usq̄ in hunc diem celebratur, & in occulto non est. Quod autem & discipuli eius crediderint in eum, ita intellige, q̄ fidem ampliorem & firmiter acceperint. quia & prius quidem crediderant, sed non tam firmiter.

Post haec descendit Capernaū ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt nō multis diebus. Et in propinquo erat pascha Iudaeorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & reperit in templo eos qui uendebant boues & oves & colubas, & nummularios sedentes. Et cum fecisset flagellum ē funiculis, omnes eiecit de templo, oves simul ac boues, & nummulariorum effudit aes, mensasq̄ subuertit: & ihs qui colubas uendebant, dixit, Auferte ista hinc, nec facite domū patris mei domū mercatus. Recordati uero sunt discipuli eius quod scriptū est, Zelus domus tuae exedit me. Descendit in Capernaum Dominus, non alterius usus gratia, q̄ ut matrem suam illic residere faceret, ut ne illā ubiq̄ post se traheret. Quoniam enim ad nuptias uenerant in Cana, nuptiis habitis abducit matrem in domū suam in Capernaū. Manifestum autem q̄ propter hanc causam descenderit in Capernaū, ex eo q̄ neq̄ multis illuc manebat diebus, neq̄ miraculū illuc faciebat. Increduli enim erant eius ciuitatis uiri, ideo & alio loco Dominus eam miseram esse dicit. Quod autem dicit Euangelista fuisse prope pascha, ostendit q̄ non ante multos dies paschae fuerit baptizatus. Porro ubi ascendit in Hierusalē, rem fecit magnae autoritatis. Vendentes enim oves & boues eiecit. Iam q̄ factū hoc & Matthaeus commemorat, scias q̄ non semel hoc Christus fecerit, sed hoc quod Matthaeus commemorat, fecit prope tempus passionis, quod autem apud Ioannem, in exordio signorum, idcirco hoc loco minus asperē dixit, Ne feceritis domum patris mei, domum mercatus. Initium enim signorū adhuc erat, & nondū tanta signorū ostensorū erat autoritas. Illic autem apud Matthaeū dicit, Non facite, inquit, ipelum cam latronū. Manifeste enim illos latrones nominauit, q̄ ex iniustis modis lucrum facerent. Quando enim quis ex eo quod parui precij est, multū precij petijt, & a pauperibus fortassis & uiduis lucrum corradit, sicut ferme solent hi qui necessaria uendunt, quid aliud q̄ opus latronis facit, ex calamitatibus aliorū lucra cōportans? Et quare illos ē templo eiecit? Nō immeritō. Quia enim in sabbato sanatus erat, & soluturus legem: ut ne uideatur cōtrarius Deo, corrigit hoc loco opinionē illam. Neq̄ enim tantū zelū propter domū ostendens, spreuisset Deum, Dominū domus, Non enim simpliciter eiecit, sed & flagello plexo percutit, & subuertit mensas, & aes, hoc est pecuniam nummulariorū, effundit. Et opus periculosum attentans, nō se in periculum contempsisset pro domo Dei, soluens legem Dei ut aduersarius: sed omnino ut filius Dei, & aequalem habens potestati patri, qui legem de sabbato statuerat. Ideo autem nō dixit domum Dei, sed domum patris mei, ostendens q̄ potestatem habeat sicut filius patris omniū. Nummularij autē, qui & collybiae, sunt hi qui parua numismata uendunt. Collybos em̄ apud Græcos minutū numisma est, quod Romani nummū uocant. Multi autē ex pontificibus in hunc modum peccant. Nam & ipsi negotiatores uendūt boues in Ecclesia: hoc est, q̄ praestates sunt in uerbo doctrine, nō iurant, sed tradunt his qui affligere uolūt. Insuper & oves, hoc est, simpliciorē & cōmunem populū: & colubas, hoc est spiritualia dona uendūt, & maiores dignitates conferūt his qui plura dant: quos Dominus eiecit ē tēplo, indignos iudicās sacerdotio. At haec si quis aes & nummū, hoc est, sermonē & dogma uendat, & fortassis cum sit doctor, nō annunciet uerbum, nisi lucrum habeat, etiam eius mensam subuertit Dominus.

Signum in Cana, an ab solute primū fuerit.

Psal. 68.

Math. 11. Luca 10.

Math. 21. Christus nō semel em̄ tes et uendentes ē tēplo eiecit.

Pontificum peccatum

In doctores quatuor uros.

nus,

nus, sedem dico doctrinae, sermonem quem ille cohibet propter malitiam, non dans illum omnibus, quem Dominus Iesus per misericordiam effundit, populisque dat illud quidem a principatu desiciens, & alium in doctrinae sedem collocans. Recordati sunt autem discipuli eius quod scriptum sit, Zelus domus tuae comedit me, Paulatim enim incrementa boni fumentes, & scripturarum recordantur, inde testimonia recipiendo, & firmiorem de Christo scientiam apud se constituendo.

Responderunt ergo Iudaei, & dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis quod ista facias? Respondit Iesus, & dixit eis, Destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud. Dixerunt ergo Iudaei, Quadraginta sex annis extructum est templum hoc, & tu in tribus diebus eriges illud? At ille dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius quod hoc dixisset, & crediderunt scripturae, & sermoni quem dixerat Iesus. Postquam uiderunt Iudaei Dominum magna potestate haec facere, & dicere, Ne feceritis domum patris mei mercatum, dicunt, Per suade nobis signo aliquo quod filius Dei sis tu, & quod illinc missus sis. Vnde enim manifestum quod pater tuus sit qui domus istius est dominus? At ille per aenigma eis respondit, Soluite, dicens, templum hoc, corpus omnino sum dicens, quod in ipso habitabat omnis diuinitas unigeniti. Vbi autem dixit, Soluite, non exhortatus est ad eadem, absit: sed quoniam sciebat facturos, certo euenturum affirmat. Audiant uero Ariani quomodo sicut Dominus & mortis destructor dicat, Excitabo. non enim dicit, Excitabit pater, sed, ego excitabo, propria uirtute usus, nullaque externa indigens. Caeterum Iudaei de inanimato templo ipsum dicere autumantes hoc, derident eum. Cum quadraginta & sex annis sit edificatum, quo pacto (dicunt) tu dicis in tribus diebus te excitaturum? Sciendum autem quod quando a Solomone templum primo extructum est uiginti annis omnia perfecte absoluta fuerunt, postea autem post captiuitatem, Hebraei accepta potestate illud reaedificandi, coeperunt quidem sub Cyro rege aedificare: impediti autem ab his qui inuidebant eis, prorogarunt structuram usque ad Artaxerxen regem, sub quo nacti omnium rerum copiam, omni studio uix potuerunt perficere opus. Vnde & dicitur Iudaeos aedificantes altera manu gladium, altera tenuisse aedificatorum instrumentum, usque adeo timebant uicinos Idumaeos, non autem Persas, a quibus (ut dixi) omnes accipiebant sumptus. Istam itaque structuram, post captiuitatem aiunt quadraginta sex annis factam, eo quod prohiberentur & impeditur Iudaei a Cyro usque ad Artaxerxen. Et non est mirandum quod Iudaei non intellexerint, quando quidem neque discipuli intelligebant. Obstabant enim duo magna: unum, quod resurrectio per se tam difficilis capti, immo omnibus ignota esset; alterum, quod Deus corpus eius inhabitaret. Etenim post resurrectionem cognouerunt discipuli, & crediderunt scripturae: cui scripturae: Omnia quae de resurrectione tradidit manifestissime autem ei quae dicit, Non derelinques animam meam in inferno. Et illi, Dominus uoluit purificare eum a plaga & ostendere ei lumen. Manifeste enim illa de resurrectione dicunt. Apollinarius autem tentat hoc loco patrocinium suae haereseos inuenire. Volens enim persuadere inanimatam esse carnem Domini, dicit quod templum dicatur caro, templum autem inanimatum sit, inanimata ergo & caro est. Attonite & uersute: tu & ligna & lapides, Domini carnem facies, quando quidem ex his est templum? Quando autem audieris Dominum, Nunc turbata est anima mea: & Potestatem habeo ponendi animam meam: quomodo ea intelligis? Quod si tu non de mentali & rationali anima haec dicta afferis, quod referes hoc, Pater in manus tuas commendo spiritum meum: Vtique hoc de irrationali anima non intellexeris. De hoc autem, Non derelinques animam meam in inferno, quid tibi uidetur? At tu propter tua corrumpis.

Quot annis templum Solomonis extructum sit. fsecuritate maximam

Psal. 15. Esai. 53. secundum trans. 70.

Ioann. 12. Ioann. 10. Luc. 23. Psal. 15. funa cum tuis pereas

C A P V T I I I.

Quum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, uidentes signa eius quae edebat. Ipse autem Iesus non credebatur semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, nec opus haberet ut quisquam testaretur de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Erat autem homo ex pharisaeis Nicodemus nomine, princeps Iudaeorum: hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quod a Deo uenisti magister. Nullus enim haec signa potest facere quae tu facis, nisi Deus sit cum eo. Videbantur quidem nonnulli credere in nomine Iesu, cum esset in festo,

festo, sed non firma illorum fides erat, ad tempus enim attendebant Christo, non ut Deo, sed ut homini qui Deo afflabatur: ac iterum a fide illa contemptibili excidebant. Nam quod tales fuerint, manifestum ex sequentibus, Iesus enim ipse, inquit, non credebatur se eis, neque omnia dogmata, ut his qui uere credunt, concedebat. Scrutator enim est cordium, & scit quid sit in homine. Non enim ignorat quales sint cogitationes in singulis hominibus. Fermus & Nicodemus talis erat, qui & ipse credebatur Iesu, & uidetur pro Domino contra Iudaeos loqui, quod oporteat cum scrutatione & examine condemnari illum: sed post crucem multum officij & liberalitatis in sepultura exhibuit, Caeterum quia non ut oportebat, credulus erat, & adhuc infirmitate Iudaica tenebatur, nocte quidem uenit ad Iesum, propter timorem Iudaeorum. Magistrum autem ipsum uocat, quasi putum hominem, talem enim opinionem de eo coeperat, iccirco & subdit, Nullus potest talia facere, nisi Deus sit cum eo. Vides quod sicut ad prophetam & hominem dilectum a Deo, accedit ad Iesum. Quid igitur Dominus? Non arguit, neque dicit, Quare igitur ad magistrum qui a Deo missus est, uenisti nocte? quare non fidenter & publice accedis? Nihil horum dicit, sed late ei de diuinis & sublimibus differit. Nota autem quod quamuis Christus multa fecerit miracula, nullum tamen illorum narrat Euangelista, uel quod ab alijs traduntur Euangelistis, uel quod maiora sint quam quae particulatim recensentur. Respondit Iesus, & dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit supernum, non potest uidere regnum Dei. Videtur uerba quae a saluatore dicta, nihil alludere ad ea quae a Nicodemus dicta: at si quis recte peruiderit, ualde congruere inueniet. Quando quidem Nicodemus humilem de Christo habebat opinionem, nempe quod magister esset, ac Deus esset cum illo, dicit ei Dominus, Merito ita de me sentis, nondum enim natus es supernum, hoc est, a Deo spirituali natiuitate, sed carnalis es: & cognitio quam de me habes, non est spiritualis, sed animalis, & humana. Ego autem dico tibi, quod nisi tu, & quisquis alius fuerit, supernum & ex Deo nati fueritis, & patrem & dignam de me opinionem habueritis, extra regnum caelorum estis. Natiuitas enim per baptismum, illuminationem praebens animae, regnum Dei, hoc est, unigenitum illius filium, uidere, hoc est, intelligere dat. Nam sicut Dei sapientia filius est, ita & regnum quoque Dei dicitur. Hoc sane regnum nemo uidet, hoc est, intelligit, nisi natus fuerit a Deo: atque ita etiam tu, quoniam nondum natus es spiritualiter, propterea non uides me regnum Dei, sicut oportet, sed humilem opinionem de me habes.

Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci, quum sit senex? Num potest in uentrem matris suae iterum introire, ac renasci? Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum Dei. Audiens Nicodemus doctrinam plus quam humanam, stupefcit, & passus humanum quidam interrogat, quomodo potest? id quod incredulitatis est signum. Vbi enim fides non est, illic quaeritur, quomodo hoc, & quare hoc? propterea ridicula Nicodemi uerba apparent. Neque enim intellexit spiritualem natiuitatem, sed mentionem corporalis uentris facit. Postquam enim audiuit, nisi quis ab initio & denuo nascatur: & propterea dicit, Quomodo potest is qui senex est, denuo intrare in uterum matris suae? Nam duo illum faciebant perplexum, natiuitas scilicet spiritualis, & regnum. Neque enim nomen regni caelorum auditum erat aliquando apud Iudaeos. Nunc igitur de natiuitate dubitat, propterea & Christus ei manifestius spiritualis natiuitatis modum reuelat, Nisi quis nascatur, dicens, ex aqua & spiritu. Homo cum ex duobus consistet, ex corpore & anima, habet natiuitatis quoque duplicem modum, Aqua enim si uisibiliter accipiat, ad corporis pertinet purificationem: spiritus uero inuisibiliter concurrens, ad inuisibilis animae regenerationem pertinet. Quod si rogas, quomodo aqua potest generare? Interrogabo & ego, quomodo semen & ipsum aquosum existens, potest in hominem transformari? Igitur sicut in corporali semine totum est gratiae diuinae, ita & in baptismate aqua subdita est, & spiritus omnia operatur, & inuocatio per preces, immo Dei praesentia, Symbola enim sepulturae & resurrectionis in aqua illa perficiuntur. Tres metationes, triuanae sepulturae symbola sunt: deinde regreditur homo, sicut Dominus, subgidior & clarior, in corruptionis ferens indumenta, qui in aqua corruptionem sumerit. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ne ad-

Hiere. 17. Psal. 93.

Nicodemus non presertim creditur

Nota in cre duloru uerba.

Trina metationis symbolum.

B mireris

mireris q̄ dixi, Oportet uos nasci ē supernis. Spiritus ubi uult spirat, & uocē eius audis, sed nescis unde ueniat, & quō uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Abducens Dominus Nicodemum a carnali natiuitate, dicit, Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex spiritu, spiritus est. hoc est, spiritualis est homo, qui natus est per baptismum. Per spiritum enim, spirituales intelligere debes. Neq̄ spiritus diuinus sit baptizatus, sed cum adoptionem filiorū in spiritu, & gratiam & honorem susceperit, spiritualis esse meretur. Videns autem Nicodemum adhuc perturbato, dicit: Ne mireris, deinde sensibili exemplo docere eum tentat. Spiritus enim (inquit) ubi uult, spirat. A uento, inquit, disce maiora. Ventus enim, quem hoc loco spiritum uocat, ubi uult, flat: & sonum eius audis, & ignoras tamen unde feratur, Nequit enim comprehendī uel prohiberi. Naturali enim potestate fertur in aliquem locū incertum. Ceterum ubi uult, inquit, nō q̄ uentus uoluntatē habeat, sed (ut dixi) a natura indita illi potestas quæ prohiberi nequit ostendit. Si igitur uentū, qui spiritus est sensibus subiectus, ignoras quomodo & quō spiret, quomodo regenerationē a diuino spiritu curiosius inquiris; Si hic spiritus cōprehendī nequit, multo minus sancti spiritus gratia legibus naturæ subde-

Macedoni-
us.
Eunomius.

Confundat Macedonius, spiritus oppugnator, & q̄ antecessit illū Eunomius. Ille enim seruū facit spiritū, q̄ quis audierit hoc loco q̄ uentus quō uult, spirat. multo igitur magis spiritus sanctus liberiolem habet motionem, & quō uult, & sicut uult, operabit. Eunomius uerō in illo ipso peccans, & creaturam dixit spiritum, & in tantam peruicacitatem peruenit, quasi cognosceret Deum sicut ipse seipsum. Audiatur igitur quod ueni impetum neq̄ finem sciat. Quomodo igitur Dei substantiam cognosceret impostor?

Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei, Tu es ille magister Israelis, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, q̄d scimus, loquimur; & quod uidimus, testamur: & testimoniū nostrum nō accipitis. Si terrena dixi uobis, & non creditis: quomodo si dixerō uobis coelestia, credituri estis? Nicodemus adhuc in Iudaica imperfectione subsistit: propterea iterum rogat, quomodo possunt hæc fieri: Ideo & Dñs monstrans ei q̄d p̄ imperfectionē ita loquit, dicit, Tu cū sis doctor in Is-

Gen. 1. 2.
Exo. 7. 5. 9.
14.
1. Reg. 1. 2.

rael, si recordatus fueris miraculorū quæ in ueteri testamento tradūt de formatione hominis, & alia, quomodo formatus sit, quomodo ex latere uxor, quomodo prodigia in Aegypto, q̄to in mari rubro, quomodo sterilis pepererit, & similia: si hæc considerares sicut doctor in Israel, nō discrederes his quæ nūc dico. Veruntamen ego quidem quod scio, dico: & quod uidi, hoc est clarē cognouī. Neq̄ enim corporalem uisionē significat cum dicit, uidimus: sed cognitionē certissimā. At uos testimoniū nostrū, hoc est, meum, nō accipitis. Hæc autē dicit Dñs nō ad Nicodemū, sed ad genus Iudæorum, qui usq̄ ad finem increduli fuerunt. Igitur si terrena dixi uobis, & non creditis, hoc est, si de generatione quæ est in baptismo, dixi uobis, & non recepistis, sed interrogastis dicentes, Quomodo? Terrenam autem hanc natiuitatem nominat, quod super terram facta sit in beneficium hominum, quauis enim coelestis sit secundū gratiam & honorem, at baptizatur cum super terram sumus. Si igitur de hac terrena natiuitate dicens, inueni uos incredulos: de supercoelesti natiuitate, quæ ineffabilis, qua unigenitus filius a patre natus est, cum audiueritis, quomodo credetis? Quidam autem per terrenum intellexerunt similitudinem de uento: ita ut quod dicitur, sic se habeat, Si exemplum a terrenis dedi uobis, & neq̄ sic persuasi estis, quomodo poteritis superiora discere?

Baptismum
circa Domi-
nus terre-
nā dixerit
natiuitatem

Et nullus ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis, qui est in cœlis. Neq̄ hoc uidet cum his quæ precesserūt, rectē cōtexti. At si quis diligenter mentem Domini inspexerit, apparebūt etiā illa bene cohærere cū superioribus. Quia enim magistruū Dominum & prophetā nominabat Nicodemus: Ne putes me, inquit, quasi prophetā qui de terra est, a Deo missum doctorē, sed ē supernis me scias descendisse ut filiū, non & a terra esse. Nullus igitur prophetarum ascendit in cœlum, nisi ego solus ascensus, qui & descendi. Filiū autem hominis cū audiueris descendisse de cœlo, ne existimes q̄ caro ē cœlo descēderit. Hoc enim Apollinarius docuit, quod Christus habuerit corpus de cœlo, quod per uirginem transierit quasi per canalem. Verū quia una hypostasis, hoc est, una persona Christus, ex duabus naturis constituta est, ideo omnia quæ sunt hominis, dicuntur de uerbo: & iterum ea quæ sunt uerbi, attribuuntur homini. Sic & hoc loco quoq̄ filius hominis dicit descendere de cœlo, eo quod una sit per-

Apollinari-
us.
Una hypo-
stasis in
Christo.

sona, & una hypostasis. Deinde ut ne cum audiueris, qui descendit, putes quod non sit in cœlo, dicit, Is qui est in cœlo. Noli enim suspicari me propterea non esse illuc, quia descendit: sed & hic adsum corporaliter, & illic sedeo cum patre ut Deus.

sona, & una hypostasis. Deinde ut ne cum audiueris, qui descendit, putes quod non sit in cœlo, dicit, Is qui est in cœlo. Noli enim suspicari me propterea non esse illuc, quia descendit: sed & hic adsum corporaliter, & illic sedeo cum patre ut Deus.

Et sicut Moses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Postq̄ dixit de regeneratione per baptismum, nunc dicit de beneficio quod per crucem nobis factum est. Crux enim & mors auctor nobis sit gratiæ quæ per baptismum data est. siquidem cum baptizatur, mortem Domini representamus. Non dicit autem manifeste, crucifigendus sum: sed meminit serpentis, & ueteris historiæ. Interim docens uetera cognata nouis, & unū esse legislatorem ueteris & noui testamenti: tametsi Marcion & Manichæ-

Num. 21.
Marcion.
Manichæus.

us, & reliqua id genus hæreticorum cohors, uetus reijciant, dicentes ipsum a malo opifice esse conditum. Docet item, cum Iudæi uidentes ærei serpentis imaginem, mortem effugerint: multo magis nos ad crucifixum respicientes & credentes, animæ mortem effugituros. Vide autem, oro, figuram, & confer cum ueritate. Illic serpentis similitudo, formam quidem habet bestiæ, uenenum autem nō habet. Ita et hoc loco homo Dominus, sed a peccati ueneno liber, in similitudine carnis peccati uenit, hoc est, in similitudine carnis peccato obnoxia, quæ minimē caro peccati esset. Et tunc quidem ut det res euadent mortem corporis: nunc autem qui uident, mortem animæ. Tunc quidem suspensus, serpentium ictus sanabat: nunc autem spiritualis draconis plagas curat Christus. Exaltatum autem audiens, intellige quidem & suspensum esse. In summo enim suspensus est, ut & aerem sanctificaret, qui terram sanctificaret in illa ambulando. Intellige autem quid sit glorificari. Nam reuera gloria Christi, crux fuit. Per hoc enim quod uisus est condēnari, condēnauit huius mundi principē. ut clarius dicā, Adā iuste mortuus est, peccarat enim: Dominus iniuste mortuus est, non enim peccarat. Igitur usq̄ ad crucifixionem Domini iuste præualuit hominibus mors. Quia autem absq̄ peccato inuentus est Christus, quid igitur in illo iuris habebat diabolus, ut occideret ipsum? atq̄ ita quia iniuste mortuus est, uicit eum a quo occisus est: & sic liberauit Adamum a morte, quæ illi iuste inferebat, utpote ei qui peccarat. Et aliter, Duo fuerunt quæ dominū habebant in humano genere: uoluptas, & tristitia. A duobus autem illis inuictus re-

Cruce, gloria Christi.

partus est Dominus. Nam assumpsit quidem illū in montem, tentans per uoluptatē: & cum experiretur hac uia uinci non posse, maiorem postea machinam, tristitiam scilicet, adhibuit, ut saltem per illam deuinceret: & propterea commouit omnes contra illum: discipulos, ut negarent; milites, ut illuderent; prætereuntes, ut blasphemarent: & in summa Iudæos, ut crucifigerent: & sic quoq̄ inuictum comperit. Non enim potuit crucis dolor efficere ut crucifigentes haberet odio, sed diligebat eos, & pro eis orabat, dicens, Ne statuas illis pater peccatum hoc. Vides quomodo uicerit per hoc ipsum, per quod uidebatur uictus esse. Sic igitur exaltatio & gloria eius, crux fuit.

Mat. 4.
Mat. 26. 2.
Luc. 23.

Sic enim Deus dilexit mundū, ut filiū suū unigenitū daret, ut omnis qui credit in eū, nō pereat, sed habeat uitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundū ut condemnet mundū: sed ut seruetur mundus per eum. Mira Dei erga mundum dilectio, & tanta, ut non dederit uel prophetam, uel angelū, sed filium suum, atq̄ illum unigenitum. Angelū si quidem dedisset, nō erat res parua, eō q̄ angelus quidem minister eius fidelis & seruus, nos autem inimici & apostata: nunc autem dato filio, quanto excellentiorem dedit charitatem? Item si multos habens filios, unum dedisset, & hoc maximum fuisset, nunc uerō unigenitum dedit. Igitur bonitas dignē laudanda est, Ariani autem dicunt q̄ unigenitus dicatur eo q̄ solus ipse factus sit & conditus a Deo, omnia autem alia ab illo. Quibus simpliciter respondemus, Si quidē unigenitus dicitur fuisset, cum non esset filius, haberet rationem impudens uestrum commentum: at nunc cum non solum unigenitus, sed & filius dicatur, non permittit sic intelligere, sed uult illum solum ex patre natum. Vide autē, oro, quod sicut supra dixit filiū hominis descendisse de cœlo, quauis nō descenderit caro de cœlo, sed propter unā personā & unā hypostasin, ea quæ Dei sunt, attribuit homini: ita & hoc loco, ea quæ hominis sunt, attribuit uerbo Deo. Dedit enim (inquit) Deus filiū suum in mortem: quauis impassibilis permanserit Deus: attamen quia unus & idem fuit per hypostasin, & qui uerbū Dei, & homo qui pro nobis patiens, filius dicitur datus esse, in quantum & uerē passus, non in

Ariani.
tunc additum esse filius.
Viciōsi quæ sunt naturæ humane, diuine tribuuntur in Christo: et quæ diuine, humane.

sua natura, sed in sua carne. Quod autem lucrum, dari filium? O magnū, & supra huma-
nam mentem, ut omnis qui credit in illum, duo illa lucretur: unum quidem, quod non
perit: alterum, quod uitam habet, atq; uitam aeternam. Vetus enim lex promittebat eos
qui in illa Deo placebant, implendos longitudine dierum: Euangelium autem non
temporariam uitam largitur, sed aeternā & indissolubilem. Quia enim duo sunt aduen-
tus Christi, & ille qui fuit, & ille qui uenturus est: de priore aduentu dicit, q̄ non missus
sit filius ut condemnet mundum (quia si propter hoc uenisset, condemnati fuissent utri-
que omnes. omnes enim peccauerunt, sicut & Paulus dicit) sed primū ad hoc uenit,
ut mundum seruaret, atq; hęc intentio eius fuit: per accidens autem iudicat eos qui nō
crediderunt. Lex enim Mosaica præcessit, ut reprehenderet peccatum, & condemna-
ret præuaricantes. Nulli enim ignoscit, sed simul atq; inuenit peccantem in aliquo,
pœnam infert. Itaq; primus aduentus non propter iudicium factus, nisi per accidens,
iudicans eos qui non crediderunt, qui iam iudicati sunt. Secundus uerò erit ut omnes
iudicet, & unicuiq; secundum opera sua faciat.

Qui credit in filium, non iudicatur: qui uerò non credit, iam iudicatus est, quia non
credidit in nomen unigeniti filij Dei. Hęc est autem condemnatio, q̄ lux uenit in mū-
dum, & dislexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Erant enim eorum opera mala.
Omnis enim qui mala agit, odit lucem: nec uenit ad lucem, ne arguantur opera ipsius.
Qui autem operatur ueritatem, uenit ad lucem, ut conspicua fiant facta ipsius, quod
per Deum sint facta. Quid est, qui credit in filium, non iudicatur? Nunquid si immū-
dam egerit uitam, nō iudicatur? maximè quidem. nō enim uerè fideles sunt eiusmodi,
ut Paulus dicit. Deum enim, inquit, fatentur se scire, operibus autem negant. Verunta-
men hoc loco dicit, quod propter ipsum credere nō iudicatur: dabit autem pœnas gra-
ues malorum operum: propter incredulitatem autem quam non habet, non punietur.
semel enim credidit, at qui non credidit, iam iudicatus est. Quomodo? Primū quidē
quoniam & ipsa incredulitas condemnatio est. Esse enim extra lucem, per se maximū
supplicium est. Deinde quamuis non hic gehennæ traditus sit, sed congregauit hic fu-
turi supplicij occasiones, sicut & homicida, tamen si non sententia iudicis condemne-
tur, natura tamen rei condemnatus est. Et Adam die quo comedit de ligno, mortuus
est: & quis uiueret, sententia tamen & natura rei mortuus fuit. Omnis igitur incredulus
condemnatus est, quod hinc migrans mox supplicio tradendus est, & non in iudici-
ciā producendus: iuxta illud, Non resurgent impij in iudicio. Indigni enim habentur
ut rationem dent impij, sicut & diabolus. In iudicium igitur non resurgent, sed in com-
demnationē. Ita & in Euangelio dicit Dñs q̄ princeps huius mūdi iam iudicatus sit, nō
solum q̄ ipse nō crediderit, sed q̄ & Iudā proditorem fecerit, & alijs perditionis fuerit au-
thor. Quāuis autē Dñs in parabolis adducat puniēdos quasi eos à quibus sumatur ratio,
ne mireris. Primū quidē eo ipso, quia parabola sunt ea quæ dicunt, nō oportet oīa quæ
in parabolis dicuntur, quasi canones ac leges assumere. In die enim illo unusquisq; cō-
scientiā habens pro iudicio quod falli nequeat, nō opus habebit alio q̄ reprehēdat, sed
semetipsum quisq; confutabit, ac abibit. Deinde Dñs nō inducit incredulos quod me-
reantur ut rationē reddāt: sed credentes quidē, at immisericordes. Nos autē de impijs &
incredulis loquimur. Aliud autē est impius ac infidelis: & aliud immisericors & pecca-
tor. Hoc est iudiciū, q̄ lux uenit in mundū. Ostēdit hoc loco infideles omni excusatio-
ne destitutos. Ista enim cōdemnatio est, inq̄, q̄a uenit ad eos lux, & neq; sic ad illam ac-
cesserūt. Non enim in hoc solo peccarūt, q̄ ipsi nō quæsiuerūt lucē, sed hoc pessimū est,
quod lux ad illos uenit, & illā non susceperunt: propterea & condemnati sunt. Nam
si quidē nō uenisset lux, potuissent homines prætexere ignorasse se quid esset bonū: ue-
rū quia uenit quidē Deus uerbū, deditq; uerbum suum ut illuminaret, non suscepe-
runt autē illi, omni excusatione posthac carent. Ut autem nullus dicat, Nemo præfert te-
nebras luci, ponit causam propter quam tenebris adhæserint homines. Erant enim, in-
quit, opera illorum mala. Quia enim Christianismus non solum recta dogmata, sed &
honestam uitam exigit: ipsi autem uoluerunt luto peccati inuolui, ideo nolunt impro-
bi ad lucem Christianismi uenire, & se meis subijcere legibus. Porro qui facit ueritatem,
& cōtendit & aspirat ad uitam quæ Deo placeat, is ad Christianismum ueluti ad lux-
cem accedit, quō magis in bono proficiat, & appareant eius opera secundum Deum
facta.

Quid exi-
gat Christia-
nismus.

A facta. Qui talis est cū fide recta, & uitā quoq; honestam instituit, lucetq; omnibus ho-
minibus, in illo glorificat Deus. Et ita Gentilibus incredulitatis causa facta est immū-
ditia uitæ. Sed forte dixerit quis, Quid igitur non sunt & Christiani improbi, & Gen-
tiles honestæ uitæ? Fateor & ipse quidem improbos Christianos: at bonos Gentiles in-
ueniri non asseuerauerim. Et natura quidem mansueti & boni reperiuntur quidā, sed
nō uirtute. Nam exercitatione & meditatione boni nullus inuenietur: & quamuis bo-
ni quidam habitū sint, omnia tamen ad uanā gloriam fecerunt. Qui autem operat̄ pro-
pter gloriam, & non propter bonū ipsum, siquādo tēpus inuenit, malis indulgebūt
cōcupiscentijs. Nam si apud nos & interminatio gehennæ, & omne aliud studiū, & ui-
tæ innumerabiliū sanctorū uix conseruant homines in uirtute: quo pacto nugā Gen-
tiliū illos in bono cōtinebunt? Magna quoq; res fuerit, si non & pessimos reddiderint.

Post hęc uenit Iesus & discipuli eius in terrā Iudæā, & illic morabatur cū eis, ac ba-
ptizabat. Baptizabat autē & Ioannes in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant il-
lic, & ueniebant ac baptizabantur. Nondum enim coniectus fuerat Ioannes in carce-
rem. Erat Iesus Hierosolymis usq; ad festum paschæ: & postq; illud præterijt, exiit in
terram Iudæam, & prope Iordanem uersabatur, ubi multi conueiebant. Non quare
bat autem populosa loca propter inanem gloriam, uel ostentationem: sed cupiebat plu-
ribus suam bonitatem communicare, & usui esse: quoniam & eam ob causam ad festū
ascenderat, utpote plurimis profuturus doctrina & miraculis. Audiens autem quod ba-
ptizaret, ne putes quod per se baptizaret, sed per discipulos. hoc enim discipulorum o-
pus, in magistrum refert Euangelista. Nam in progressu idem hic euangelista dicit q̄
Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Sed queris, Quare nō ipse baptizauit? disce. Præ-
occupans dixit Ioannes, Ille uos baptizabit spiritu sancto. Spiritus autem sanctus non
dum erat datus, eo q̄ nondū tēpus erat. Igitur si baptizasset, uel absq; spiritu baptizasset:
& quid igitur præstabat Ioāne? Vel dedisset spiritum, atq; ante tempus, sed id indignū
Deo, qui in tempore facit omnia. Quod autē tempus dandi spiritū: Tempus post assum-
ptionem. Oportebat enim ut humana natura Deo patri demonstraretur à peccato im-
munis in Christo Iesu: atq; ita Deo nobis reconciliato spiritus tanq; opulenta quædā
liberalitas mitteretur. Proinde discipuli Iesu baptizabant, ut plures ad saluatoris doctri-
nam adducerent. Vnde & his baptizantibus, etiā Ioannes baptizabat, & non cessabat,
duo bona faciens. Vnū quidē, quia ad se uenientes de Christo loquens ad illum addu-
cebat. Alterū uerò, quia curabat ne discipuli sui in maiorem zelū & contentionē pro-
uocarentur. si enim cessasset baptizare, quid nō fecissent discipuli eius, alioqui maio-
re inuidia Christum persequentes? Nam cum sæpe clamaret, & primas semper Christo
tribuerit, non persualit eis ut accederent ad illum: in quantam ergo inuidiam impulsis-
set, si cessasset baptizare? Nōcirco & Christus tunc maximè cœpit prædicare, quando Io-
annes inclusus est, propter inuidiā discipulorū Baptistæ. Opinor autem permissam Io-
annis mortem maturari, ut omnis populus paratus ad Christum transiret, & non diui-
derent sententię de Christo & Ioanne. Baptizant igitur discipuli Christi baptismo qui
nihil habebat amplius quam baptisimus Ioānis. ambo enim imperfecti, & nondum ha-
bentes spiritum, eademq; utriq; causa, ut adducantur ad Christum baptizandi.

Orta autem est quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. Et uene-
runt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimo-
nium perhibuisti, ecce is baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Respondit Ioannes, & di-
xit, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datū e coelo. Facta est quæstio
de baptismo aduersus Iudæū quendā contententibus discipulis Ioannis. Nā Iudæus
quidem præferebat baptisma discipulorū Christi: discipuli autē Ioannis baptisma sui ma-
gistrī. Cum ergo de purificatione, hoc est baptismo, quæsitum esset, accedunt ad magis-
trum suum, & incipiunt obiter uellicare eū, dicētes: Rabbi, qui erat tecum, qui in ordi-
ne erat discipulorū, ut à te discessit, baptizat: cui tu testimonium dedisti, hoc est, quē ba-
ptizasti, quem tu clarum fecisti: eadem nunc audet quæ tu. Sed & aliud: ad te nulli nūc
ueniunt, ad illum uerò omnes. Omnes, inquit, ueniūt ad eum, contempto te. Ioannes
autem uolens eos terrere, & ostendere quod pugnent contra Deum, prohibētes Chri-
stum, & abstrahentes à glorificatione eius, dicit, Non potest homo à se quicq; accipe-
re, &c. Nam nisi supernè (inquit) datum esset, neutiq; creuisset is, cui inuidetis: & ita in-

Cur Chri-
stus ipse nō
baptizaret.
Infra 4.
Math. 3.

Opinio
Theophyla-
cti super
morte Ioan-
nis.

duobus peccatis. nam & contrarij estis diuino consilio, & attentatis impossibile. Interim autem & consolatur eos placide, eo quod non sit homo qui uincat ipsos, sed Deus. Quin & nos (inquit) supernè habuimus quod habuimus, non à nobis. Quod si praeclara sunt quae agit Christus, non oportet admirari. Deus enim uult.

Ipsi uos testes estis quod dixerim, non sum ego Christus: sed missus sum ante illū. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc autem gaudium meum impletum est. Illū oportet crescere, me uero minui. Ipsi (inquit) uos scitis quod ego testimonium dedi ei quod maior me sit. Igitur si omnino meum attenditis testimonium, discite illum mihi praefendum. Et hoc est gaudium meum, quod illum omnes accedant. Si quidem non accessisset ad sponsum sponsa, hoc est, populus, doluissem utique ego pronubus: nunc autem cum hoc fiat, ualde gaudeo. Video enim sponsum Christum loquentem sponsae, populo scilicet, & docentem ipsum. Non simpliciter autem dixit, Qui stat. Ostendit enim finem esse operum suorum, & stare iam non ultra operantem: & se nunc oportet stare, & solum audire Christum docentem, & differentem sponsae. Meum enim (inquit) opus perfectum est, & tradidi ipsi populum. Oportet igitur meam quidem gloriam imminui, illius autem augeri. Igitur quomodo imminuit gloria praecursoris: Vel omnino sicut lucifer à sole occultatur, & uidetur quidem multis quod extinctum sit lumen, at reuera non est extinctum, sed à maiori occultatur: ita & praecursor uelut lucifer à spiritali sole occultatus, imminui dicitur. Crescit autem Christus, secundum quod paulatim manifestat se per signa

Nestorius. & miracula, non secundum profectum in uirtutibus, ablit: hoc enim Nestorij deliramentum esset: sed secundum ostensionem & manifestationem deitatis. Paulatim enim declarauit se Deum esse, & non repente. Impletum igitur (inquit) meum gaudium in sponso. Nam meum opus, quod mihi ut pronubo concreditum, uideo profecisse. Omnis igitur animae sponsus, Dominus: thalamus autem ubi copula fit, locus baptismatis, hoc est ecclesia. Dat autem arrabonem sponsae, peccatorum remissionem, spiritus sancti communionem: perfectiora uero in futuro, quando dignos in meliora & sublimiora introducet. Nota autem quod nullus alius est sponsus, quam solus Christus: omnes autem docentes pronubi sunt, sicut & praecursor quoque. Nullus alius dator est bonorum, quam solus Dominus, alij autem omnes mediatores, & ministri bonorum quae à Domino dantur.

Christus sponsus solus, docentes pronubi

Qui è supernis uenit, super omnes est: qui à terra profectus est, terrenus est, & de terra loquitur. Qui è caelo uenit, supra omnes est: & quod uidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui accipit eius testimonium, is obsignauit quod Deus uerax sit. Nam is quem misit Deus, uerba Dei loquitur. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Comparat se praecursor Christo, & dicit quod ille quidem è supernis uenit à patre, & super omnes sit, egregius super omnes, & paternam seruans excellentiam. Ego autem qui de terra sum, terrena loquor, uilia & humilia, si cum doctrina Christi conferantur. Quauis autem quae à praecursore fiebant, diuina erant: collata tamen cum his quae à Christo, ualde humilia apparebant. Ille (inquit) quod uidit & audiuit, loquitur, hoc est, quae à patre audiuit, & quae uidit, hoc est clarè nouit, illa loquitur & testatur. Et testimonium eius nullus ex his qui ueritatem non attendunt, recipit. Qui autem recipit testimonium, hoc est doctrinam eius, obsignauit, hoc est monstrauit & stabiliiuit, quod Deus uerax sit. Qui enim credit ei qui à Deo missus est, Deo credit, & consequenter obsignat & demonstrat quod eius uerax sit crediderit: sicut ediuerso qui non credit ei qui à Deo missus est, ostendit quod mendax sit, & propter hoc non credit ei, utpote mendaci. Et ita qui Christo credit, ostendit quod Deus est uerax, ex eo quod credidit ei qui ab ipso missus est. Manifestum enim quod illi ut ueraci crediderit. Et merito. Nos enim alij omnes ad mensuram accepimus operationem spiritus, ipsi autem Christo non ad mensuram dedit unam uel duas uirtutes, sed ipsum spiritum integrum habet substantialiter. Igitur & prophetas dedit Deus spiritum, hoc est operationem spiritus, & ad mensuram dedit: Christo autem non ad mensuram, & nec omnino dedit. habet enim illum Christus substantialiter. Quando autem audis quod Christus loquitur illa quae audiuit à patre, ne putes illum indigere ut scientiam ab illo discat: sed quia quaecumque scit filius, à patre naturaliter scit, quasi illi consubstantialis, eius gratia dicitur à patre audire quae scit: quemadmodum si uideris filium patri per omnia similem, dicis quod omnia à patre habet, hoc est, nulli similis est quam patri. Audiens

Veritas, si dei baptis.

igitur

A igitur missum esse, quasi radium intellige eum à sole nepe patre ipsum missum esse. Nomen & ita dicere solemus, quod sol radios emisit, hoc est, miserit in terram, & nusquam radium alterius substantiae dicimus esse, uel posteriorem quam sol. Sic quoque & filium missum esse à spiritali sole, scilicet patre huic mundo, ueluti deradiationem, & radium, & lumen, & qualitercumque (quantum congruit) uocare illum uolueris. Non in tempestiuum autem fuerit hoc loco dicere quomodo habeat filius spiritum, & quomodo dicatur spiritus filij. Dicit enim & Apostolus, Spiritum filij sui in corda uestra misit, clamantem, Abba pater. Et iterum, Si autem quis spiritum Christi non habuerit, hic non est eius. Sanè Latini malè hæc exponentes, & minus rectè intelligentes, dicunt quod spiritus etiam ex filio procedat. Nos autem hoc quidem primum dicimus ad eos, quod aliud sit esse ex quoquam, & aliud esse cuiusdam: ut spiritus est quidem spiritus filij absque dubio, & ab omni scriptura approbatur: ceterum esse ex filio, nulla scriptura testatur, ut ne duo principia spiritus introducamus patrem & filium. Profecto, inquitunt: nam & inspirauit discipulis, & dixit, Accipite spiritum sanctum. O desipientia. Si tunc dedit discipulis spiritum quando insufflauit, quomodo postea dixit eis, Accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti super uos, non post multos hos dies: uel quomodo in pentecoste credimus factum descensum spiritus, si quidem in uespera diei resurrectionis dedit illum: tunc enim inspirauit. At hæc quidem ualde ridicula. Manifestum enim quod tunc illis spiritum sanctum non dedit, sed donum unum spiritus sancti, remissionem scilicet peccati. statim enim subdit, Quorum remisistis peccata. Habet autem spiritum filius substantialiter, ut consubstantialem sibi, non à quo operationem recipiat, sicut propheta. Dicitur autem spiritus esse filij secundum quod ueritas est filius, & ueritas & sapientia. Spiritus autem sanctus, & ueritatis & fortitudinis & sapientie spiritus ab Esaiâ describitur. Et aliter, quia per filium hominibus datur propterea filij dicitur. Crede igitur tu spiritum à patre quidem proficisci, per filium autem dari creaturæ, atque hic sit tibi canon orthodoxæ doctrinæ.

Galat. 4. Rom. 8. Spiritu sanctum à filio procedere negat Theophylactus cum Graecis antiq. Nunc autem omnes confitemur. Qui à patre filioque procedit. Ioan. 20. Act. 1.

Esaiâ 11.

Pater diligit filium, & omnia dedit illi in manu. Qui credit in filium, habet uitam aeternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Postquam dixit de Christo sublimia, nunc iterum humilia loquitur, sermonem auditoribus attemperans, ut capi possit. Ideo dicit, Pater diligit filium, quasi de homine quodam admirabili loquens. Et omnia dedit in manu filij iuxta humanitatem. Si autem & secundum diuinitatem, quid hoc? Dedit pater omnia filio ratione naturæ, sed non gratie, quoniam enim & esse à patre habet, merito & omnia dicitur à patre habere. Habet igitur omnia filius, tam quæ in caelo, quam quæ in terra. Dominatur enim omnibus, etiam si quidam nolint. Postea uero in secundo aduentu, quando omne genua flectetur ei, perfectum omnium accipiet dominium: quando malitia non ultra habebit uirtutem, sed inefficax manens ostendet naturam boni à principio omnibus inditam, & omnia continentem. Qui credit in filium, habet uitam aeternam in ipso. Illam dico Christum, qui uere uita est. In ipso enim uiuimus & mouemur. Qui autem incredulus est, non uidebit uitam. Nam qui sponte recessit à uita, quo pacto habebit eam quæ est Christus: sicut & Paulus inquit, Quando Christus manifestabitur uita nostra, tunc & nos qui ad malitiam mortui & immobiles facti, manifestabimur in gloria. Sed ira Dei manet super illum, non dixit quod maneat illum, sed super illum, ostendens quod nunquam ab eo recedat, ut ne mortem credas temporalem, dicit quod maneat super eum qui incredulus fuerit, & perpetuum erit supplicium. Per omnia autem uerba hæc inducit Baptista, & compellit auditores omnes ad fidem Christi. Non enim in uanum hæc dixit, sed suos discipulos & alios omnes instruit ne inuideant Christo, sed ut Deo auscultent.

tipsum Act. 17. Colosi. 1.

C A P V T I I I I.

Vtergo cognouit Dominus audisse pharisæos quod Iesus plures discipulos faceret ac baptizaret quam Ioannes: quanquam Iesus ipse non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam terram, & abiit iterum in Galilæam. Oportebat autem eum transire per Samariam. Misericors Dominus semel propter nos incarnatus, omnia ad nostram salutem facit. Denique & nunc cum audisset quod pharisæi de gloria ipsius audiuerint, & sciret contra ipsum ad inuidiam concitandos, secedit in Galilæam: duo nos docens: Vnum quidem, ut parcamus inimicis, & omni modo tentemus non dare eis occasionem scandalum uel inuidiam. Alterum, ne iniuriamus nos in tentationem insipienter & inutiliter, sed

B 4 secedat

secedamus ad tempus, donec infania resideat. Quamuis autem potens sit cohibere invidentes sibi, etiam si impetu quodam nunc urgerent: non tamen hoc egit ne videretur phantasticum habere corpus. si enim saepe per medium illorum exisset, quid non dixissent Phantasiodocitæ, Manichæi inquam, & Valentiniæ & Eutychniæ? Insinuans autem Evangelista invidiam pronam esse ad calumniam, dicit, quamuis Iesus non baptizavit, invidi tamen volentes concitare pharisæos contra Christum, calumniabantur eum quasi baptizasset. Oportebat autem ipsum transire per Samariam. Veluti obiter & non destinato itinere Samaritanos adibat. Vide enim quod non dixerit, oportebat ipsum abire in Samariam, sed, transire per Samariam. Volebat enim occasionem omnem calumniæ Iudæis excindere, ut dicere non possint quod relicti eis concesserit ad gentes, quas abominabantur. Quando autem abegerunt eum, tunc accessit ad gentes, & neque tunc ex proposito, sed obiter.

Gen. 48. Venit ergo in civitatem Samariæ quæ dicitur Sychar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Operæ precium fuerit dicere unde Samaritani originem duxerint, & unde appellationem illam sortiti fuerint. Somor enim mons uocabatur ab eo à quo possidebatur: sicut & Esaias dicit, Et caput Somor Ephraim. Qui autem ad montem illum habitabant, primum non uocabantur Samaritani, sed Israelitæ dicebantur. Cum autem offendissent Deum, traditi sunt varijs temporibus Assyrijs. Tandem Assyrijs cum defectione meditentur, superuenit, tenuitque captiuos, & non ultra in suam regionem abire permisit, suspicans iterum defecturos: sed illos quidem transtulit in Babylonios & Medos. Samariam autem gentibus ex diversis locis congregatis coloniam dedit. Porro cum hæc facta essent, Deus monstrare uolens barbaris quod non propter impotentiam, sed propter peccata illis Iudæos feruere fecerit, immisit leones in eos qui in Samaria habitabant barbaros, qui illos perdebant omnes. Rex uero cum hoc audisset, misit ad quosdam ex senioribus Iudæis, & rogauit quid faciendum ut non ultra leones perdant eos qui in Samaria barbaros. Illi autem enarrabant Deum Israel suspicere locum illum, & non sinere habitare illic eos qui sua legitima ignorent. Igitur si curæ sibi sint barbari qui illic, mittat Iudæos sacerdotes qui Dei legitima barbaris tradant, & sic placent Deum. Obtemperat illis rex, & mittit sacerdotem quendam traditurum his qui in Samaria barbaris legem Dei. At illi non omnes libros receperunt, sed tantum quinque libros Moysi, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium: neque perfecte ab impietate discesserunt, & posterioribus quidem temporibus absterunt ab idolorum cultu, deumque coluerunt. Itaque Iudæi à captiuitate regressi, æmulabantur illos, uipote Assyrios genere, & à monte Samaritanos uocabant. Illi uero Abraham & Iacob progenitores suos nominabant: quoniam Abraham Chaldæus fuerat: & Iacob propter fontem quem illic habuerat, proprius illorum putabatur. At Iudæi cum Gentibus alijs etiam istos abominabantur: unde & Domino opprobantes dicebant, Samaritanus es. Et ipse discipulis suis dicebat, In civitatem Samaritanam ne intraueritis. Quare autem Evangelista de loco Iacob & fonte tam diligenter disserit? Primum quidem, ut quando audieris dicentem mulierem, Pater noster Iacob dedit nobis fontem illum, ne mireris. locus enim ille erat Sycima, ubi filij Iacob Symeon & Leui grauem illam cædem commiserunt eo quod sororem illorum Dinam oppresserat Sycimorum princeps. Insuper & hoc discimus, eo quod Evangelista nobis narrat ea quæ de fonte & loco, quod etiam olim reiecti fuerint propter peccata sua, & cum offendissent Deum, gentes illorum loca possederint: & quæ patriarchæ propter suam in Deum fidem possederat, ea illi propter impietatem amiserunt: & ita nihil nouum si & nunc Gentiles pro Iudæis in regnum cælorum sint introducti. Prædium autem quod dedit Iacob Ioseph, Sycima dicebatur. quoniam enim filij Iacob Sycimitas perdididerant, & civitatem desolauerant: eam utpote desolatam pater in hæreditatem filio Ioseph dedit.

Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora erat ferme sexta, uenit mulier Samaritana, ut hauriret aquam. dicit ei Iesus, Da mihi quod bibam. nam discipuli eius abierant in civitatem ut cibos emerent. Fatigatum Dominum ex itinere narras Evangelista, ostendit nobis Dominum à fastu & rerum abundantia alienum fuisse. Non enim iumentis utebatur ad iter, sed pedes ibat, instruens etiam nos non multis opus habere. Insuper dicit & ipsum incedere strenue, & non ignauiter. Ex quo discimus & nos, ut esse constan-

Abraham Chaldæus.
Ioan. 8.
Mat. 10.
Gen. 34.
Prædium Iacob Sycima.

Quam Dominus à fastu alienus.

constantia & diligentia faciamus opus Dei. Quod autem sedebat sic, significat simpliciter, & ut forte obueniebat, & non super sede, sed simpliciter uidelicet super pauimentum, refocillans corpus, & apud fontem se recreans. Deinde & aliam causam inducit quare sederit apud fontem. Erat enim tempus meridianum. Hora enim (inquit) erat quasi sexta: atque etiam propter horæ calorem opus habebat refrigerio, & recreatione. Vel aliter dicit, ut ne quis reprehenderit Dominum, quomodo cum præcepisset discipulis ut ne uiam gentium ingrederentur, ipse ad Samaritanos uenerit: idcirco dicit quod sedens in loco propter fatigationem fuerit, & quod colloquium cum muliere rationabilem habuerit causam, sitim scilicet. Quoniam enim sitiebat, consequenter humano more indigebat & potu. Quærenti autem occurrit mulier, anima discendi uida. Quid igitur opus erat factum? Repelleretne mulierem adeo studiosam, colloquentem & sitientem ea de quibus dubitabat, ut audiret ab illo? Non fuisset hoc diuinæ misericordie. Vide autem oro & ex hoc quam procul à fastu fuerit Dominus. Solus enim relinquitur in uia, cum discipuli abiuissent in civitatem ut emerent alimenta. Usque adeo enim nullam curam uentris agebant, ut quo tempore ferme omnes à prandio dormiunt, illi cibos emerent, & panes duntaxat: ut & nos discamus uarietatem ciborum paruifacere. Vide obsecro & diligentiam Evangelistæ. neque enim dixit affirmatiue, hora erat sexta, sed ut minus à ueritate excidat, ferme sexta, inquit, securum faciens sermonem.

Dicit illi mulier Samaritana, Quomodo tu Iudæus cum sis, potum à me possis, quæsum mulier Samaritana? Non enim commercium habent Iudæi cum Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires donum Dei, & quis sit qui dicit tibi, da mihi quod bibam, tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier, Domine, neque quo haurias habes, & puteus profundus est: unde ergo habes aquam illam uiuam? Ab habitu & ueste forsitan, & alia corporis forma, & colloquio ipso existimauit Samaritana Iudæum esse Dominum, ideo & ad ipsum dicit, Quomodo tu Iudæus cum sis, &c. Vide autem quomodo circumspicere fuerit mulier. Nam si cauere oportebat, Dominum oportebat, non illam, non enim dixit quod Samaritani consuetudinem non habent cum Iudæis, sed Iudæi non habent consuetudinem cum Samaritanis. Attamen neque sic tacet, sed existimans Dominum rem illicitam facere, corrigit quod præter legem fiebat. Christus autem non prius manifestat se, quam uirtus mulieris monstratur. Postquam autem indicata est mulieris uirtus, & quod tam circumspicere & diligens esset, tunc tandem incipit loqui cum ea de sublimibus. Si scires enim (inquit) donum Dei, hoc est, si cognosceres quid donet Deus, nempe æterna & incorruptibilia: scires autem & me, quod cum Deus sim, ut possim hæc tibi dare: tu quæsiuisses utique, & accepisses aquam uiuam. Gratiam autem spiritus sancti aquam dicit esse, propterea quod purificat, & multum refrigerij præbet sulcipientibus. Porro aqua dicit non stantem, qualis est in puteis & lacubus, putris & corrupta: sed uiuam, hoc est, scaturientem, & quæ moueatur. Nam gratia spiritus semper agilem ad bonum facit animam, ascensiones semper disponentem. Talem aquam bibit Paulus uiuentem, & semper mobilem, cum obliuisceretur eorum quæ post se, & ad anteriora se extenderet. Dicit ei mulier, Domine. Vides quomodo statim ab humili cogitatu desistens, magnam ei honorem attribuat, Dominum uocando? Neque enim in profundum uerborum Christi uenerat. Nam aliter quidem ille dicit, aliter autem illa intelligit uerba de aqua.

Num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum, quisquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Dicit illi mulier, Domine, da mihi istam aquam, ut non sitiam, neque ueniam huc ad hauriendum. Patrem suum facit Iacob, se intrudens in nobilitatem Iudaicam. Vide autem obsecro prudentiam mulieris, quomodo statim à uarietate aquarum ratiocinatur, & dantium uarietatem. Dicit enim, Si talem aquam daturus es, omnino maior es patre Iacob, qui nobis dedit hanc aquam. Quod autem ipse ex eo bibit, laus est bonitatis aquæ. tantum enim placuit fons ille patriarchæ, ut & ipse biberit, & filij eius. Quod autem & pecora eius biberint, indicium est copiarum aquarum. Non enim solum dulcis est aqua, & ita dulcis, ut & Iacob ex ea biberit: sed & larga, & sic larga, ut suffecerit multitudini pecorum patriarchæ Iacob. Cum autem diceret mulier, num tu maior es patre nostro? Dominus quidem manifeste non

Gratia spiritus sancti, aqua uiua. Psal. 83. Philip. 3.

non dicit, profectio maior sum, ut non uideatur arrogans esse, cum nondum aliquod specimen suae uirtutis exhibuisset: hoc tamen parat per ea quae dicit, dicit enim, Qui bibit ex hac aqua, iterum sitiet: qui autem ex mea bibit, non sitiet in aeternum. Atque ita si miraris Iacob qui dedit aquam talem, multo magis admirari oportet eum qui praebet longè meliorem aquam, quam enim ego do, fons sit aquae, quae indies magis ac magis multiplicatur. Non enim quae parum accipiunt sancti à Deo, ita usque ad finem seruant, sed semina quidem & initia accipiunt boni per gratiam, insumunt autem & ipsi, ac crecere faciunt: id quod per parabolam talentorum significat Dominus, & per hospitem. Etenim qui acceperat duo talenta, lucratus est alia duo, sed sua preparatione: & hospiti qui susceperat uulneratum à latronibus, pollicetur Dominus, quicquid praeterea impenderit de tuo, dabo tibi. Istud igitur & hoc loco innuit: equidem aquam do sitienti: illa autem quam ego do, non manet tanta, sed etiam multiplicatur, ac fons efficitur. Dedit Paulo aquam breuè Dominus, Ananiae instructiones: at breuè illam aquam doctrinarum Ananiae Paulus fontem esse demonstrauit, ita ut à Hierusalem usque ad Illyricum peruenirent illius fontis profluentes fluxus. Et mulier quomodo in his affecta est: Humiliter quidem adhuc se gerit, opinatur enim de sensibili aqua sermones haberi, profectum tamen quendam indicat. Nam primum quidem dubitabat, dicens, Vnde habes aquam uiuentem? Nunc autem & sermonem non retrocedens suscipit, dicens, Da mihi hanc aquam. Videtur igitur haec esse prudentior Nicodemo. Nam ille quidem cum multa audiuisset talia dicebat: quomodo possunt haec fieri? Ista autem incipit contemnere etiam fontem Iacob. Nam dicit, si talem aquam habes, da mihi, ut non ultra ueniam huc ad hauriendum. Vides quod praetulerit ipsi Iacob Dominum.

Mulier Samaritana
Nicodemo
prudentior.

Dicit ei Iesus, Vade, uoca uirum tuum, & ueni huc. Respondit mulier, & dixit ei, Non habeo uirum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, non habeo uirum: quinque enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir, hoc uerè dixisti. Dicit ei mulier, Domine, uideo quod propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & uos dicitis quod Hierosolymis est locus ubi oporteat adorare. Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, uenit hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitur patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudaeis est. Vade uoca uirum tuum. Quia uidebat illam uerè ad recipiendum, & cogentem se ad dandum, dicit, Vade uoca uirum tuum: quasi ostendat quod etiam illi oporteat esse participem huius doni mei. Illa autem festinans, & ut recipiat, & ut se defendat, dicit, Non habeo uirum. At Dominus per prophetiam nunc reuelat suam uirtutem, & priores eius uiros numerat, & eum qui nunc ignorabat, arguit. Nunquid igitur illa aegre se rebat cum talia audiret: uel relicto illo fugiebat? Non, sed magis admirata est & confortata, dicens, Domine, uideo quod propheta es tu. Et de dogmatibus diuinis statim illi interrogat, non de corporalibus, ut de sanitate corporis, uel diuitijs, (ita sapientiae auidam, & uirtuti deditam habebat animam) sed dicens, Patres nostri in monte illo adorauerunt, quod dicit propter Abraham & Iacob, etenim illuc tradit Isaac in sacrificium adductum. Et quomodo (inquit) uos dicitis quod in Hierosolymis oportet adorare? Vidisti quomodo sublimior fuerit. Nam quae paulo ante sollicita erat ne sit ultra uexaret, nunc de dogmatibus rogat. Idcirco & Christus uisa eius sapientia hoc quidem eius dogma non soluit, non enim erat satis seruus & magni momenti, sed aliud quoddam maius dogma manifestat, id quod neque Nicodemo neque Nathanaeli reuelauerat. Venit enim, inquit, hora quando neque in Hierosolymis neque in hoc loco adorabitur Deus. Nam tu quidem, inquit, conaris ostendere res Samaritanorum digniores istis quae apud Iudaeos aguntur: ego autem dico tibi quod neque haec neque illa habent dignitatem, sed alius quispiam status erit illis dignior. Verum tamen & sic Iudaeos uobis Samaritanis digniores affirmo. Vos enim, inquit, adoratis quod nescitis: nos autem Iudaei, quod scimus. Porro seipsum Iudaeis annumerat, eo quod iuxta opinionem mulieris loquitur. Illa enim suspicabatur Iudaeum prophetam esse, & propterea dicit, nos adoramus. Quomodo autem nesciuerunt Samaritani quod adorant? Loco putabant concludi Deum: ideo & cum misissent quando à leonibus deuorabantur (ut supra dictum est) & annunciaissent regi Assyriorum se à Deo loci non suscipi: ibi manserunt multo tempore, & coluerunt idola, & ipsam quoque uerum Deum, Iudaei autem ab hoc errore liberi fuerunt, & sciuerunt esse unum Deum omnium, tamen non omnes. Quia salus ex Iudaeis est. Duplicem sensum hoc nobis dat. Vel enim quod orbi ex Iudaeis bona

† non ipsum

bona prouenerint, scire enim Deum, & contemnere idola, inde exordium habuere, alicuique omnia sana dogmata: etiam ipsa adoratio, quae apud uos Samaritanos, tamen non recta fuerit, à Iudaeis originem duxit. Vel salutem nominat suam aduentum, qui ex Iudaeis fuit, potest autem & Dominus ipse dici salus, quia ex Iudaeis fuit secundum carnem.

Sed uenit hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem spiritu ac ueritate. Nam & pater tales quærit qui adorent ipsum, Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, spiritu ac ueritate oportet adorare. Quamuis nos Iudaei quantum ad modum adorationis attinet, plus habeamus quam uos Samaritani: attamen & res Iudaeorum nunc finem habiturae sunt. Non enim in solis locis mutatio erit, sed & modus colendi alterabitur: & haec in foribus sunt, & nunc est hora, non enim sicut ea quae à prophetis dicta, in longum tempus differunt. Veros autem adoratores dicit eos qui secundum ipsius legem uiuunt, qui non loco aliquo includunt Deum, sicut Samaritani: uel cultu colunt corporali, sicut Iudaei: sed spiritu & ueritate: hoc est per animam, per puritatem mentis. Quia enim Deus spiritus est, hoc est incorporeus, oportet ipsum adorare incorporealiter, uidelicet in anima. hoc enim significat, in spiritu. Etenim anima spiritus est in scientiam, sicut haeretici: ideo addidit, & in ueritate. Oportet enim & mente adorare Deum, & sanam opinionem de ipso habere. Fortassis autem quispiam dicet, quod duae partes nostrae philosophiae hic insinuantur, praxis dico & contemplatio per duo ista. Nam cum dicit, in spiritu, praxice docetur. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, opera corporis mortificant secundum diuinum apostolum: & iterum, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem contra carnem. Et ita praxice insinuat per hoc quod dicit, in spiritu. Per hoc autem quod dicitur, in ueritate, contemplatiua. Porro haec & Paulus dicit, Epulemur, inquit in azymis sinceritatis, hoc est puritatis uitae, id quod est praxice: & ueritatis, id quod est contemplatiua. Contemplatio enim occupatur circa ueritatem doctrinae uerbi. Vel aliter, Quonia peculiare erat Samaritanis Deum loco includere, & dicere quod in hoc loco oporteat adorare: apud Iudaeos autem omnia in figura & umbra fiebant: in spiritu adorare, opponitur adorationi Samaritanorum: ut dictum hunc sensum habeat, Vos quidem Samaritani localem quendam cultum offeritis Deo, ueri autem adoratores non localem offerent. In spiritu enim colunt, hoc est mente & anima. Sed neque sicut Iudaei in typo & umbra adorabunt, sed in ueritate: quia Iudaeorum morum & obseruationum futurus est finis. Fortassis autem Iudaica lex secundum literam intellecta, figura erat & umbra. Quod dicitur, in spiritu, opponitur literae. Non enim lex literae à nobis obseruatur, sed lex spiritus. Nam litera quidem occidit, spiritus autem uiuificat. Et quod dicitur in ueritate, opponitur umbræ & figuræ. Venit igitur, inquit, hora, immo nunc est, corporalis mei scilicet aduentus tempus, quando ueri adoratores, neque sicut Samaritani, uno loco adorabunt, sed omni loco secundum spiritum, & incorporealiter adorationem offerentes: sicut & Paulus dicit, cui seruo in spiritu meo. Neque (sicut Iudaei) figuralem & umbratilem futurorum ostensiuum cultum adducunt, sed uerum, & nihil umbratile habentem. Tales enim quærit adoratores Deus. Quoniam spiritus est, spirituales: & quia ueritas est, ueros.

Dicit ei mulier, Scio quod Messias uenturus est, qui dicitur Christus: cum ergo uenerit, ille nobis nuntiabit omnia. Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tibi. Et continuo uenerunt discipuli eius, & mirabantur quod cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit, quid quæris, aut cur loqueris cum ea? Vnde mulier sciebat uenturum Messiam, qui dicitur Christus: ex Mosaicis scripturis. Nam superius diximus quod quinque libros Mosi Samaritani receperint. Quia igitur Mosaica receperant, ex illis cognouerunt prophetias de Christo, & quod filius sit Dei. Nam cum dicitur, Faciamus hominem, tanquam ad filium dicta esse à patre, manifestum est. Et Abraham quoque in tabernaculo filius loquebatur, & Iacob de ipso praedicens dicebat: Non deficiet princeps de Iuda, donec ueniat cui repositum est. Et ipse Moses quoque dicit, Prophetam suscitabit uobis Dominus de fratribus uestris sicut me, illum audietis. Et multa alia Christi aduentum praedicunt. Propterea dicit mulier, Scio quod uenturus sit Messias. At nunc se illi manifestat Dominus, ita consequentia sermonis exigente. Sanè si statim ab initio dixisset, Ego sum Christus: neque mulieri persuasisset, & uisus fuisset onerosus quispiam & arrogans: nunc pat

latim

latam illam ad hoc inducit, ut mentio fiat expectationis Christi, ita iam se illi detegit. **A**
 Cuius gratia Iudæis quidem cōtinuò interrogantibus, Dic nobis, num tu es Christus? **Matth. 26.**
 non reuelauit se ipsum: mulieri autem dicit, Illis quidem nihil dicit, eo quod nō interro- **Ioan. 13.**
 gabant discendi gratia, sed calumniandi animo: huic autem, quia studiosa erat, manifeste
 se se reuelat. Nam quod simplici mente & cogitatione, discēdiq; desiderio rogauerit,
 manifestum ex his quæ sequuntur. Nam ut audiuit, nō solum ipsa credidit, sed etiam
 alios ad fidem adduxit, semperq; apparet & fidelis, & diligenter inquirens. Absoluto
 autem colloquio cum muliere ac doctrina, tempestiue occurrerunt discipuli, & admi-
 rati sunt humilitatem eius, quod cum tam gloriosus esset, & apud omnes celebris, non
 dedignatus sit cum tam paupere & Samaritana muliere tanta cū modestia sermonem
 habere. Admirantes autē, non audent rogare de quo loquatur ei: adeo erant bene com-
 positi, seruantes suam erga præceptorem reuerentiam. Quod si alicubi apparuerint fi-
 denter loquentes, sicut Ioannes cum recumberet super pectus, & cum accederent & di-
 cerent, Quis maior? & cū filij Zebedæi obsecrarent ut unus à dextris, & alter à sinistris
 sederent: illa inquirunt quasi ad se attinentia, & tunc eis necessaria uisā. Hoc autem
 loco quia non uique adeo ipsorum intererat querere, neq; necessarium omnino, pro-
 pterea non utuntur fiducia, eo quod non habeant tempus opportunum.

Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus:
 Venite, uidete hominem qui dixit mihi omnia quæ feci: num hic est ille Christus? Exie-
 runt ergo è ciuitate, & ueniebant ad eum. In tantum accensum est cor mulieris dictis
 dominicis, ut & aquam relinqueret. Sic igitur statim prætulit aquam Christi fonti Ia-
 cob, & sic Apostola ordinata à fide, quæ cor eius occupauerat, docetq; & attrahit totā
 ciuitatem. Venite, inquit, uidete eum qui mihi dixit omnia quæcumq; feci. Professio
 quoniam accensa fuit anima diuino igni, ad nihil eorum quæ in terra, respicit: non ad
 confusionem, non ad ignominiam, nec ad aliud quippiam. Ecce igitur & ista non ue-
 retur sua secreta pandere, sed ait, qui dixit mihi omnia quæ feci, quamuis posset & alie-
 ter dicere: Venite, uidete, prophetam prophetantem: at non sic. Contemnit autem **B**
 suam gloriam, & ad hoc solum spectat, ut prædicet ueritatem. Non dicit autem, Hic
 est Christus, affirmatiue: sed, nunquid hic est Christus? uolens etiam illos calculum ad-
 dere, & facere sermonem creditu faciliorem. Etenim si affirmasset hunc esse Christū,
 forsatis refugissent quidam sententiam eius, neq; tam diffamata credidissent. Intelle-
 xerunt autem quidam per quinque uiros Samaritanæ, quinque libros Mosi, quos solos Sa-
 maritani recipiunt. Quem autem nunc habes, dicit, hoc est uerbum meum, quod nunc
 à me accipis, non est uir tuus. Nondū enim coniuncta fuisse, inquit Iesus, meæ doctri-
 næ. Dixerit autem quis Samaritanam gerere typum humanæ naturæ. Natura enim
 nostra olim quidem in monte habitabat, mente scilicet plena gratiæ diuinæ. Nam
 priusquam peccaret Adam, omnibus diuinis ornatus erat donis. Erat enim & prophe-
 ta. Vnde & à somno expergefactus prædixit de formatione mulieris & habitudine ui-
 ri erga illam: dicebatq; hoc nunc os ex osibus meis, & propter hoc relinquet homo
 patrem suum & matrem. Proinde tunc erat natura nostra in excelsō monte mentis.
 Sed ubi offendit Deum, abducta est captiua, & sanctum quidem semen eius, omnem
 diuiniorem dico cogitationē, diabolus captiuam in Babylonē inde abduxit, hoc est, in
 cōfusione huius mundi, & pro eis inhabitare fecit barbaricas cogitationes, hoc est leo-
 nes, qui bonas cogitationes quæ habitabant in nobis, deuorabāt, donec persuasum est
 eis ut reciperent diuina eloquia, nec tamen illa integrē. Malitia enim cū semel in mon-
 te mentis nostræ habitare cœperit, suscipit quidem Mosi libros, non autē integrē bonū
 amplexat, sed adhuc sub maledictō manet. Igitur iter faciens, hoc est, multas uias tran-
 siens, & modos pro salute nostra tractans, & interim minis malorū, interim afflictioni-
 bus, interim beneficijs, interim bonorū promissionibus, nostrā uitam lucrari querit: &
 fatigatus quidem est talibus modis attentans nos corrigere: inuenit autē alium modum
 regendi, qui ei & placuit, unde super illum sedit & requieuit. Et quis ille? Fons bapti-
 smatis, in quo naturæ nostræ quasi Samaritanæ cuiusdam benefecit. Fons autē iste bapti-
 smatis, fons Iacob merito dicit, hoc est, suppletatoris. In fonte enim isto supplantamus
 diabolū, quia & dominus in illo contriuit caput draconis, quæ dedit escā populis Aethi-
 opum. Dracone autē isto nō aliq; quidem pascuntur & oblectantur, q̄ obtenebrati &
 nigri

Baptisma
 fons Iacob
 dicitur.
 Psal. 73.

nigri anima, & diuinæ lucis non participes. Huic autem nostræ naturæ quinque uiri cō-
 iuncti fuerunt, uariæ scilicet leges à Deo datæ ei, nempe lex in paradiso, lex quæ tem-
 pore Noe, lex quæ data Abraham, lex quæ data Moysi, lex quæ data per prophetas. Nam **Gen. 9.**
 & Noe post diuini præcepti quiddā suscepit, & Abraham circumcicionem. Iis itaq; quinque **Gen. 17.**
 legibus coniuncta natura, & sextā accepit, quā tamen nō habebat ut uirū, nondū enim
 coniungebat sibi legem noui testamenti. Intellexerit autē quis per sextā legem, quam ut
 uirū nō habebat natura, legem idololatriæ. Hanc enim legem nō habebat à Deo datā
 sibi coniugem, sed uelut adulterū iungebat sibi. Ideo & propheta dicit, Et adulteraban-
 tur in ligno, Et iterū, Fornicati post omne lignū, ppter sculpilia scilicet & arbores quas **Hier. 2.**
 colebāt, Eo enim dementia peruenerat natura, ut & arboribus pulchris, ppter pulchri- **Exec. 6.**
 tudinem sacrificaret, Cyparissis uidelicet, & Platanis, & similibus. Quādo igitur sextū il-
 lū adulterū homines dilexerūt, & in idololatriā exciderūt, tūc Dominus ueniens libera-
 uit nos ab ea. Ideo & dicit, quem nūc habes. Nā perfecto tempore aduentus Iesu Chri-
 sti, etiā Iudæorū sapientiores in Gentiliū errorem inciderant. Et manifestauit hoc pha-
 risæorū hæresis, quæ fato & astrologiæ credebatur. Est & Samaritana omnis anima, quæ
 sensibus quinque imprudenter subiecta est, deinde periculosam doctrinā ueluti sextam
 quendam adulterū suscipit, cui Iesus benefacit, uel per baptismū, uel per fontē lachryma-
 rū. Nā & lachrymæ fons Iacob dicit, mēte nostra supplantate malitiā: ex qua aqua &
 ipsa mēs bibit, & cogitationes eius, q̄ filij dicūt, & pecora, ceu irrationalis partes animæ,
 ira & cōcupiscētia, Lachrymæ enim menti & cogitationib; & reliqs in refrigeriū fiunt.

Interea rogabant eum discipuli dicentes, Rabbi comede. Ille autem dixit eis, Ego
 cibū habeo comedendum, quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli inter se: Num
 quis attulit ei quod ederet? Dicit eis Iesus, Meus cibus est, ut faciam quod uult is qui mi-
 hi misit, & perficiam opus eius. Rogabant discipuli Dominum, hoc est, obsecrabant ut
 comederet: non temeraria quadam mente, sed magna dilectione erga magistrum. Ete-
 nim uidebant ipsū defatigatum ex itinere, & calore flagrante, Dominus autem sci-
 ens Samaritanam ferē totam ciuitatem ad se euocaturam, & Samaritanos in se creditū-
 ros, Ego, inquit, cibum habeo comedendum, quem uos nescitis. Hoc est, salutem hominum: quam tanto
 desiderio auebat, quāto nullus nostrū sensibilem cibum. Hunc autem cibum quem
 habeo comedere, uos discipuli mei nescitis. Crassi enim cum uos adhuc sitis, & intelli-
 gere nequeatis quæ obscurius à me dicuntur, nescitis quod cibum salutem hominum
 nominem. Et aliter, Hunc cibum nescitis, ignoratis enim quod Samaritani credituri
 sunt mihi, & saluabuntur. Quid igitur discipuli? Adhuc dubitabant num quis attulisset
 ei quod comedit. Non autem propter solitam ipsorum reuerentiam erga illum, inter-
 rogare audent. Porro ille quamuis ipsi non interrogassent, reuelat obsecratus dicit, &
 dicit, Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui me misit. Voluntas enim Dei est
 salus hominum, & perficiam opus eius. Prophetæ quidem & lex minime potuerunt
 perficere opus Dei. Imperfecti enim erant, utpote figuras & umbras futurorum conti-
 nentes. at Dominus perfecti opus Dei, nostram dico salutem & renouationem. Forsi-
 tan & per opus Dei intelligere potes hominem, quem solus filius Dei, ostensa natura
 nostra in seipso nullis peccatis obnoxia, perfecit, hoc est declarauit perfectū & absolutū
 in omni bono opere per diuinam in carne uitam: & usque ad finem uicit mundum. Et **Deut. 9.**
 lex quoque Dei opus est, secundum quod digito Dei scripta: quam legem perfecit Do-
 minus. Finis enim legis, Christus: quoniam cessare fecit omnia quæ in lege fiebant, &
 à corporali cultu ad spiritualem eam transtulit. Cæterū Dominus sæpe loquitur obscu- **Rom. 10.**
 rius, ut attentiores faciat auditores, & excitet eos ad interrogandum & discendū quod
 obscure dicebatur. Cibum autem nominans hominum salutem, docet discipulos ut &
 ipsi cum ordinati sint in magistros orbis, minoris faciant corporalem cibum, omneq;
 desiderium suū eō transferant, ut saluent homines. Obserua autem q̄ & Dominus ipse
 accipiebat cibos à quibusdam propositos. Dicunt enim discipuli, Num quis attulit ei
 ut comedit: non quasi opus habens aliorum ministerio (quomodo enim aliorum indi-
 geret ministerio, qui dat escā omni carnī) sed ut afferentes mercedem habeat, & assue- **Psal. 137.**
 scarat simul & ipsi alios pascere. Et interim dat exemplū omnibus hominibus, ut nō eru- **Docentes**
 belcamus paupertatem, neq; graue putemus si ab alijs pascamur, præsertim si qui doce **pascuntur à**
 mus: & maxime necessarium est alios habere ciborū curatores, ut ipsi nō diuisi curis, **discipulis**

C ministerio

ministerio uerbi uacemus . propterea & discipulis imperauit ut a discipulis pascant.

Nonne uos dicitis, Adhuc quatuor menses sunt, & messis ueniet: Ecce dico uobis, at tollite oculos uestros, & uidete regiones: quonia albae sunt iam ad messem . Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam aeternam: ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est sermo uerus, quod alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi uos ad metendum quod uos non laborastis. Alij laborauerunt, & uos in labores eorum introistis. Incipit nunc manifestius reuelare discipulis ea quae prius obscurius dixerat. Na uos quidem, inquit, dicitis, hoc est putatis, quod messis sensibilis illa quatuor mensibus futura sit: ego autem dico uobis quod aderit spiritalis messis. Haec autem dicebat propter Samaritanos, qui iam ueniebant ad ipsum. Attollite igitur oculos uestros, uel spirituales, uel sensibiles: & spectate multitudinem Samaritanorum, & animas ipsorum ad fidem alacres & promptas, quae quasi regiones albae opus habent messoribus. Nam sicut arista quum fuerint albae, paratae sunt ad messem, ita & haec ad salutem sunt paratae. Et metens mercedem accipit, & colligit fructum in uitam aeternam, ut & seminans simul gaudeat, & metens: quod hunc sensum habet, Prophetarum seminauerunt, sed non messuerunt, neque propterea priuati sunt uoluptate, quantum uobiscum non metant, id quod in sensibilibus messibus non est. Illic enim si euenit quod alius seminat, & alius metit, tristitia est non metenti. In spiritalibus autem non sic est, sed & prophetarum antea praedicauerunt, & praemolluerunt hominum mentes: unde uobiscum gaudent, qui homines ad salutem capitis. Ego autem misi uos ut metatis quod uos non elaborastis, propterea dicit Dominus, ut mittendi discipuli ad praedicationem, non turbentur quasi ad rem difficilem: nam quod onerosum erat, prophetarum suscepit: uos autem in praeparata mittimini. At sermonem uerum dicit, prouerbum uulgo iactatum: Alius est qui seminat, & alius qui metit. Obserua autem quomodo omnia auctoritatem & dominium indicent. Ego misi uos ad metendum. Audiant male-

Coparatio pulchra.

Prouerbiu.

Marcionitae Manichaei Ariani.

Phil. 3. Lepidus caualum in se nec.

Michea 7. Math. 10.

di Cti Marcionitae & Manichaei, & similes, qui uetus testamentum a nouo abalienant. Nam & hoc loco redarguuntur. Etenim si alienum fuisset uetus, quomodo Apostoli messuerunt ea quae a prophetis seminatae. Vnde quia Apostoli messuerunt ea quae in ueteri, non alienum est ipsum a nouo testamento: sed utraque unum sunt. Audiant & Ariani, quomodo tanquam Dominus & potestatem habens mittat discipulos. Mittit autem ut de terrenis metant & excent eos qui terrenis affixi erant, tam Gentiles, quam Iudaeos: inuehantque illos in aream, Ecclesiam dico, in qua conculcentur a bobus, hoc est doctoribus: & iaceant sub illis, ac triturentur, cum omnes paleas, & ignis fomitent, & quicquid carneum est, abiecerint, & facti pura grana in caelesti penu reponantur, ac deinde cibus fiant Dei, qui gaudet in salute eorum. Ita Paulus messuit, a terra refectus, & docens nos quod municipatus noster in caelis sit. Cauillantur autem quidam hoc dicto lepidus senes; uideri regiones quod albae sint ad messem, propter canos scilicet, & messem mortis.

Ex ciuitate autem illa multi Samaritanorum crediderunt in eum propter sermonem mulieris testificatis quod dixisset sibi omnia quae cum se cisset. Cum uenissent ergo ad illam Samaritanam, rogauerunt eum ut apud se maneret: & mansit ibi duos dies, ac multo plures crediderunt propter sermonem ipsius: & mulieri dicebant, iam non propter tuam orationem credimus, ipsi enim audiimus, & scimus quod hic est uere saluator mundi Christus. Propter sermonem mulieris multi Samaritani credunt, utpote prudenter apud se iudicantes quod uitam suam mulier non uulgasset ad hoc ut gratificaretur alteri, nisi uere magnus quis esset, & super multos, qui ab illa praedicabatur. Ideo & fidem operibus commonstrantes, obsecrabant illum ut perpetuo apud ipsos esset, Manere enim hoc significat perpetuum domicilium apud illos habere. Verum ille in hoc non obtemperat, sed ad duos tantum dies manet: unde & multo plures crediderunt propter doctrinam eius. Tametsi Euangelista non enarret particulatim mirabilia doctrinae eius uerba: euentu tamen docet, ut intelligamus uirtutem diuinae illius doctrinae. Na & multa alia & magna transeunt Euangelista, eo quod non ad ostentationem, sed ad ueritatem declarandam scribit. Itaque cum Dominus esset apud Samaritanos, uerisimile est eum diuina quaedam docuisse: unde nullo uiso signo credunt, & obsecrant ut maneat. Iudaei autem quamuis plurimis sermonibus & signis fruerentur, adhuc persequebantur. Professores inimici hominis, domestici eius. Vide item quomodo breui multitudo praecellat eam a qua do-

cia

sta fuerat, non enim prophetam uocant, neque saluatorem Israel, sed mundi: & cum articulo, hic est saluator ille qui proprie & uere saluauit omnes. Venerunt enim multi ut saluarent, & lex, & propheta, & angeli: sed hic est ille uerus saluator.

Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilaeam. Ipse enim Iesus testatus est quod propheta in sua patria honorem non haberet. Cum ergo uenisset in Galilaeam, exceperunt eum Galilaei, cum omnia uidissent quae fecerat Hierosolymis in die festo. Nam & ipsi uenerant ad diem festum. Cum exisset a Samaria Dominus, in Galilaeam digreditur. Deinde ne quis inquirat, & dubitet quare non semper maneat in Galilaea, sed per interualla peregrinet apud eos, maxime cum uideat esse ex Galilaea: dicit quod propterea non manserit in Galilaea, quia nullum honorem illi exhibuerant. Ipse enim Iesus testatus fuit quod propheta in sua patria in honore non sit. Consueuimus enim nos homines contemnere ea quae ualde familiaria, semper magis attendentes alienis & insolitis. Quid igitur? Non uidemus etiam multos apud suos in honore haberi: sane hoc ualde rarum. Si autem nonnulli inueniuntur qui in patria sua in honore habentur, multo magis in terra aliena: ita ut honor qui eis in patria impenditur, si conferatur cum eo qui in terra aliena, ignominia esse inueniatur. Nam inuidia compatriotis non sinit congruum honorem reddi, sed parum illis tribuntur ciues, suam confusionem existimantes gloriam contribulium. Cum uenisset igitur Dominus in Galilaeam, crediderunt Galilaei: quia uiderant signa facta in Hierosolymis. Atqui Samaritani probatiores erant & absque signis uerbo mulieris crediderunt. Vide autem ubique eos qui abiecti habebantur, celebrari ut potiores fide, Samaritanos dico & Galilaeos. Nam hos contemnebant ut agrestiores: ideo & dicebant, Propheta ex Galilaea non surrexit. Vide autem quod & hi qui electi putabantur, abiiciuntur, quales fuerunt Hierosolymitani Iudaei. Merito igitur & Gentiles suscepti sunt. Nam in sua patria, hoc est, in synagoga Iudaeorum, honorem non habebat propheta Christus, sicut Moses dicit: Prophetam suscitabit uobis Dominus.

Pauca apud suos in honore habentur.

Ioan. 7.

Deut. 18.

Luce 4.

uenit ergo Iesus iterum in Cana Galilaeae, ubi fecerat ex aqua uinum. Et erat quidam regius cuius filius infirmabatur Capernaum. Hic cum audisset quod Iesus aduenisset a Iudaea in Galilaeam, abiit ad eum, & rogabat eum ut descenderet, ac sanaret ipsius filium: siquidem is agebat animam. Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Dixit ad eum regius, Domine, descende prius quam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo, sermoni quem dixerat ei Iesus, & ibat. Recordari nos facit Euangelista miraculi in Cana, ubi aqua facta est uinum, & interim ut crescat laus Samaritanorum, Nam & Galilaei quidem, inquit, susceperunt eum propter signa quae facta sunt in Hierosolymis, & apud se: Samaritani autem ob solius mulieris testimonium, & ipsius Domini doctrinam. Ostendit in super quo & regius ille ex miraculo quod in Cana erat factum, bonam quandam de Christo opinionem conceperat, tametsi minus dignam. Regium autem illum uocat, uel quod ex regio erat genere, uel quod gerebat dignitatem quandam ob quam sic uocabatur. Num igitur, dicit quis, idem est ille cum Centurione apud Matthaeum? Nam & ille ex Capernaum erat. Non opinor igitur illum esse, sed alium. Nam ille quidem & uolentem uenire Christum prohibet, dicens, Non sum dignus ut sub tectum meum ingrediaris, iste uero Iesum in domum suam trahit, & illius quidem puer paralyti detinebat, seruus uidelicet: istius autem filius febricitans. Et illic quidem cum a monte descendisset, in Capernaum ingressus est: nunc autem a Samaria, & non in Capernaum, sed in Cana. In summa, ille Centurio, hic autem regius fuit dignitate. Orat igitur regius ille Dominum ut descenderet ad sanandum filium. At Dominus perstringit eum, utpote non perfectum, sed paruam habentem fidem. Dicendo enim descende, prius quam moriatur filius meus, infirmitatem fidei suae ostendit: quia non credebat quod si contingeret mori filium, potens esset eum suscitare. propterea perstringens eum dicit, Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Interim autem & alios ciues Capernaum accusat. Videntur enim ubique ob multam incredulitatem condemnari. Igitur quoniam infirmae mentis erat regius, & urgebat Dominum ut descenderet ad sanandum filium: ostendens ei saluator quod etiam absens posset ipsum sanare, dicit, Vade, filius tuus uiuit. Denique pueri quidem sanauit febrem, patris autem incredulitate: Scias autem aliud esse signum, aliud prodigium. Nam prodigium sit praeter naturam, ut est aperire oculos caeci nati, & excitare mortuum: Signum autem non praeter naturam, ut est sanare infirmum. Perficiet autem & nunc hoc miraculum Dominus, si quis illum ad eum

Ioan. 9. 10.

Prodigium est signum differunt.

Omnis homo est regius quidam, non solum quod cognatus propter animam regis omnium nisi, sed etiam quod ipse regis dignitate supra omnes accepit. Inuenit autem saepe habere quidem mentem quali filium igne illicitarum uoluptatum & concupiscentiis male laborantem. Si igitur accesserit ad Iesum, & petierit ab eo ut descenderet, hoc est miseretur & remittat illi peccata prius quam tota a morbo uoluptatum moriatur (si enim nostri non miseretur Deus, sed obseruaret iniquitates, & secundum illas ulcisceretur, quisnam sustineret?) Si igitur accesserit ut dicitur est, assequetur quod querit, & recipiet mentem suam sanam. Veruntamen uide & quod dicit ad illum Dominus, Vade, filius tuus uiuere. hoc est, ne sis immobilis ad bonum, sed uade; & incessabilem motionem ostende ad bonum. Tunc enim filius tuus uiuet. Si autem quiesueris non ambulans, morietur plane mens tua, eo quod ad bonum te non promoueris.

Psal. 129.

Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt ei dicentes, Filius tuus uiuere. Et sciscitatus est ergo horam ab eis in qua uegetius se habuisset. Et dixerunt ei, Hec hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quod illa hora erat in qua dixisset sibi Iesus, Filius tuus uiuere. & credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum edidit Iesus cum uenisset a Iudaea in Galilaea. Obstupescit serui repentina morbi mutatione, occurrerunt domino, bonum nuntium afferentes de sanitate filii. Non enim simpliciter & sicut fieri solet, sed subito liberatus est a febre, ut ita ostendatur miraculum hoc non fuisse naturae, sed uirtutis Christi. Ut ergo didicit a seruis horam in qua puer uegetius se habuisset, hoc est melius habuisset, & in meliorem transisset ualitudinem, plene credidit Domino. Prior enim eius fides imperfecta erat. Ne enim mihi dixeris quod non accessisset nisi credidisset. Nam & patres consueuerunt pro amore erga filios, non solum accedere ad medicos quibus bene fidunt, sed & ad imperitos, nihil ex his quae facere oporteat, intermittere. Accessit quidem ex fide, siquidem & hoc dabimus: sed frigida & imperfecta, quam neque fidem quis recte uocauerit. Tunc autem perfecte credidit, quando & de hora didicit. Et quare Euangelista dicit quod secundum hoc signum fecerit in Cana? Ut ostendat Samaritanos multis dignos laudibus. Etenim dicit, & cum secundo hoc fieret signum, nondum peruenerunt Galilaei ad sublimitatem illorum qui nullum uiderant signum.

CAPVT V.

Post haec erat dies festus Iudaeorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis [†] ad probaticam, piscina, quae Hebraice dicitur Bethesda, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo languentium, caecorum, claudorum, aridorum, expectantium aquae motum. Angelus enim descendebat certo tempore in piscinam, & turbabat aquam. Itaque qui primus descendisset post turbationem aquae, sanus fiebat a quocumque detinebatur morbo. Dies festus erat Iudaeorum, Pentecoste opinor. Ascendit in eo Dominus: partim ne uideretur esse aduersarius legi, sed compareret cum reliquis diem festum agens: partim ut plures per signa & doctrinas alliceret, & maxime turbam simplicem. Solebant enim conuenire & rustici & opifices urbani, qui alijs diebus in operibus suis erant occupati. Probatica autem dicebatur piscina, eo quod oues illic ad sacrificium congregabantur, & intestina carum abluebantur. Multi autem opinabantur quod sola ablutione intestinorum sacrificium, uirtutem quandam diuiniorem acciperet aqua, & propterea angelus ad aquam ut electam accederet, & miraculum operaretur. Videbatur utique diuina sapientia a longe uiam facere Iudaeis ad fidem in Christum, praordinando miraculum piscinae. Nam quoniam baptisma daturum erat magnam uirtutem, & maximum donum, utpote purificans peccatum, & uiuificans animas, praefigurat Deus baptisma in rebus Iudaicis, & ipsis quoque aqua datur quae purificet sordes, quae non sordes proprie erant, sed uidebantur esse: ut si quando tetigissent mortuum, uel leprosum, uel aliquid tale. Dat autem & piscinae huic miraculum, quod duceret eos ad susceptionem baptismatis. Angelus enim tempore opportuno descendebat, & turbabat aquam, & sanatiuam illi uirtutem indebat, nusquam enim ista natura aquae est, ut per se sanet, alioqui hoc perpetuo fieret: sed totum in angelo situm erat, quicquid erat efficaciae. Ita & apud nos aqua baptismatis, aqua est simpliciter: cum autem accesserit spiritus sancti gratia, propter inuocationem Dei morbos soluit animarum: & si quis caecus fuisset, obcaecatis oculis animae ne possit diiudicare bonum a malo: & si claudus quis fuisset, qui non mouebatur ad faciendum bonum, & proficiendum in melius; & si aridus, & desperati omnino fuisset morbi, nulliusque boni particeps, ab aqua

† probatica piscina: quae cognominatur hebraice Bethesda,

Quare piscina probatica dicta.

Piscina illa baptisma designat.

Aqua baptismatis.

aqua illa curabatur. Et tunc infirmitas impediēbat quosdam ne sanarentur: nunc autem in baptismo nullum est obstaculum. Non enim uno sanato alij relinquuntur non curati: sed etiam si totus orbis conflueret, non imminueretur gratia.

Erat autem quidam homo illic qui triginta & octo annos morbo tenebatur. Hunc cum uidisset Iesus decumbentem, & cognouisset quod iam multum temporis morbo teneretur, dicit ei, Vis sanus fieri? Respondit ei languidus, Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: sed interim dum ego uenio, iam alius ante me descendit. Stupenda paralytici constantia, annos habebat triginta octo, & quotannis liberari a morbo expectans assidebat, & impediēbatur a potentioribus prauectus, nec tamen destitit, neque desperauit: ideo & Dominus interrogat eum, uolens monstrare nobis fortitudinem hominis, non enim interrogat quasi discere quippiam uellet. Hoc enim non solum superfluum esset, sed insipiens, quaterer an aeger uelit sanari. Factum ergo ut monstraretur nobis hominis patientia, Quid igitur ille? Multa cum mansuetudine responderet: Etiam, inquit, Domine, uolo quidem, sed non habeo hominem qui possit me in aquam inferre. Nihil blasphemum respondit, non arguit Christum ut stultam interrogationem interrogatorem: non male dixit diem natiuitatis, licet pusillanimes facimus, idque cum in leuioribus morbis inciderimus: sed mansuetus & placide responsum dat, tamen nesciret quisnam esset qui interrogabat. Namque hoc solum existimauit utilitatis sibi accedere fortassis, ut inferret ipsum in aquam, & propterea blande Christo loquitur: Non dixit autem Christus, Vis sanabo te: ut ne uideretur gloriam quaerere.

Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudaei ei qui sanatus fuerat, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum. Iubet tolli lectulum, uolens credibilis fieri miraculum quod faciebat, ne putaret esse phantasma quoddam. Nisi enim membra firme fuissent solidata, lectum ferre non potuisset. Non autem exegit ab eo fidem antequam sanasset, sicut in alijs quibusdam: quia aeger ille nondum uiderat eum signa facientem. Etenim Dominus fidem exigere non solebat ab illis antequam in conspectu eorum faceret miracula: sed postquam uidissent miracula, exigebat fidem. Attende autem quod simul atque audiuit, credidit. Non enim secum murmurauit, & dixit, Me iubet surgere, qui nunc triginta octo annos habeam, & salutem nuncquam assecutus, & sic repente surgerem? Nihil tale cogitauit, sed credidit, ac surrexit. In sabbato sanat, docens hominem aliter intelligere sabbati obseruationes, & non putare coli sabbatum ocio corporali, sed malorum abstinentia. Nam benefacere alicui in sabbato lex non prohibet, quae lex est Dei semper benefacientis.

Sabbatum quomodo celebrantur

Respondit eis, Qui me sanum fecit, is mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo qui dixit tibi. Tolle grabatum tuum, & ambula: is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim subduxit se, quod turba esset in eo loco. Admirari conuenit hominis erga Iudaeos in dicendo libertatem, quando urgentibus illis, & dicentibus, Non tibi licet tollere grabatum tuum per sabbatum, ipse cum fiducia liberè praedicat benefactorem: Qui fecit me sanum, ille mihi dixit, ueluti huiusmodi quaedam proferens: Deliratis & desipitis iubentes ne obediatis ei qui me a tam diuturno & difficili morbo liberauit. At Iudaei non interrogant eum, quis est qui te sanum fecit: sed, quis est qui dixit tibi, Tolle grabatum: ita ad bonum sponte excaebantur, sursumque ac deorsum rapiebant sabbati uiolationem, ut sibi uidebatur. At Iesus se subduxerat: primum quidem, ut absente ipso testimonium sanitatis illius suspicione magis careret, & ne uideretur gratificari ei, sed ueritatem testari. Insuper ut ne Iudaeorum inuidiam magis accenderet. Solet enim & aspectus eius cui inuidetur, non paruum inuidiae flammam immittit in inuidentibus, propterea permittit eas de miraculo inquirere per seipsos. Porro Iudaei reprehendentes cum factum inquirerent, multis sermonibus celebrius illud reddunt.

Aspectus inuidiosus.

Postea eum reperit Iesus in templo, & dixit ei, Ecce sanus factus es: ne posthac pecces, ne quid deterius tibi contingat. Abijt ille homo, & nunciauit Iudaeis quod Iesus esset qui ipsum fecisset sanum, & propter hoc persequebatur Iudaei Iesum, & quaerebant eum occidere, quod ista fecisset in sabbato. Ex eo quod Dominus paralytico dixit, Vide, sanus factus es, ne posthac pecces, primum quidem discimus, ex peccatis natos hominum morbos, deim

Ex peccatis nascuntur morbi.

de uera enarrari de gehenna, aeternumque esse supplicium. Igitur ubi nunc sunt qui dicunt, ad unam horam indulti rei uenerat, quomodo in perpetuum puniatur? Ecce enim etiam hic non tot annis peccauerat quot puniebatur, sed ferme integram hominis uitam in supplicij mensuram amplam impendit. Sanè peccata non iudicantur tempore, sed ipsa delictorum natura. Quin hic & illud discimus, quod licet grauem luamur pro primis peccatis poenam, si deinde iterum in eadem incidamus peccata, iterum grauiora patiemur, idque merito. Qui enim priori supplicio non emendatus est, ad maiora tormenta ducet, tanquam insensatus & contempitor. Et quare (inquit) non omnes sic puniunt? Etenim multos improborum uidemus bene ualentes corpore, & in delicijs ac prosperitate uiuentes. Verum quod illi nihil hic patitur, uaticium eis erit ad supplicium grauius, quod alibi ferent. & hoc

1. Cor. 11. Paulus manifeste dicebat, Cum enim iudicamur a Domino, hic scilicet, erudimur, ut ne cum hoc mundo condemnemur, alibi uidelicet. Nam quae hic fiunt, admonitionis sunt: quae autem alibi, suppliciorum. Quid igitur? nunc quid omnes morbi sunt ex peccatis? Non omnes quidem, sed plures. Morbi enim aliqui propter peccata accidunt, sicut & illius paralytici, & in libris Regum uidemus quendam laborantem dolore pedum propter peccatum. Aliqui autem sunt

5. Reg. 17. Iob 1, 2. propter probationem, sicut morbus Iob, ut monstraretur eius uirtus. Quidam autem etiam ab ignauia oriuntur, utpote gula & ebrietate. Sunt autem nonnulli qui coniecturam sumunt ex hoc quod Dominus dicit, ne posthac pecces: & asserunt quod Dominus sciuerit quod paralyticus ille indicaturus esset & significaturus Iudaeis: postea reperit eum in templo: & propterea dicit, Ne ultra pecces. Sed non est ita. Vide enim pius homo esse. Nam reperit eum, inquit, Iesus in templo, nisi enim pius fuisset, exposuisset se uoluptati & delicijs, in domum cursum, & effugisset Iudaeorum insantiam, ne illis rationem redderet: sed nihil horum terruit eum ut delisteret a templo. Sed & postquam agnouit Iesum, uide quanta gratitudine eum Iudaeis praedicet. Non enim dicit, Iesus est qui dixit mihi, tolle grabatum: id quod illi audire uolebat: sed is qui ipsum sanum fecit: id quod audire non ferebant, pro crimine habentes sabbati uiolationem. Quod autem Iudaei persequebantur Dominum, quid propterea peccauit homo qui illum eis ostendit? Ipse enim grata mente, ut & alios ad fidem attraheret, praedicat seruatorem. At quum illi

Quid per probaticam piscinam intelligendum.

intelligere baptisma, in quo Iesus Dominus noster ouis illa pro nobis immolata, lotus est & baptizatus pro nobis. Quinque autem porticus habet ista piscina. Quatuor enim uirtutes, & una contemplatiua, in baptismate apparent. Igitur humana natura, ueluti paralyticus quidam, cuius omnes animales uirtutes morbo correptae sunt, iacet triginta octo annis aegrotans. Neque enim recte se habebat in fide trinitatis, neque octauum seculum, resurrectionem dico, & iudicium operum huius uitae firmiter credebat fore: ideo & non inuenit curam. Non enim habebat hominem qui inferret in piscinam, hoc est, non dum erat factus homo filius Dei, qui per baptismum illum sanaturus esset. quando autem factus est homo, tunc sanauit quidem naturam nostram: praecipit autem & lectulum ferre, hoc est, & corpus leue facere & expeditum, & sustollere a terra, ne grauetur carnibus & terrenis curis, sed surgat a delictis ad bonum, & ambulet, quod est moueri ad operationem boni. Turbari autem aquam piscinae significat quod in ipsa turbentur spiritus malitiae, contriti & suffocati gratia spiritus. Vtinam & nos assequamur sanitatem, qui dissoluti sumus, & ad omne opus bonum immobiles, neque habemus hominem, hoc est, humanam rationem, utpote comparati cum iumentis: ut portet nos in piscinam poenitentiae lachrymarum, in quam qui primus ingreditur, sanatur. Nam qui poenitentiam differt in tempora posteriora, non festinat hic poenitere: qui procrastinat, non assequitur sanitatem. Primus igitur festina ingredi, ne te mors praecipuet. Hanc autem piscinam poenitentiae angelus turbat, qualis: Ille magni consilij patris, Christus & saluator. Nam nisi tetigerit cor nostrum diuinum uerbum, & turbationem fecerit in illo propter memoriam futurorum suppliciorum, nunquam efficax erit piscina ista, neque sanitas erit animae dissolutae. Probatica autem quaedam dicitur ista. Nam intestina & cogitationes, quae in sacrificium uiuum, sanctum, beneplacitum Deo praeparantur, & innocentia fiunt, sicut *προβάται*, hoc est oues, in ista abluuntur. Itaque fecit Deus ut sanitatem consequamur, & in templo post sanitatem inueniamur, hoc est, ne ultra prophanis cogitationibus inquinemur, ut ne in grauiorem incidamus poenam futuram.

Iesus autem respondit eis, Pater meus usque ad hoc tempus operatur, & ego operor. Propterea

Quid per probaticam piscinam intelligendum.

Precatio Theophylacti.

προβάται

propterea ergo magis quarebant eum Iudaei interficere, quia non solum soluisset sabbatum, sed & patrem suum dixisset Deum, aequalem se Deo faciens. Iudaei quidem crimen impo-

numt Christo, nempe quod operatus sit in sabbato sanationem: ipse autem tanquam aequalis patri, & eiusdem autoritatis, dicit, Sicut Deus & pater meus operatur etiam in sabbato, & reprehensione caret, ita neque ego crimini obnoxius sum. Quomodo autem pater operatur usque ad hoc tempus, cum Moyses dicat quod quieuerit Deus ab omnibus operibus suis? Vis discere quomodo operetur adhuc Deus? Vide dispensationem rerum, & discite opera prouidentiae, solem orientem, occidentem, mare, fontes, flumina, animalia, & simpliciter omnes facturas, & uidebis creaturam opera sua operari, immo operationem recipere, & moueri ineffabili prouidentiae uerbo. Omnino autem prouidentia & in sabbato sua operatur. Atque ita quia pater operatur, & in sabbato creaturam gubernat, merito & ego, inquit, filius, eius opera operor. At illi inuidia correpti quarebant eum occidere, non solum quod solueret sabbatum, sed & patrem suum diceret Deum, aequalem se faciens Deo. Nam quia se filium dicebat, necessario honore se faciebat parem Deo. Omnis enim filius eiusdem naturae est cum patre. Vbi hoc loco est Arius? Profecto caecus factus est circa lumen. Filium enim nominans Christum patris, non dat ei quod eandem naturam habeat cum patre, sed creaturam increati patris filium fatetur: tamen uel Iudaeos oportebat in magistros assumere, quod propter hoc persequebatur Dominum, quod se filium diceret Deum: unde necessario colligebant quod aequalis esset Deo: quoniam nisi magna fuisset filij dignitas, & fecisset se aequalem Deo, quare persequeuti fuissent illum Iudaei?

Respondit itaque Iesus, & dixit eis, Amen amen dico uobis, non potest filius facere a se quicquam nisi quod uiderit patrem facientem. quaecumque enim ille fecerit, haec etiam & filius facit, pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quae ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini. Sicut enim pater suscitatur mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Non potest filius a seipso facere aliquid, secundum quod nihil alienum uel nouum habet a patre, sed per omnia similis est patri: neque aliam habet substantiam, ut & aliam uirtutem habeat, & consequenter aliam operationem: sed quia eandem habet substantiam, eandem habet & uirtutem: & propter hoc etiam eandem operatur, & non potest aliud quid facere praeter id quod pater facit. Non enim aliam uirtutem habet, uel inferiorem, uel superiorem paternam: sed una est substantia, uel uirtus, una operatio patris & filij. Profecto, inquit, sed pater quasi doctor quidam est filij, quodammodo ei demonstrans quomodo oporteat operari. Nam nisi filius uiderit patrem facientem, nihil facit. Igitur interrogo talia nugantes, Arius & Eunomius, quomodo docet pater filium: in sapientia, uel non? Omnino in sapientia. Quae autem sapientia Dei? Nonne ipse filius? Etiam profecto. Itaque filius docet seipsum. Patrem quanta uestra insipientia. Siquidem quasi puerum quendam traditis patri filium erudiendum. Ego autem cum Dei sapientiam assero, si quid nouit pater, non sine filio nouit, ipse enim est sapientia eius. si quid potest pater, non sine filio potest. Ipse enim est eius potentia. Quod autem haec uera sint, audi: quia quaecumque facit pater, ea & filius similiter facit. Si pater cum potestate & uirtute, & filius similiter. Non igitur inferior filius patre. Quod autem humiliter dicta sint, ostendit ei omnia: & maiora his ostendet, non oportet admirari. Nam ad homines loquitur, qui contra ipsum clamabant, & praeter inuidiam dissecabantur. Et nisi ubique humilia summis interseruisset, quid non tandem fecissent? quando quidem insaniunt cum tam multa humiliter loquitur. Quid autem est, Et maiora his ostendet? Quoniam paralyticum solidauerat, etiam mortuum suscitaturus est, idcirco dicit, si admiramini quod paralyticum sanum feci, maiora his uidebitis. Quod autem & hoc uerbum monstrabit, humile sit, & per dispensationem dictum, ut insaniam illorum demulceret, audi sequentia. Nam sicut pater suscitatur mortuos, ita & filius quos uult uiuificat. Igitur suscitatur quidem filius sicut pater, & ideo monstrat potestatem suam nil differentem quae auferri nequeat. Sed & per uerbum, quos uult, indicat suam cum patre potestatis aequalitatem. Haec autem omnia Ariani quidem exponunt contra gloriam filij, nos autem orthodoxi pro illa intelligimus.

Quomodo Deus etiam nunc operatur.

Arius caecus circa lumen.

Arius, Eunomius.

Sapientia a se ipso quod una eademque patris et filij operatio, eandem eorum naturam potentiam.

Monstrabit.

Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorent filium, sicut honorat patrem. Qui non honorat filium, non honorat patrem qui misit illum, Amen amen dico uobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui me misit, ha-

fit, habet uitam æternam, & in condemnationem non ueniet, sed transiit à morte in uitam.] Monstrat se ipsum posse benefacere per multa signa que fecerat. Quia autem benefacendo non placuit eos, nec attraxerat ut se honorarent sicut dignum erat, dicit quod pater omne iudicium dedit filio, ut uel timor iudicij illis persuadeat quo ipsum honore prosequantur. Conseruimus enim nos homines, præsertim hi qui crassiore

Nota. mente præditi sumus, metu potius quam beneficijs quod oportet addiscere. Iam quod dicit, dedit iudicium pater filio, sic intellige, quod iudicem eum genuerit. sic etiam cum audis quod uitam dedit illi, intelligas quod uiuentem illum genuerit. Quia enim pater auctor est filio ut sit, omnia quæcunque habet filius, dicitur accipere à patre, eo quod ex illo naturaliter hæc habeat. Igitur & iudicium habet à patre, sicut habet illud pater: ut ne audientes auctorem esse patrem filij, intelligamus quod sic sit auctor eius, sicut & creaturam, & propterea honoris immutationem introducamus: ait quod in nullo minor filius est patre. Nam qui habet potestatem puniendi & honorandi sicut uult, eadem potestatem patre, ideo & oportet illum honorare eodem modo quo patrem. Dicit enim, ut omnes honorent filium, sicut honorant patrem, & ita Ariani quia ueluti creaturam putant hono-

Ariani. norandum filium, & patrem quocumque sicut creaturam honorari debere, redarguuntur, uel omnino non honorant filium, & cum Iudæis ordinantur. Veli quidem honorat eum, honorant uero ut creaturam, decet autem honorari ipsum sicut & patrem; redarguentur omnino & patrem sicut creaturam honorare. Et aliter secundum hoc quod subditur, Quomodo honorant patrem, qui non honorant filium? Subdit enim, Qui non honorat filium, non honorat patrem. Qui non honorat, inquit, ita ut dixi, sicut & patrem. Quia si quis dicat quod creatura quidem filius sit, excellens autem omnium creaturarum, & optinetur tribui filio falsum illum & uanum honorem, in honore omnino & patrem qui misit illum. Dixit autem eum qui misit, ne exasperarentur, sicut prædiximus. Nam doctrinam (ut dictum est) mirabiliter plebs. Interdum quidem sublimia de se testimonia ut dignum erat, fert: interdum autem humilia, propter insaniam inimicorum Iudæorum. Nam si cum & surrexisset à mortuis, & ascendisset in caelos, & per apostolos suam monstrasset uirtutem, insurrexerunt Arius & Eunomius contra gloriam eius, & in creaturam ipsum deduxerunt. Iudæi qui tunc erant, qui uidebant ipsum in carne ambulare cum publicanis & meretricibus, & comedere & bibere sicut unum ex multis, quid non fecissent si omnia sublimia de se dixisset, & non admisisset etiam humilia? Idcirco & subdit, Qui audit meos sermones, & credit ei qui me misit, habet uitam æternam. Et mentes eorum etiam per hoc exhilarat, cum audiunt quod audientes sermones eius, Deo sint credituri. Non enim dixit, qui credit mihi; sed, ei qui me misit. Igitur qui credit illi, in iudicium, hoc est in supplicium non uenit, sed uiuit uitam æternam, non sustinens mortem animæ: uel æternam, etiam si naturalem & temporalem non effugiat.

Arius.
Eunomius.

Amen amen dico uobis, quod uenit hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei: & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio in semetipso habere uitam: & potestatem dedit ei iudicandi quoque. Quia filius hominis est, nolite mirari hoc: quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius: & prodibunt qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uero male egerunt, in resurrectionem condemnationis.] Dixerat superius quod qui non honorat filium, non honorat patrem, sublimia quædam de se loquutus; quæ ut ne uideantur per arrogantiam & inanem gloriam dicta, adiungit & demonstrationem per opera, dicens quod uenit hora, deinde ut ne longum suspicentur tempus, inquit, Et nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei, hoc est meam, qui uobiscum conuersor. Dicit autem hæc de his quos suscitaturus erat: ut de filio uiduæ, filij archisynagogi, & Lazaro. Deinde & rationem affert dictorum demonstratiuam, dicit enim, Sicut pater uitam habet in semetipso, ita dedit & filio uitam habere in semetipso, ut uiuificet audientes uocem eius. Non solum autem potestatem dedit ei uiuificandi, sed & faciendi iudicium, & puniendi. Sæpe autem in medium affert sermones de iudicio, ut auditores excitet. Cui enim persuasum est quod suscitandus sit recepturus delictorum poenas, omnino currit ad ipsum, placetque ut suum futurum iudicem. Ne admiremini autem quod filius hominis est: nam quantum filius hominis sit, est tamen & Deus. Et ita iudicium merito habet sicut filius Dei. Si autem & homo appareat, ne admiremini. Sciendum autem quod Samosatenus docens Dominum

Samosate-
nus redar-
guitur.

purum

A purum esse hominem, sic legit hunc locum, Et potestatem dedit ei iudicium faciendi, quia filius hominis est. Hoc autem loco punctum faciens, ab alio principio legit, Ne admiremini hoc. Valde autem stultum est sic legere. Non enim dedit pater filio iudicium quod filius hominis sit, sed quia Deus. Unde ille non recipiens ut Christus dicatur Deus, sed filius hominis, sic cogitabat iudicem illum esse, non ut Deum, sed ut filium hominis. Nos autem sic intelligimus, ut dictum est. Postquam autem dixit de particulari resurrectione, Lazari uidelicet, & aliorum qui iterum mortui sunt: nunc dicit de uniuersali, Quia uenit hora in qua hi qui in monumentis sunt, audient uocem Dei. Nam de uniuersali resurrectione hic loquitur. Quoniam dixerat superius, Qui credit, in iudicium non uenit: ne putemus quod fides sola ad salutem sufficiat, dicit quod resurgent hi qui mala fecerunt, in resurrectionem condemnationis: qui autem bona, in resurrectionem uitæ, non igitur sola fides absque operibus iustificat, sed oportet etiam opera adesse, tunc enim proprie fides est. Vide autem geminam doctrinam fieri per metum & lætitiā. Nam cum dicit condemnari impia facientes, deterret. Cum autem dicit resurgere ad uitam eos qui bona fecerunt, per lætitiā exhortatur.

Non soli si
des iusti-
cat.

B Non possum ego ex meipso facere quicquam: sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est: quia non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris.] Sicut & in superioribus dictum est, eadem patris & filij potestas ostendit hinc uerbis. Non possum ego facere ex meipso quicquam: & quæcunque huius generis sunt. Nihil enim alienum & peregrinum à patre ego possum facere, neque enim uoluntatem aliam habeo præter paternam, neque aliam potestatem. Verum sicut audio à patre, ita iudico: hoc est, sicut ipse pater iudicat, ita & ego. Hæc autem dicit ut ostendat (sicut sæpe diximus) in nullo tibi deesse aliquid à patre, siue in sermonibus, siue in operibus, siue in iudicijs. Nam ut ne quidam hominem uidentes eum offenderentur, quomodo cum appareat homo, iustum faciat iudicium, cum Dauid dicat, Omnis homo mendax: præuenit quidem, dicens, Ne admiremini de eo quod filius hominis sum: nam & Deus sum. Dicit autem, Et nunc iustum iudicium meum est, eo quod iudico sicut audio patrem meum iudicantem. Non enim meam uoluntatem quero, sed patris. Nam qui suam uoluerit stabilire, fortassis suspectus erit quod corrupat quod iustum, qui autem non sua spectat, quo prætextu posset iniuste iudicare? Ego igitur non quero uoluntatem meam, neque enim ego habeo uoluntatem, sed quod uult pater, illud & ego.

psal. 115.

Ioan. 11.

Si ego testimonium perhiberem de meipso, testimonium meum non esset uerum, Alius est qui testimonium perhibet de me. Et scio uerum esse testimonium quod testatur de me. Vos misistis ad Ioannem, & is testimonium reddidit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hoc dico, ut uos salui fiat. Ille erat lucerna ardens & lucens, uos autem uolulistis ad tempus exultare in luce eius.] Apparet hic contraria dicere Dominus. Etenim alicubi uidet testari de se, sicut Samaritanæ dicebat, Ego sum Christus, & cæco, & alijs sæpe. Si igitur hæc falsa sunt, quæ nobis salutis spes? Non autem hæc sola uidetur esse contrarietas, sed & alia non minor. Nam & in progressu dicit, Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum uerum est, quomodo igitur contuenient quæ pugnare uidentur? Id quidem quod dicit, Si ego testificor de meipso, testimonium meum non est uerum, dicit ad opinionem Iudæorum, quoniam enim illi dicturi erant ei, Tu testimonium perhibes de teipso, nullus autem qui de seipso testificat, fide dignus est: dicit urgendo illos, Non testimonium perhibeo ego de meipso, alioqui iuxta uestram sententiam non dignus essem cui crederetur. Alius enim est qui testimonium de me perhibet, Ioannes scilicet. Quod autem dicit, Et si ego testimonium perhibeo, testimonium meum uerum est, secundum cõcessionem dicit. Accedens enim sermoni Iudæorum, dicit, Esto quod ego testimonium de meipso perhibeam, etsi ego igitur testimonium de meipso perhibeam, testimonium meum uerum est. Nam cum Deus sim, fide dignus sum. Atque ita primū dixit illos urgendo, Non ego testimonium perhibeo, sed præcursor. Secundum autem se illis opponendo, uel etiam concedendo, dicens, Si etiam ego testimonium perhibeam, testimonium meum uerum est. Porro tria, inquit, habeo testimonia, Ioannem, opera mea, patrem meum. Et primum ponit Ioannem: deinde ut ne quis dicat ei, quid igitur testimonium si ille ad gratiam testificatus est tibi: dicit, Vos ipsi misistis ad Ioannem. Omnino autem non misissetis interrogantes, nisi fide dignum habuissetis, Atque ita etiam uos ipsi testes estis

Ioan. 4.

Ioan. 6.

Tria Christi
per me,
testimo-
nia.

elis q̄ uerax fuerit Ioannes: quamuis ego quidem cum Deus sim, humano testimonio opus nō habeam, & dominus serui testimonio. Quia aut̄ uos digniorē illum fide putastis, & ipsi magis quā mihī attendistis, & ad illū quidem accelestis, mihī autem neq̄ miracula facienti creditis: propterea uobis in memoriā reduco Ioannis testimonium, & recipio etiā indigna mea deitate, ut uos salui fiat̄. Lucernam aut̄ ardentem Ioannem dicit̄, eo q̄ de terra habet formationem, & non per seipsum esset lumen, sed à gratia spiritus, ac temporarium. At ubi apparuit dies Domini, hoc est doctrina, occultata est lucerna. Caterum uos ad horam quidem recepistis ea quæ ab illo dicta sunt, & exultastis in ipso, & deinde oblit̄i eorum quæ de me dixit, manifestis in priori incredulitate. Nam si illi semel firmiter credidissetis, quamprimum uos ad meam adduxisset fidem.

At ego testimonium habeo maius testimonio Ioannis. Opera enim quæ dedit mihī pater ut perficiā ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me q̄ pater me miserit. Et qui misit me pater, ipse testatus est de me: neq̄ uocem eius unq̄ audistis, neq̄ speciem eius uidistis, & sermonē eius nō habetis in uobis manentē, quia quē misit ille, ei uos nō creditis. Testatus quidē est Ioannes de me qui uobis omnium maximē fide dignus uidebatur: ueruntamen quia uerisimile est fore quosdā iycophantas qui fortassis dicent, Et quid ad nos, si Ioannes gratificari tibi uoluerat, & propterea blandiora quædam attestatus sit: Vos, inquit, misistis ad Ioannē, & interrogastis, ueracē per omnia illum existimantes. Veruntamen & ego aliud testimonium habeo maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihī pater, hoc est, quæ statuit mihī pater ut perficiā, ea testatur de me. Dicit aut̄ opera, mirabilia illa scilicet, quale fuit paralytici restitutio, &c. Veruntamen quia arguebant eum q̄ in sabbato hæc faceret, dicentes, Hic nō est ex Deo, quia sabbatum nō seruat, ostendit eis q̄ faciat ea quæ à patre decreta, & q̄ magis à Deo sit, eo q̄ iuncta sibi à Deo opera faciat. Opera enim, inquit, quæ dedit mihī pater ut perficiā ea. Quia igit̄ pater dedit mihī illa, uos estis Deo aduersarij, qui illis operibus aduersamini: & qui misit me pater, ipse testatur de me. Vbi aut̄ testatus est de eo pater? Quidā dicunt q̄ in baptisate, quādo dixit, Hic est filius meus dilectus. Opinor aut̄ q̄ magis intelligat q̄ per omnem scripturā testatus sit de eo Deus, tam per legē, q̄ per prophetas. Sed uos, inquit, neq̄ uocem eius audistis, patris in quā, neq̄ speciem eius uidistis. Ideo omnibus modis incognitus uobis est. Ideo & sermonem eius non habetis manentē in uobis, hoc est scripturas quæ de me testantur, nescitis: tamen uideamini scire, & gloriari in eloquijs Dei, quæ uobis concredita sunt. Hinc aut̄ manifestum q̄ nescitis scripturas, quia ei quem ille misit, non creditis. Igitur sicut neq̄ uocem Dei audiuitis (non enim habet Deus uocem sensibilem) neq̄ speciem eius uidistis (specie enim & figura caret) ita neq̄ sermonem eius, scripturas dico quæ de me testantur, habetis in uobis.

Specie & figura caret Deus.

Scrutamini scripturas, quia uos uidemini in ipsis uitam æternam habere. Et ille sunt quæ testantur de me: nec uultis uenire ad me ut uitam habeatis. Gloriā ab hominibus non accipio, sed cognoui uos q̄ dilectionem Dei non habeatis in uobis. Dixerat eis, Sermo Dei, hoc est scripturæ quæ de me testantur, non sunt in uobis. Igitur quō poterūt habere sermonē Dei: inquit, Scrutamini scripturas: in illis enim uos putatis habere uitā. Vide aut̄ quō nō dixerit, habetis uitā: sed, uidemini, monstrans q̄ nullū uerum fructum percipiant, si à lectione sola expectent saluari, non accedente fide. Nam illæ testimonium quidem perhibent de me, sed uos nō uultis uenire ad me ut uitā habeatis. Vnde hinc discimus q̄ ex proposito fuerunt mali. Non enim dixit, nō potestis uenire: sed, nō uultis uenire. Audiant Manichæi, q̄ non natura malum, sed uoluntate constet. Postquam autem eos memores fecit testimonij Ioannis, & patris, & operum suorum quæ propter salutem illorum tantū faciebat, suspicari poterant multi quod hæc amore gloriæ diceret, idcirco inquit, Gloriā ab hominibus non accipio, hoc est, non indigeo, neq̄ talem habeo naturam quæ opus habeat humana gloria. At uos me persequimini, quasi propter amorem Dei hoc faciatis, sed non est ita. Noui enim uos quod dilectionem Dei nō habeatis in uobis, etiam si ualde hoc iactetis, q̄ me persequamini propter Deum. Merito igitur Iudæi dicuntur dilectionem Dei nō habere, quia persequabantur ipsam dilectionem, filium Dei. Vnde merito etiam dicuntur nō habere sermonem Dei manentem in semetipsis, Sermonem enim & Deum reijciebant.

Ego ueni in nomine patris mei, nec recipitis me: si alius uenerit nomine suo, illum recipi-

recipietis. Quomodo uos potestis credere, qui gloriā à uobis inuicem accipitis, & gloriā quæ à solo Deo proficiscitur, non quaritis? Nolite putare q̄ ego acciaturus sim uos apud patrem, est qui accusat uos Moses in quo speratis. Si enim credidissetis Moysi, credidissetis utiq̄ mihī, de me enim ille scripsit, Si autem illius scriptis non creditis, quomodo uerbis meis creditis? Ego quidem (inquit) ueni in nomine patris mei. Nam & ubiq̄ patrem celebrat, & ab ipso se dicit missum esse, & nihil posse facere à seipso, & prorsus humilia multa loquitur, uolens è medio tollere omnem ingratitude rationem. Alius autem ueniet, Antichristus scilicet, qui se monstraturus est quod ipse solus sit Deus. Igitur me quidem, qui in nomine patris ueni, hoc est dico me missum à patre, non recipitis, illum autem recipietis. Porro hoc ideo eueniet uobis, quia ille uobis gloriā uitæ pollicebitur, quam uos quaritis, cupientes gloriā mutuum accipere, & respicientes ueram gloriā, quæ à solo Deo est. Ego autem nihil præclarum uobis in hac uita polliceor, sed uidetis multam difficultatem in his quæ à me dicuntur, & propterea (inquit) mihī non creditis. Nihil enim quod iucundum est in hac uita, expectatis uos habituros à me. Et aliter, Non creditis mihī, qui gloriā à uobis inuicem accipitis. Nam principes quidem & magistri ipsi soli uolentes haberi apud uulgus, nō accipient me, ne imminuatur eorum gloria. Populi autem quærentes diligi à principibus, non me accedere uolunt, ut ne excidant propter me ab honore quem à principibus habent. Quoniam autem & Moses multum iactabant, inquit, ipse acciabit uos, nam de me ille scripsit. Vbi autem scripsit de eo? Etenim dictum hoc, Prophetā suscitabit uobis Dominus, de Christo erat, & alia multa tam in uerbis quā in signis & symbolis, ut miraculum rubi. Nam & ignis quidem, deitas: rubus autem spinosus, peccatrix natura: quam suscepit ignis deitas, & incombustam seruauit luce fulgidam: & suos quidem radios illi comunicauit, imperfectiones autem illius in se non suscepit. Etiam hoc Moses dixit, quod conducebat ualde ad fidem Christi: nam inquit, Si propheta surrexerit signa faciens, & recedere faciens à Deo, ne credatis illi, qualis erit Antichristus: Si autem surrexerit propheta faciens signa, & ad Deum & patrem ducens, & non recedere faciens, illi credite. Igitur Christus in nomine patris uenit, & signa quidem faciens, & non recedere iubens eos à Dei cultu, ipse erat qui à Mose prædictus. Itaq̄ si Moysi scriptis non creditis, quomodo meis uerbis creditis? Ille, inquit, & scripsit, & sunt libri semper ante oculos uestros, & ita ut etiam si obliuiscamini, possitis iterum facile in memoriā reducere. Attamen non creditis scriptis, & quomodo creditis uerbis meis nō scriptis? Cur igitur hæc dicis o Domine, cum scires quod non credituri essent? Quamuis sciam, inquit, quod nō credant, dico tamen, ut ne habeant postea quod prætexant, Si dixisses, credidissetis. Et aliter, Illi quidem qui tunc erant, utpote ingrati, non credebant: ab his autem qui postea credituri, non erat consentaneum neq̄ iustum auferri uerborum Christi utilitatem.

CAPVT VI.

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, & sequebatur eum turba multa, quia uidebant eius signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subiit autem in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem propè pascua, dies festus Iudæorum. Postquam Dominus locutus est Iudæis durioribus uerbis, in inuidiam accendebantur, & stomachabantur, demulcet nunc eos secedendo, & abiit trans mare Tyberiadis. Mare autem dicit stagnum. Congregationes enim aquarum, maria uocauit diuina scriptura. Et aliter, Transit de loco in locum, probans multitudinis studiū. Ignauiores enim manebant in suis locis, studiosiores autem sequebantur eum. Veruntamen uide quod etiam sequentes non propter doctrinam, sed propter corporalem miraculorum utilitatem sequuti sunt. Nam propterea, dicit, quia uidebant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Meliores autem sunt & sapientia uidiōres de quibus Matthæus. Obstupescabant enim, inquit, in doctrina eius, quia docebat illos tanquam potestatem habens. Ascendit autem in montem propter miraculum futurum. Non enim arrogans erat, & uanæ gloriæ cupidus, ut in medijs ciuitatibus miracula operaretur: sed fugiens uanam hominum gloriā, solitudinem quærebat, etiam nos erudiens. Insuper uolens mystica quædam discipulis communicare, ascendit in montem, id quod semper solebat facere, quia & opus est ut ab

Infidelitatis origo, sed non sola.

Deut. 18.

Exod. 31.

Deut. 18.

Matth. 14.

Marc. 6.

Luc. 9.

Matth. 7.

ut ab omni tumultu liberetur, & locum quærat ab omni strepitu purum, si quis talia lo-
 qui uelit. Erat enim propè, inquit, pascha, dies festus Iudæorum, nec tamē ascendit, sed
 in Galilæam discedit. nō enim ultra præceptis legalibus erat obnoxius, ut & festos dies
 legis perficeret. Et aliter, Persequente ipsum malitia Iudaica, occasionem apprehendit
 ut paulatim legem abroget, ostendens animaduertentibus cessasse figuram ut aduenit
 ueritas. Obserua autem quod festum fuerit Iudæorum, non aut fuerit dies festus Chri-
 sti, cum Christus eò non ascenderit, sed soli Iudæi.

Cum sustulisset ergo oculos Iesus, & uidisset quod multa turba ueniret ad se, dicit ad
 Philippū, Vnde ememus panes ut edant isti? Hoc aut dicebat tentans eum, ipse enim
 sciebat quid esset factururus. Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes
 non sufficiunt eis, ut unusquisq; pusillum quippiam accipiat. Dicit ei unus ex discipu-
 lis ipsius, Andreas frater Simonis Petri, Est puer unus hic, qui habet quinque panes orde-
 aceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tam multos? Quare dixit, cum sustu-
 lisset oculos suos: Vt dicamus quod non solitus sit hinc & inde uagari oculis, sed com-
 positus & attentus sedere, utpote docens discipulos diuina quædam. Deniq; sustu-
 lit oculos, & rogat de turba quomodo alenda sit, Non alium aut interrogat, quam Phi-
 lippum. Ipse enim maiori indigebat eruditione, qui postea dicebat, Ostende nobis pa-
 trem, ac sufficit nobis, & propterea antea illum instruit, & per interrogationē inducit
 eum, ut miraculi semper sit memor. Nam si quidem miraculum simpliciter fuisset fa-
 ctum, non usque ad eò uisum fuisset illi miraculum: nunc aut prius q̄ fieret, illum cōpela-
 lit fateri paucitatē panum, ut euidentius addiscat futuri miraculi magnitudinē, & non
 e memoria rejiciat ea quæ cōfessus est. Idcirco dicit, Vnde ememus panes ut comedat
 hi? Dicit aut hæc tentans Philippum, hoc est, uolens notū facere quam haberet ille fi-
 dem. Neq; enim ut ignorans de sententia Philippi interrogabat, sed alijs monstrare uo-
 lebat. Nam ipse Dominus sciebat quid factururus esset. Igitur ut tentauit Philippū nun-
 quid haberet ille fidem, & inuenit ipsum adhuc affectū ut hominē: insuper & Andream
 quoq; talem inuenit, tamen sublimius quiddā Philippo sentientē. Illo enim dicente q̄

Christus nō
 solius diuisi
 gari oculis.
 Ioan. 14.

4. Reg. 4.

Mira Mani
 cheorū im-
 probitas,
 seu potius
 impietas.

Matth. 14.

ducentorū denariorū panes nō sufficiunt, ille quinque panes ordeaceos & duos pisces cō-
 monstrauit, cogitans fortè prophetarū miracula, ut Helisæi in panibus signū, cum Sa-
 maria in extremā uenisset inopiam, Redarguitur tamen & Andreas nihil dignū Do-
 mino cogitans, dicit enim, Sed hæc quid sunt inter tam multos? Existimabat enim q̄
 multiplicaturus quidem panes esset Dominus, sed si essent plures, maior & multiplica-
 tio futura esset, periculose omnia intelligēs. Nam Dominus etiam ex nihilo potuisset
 panes facere, qui turbæ sufficerent: attamen ne uideretur creatura non esse ex ipsius sa-
 pientia, ipsa creatura usus est in materiā miraculorū, & acceptis quinque panibus uti ma-
 teria quadam, præclarū istud miraculum fecit. Cōfundantur Manichæi, dicentes q̄ pa-
 nis & omnes creature facte sint à malo Deo: & propterea si quis dederit eis panem, nō
 accipiunt illum de manibus illius, sed procul quidem illum abijci iubent, stantes aut,
 & maledicentes ei qui dedit, dicūt, Qui seminauit te, dispergatur: & qui pinsuit te, pin-
 satur carne, & similia. Confundantur itaq; audientes q̄ boni Dei filius Christus panes
 multiplicarit. Nam si mala fuisset creatura, bonus quod malum esset utiq; nō multipli-
 casset: ut taceā interim q̄ & ipse panes comedit, Cæterum si quis interrogauerit, num
 idem sit hoc miraculum panum cū eo quod apud Matthæum describitur: dicimus, cer-
 tē idem est. Quamuis aut illic quidam discipuli accedunt admonentes de turba ut di-
 mittatur, hoc autem loco ipse Iesus interrogat unde pascatur: nō opus est admirari. Ve-
 rissimile enim est utrunq; factum esse, & discipulos prius admonuisse Dominum de tur-
 bis dimittendis, & tunc Philippum interrogatum esse à Domino unde alantur.

Dixit autem Iesus, Facite ut homines discumbant. Erat autem gramen multum in
 eo loco. Discubuerunt ergo uiri numero ferme quinquies mille. Accepit aut panes
 Iesus, cumq; gratias egisset, distribuit discipulis, discipuli uerò discumbentibus. Simili-
 ter & ex piscibus quantum uolebant. Vt aut impleti sunt, dicit discipulis suis, Colligite
 quæ superfuerūt fragmenta ne quid pereat. Collegerūt ergo, & impleuerūt duodecim
 cophinos fragmentorū ex quinque panibus ordeaceis, quæ superfuerant his qui com-
 ederant. Iussit eos facere discubere, quasi parata mensa. Discipuli aut quāuis prius in-
 credulū, autamen alacriter recubere faciūt homines. Erat aut gramen, quoniā uer erat.

Erat

Erat enim, inquit, pascha, quod in primo mense ueris perficiebatur. Porro soli uiri nu-
 merantur ab Euangelista, qui legis sequit̄ consuetudinem. Etenim & Moses à uiceti-
 mo anno & supra numerauit populū, nulla mentione facta mulierū: quo docet omne
 quod uirile & iuuenile est, dignum censeri ut numeretur apud Deum. Et acceptis pa-
 nibus gratias agit, ostendens quod ante cibum gratiæ agendæ sint Deo. Insuper quia
 turba erat, ideo coram turba gratias agit, ut omnibus periuadeat q̄ secundū uoluntatē
 Dei aduenerit, q̄ non sit aduersarius Deo, sed omnia referat in patrem. Nam quando
 seorsum facit miraculum, nihil tale facit, etiam si maius quoddam faciat: quando autem
 coram multis miraculum operatur, tunc ad Deū respicit. Ostendit autem q̄ nō ex infir-
 mitate hoc faciat, sed propter dispensationem quam diximus, ex eo q̄ maiora faciat au-
 thoritate quadam, & tanquam Dominus. Dicunt insuper quidam q̄ etiā propter hoc
 gratias egerit, ut ignoraretur à principe mundi usq; ad tempus passionis, & ex hoc dæ-
 mon non cognosceret ipsum esse Deum, sed deiperetur, & inescaretur, atq; sic per cru-
 cem conficeretur. Cæterum permittit Dominus ut supersint tot fragmenta, non pro-
 pter ostentationem, sed ne credatur per phantasmata satiatis esse homines, appareat
 autem omnibus q̄ uerè satiati fuerint, quando quidem tot residua fuerunt: atq; propter
 hanc causam iussit etiam fragmenta colligi, ut uidentes ea, miraculi facti magis essent
 memores. Oportet autem non solum mirari q̄ superfuerint, sed etiam quod nō plures
 neq; pauciores, q̄ qui numero pares essent discipulis cophini reliquiarum, ut cænes
 gestent, & neq; Iudas ipse expers relinquatur, sed habens etiam hoc miraculum quod
 monstret sibi Deum esse magistrum, inde utilitatem capiat: quis etiam hoc ppter ma-
 litiam eius in condemnationem ipsius cesserit. eum enim qui tantas reliquias fecerat,
 de quibus & ipse cophinum portauit, prodidit. Non enim sine causa imperauit aposto-
 lis ut cophinos gestarent, sed ut semper memores essent miraculi, utpote magistri orbis
 futuri. Nam multitudo quidem non magnam utilitatem perceptura erat. statim enim
 obliuisceretur miraculi. At discipuli non uulgare lucrum inde habituri erant. Dicam-
 us item ex hoc miraculo ne pusillanimes simus in angustijs & paupertate, neq; timi-
 di simus in hospitalitate & communiōe: sed credamus quod etiam si unum tantum
 panem habeamus, illum multiplicaturus sit, qui ex quinque panibus tantum superesse
 fecit. Per allegoriam autem Dominus quando exiit Hierosolyma, secundum quod in
 prophetis dictum est, Dereliqui domum meam, reliqui hereditatem meam: tunc sane
 in Galilæa gentium uadit, Gentiles suscipiens: & turba illum magna sequitur. Ascen-
 dit autem in montem, hoc est crucem, ut ad se rapiat omnes uel in cælum, ad honorem
 & gloriā Deo dignā. Vt enim ascendit in cælum, & glorificari cœpit à nobis ut Deus,
 & non ut nudus homo: in montem ascendisse dicitur. Sublimis enim de illo opinio,
 mons est. Dat aut nobis, qui quinque sensibus subiecti sumus, rationales panes quinque,
 quia & ipsi quinque sunt, unicuique enim sensui conuenientem panem dat, hoc est ser-
 monem: sicut & Paulus dicit, Volo quinque sermones in ecclesia loqui qui quinque sensu
 um edificationi conueniant. Non possumus autem quinque sermones integros capere,
 sed ex eis abundant reliquias. Nullus enim potest integros mysteriorum sermones ca-
 pere: sed quæ nos capere & comedere utpote carnales non possumus, Apostoli ges-
 tant quasi in quinque cophinis suis iustis animabus. Cophini ex folijs palmarum sunt.
 Iustus autem ut palma florebit.

Num. 26 33
 Viri cur tal-
 tum in seri-
 ptura uide-
 rantur.

Hier. 12.

1. Cor. 14.

Psal. 92.

Illi ergo homines cum uidissent quod Iesus fecerat signum, dicebāt: Hic est uerè pro-
 pheta ille qui uenturus est in mundum. Iesus ergo cum cognouisset quod uenturi es-
 sent, ac rapturi ipsum ut facerent ipsum regem, secessit iterum ipse in montem solus.
 Vide gulam uulgi. cum fecisse tinnumera miracula, & mirabiliora, non admiraban-
 tur, & ecce propter cibum dicunt, Hic est ille propheta. Non amplius eum de sabbati
 uiolatione arguunt, non ultra legem uindicant, sed adeo illum propter panes colunt,
 ut & eum non solum prophetam prædicent, sed & dignum regno censeant. At ille fu-
 git, erudiens nos mundanas contemnere dignitates. Secedit autem in montem ipse
 solus, nullo discipulorum assumpto, quod illorum probaret desiderium, num ferrent
 sui absentiam.

At ubi iam uespera esset, descenderunt discipuli eius ad mare, & conscensa naui ue-
 nerunt traiecto mari ad oppidum Capernaum. Iamque tenebræ erant, nec uenerat ad

D eos

eos Iesus. Mare autem uento magno flante intumescibat. Cū remigassent ergo ferme **A** stadia uiginti quinque aut triginta, uident Iesum ambulante super mare, & appropinquantem nauis, ac timuerunt. Ille autē dicit eis, Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo recipere eum in nauim, & illico nauis appulerat terræ ad quam ibant. Dominus quidem ascendit in montem solus, ut (sicut diximus) probet desiderium discipulorum. At illi expectabant usque ad uesperam uenturum ipsum: & cum non ueniret, non tolerabant, sed desiderio querendi illum accensi conscendunt in nauim. Non enim temerè & forte Euāgelista tempus manifestauit, sed per hoc uehementē illorum charitatem declarauit, quod neque uespera eos retinuerit. Permisit autem eos tempestate periclitari, ut facta post tempestatem tranquillitate, miraculo magis lætarentur, & indelebilis memoria sui, illorum pectoribus insideret. Assisit autem illis cum tempestate esset: & sermone timorem efficiens, & tranquillitatem in mari faciens, duplicem serenitatem operatur, sedādo tam animarum quam maris turbationem. Porro in nauem non ascendit, miraculum maius facere uolens. Vide enim tria miracula: unum, quod ambulauit super mare: secundum, quod compescuerit fluctus: tertium, quod statim nauem fecerit esse in terra in qua ibant, quous multi abesset à terra cū assisteret ei Dominus. Igitur transferunt quidem Iudæi mare rubrum duce Mose. Verum ille ut seruus omnia faciebat, & precebat: at hic omni cum potestate. Et illic flante uento cedebat aqua, ut quasi in arida daret transitum: hoc autem loco maius miraculum fit. Manens enim in sua natura mare, in superficie sua ferebat Dominum, ut impleretur propheticum, Qui ambulat super mare ut super pauimentum. Multi autem & nunc sumus in spiritualibus tenebris, & periclitamur in spiritali mari submergi: sed excipiamus Christum, & omnino à periculis saluabimur. Et quous saepe tumultus excitent nobis quidā uel diaboli uel homines tentantes nos, & per terrores molientes nos concutere, audiamus tamen Christum clamantem, Ne timeatis, ego sum. Quod autem dicit, hunc habet sensum: Terribilia quidem prætereunt, ideo ne timeatis ea quæ prætereunt: ego autē sum, hoc est, semper manens, & sum sicut Deus ille, qui est. Itaque quia terribilia quidem temporaria sunt, & non uerè sunt, ego autem sum, hoc est, maneo, & nunquam prætereō, & uerè sum: ne perdati uestram in me fidem propter temporalia. Vide autem, obsecro, quomodo non statim ab initio periculi, sed in seruire apparet Christum, & soluit metum. Sinit enim nos in medijs esse periculis, ut cum certauerimus in tribulatione, & pressi fuerimus, probatiores fiamus, & ut cum mouerimus omnem nostram uirtutem & sapientiam, in uenerimusque eam infirmam, ad illum confugiamus solum, qui ex inexpectatis saluare poterit. Nam cum humana mens fatigata fuerit, tunc diuina salus repente subuenit, ac parat nos ut ad illum solum fugiamus, qui saluare potest, & non nobis ipsis ascribamus salutem. Si uoluimus autem & nos in nauim nostram suscipere Christum, hoc est, habitationem dare Christo in corde nostro, statim inueniemur in terra in quam abimus. Quæ autem terra ista: omnino terra promissionis cœlum, quæ est terra mitium, & eorum qui liberati à malitia, in pace uiuunt.

Postero die turba quæ stabat trans mare, uidit quod nauicula alia non esset ibi, nisi una illa in quam ingressi fuerant discipuli eius, & quod non introisset Iesus cum discipulis suis in nauiculam, sed soli discipuli eius abissent. Alia uerò super uenerunt nauicula à Tyberide iuxta locum ubi comederant panem, postquam gratias egisset Dominus. Cum ergo uidisset turba quod Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt & ipse in nauiculas, & uenerunt Capernaum, querentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc uenisti? Respondit eis Iesus, & dixit, Amen amen dico uobis, queritis me, non quia uidistis signa, sed quia comeditis de panibus, & saturati estis. Iesus quidem pedestri itinere super mare abiit in regionem quæ trans mare. Turbæ autem die postero cum quaesiuissent illum, & uidissent quod una tantum nauis affuisset, in quam ingressi fuerant discipuli, & non Iesus ipse, cogitauerunt apud se hoc miraculum, & suspicati sunt quod mare pedes transferit. Nam si quidem & alia nauis affuisset, uerisimile potuisset eos cogitare quod cum discipulis non nauigari, sed in aliam ingressus transfretarit. Nunc autem cum una tantum fuerit, quæ discipulos solos, & non Dominum exceperit, manifestum est miraculum. Igitur turbæ hæc intellexerunt: & post inuenierunt alias naues quæ traiecerant, & ascenderunt in illas, & in Capernaum transfretarunt.

Exod. 14.


Psal. 65. secundum aliam translationem.

In nauem supra seip. re Christi sui quid sit.

runt. Illic autem inuento Domino, non supplicant & rogant ut discant quomodo transferit, neque querunt de hoc signo, sed remisse dicunt, Quando huc uenisti? Nam qui querant illum rapere & facere regem, inuento eo nihil tale deliberant: sed abiectio miraculo inquirunt magis frui mensa alia quali & prius: propterea exprobrat eis Dominus, Queritis enim me, inquit, eo quod de panibus comeditis: & ideo mei tenemini desiderio: ut iterum uobis mensam parem. Obserua autem quod quauis redarguat eos, non tamen dura utitur reprehensione. Non enim dixit, o mancipia uentris, & gulosi, sed cum mansuetudine: corrigere enim uolens, arguit illos: simul autem & per hoc quod detegit occulta cordis illorum, ad maiorem illos adducere uolens fidem. Quod autem emendatio illorum fuerit reprehensio, manifestum ex sequentibus. Utilissimam enim eis doctrinam facit, & dicit,

Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis. hunc enim pater consignauit Deus. Vos quidem, inquit, queritis me propter panes, quia cibum illum desideratis. Oportet autem uos non omnino deditos esse uentri, sed maxime spiritualium agere curam, & non omnem sollicitudinem in corporalem cibum infumere. Nam illum uocauit cibum qui perit. Nam quia multi sunt cupientes ignauè uiuere, & maxime Masseliani, qui usi sunt hoc dicto ad patrocinium suæ ignauitæ, operæ precium fuerit declarare hoc dictum. Non enim hoc dixit Dominus noster Iesus Christus ut corporalem quidem operationem ab eis uelit amouere, & ipsos ad ocium cogere. Omnem enim malitiam docuit ociositas: & si oportet euidenter dicere, ipsum ociosè uelle uiuere, cibus est qui perit: & ita eum qui Christum sequitur, oportet operari ut habeat quod & alijs communicet. hoc enim habet mercedem, & promissionem futuri regni. Et quomodo igitur (inquit) dicit Dominus quod non oportet operari cibum qui perit? continuum circa cibos studium reiiciens, & ad spiritualia non parat inducens. Profecto dicunt, quod per hoc Dominus corporalem operationem excludit: id quoque manifestum ex hoc quod ad Martham dicit, Martha sollicita es & turbata, uno autem opus est: Maria bonam partem elegit. Et iterum, Ne solliciti sitis in crastinum. Et hæc quidem afferunt hi qui per ignauitiam pasci uellent. Nos autem quid dicimus? Dictum ad Martham non de opere est & operatione uel ocio, sed de temporis obseruatione, & ne tempus audiendi infumatur in occupationes parandorum ciborum. Persuadet igitur ei ne perdat tempus doctrinæ frustra propter occupationem in his quæ uentris sunt. Quod autem dicit, ne solliciti sitis: neque hoc dicto operationem reiecit. Aliud enim sollicitudo est, & aliud operatio. Fieri enim potest ut sollicitus non sit qui operetur. Docet igitur nos Dominus ne adducti simus curis uitæ, neque habeamus curam quomodo cras refocilemur: & uult ut uno quoque die operemur, dicens, Ne solliciti sitis de crastino: quasi in hunc modum diceret, Ne solliciti sitis quomodo hodie operando, cras quietiscatis: sed quotidie cibum quotidianæ operatione parantes, ne solliciti sitis de crastino. Cibum autem manentem, mysticam dicit sumptionem carnis Domini, quam nobis ipse dat filius hominis factus. Quem pater ob signauit, hoc est, ostendit & confirmauit quod sit filius uerus. & ipse quidem Christus ostendit se per miracula: sed quia cum Iudæis loquitur, ut ne turbentur, ad patrem recurrit, & dicit ab illo se signatum esse, hoc est, monstratum & testimonijs confirmatum esse, quia & imago est patris filius, & signaculum & character, intellige ab illo hunc signatum, sicut & mago sigillum est: & ita se habet quod dicit, Hunc enim qui uidebatur filius hominis, signauit, pater: hoc est, signaculum suum & imaginem genuit, quæ haberet in se omnem quod ipse habebat, & naturalem cum ipso identitatem.

Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus ut operemur opera Dei? Respondit Iesus, & dixit eis, Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum ut uideamus & credamus tibi? quid operaris? Querunt Iudæi discere opus Dei, non ut hoc faciant, sed ut occasionem apprehendant. Dominus autem quauis sciret eos nullam utilitatem percepturos, respondit tamen per doctrinam utilem omnibus, & ostendit eis, immo omnibus hominibus, quod hoc sit opus Dei, credere in eum quem ille misit. Nā fides erga illum, opus profectò est sanctum & perfectum, & sanctificans eos qui illam habent. Dux enim sit diligens fides ad omnem bonam operationem, & bona operatio cōseruat fidem, Nā & opera sine fide mortua sunt, & fides sine operibus.



Quis cibus qui perat. Masseliani heretici ocio dediti. Eccl. 33.

Luc. 10. Matth. 6.

Aliud sollicitudo, aliud operatio. Curis uitæ ne simus adducti.

Opus Dei est credere, quomodo. Iacob. 2.

Vide autem ingratitudinē infensorū, Signum iterū quærunt, Quis tanta & tanta uide
rint, & maxime panum quibus saturati fuerant. Verē gastrimargi, qui iterum signum
tale quærūt, quod uentri prodesset: & quod hoc sit uerū, manifestum est ex sequentib.

Psal. 77.

Patres nostri manducauerunt manna in deserto: sicut scriptū est, Panem de cœlo de-
dit eis ad edendum. Dixit eis Iesus, Amen amen dico uobis, Non Moyses dedit uobis il-
lum panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim Dei,
est, qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eū, Domine, semper
da nobis panem istū. **N**ō frustra diximus q̄ uentri seruientes quærabant signum, qua-
le erat signū panum. Ecce & mannae mentionem faciunt, & non alterius miraculi uel
in Aegypto, uel in mari rubro. Volentes enim incitare eum ut & ipse tale signū faceret
quo carnaliter pascerentur, recordantur mannae propter immodicam gulā. Quid igit̄
immēsa Dei sapiētia Dominus noster Iesus Christus responderet eis: Nō Moyses dedit uo-
bis panem, hoc est, uerū panem non dedit uobis Moyses. Omnia enim quae tunc fiebāt,
typi erant eorū quae nūc fiunt, Moyses enim figurā habebat Dei ueri, spiritaliū Israēlita-
rū ducis, Panis autē ille figura est mei, qui de cœlo descendī, & uerē pasco, & uerē sum.
Cæterū dicit seipsum uerum panem, non q̄ manna falsum fuerit, sed quia illud figura
fuit & umbra, non ipsamet ueritas. propriē enim manna unigenitus filius Dei fa-
ctus homo, uerbum & auditio obstupescere faciens. Nam manna interpretatur quid
hoc? Iudaei enim uiso illo, quod cumulatim deplutum esset ante cuiuscq̄ tabernaculum,
obstupescit insolito & peregrino spectaculo, interrogabant se inuicem, quid hoc? Do-
minus igitur factus homo filius Dei, ipse est manna, quod stupescit omnes, ita ut dī-
cant: Quid hoc? Quomodo filius Dei, & filius hominis? Quomodo ex duobus diuer-
sis una persona? quod hoc mysteriū? Hic igitur panis uita secundum naturā existens,
utpote uiuentis patris filius, facit quod sibi propriū est. **V**iuitificat enim omnia. Igitur sic
cut qui ex terra panis, infirmam naturam carnis continet non sinens illam corrumpi:

Exod. 16.

*Resurre-
ctio ex mor-
tuis huma-
nae naturae
per Christi
concessa.*

ita & Christus per spiritus operationē animā uiuificat, atq̄ etiā ipsum corpus ab incor-
ruptione conseruat. Per Christum enim humanae naturae resurrectio ex mortuis, & in-
corruptio corporum est concessa. Sed Iudaei adhuc dediti uentri, & toti terreni, de sensi-
bili pane intelligunt dicta, & dicunt, Da nobis semper panem hunc. Sic igitur stultē lo-
quentes redarguebantur, & dicunt, Semper da nobis panem hunc, non ad unum uel
ad duos dies. Hoc autē prā avaritiā dicebant, **V**t enim non opus sit multa impendere
in cibos dicunt, Da semper hunc facile parabilem panem.

creditis

Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis uitae, qui uenit ad me, nō esuriet: & qui credit
in me, nō sitiet unquē, sed dixi uobis q̄ etiā uidistis me, nec t̄ credidistis. Omne quod dat
mihi pater, ad me ueniet: & qui uenerit ad me, nō eijcio forās, quia descendī de cœlo ut
faciam non quod ego uolo, sed quod uult qui me misit. Cum Iudaei, utpote terreni, de
sensibili pane Christum loqui putarent, & propter hoc urgerent & quærerent: redar-
guens eos Dominus, monstrat quod quam diu sensibilem panem expectent, accurrāt:
quando autem discunt q̄ spiritalis sit, non ultra accurrant. **V**ndē dicit, Ego sum pa-
nis uitae. Non dixit autem panis alimoniae, sed uitae. Nam cū omnia mortificata essent,
uiuificauit nos per semetipsum Christus, qui est panis, eo quod fermentū humanae cō-
spersionis credimus cōstitū esse igne deitatis. Panis autem uitae non huius solitae, sed im-
mutatae, & morte non deficientis. At qui credit in illum panem, non esuriet, neque sa-
mem feret audiendo sermonem Dei, neq̄ sitiet spiritualem sitim, t̄ eo q̄ habeat aquam
baptismi, & sanctificationem spiritus. Nā qui non baptizatus est, sitim patitur, & ma-
gnam ariditatem, expers aquae sanctae refrigerantis. Baptizatus autem spiritum habet,
per quem semper refrigeratur. **O**stendens autem q̄ fides quae in Christum, non uulga-
ris quae piam res sit, sed donum Dei dignis & rectis corde a patre datum, dicit q̄ omne
quod dat mihi pater, ad me ueniet, hoc est, illi credent in me, quos dat mihi pater. Vos
autem Iudaei, cum indigni sitis, non damini mihi a patre: propterea neq̄ uenitis ad me,
neq̄ habetis rectum cor, ut uos diligens Deus & pater ducat ad meam fidem. Ego au-
tem eum qui uenit ad me non eijciam forās, hoc est, non perdam, sed saluabo, & ma-
gna cura illum refocillabo. Descendī enim de cœlo, non ut aliud quiddam faciam prā-
ter uoluntatem patris. Cæterū haec dicit, ut discant t̄ non esse aduersarium uoluntati
patris. Quia enim illum aduersarium Dei dicebant, ipse crimen in illos uertit, tamen si
pon

*† eo quod
nō habeat*

*Fides, Dei
donum prā-
clarum.*

*† quod qui
cum nō re-
cipit, Deo
sit aduersa-
rius, patris
uoluntati
repugnans*

A non manifestē, & dicit, Vos estis aduersarij Dei, qui me non recipitis, qui facio uolum-
tatem patris. **V**bi est Nestorius hoc loco, qui dicit q̄ post resurrectionem deificatus sit
Christus: Non audis miser quod descendit de cœlo? Iam qui de cœlo descen- dit, non ut-
riq̄ nudus erat homo, sed Deus. Nudus enim homo nō descendit, sed si quidem ascen-
dit in cœlum, hoc illi concedit propter uirtutem Deus, Solius Domini descensus prā ue-
nit ascensum. Ipse igitur & descendit de cœlo sicut Deus, quando quidem incarnari di-
gnatus est: & ascendit in cœlū cum carne, ut homo scilicet, ubi erat prius ut Deus. Non
igitur nudus homo erat Christus postea deificatus, sicut delirabat Nestorius, sed Deus
ante secula, incarnatus nouissimis temporibus.

Nestorius.

Haec est autem uoluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, nō per-
dam ex eo, sed resuscitem illum in nouissimo die. **H**aec est autem uoluntas eius qui mi-
sit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam aeternā: & ego suscita-
bo eum in nouissimo die. **S**ubinde ponit, Dedit mihi pater, ut perstringat corda illorū
ut agnoscat se Dei munere indignos. Nam si pater dat ut magnum quiddam, dignam
in Christum fidem, ipsi autem illam non habent, manifestum est quod dono Dei ex ci-
derint. **I**gitur ego (inquit) non perdam quos dat mihi pater, hoc est, eos qui credunt mi-
hi, sed resuscitabo illos, hoc est, in resurrectione claritate illos dignabor. **D**uplex enim
est resurrectio: una quidem communis & generalis, qua omnes etiam peccatores resur-
gunt: altera, qua soli iusti assumuntur in occursum Domini in aera, & prius cum ma-
gna fiducia Domino occurrunt. **H**anc autem resurrectionem Paulus *ἐξανάστασις*, hoc
est exurrexerunt nominat, propter eleuationem a terra. Peccatores enim resurgent
quidem ex sepulcris in terram, de terra autem non exurgent in aerem. **I**nfrā enim ma-
nebunt sicut condemnati. **A**t ita iusti resurgunt & exurgunt, qui rapiuntur in nubibus
in occursum Domini in aera. Peccatores autem resurgunt tantum. **P**orrō Dominus
interpretans quid sit, Omne quod dedit mihi pater, dicit eandem sententiam alijs uer-
bis, **V**t omnis qui uidet filium, & credit, habeat uitam aeternam. Nihil enim aliud dicit,
quā id quod dixit superius. **N**am hoc quidem, omne quod dedit mihi pater, idem est
cum illo, omnis qui uidet filium & credit. **H**oc autem quod dicit, non perdam, idem est
cum eo quod dicit, habet uitam aeternam. **S**ape autem mentionē facit resurrectionis,
ut persuadeat hominibus, ne ijs solum quae uidentur, Dei prouidentiam circumscribāt,
sed sciant esse & alium statum in quo absq̄ dubio fruituri sint remunerationibus uirtu-
tis: quauis nunc non sit perspicua in hac uita retributio, & propterea non omitten-
dum uirtutis cursum.

*Duplex re-
surrectio.
ἐξανάστα-
σις iustorū
tantum est
Paulo, ἀνά-
στασις uerō
etiam pec-
catorum.
1. Thes. 4.*

*Resurrectio
nis cur Do-
minus sepe
meminit.*

Murmurabant ergo Iudaei de illo quod dixisset, Ego sum panis ille qui de cœlo de-
scendī, & dicebant, Nōne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & ma-
trem? quomodo ergo dicit hic, de cœlo descendī? Respondit ergo Iesus, & dixit eis,
Nolite murmurare inter uos: Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxe-
rit eum, & ego suscitabo eū in nouissimo die. **M**urmurabant igitur Iudaei dicente Do-
mino, ego sum panis, ueluti decepti. **N**am hucusq̄ quidē existimabāt de pane sensibili
eum loqui, & mansuetē ipsum ferebant, sperantes q̄ daturus esset panem hunc, uen-
tri ipsorum gratificaturus: nunc autem quia reuelauit eis q̄ nō de sensibili pane, sed spi-
rituali sermonem haberet, cōtempo illo murmurant. **V**bi enim illi intelligerent spiri-
tualem cibum, & uitam, & resurrectionem? **S**candalizabātur itaq̄ in eo, uidentes eius
matrem, audientes autem dicentem, de cœlo descendī. **I**gitur non intelligentes q̄ ipse
etiam esset Deus, sed in hoc respicientes quod apparebat, murmurabant t̄ ut contume-
liosi contra Dominum, & dicebant, Nōne hic est filius Ioseph? Ipse autem saluator
non respondit eis. **N**on sum filius Ioseph. **N**on enim poterant intelligere partū ineffabi-
lem qui erat ex uirgine. **E**t quia nō capax fuit mens illorū natiuitatis secundā carnē,
multo minus eius quae ante secula ex patre. **Q**uid autem responderet eis? **N**ullus potest
uenire ad me, nisi pater traxerit eum. **H**oc autem dicit non ut libertatem tollat arbitrij,
absit, sed ut ostendat quod multa habeat opus cooperatione a Deo is qui crediturus
est. **E**t aliter. **I**llos trahit pater, qui habent uoluntatis aptitudinē. **E**os autē qui seipso non
faciunt idoneos, nō trahit ad fidem. **N**ā sicut magnes nō omnia ad quae propius appli-
catur, sed solū ferrū attrahit: ita & Deus ad omnes quidē appropriat, eos autem qui ma-
gis idonei, & familiaritatem erga ipsum prā se ferunt, trahit. **I**gitur pater quidem trahit

*† tanquam
cōtumelio-
sus esset Do-
minus.*

*Cautē.
Libertatem ar-
bitrium.*

*Cōparatio
magnētis.*

& adducit ad filium, filius autem resuscitat & uiuificat, in bonis uitam & spirationem, hoc est, spiritum sanctum tribuens. Itaque sancta trinitas beneficit ihs qui ci edunt, & non pater solus, uel filius solus; sed sicut una natura, ita una operatio beneficentiae patris ad ducentis, filij uiuificantis, spiritus sancti qui fit ihs qui uiuificantur, pro spiratione. Omnis enim qui uiuit, etiam spirationem habet. Vide autem auctoritatem filij. Ego (inquit) suscitabo, Non dixit enim, pater meus suscitabit; sed, ego. Non enim per omnia humilia loquitur, sed nonnunquam sublimia suae deitatis detegit.

Hier. 31. Est scriptum in prophetis, Et erunt omnes docti a Deo. Omnis ergo qui audit a patre, & didicit, uenit ad me: non quod patrem uiderit quisquam, nisi qui est a Deo, hic uidit patrem. Amen amen dico uobis: qui confidit mihi, habet uitam aeternam. Dixit superius quod is quem pater traxerit, ad me ueniet. Volens autem hoc docere & confirmare, in prophetas refert sermonem. Est enim (inquit) scriptum in prophetis, Erunt omnes docti a Deo. Omnes autem, qui uoluerint uidelicet. Communis enim doctor pater per reuelationem notum facit dignis filium suum. Tangens enim corda simplicium, & docto carentium reuelat ipsis filium, sicut et Petro reuelauit ipsum. Igitur qui audit a patre, hoc est, qui patris reuelationem accipit, & discipulus illius uere efficitur, & reuelationem suscipit, hic uenit ad me. Vide autem quomodo cum diligentia loquitur omnia. Non enim dixit, qui audit a patre, ille uenit ad me; sed addit, & didicerit. Non enim sufficit audire, sed oportet audisse & discere. Quid igitur? nunc quid in ueteri non fuerunt docti a Deo? Fuerunt quidem, sed non sic. Hic enim excellentia est, in nouo dico testamento. Nam tunc quidem discabant per homines de Deo. Nunc autem unigenito incarnato, ab ipso patre in sancto spiritu scientia fit, ut ita impleatur propheticum dictum, In lumine tuo, patris scilicet, hoc est spiritus, uidebimus lumen, quod est filius. Merito nunc omnes docti sumus a Deo, qui fide in Christum suscepimus. Quia autem dixit, qui audit a patre, ille uenit ad me: ut ne quis suspicetur quod de carnali patre dicat, inquit, Non hoc dico, quod uideat quis patrem, nisi filius, qui uere ex illo est, & natus ex substantia illius. Nam omnes quidem ex Deo sumus, sed proprie filius unus est, qui & patrem nouit.

Ego sum panis ille uitae. Patres uestri comederunt manna in eremo, & mortui sunt. Hic est panis qui de caelo descendit, ut quis ex ipso edat, & non moriatur. Ego sum panis uiuus, qui de caelo descendit. si quis ederit ex hoc pane, uiuet in aeternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita. Comparat cum manna alimoniam quam ipse dat. Nam ego quidem, inquit, sum panis uitae. Verum qui comederunt manna, mortui sunt. Non absque causa autem addit, in solitudine, sed uolens monstrare quod non ualde diu datum fuit patribus manna, sed tantum in solitudine, & non contigerit eis in terra promissionis. Verum hic panis non est talis, sed perpetuo durans, & ita Iudaei multo plura bona accepturi erant, si quidem uoluissent, quam patres sui. Quomodo autem non maiora, quae dantur a Christo? Nam etsi quis gustauerit mortem, uiuit tamen propter spem resurrectionis. Manifeste autem nobis hoc loco de mystica communionem corporis sui dicit. Nam panis, inquit, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita. Porro potestatem suam indicans, quod non ut seruus & minor patre crucifigendus sit, sed uoluntarie, inquit, ego dabo carnem meam pro mundi uita. Nam quamuis & a patre dicatur esse traditus, attamen & seipsum tradidisse dicitur: & illud quidem est ut discamus eius cum patre concordiam: hoc autem, ut liberam uoluntatem filij non ignoremus. Attende autem quod panis qui a nobis in mysterijs manducatur, non est tantum figuratio quaedam carnis Domini, sed ipsa caro Domini. Non enim dixit, panis quem ego dabo, figura est carnis: sed, caro mea est. Transformatur enim arcanis uerbis panis ille per mysticam benedictionem, & accessionem sancti spiritus, in carnem Domini. Et ne quem conturbet quod credendus sit panis caro. Etenim & in carne ambulante Domino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & similis fiebat sanctae eius carni, & in augmentum & sustentationem conferebat iuxta humanum morem. Igitur & nunc panis in carnem Domini mutatur. Et quomodo (inquit) non apparet nobis caro, sed panis? Ut non abhorreamus ab eius esu. Nam si quidem caro apparuisset, in sua uita affecti essemus erga communionem. Nunc autem cõdescendente Domino nostrae infirmitati, talis apparet nobis mysticus cibus, qualibus alioquin assueti sumus. Pro mundi autem uita

carnem

Panis qui in sacris editur mysterijs, non tantum figura est, sed caro Domini.

A carnem suam & mortem dedit. moriens enim mortem soluit. Intellige autem per uitam mundi etiam resurrectionem. Mors enim Domini generalem resurrectionem toti hominum generi operata est. Fortassis autem & in sanctificatione & in beatitudine uitae, mundi uitam nominauit. Nam quamuis non omnes acceperint sanctificationem & uitam in spiritu, Dominus tamen seipsum pro mundo dedit, & quantum in ipso erat, mundus seruatus, naturaque uniuersa sanctificata est, eo quod accepit uirtutem uincendi peccatum per unum hominem Dominum nostrum Iesum Christum, sicut & per unum hominem Adam in peccatum ceciderat. Rom. 5.

Decertabant ergo Iudaei inter se, dicentes, Quomodo hic potest nobis dare carnem suam ad edendum? Dixit eis Iesus, Amen amen dico uobis, nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis uitam in uobis. Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam aeternam, & ego suscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Iudaei cum audissent de esu carnis illius, discredunt. Ideo & uerbum incredulitatis dicunt, quomodo? Nam quando cogitationes incredulitatis ingrediuntur in animam, ingreditur simul, quomodo? Propterea ipse uolens hoc ostendere quod non sit impossibile, sed etiam ualde necessarium, ait, Non potest aliter haberi uita, nisi mea carnem comedatis, &c. Ita & Nicodemus ex incredulitate dicebat, Quomodo potest homo intrare in uentrem matris? Oportet igitur nos cum audierimus, Nisi ederitis carnem filij, non habebitis uitam, in sumptionibus diuinorum mysteriorum indubitata retinere fidem, & non quarere quo pacto. Nam animalis homo, hoc est, qui sequitur cogitationes humanas & animales, siue naturales, non est capax eorum quae sunt super naturam, & spiritualium. Animalis homo. Atque ita & spirituales esum carnis dominicae non intelligit: cuius qui non sunt participes, non erunt participes aeternae uitae, eo quod non susceperunt Iesum, qui est uita aeterna. Non enim nudi hominis caro est quae manducatur, sed Dei, & quae deificare ualet, utpote temperata deitati. Ista etiam uere est cibus, eo quod non ad paruam tempus duret, neque corrumpatur sicut corruptibilis cibus, sed aeternae uitae sit subsidium. Similiter & potus sanguinis Domini uere est potus: quia non ad tempus sufficit sitis, sed semper absque sitis conseruat, nec indigere permittit bibentem: sicut & ad Samaritanam dicebat, Qui bibit ex aqua quam ego dabo, non sitiet. Nam quisquis gratiam sancti spiritus per sumptionem diuinorum mysteriorum susceperit, neque famem spirituales neque sitim patietur, qualem increduli.

Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut mihi sit me uiuens pater, ita & ego uiuo propter patrem. Et qui ederit me, & ipse uiuet propter me. Hic est panis qui de caelo descendit: non sicut comederunt patres uestri manna, & mortui sunt, qui edit hunc panem, uiuet in aeternum. Hoc loco discimus sacramentum communionis. Nam qui edit & bibit carnem & sanguinem Domini, in ipso manet Domino, & Dominus in ipso. Cõtemperatio enim sit noua, & super rationem, ita ut sit Deus in nobis, & nos in Deo. Non audis terribilem auditum, non Deum nudum manducamus, tangi enim nequit, & incorporeus est, & neque oculis neque manibus apprehendi potest. Iterum nudi hominis caro nihil prodesse potest: sed quia Deus uniuert sibi carnem secundum ineffabilem cõtemperationem, uiuifica est & caro, non quod in Dei naturam trãserit, absit, sed ad similitudinem candentis ferri, quod & ferrum manet, & ignis ostendit operationem. Sic igitur & Domini caro manens caro, uiuifica est, sicut Dei caro. Igitur quemadmodum ego, inquit, uiuo propter patrem, hoc est, sicut natus sum ex patre, qui est uita: ita & qui manducat me, uiuet propter me, dum quodammodo miscet mihi, & trãselementat in me, qui uiuificare possum. Quando autem audis, Ego uiuo, ne existimes eum iuxta participationem uitae uiuere, alioquin animal diceretur Deus: sed non est, neque enim Deus animal nominat, neque creatura quaedam uita uocabitur. Saepè autem & multum in ore uersat, patres uestri comederunt manna in solitudine, ut persuadeat hominibus. Nam si possibile quadraginta annis sine messe & semete pasci homines, & conseruari illorum uitae: multo magis nunc conseruabit nostram spirituales meliori pane Dominus carne sua, quae absque semine uiri ex uirgine est constituta. Vbi quae uitae meminit, & crebro hoc nomen addidit, quia nihil ita suaue hominibus, ut res illa. Igitur & turpotes non solum secundum mysticam communionem comedere & bibere carnem & sanguinem Domini, sed & alio quodam modo. Etenim & carnem quidem manducat aliquis quando per practicum incedit, Caro enim operatiua est, sicut & practice laboriosa, Sanguinem uero bibit

D 4 ut ui-

ut uinum, quo cor contemplatiui latificatur. Labore enim caret contemplatio, immo & laborum requies est, & potui similatur, quia & potus minori labore eget quam cibus.

Hæc dixit in synagoga docens in Capernaum. Multi ergo his auditis ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum quod murmurabant de hoc discipuli ipsius, dixit eis, Hoc uos offendit? Quid igitur si uideretis filium hominis ascendente eo ubi prius erat? Quare in synagoga docuit? Partim quod uolebat uenari multitudinem, partim quod ostendebat se non esse contrarium legi quæ legebatur in synagogis. Quare autem tales sermones in mediis proferebat, quamuis sciebat nullum inde utilitatem percepturum, sed multos etiam inde magis offendit? Nam & discipuli eius his auditis dixerunt, Durus est sermo hic, quis potest illum audire? igitur quod lucrum ex his uerbis? Immo plurimum & maximum. Nam quoniam memores erant subinde cibi corporalis, & manna in medium proferebant, ostendens eis quod omnia illa figura fuerint & umbra, quæ autem ab ipso nunc introducitur, ueritas sunt: eius gratia hæc dicit, & spiritualis cibi mentionem facit, ut faciat eos ad sensibilibus aliquantum emergere, contemnereque figuras & umbras, & accurrere ad ueritatem. Sed illi cum nihil possent intelligere quod supra sensum, meliores non fiunt, sed magis resiliunt, & dicunt, Durus est sermo hic, hoc est, asper, & qui suscipi nequeat. Quis enim cum carnalis sit, posset suscipere spiritualem cibum, & panem qui de celo descendit, & carnem quæ comeditur? Quando autem audis quod discipuli eius recedunt, ne intellexeris eos qui uere sunt discipuli, sed eos qui sequebantur in ordine discipulorum, & uidebantur figuram quidem gerere discipulorum, cum docerentur ab eo. Etenim & inter discipulos erant quidam, qui ad reliquam turbam collati dicebantur eius discipuli (manebant enim apud eum longiore tempore quam turbæ) ad alios autem ueros discipulos collati, nullius erant momenti, eo quod ad tempus credebant ei, & frigido quodam (ut sic dicam) calore. Vide autem insipientiam illorum. Nam debebant interrogare & discere ea quæ ignorabant: at illi resiliabant, & nihil spiritualiter exponebant, sed omnia ut uidebantur. Nam quia carnem audierant, putabant quod eos cogeret carnis & sanguinis fieri deuoratores. Quia autem nos spiritualiter intelligimus, neque carnium uoratores nos sumus, immo sanctificamur per talem cibum. Volens autem ostendere eis quod sicut Deus nihil ignoret quod sit in cordibus ipsorum, dicit, Hoc uos offendit? Quid igitur si uideritis ascendente in celum me, qui uobis filius hominis esse uideor, ubi eram prius sicut Deus? Nam ipse ascendit ut homo, ubi erat prius ut Deus. Hoc autem dixit ut abducat eos ab opinione qua putabant eum filium esse Ioseph. Nam qui credit quod in celo erat prius, omnino credit eum neque Ioseph esse filium, sed Dei, & fidem habebit ipsæ quæ ab eo dicuntur. Cum autem audieris quod filius hominis erat in celo prius, ne putes quod ex celo descenderit corpus, ut Marcellus & Apollinarius hæresiarum delirarunt: sed quia unus & idem erat filius hominis, & Deus uerbum: dicitur, sicut diximus, ascendere ut homo, ubi erat prius ut Deus.

Marcellus
& Apollinarius hæresiarum.

Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Verba quæ ego loquor uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Nouerat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, & quis proditorus esset ipsum. Quoniam (ut sæpe diximus) carnaliter exponentes ea quæ dicebantur à Christo offendebantur: dicit quod spiritualiter intelligenda sunt ea quæ dicuntur à me. hoc est prodesse. Caro autem, hoc est, carnaliter audiebant quæ à Christo dicebantur, offendebantur. Subdit igitur, Verba quæ ego loquor, spiritus sunt, hoc est, spiritualia sunt, & uita, nihil carnale habentia, & uitam afferentia æternam. Ostendens autem deitatis esse dignitatem, reuelare quæ occulta sunt, dicit ad eos, Sunt quidam ex uobis qui non credunt. Dicens autem, quidam, discipulos excepit. Et Euangelista uolens ostendere quod ab initio mundi omnia cognouerit, dicit, Ab initio nouerat Iesus qui essent non credentes. Insuper & proditoris malitiam indicat, quo certe monstrabatur deitas. Nam propheta inquit de Deo, Qui sciebat omnia priusquam ipsa fierent.

Dan. 13.

Et dicebat, Propter ea dixi uobis quod nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex eo tempore multi discipulorum eius abiuerunt retrorsum, nec amplius cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim, Num & uos uultis abire? Sæpe diximus

diximus, quando audieris quod pater dat fidem in filium, ne existimes quod alius benefaciat pater quos segreget, alius autem non: hoc enim iniuste agentis esset: sed illis benefacere puta patrem, & illis dare donum fidei, quibus cooperatur electio & uoluntas. Nam qui à uoluntate non adiuratur, etiam à Deo assumitur, non percipit utilitatem: ut exempli gratia quid dicam: Omnibus dat Deus, sed hoc quidam & sumunt bene, & utuntur eo quod datur, & custodientes illud, ostendunt Dei donum. Quidam autem recipiunt: sed ea quæ dantur, disperdunt, ita ut nihil accepisse uideantur. Quando igitur Euangelista dicit, nisi fuerit alicui datum à patre, non poterit uenire ad filium: hoc dicit, ille uenit ad filium, cui daturus est pater, hoc est, à quo custoditum fuerit donum à Deo quod illi datum est. Abierunt igitur multi discipuli retrorsum, hoc est, diuiserunt se à magistro, & progressi sunt non proficientes, sed retrorsum, hoc est, in incredulitatem. Nam reuera qui seipsum à Christo diuidit, retrorsum uadit: qui autem secundum Paulum adhæret Domino, semper se extendit ad anteriora. Ipse autem ostendens quod nullius uel ministerij uel curæ quod sibi impendebant, indigeat, dicit eis, Num etiam uos uultis abire? Quare autem non magis laudauit duodecim, quod non cum alijs amissis fuerunt? Partim quia seruabat dignitatem doctori conuenientem: partim quia hoc modo magis attrahi poterant. Nam si quidem laudasset, forte humanum quiddam passus fuisset, factique arrogantiores existimassent se illi gratificari propter comitacionem. Per hoc autem quod demonstrauit eis se nullius indigere comitatu, magis potuit eos continere, eo quod beneficium potius accipiant, quam præstent: & accipiant magis, quam dent. Et considera quam prudenter dixerit. Non enim dixit, abite, hoc enim repellentis fuisset: sed interrogauit, num uultis abire? quo uerbo eis liberrimum faciebat, sequerentur, nec ne: & demonstrabat quod nollet eos reuerentia erga se, comitari se: sed ut scirent beneficium esse quod se sequantur.

1. Cor. 8
Philip. 3.

Libertum at
bitrium.

Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus quod tu es Christus filius Dei uiui. Respondit eis Iesus, Nonne ego uos duodecim elegi? & ex uobis unus diabolus est. Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariota. Hic enim proditorus erat eum, cum esset unus ex duodecim. Petrus cum esset amator fratrum, pro toto choro responderet. Non enim dixit, Domine, ad quem ibo: & cognoui & credidi, sed ad quem ibimus? &c. Vitæ autem æternæ uerba Dominum habere dicit, quia audierat eum dicentem, Eum qui credit in me, resuscitabo, & habebit uitam æternam. Iam enim illi resurrectionem receperat, & omnem doctrinam: itaque uerba ipsa offendiculo non erant, sed attendendi negligentia & ignauia, imprudentiaque auditorum. Nam hi duodecim eadem audierunt, nec tamen sunt offensi, sed manserunt. Quid igitur Christus? Nunquid laudat Petrum, sicut alio loco facit: Mini me, ut ne uideretur blandiri illi quod apud se maneret. Sed quid dixit ad Petrum? Ego quidem uos elegi duodecim, ueruntamen neque uos omnes estis electione digni, sed unus ex uobis diabolus est. Hoc autem bifariam est intelligendum. uel enim, qui nunc mea omnia calumniatur, & nihil illorum recipit: uel, quia calumniaturus est me. Etenim re ipsa talis apparuit Iudas, calumnians apud Iudæos Dominum, & mysteria eius illis efferens, sicut & Dauid de ipso dicit, Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Dicit autem hæc ad Petrum Dominus, emendans eum, quia enim dixerat Petrus, & cognouimus & credidimus: ne hoc putes, inquit, non enim omnes estis fideles, neque omnes me cognouistis. Vide autem quomodo antea Dominus proditoris malitiam repellens & refrenans hæc dicit, sciens quidem quod nihil profuturus esset, nihilo minus tamen quod suum erat faciens, neque illum manifestauit, neque omnino occultum esse permisit. Illud quidem, ut ne impudenter & contentiosior fieret: hoc autem, ut ne licenter facinus pararet, occultum illud putans. Ex illo autem etiam hoc discimus, quod non coactione & uicquidam meliores facere consueuerit Deus, neque eius electio cogat uoluntatem nostram cum sit mala, ut fiat bona: sed electio quidem fit à Deo, qui adhortatur nos ad bonum, & firmiter nobis impertit bonitatem. In mente autem nostra & uoluntate firmiter est saluari & dignè ad electionem ambulare, uel è diuerso. Admirare autem quod diabolus in tantum infestus est, ut potuerit etiam unum ex duodecim abripere, qui suscitabant mortuos, & faciebant miracula, & fruebantur spirituali & uiuifica doctrina Domini. Et ubi posthac salutis spes nobis, qui spontè à iruenture nos ipsos malitiæ mancipamus? Ideo & Euangelista quasi admirans dixit, Cum esset unus ex duodecim, Quamuis enim,

Electio
Dei.
Libertum at
bitrium.

enim, inquit, esset è sancto illo choro, attamen mala sua uoluntate indignus inuentus **A**
Manichei. est. Ita homo animal est suapte natura uertibile. Valeant igitur posthac Manichæi, Nō
 enim à natura sumus mali, alioqui omnia operaretur in nobis malitia. Nunc autem
 non semper erat Iudas malus, sed fuit etiam aliquando sanctæ uoluntatis. Igitur à uo-
 luntate mala & nascuntur & crescunt.

CAPVT VII.

Versabatur Iesus post hæc in Galilæa. Non uolebat enim in Iudæa uersari, quia Iu-
 dæi quærebant eum interficere. Erat autem in propinquo dies festus Iudæorum
 Scenopegia. Dixerunt igitur ad eum fratres eius, Transi hinc, uade in Iudæam, ut &
 discipuli tui uideant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto facit aliquid, & quæ-
 rit ipse palam esse. Si hæc facis, declara te ipsum mundo. Nam ne fratres quidem eius
 credebant in eum. Noluist Iesus in Iudæa ambulare, propter homicidas Iudæos, nō ut
 timens mortem, poterat enim in medio illorum illæsus ambulare: sed si hoc semper fe-
 cisset, non creditus fuisset homo, sed habitus fuisset phantasma. Vnde nunc quidem se-
 cedit, cōfirmans q̄ uerè homo: & cōfutans omnes qui dicunt eum secundū apparentiā
 tantum incarnatum, sicut Manichæi, Marcion, & Basilides, & similes dicunt. Aliās e-
 tiam cum esset in medio ipsorum insanientium contra ipsum, manebat ille gus, & ostien-
 debat suam deitatem: confundens Paulum Samosatenum, & docens omnes q̄ non pu-
 rus homo, sed & Deus fuerit. Secedit in Galilæam nunc. Nam quia nondum aduene-
 rat tempus passionis, uanum & superuacuum erat in medio inimicorum suorum uer-
 sari, & maioris semper rabiei illis auctorem fieri. Erat autem, inquit, Scenopegia. O-
 peræ precium fuerit dicere de festis quæ faciunt Iudæi. Tria enim erant: unum pascha,
 quod fecerunt egressi ex Aegypto, quod & primum apud ipsos erat: secundum pente-
 coste, quod celebrabant quidem ut liberati à malis quibus in solitudine affligebantur:
 cum autem in terram promissionis ingressi essent, ac tunc primum frumenti fructū gu-
 stassent, manipulos in festo illo tanq̄ primitias offerebant: tertium Scenopegia, quod cele-
 brabant in gratiarū actionem propter cōuectas fruges mense Septembri. Tunc enim **B**
 gratias agebant Domino, cōuectis omnibus fructibus. Ideo & tabernacula fiebant, &
 quasi sub dō agentes lætabantur, unde psalmos quosdam Dauid qui inscripti sunt pro
 torcularibus, quidam cōpositos esse dicunt in hoc festum, Nam tunc torcularia sua im-
 plebant, & uvas premebant, propterea q̄ agebant gratias, & psalmis utebantur atq̄ a-
 lijs in gratiarū actionem. Talis est psalmus 8. ideo & propheta in ipso meminit bono-
 rum hominū à Deo datorū. Significant autē hæc, Pascha transitum nostrum ex infideli-
 tate ad fidem: Pentecoste, ingressum in ecclesiam, ut terram aliam promissionis, quan-
 do scilicet & panem manducamus sumentes diuina mysteria. Non enim simul atq̄
 crediderimus, transiuerimusq̄ ab incredulitate, mox & panem comedimus, sed oportet
 primum baptizari, ut digni fiamus qui stemus cum baptizatis in ecclesia, & tunc de
 pane participemus. Scenopegia autem resurrectionem, quando omnes quidem fru-
 ctus nostrorum operum consummantur, tabernaculaq̄ nostra per mortem destructa,
 iterum construuntur. Sunt & alij diuiniore sermones de his festis, at de his nunc non
 est dicendi tempus. Exponimus enim hoc quod multis utilius. Itaq̄ cum esset festum
 Iudæorum quod uocatur Scenopegia, quia uiderunt eum fratres eius non apparatus
 ad iter, inuidentes ei dicunt, Transi hinc, & uade illuc, ut & discipuli tui, hoc est turbæ
 quæ te sequuntur, uideant quæ facis. Non enim de duodecim dicit, sed de ijs qui illum
 aliās sequebantur. Arguebant autem eum fratres eius, filij scilicet Ioseph, propter duas
 affectiones, timorem & uanam gloriam, ideo & dicunt, Nullus enim in occulto fa-
 cit aliquid, id quod est formidinis: & quærit ipse palam esse, id quod uanæ gloriæ. Si hæc
 facis, manifesta te ipsum mundo. Hoc autem loco insinuât, Haud bonā opinionem ha-
 bemus de his quæ à te fiunt. Nam si hæc facis ut bona, manifesta te ipsum, si autem te
 occultaris, manifestū quod mala faciens occultaris. Cuius autem gratia in his quinque
 mensibus, cum nihil aliud narraffet Euangelista, quàm signum hoc de panibus & ser-
 monem Domini ad comedentes, quem postea ingrati irridebāt, alia transiit, dicens,
 Erat autem propè festum Iudæorum Scenopegia: Nam quod opera quinque mensium
 in intermedio siluerit, manifestum hinc. Cum enim miraculum panum faceret, pascha
 erat, quod habebatur apud illos primo mense, quem Romani Martium uocant: nunc
 autem

Manichei.
Marcion.
Basilides.
Paulus Sa-
mosatenu.
Exod. 23.
Deut. 18.
De tribus
Iudæorum
festis.

Psalmi Da-
uid pro tor-
cularibus
inscripti.
Psal. 80. 83.
Significatio
festorū Iu-
daicorum.

Christi fra-
tres, filij Ioseph.

Autem Scenopegia mense fuit Septembri. Quare igitur hoc fecit Euangelista? Eo quod
 non erat opus omnia enumerare. Et aliter, Euangelista illa studuerunt dicere, propter
 quæ reprehensio aliqua uel controuersia apud Iudæos subsequeretur. Dignū autem
 est ueritatem illorum admirari, quomodo non erubescant dicere illa quæ uidebantur
 afferre ignominiam quandam magistro. Vnde Euangelista multa miracula & uerba
 Domini transcurrens, infidelitatem fratrum & ea quæ illi opprobrant, narrat. Vnde au-
 tem illa incredulitas? Ex uoluntate & inuidia. Solent enim cognati semper inuidere.
 Veruntamen attende q̄ qui tanta infidelitate affecti erant in illū anteq̄ crucifigeretur,
 illi ipsi erant quæ ubi gloriosum eum uiderūt, & miracula facientē, post crucem & igno-
 bilitatem qui uidebatur, pro ipso testimonium tulerunt, apostoli & prædicatores & epi-
 scopi facti. Vnde sine contradictione illū resurrexisse uiderunt. Non enim exposu-
 sent se pro illo, nisi certa quædam & solida habuissent argumenta de eius resurrectione.

Dicit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum adest, tempus autem uestrum semper
 est paratum. Non potest mundus odisse uos: me autem odit, quia ego testimonium fe-
 ro de illo quod opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego nondum
 ascendo ad festum hoc, quia meum tempus nondum impletū est. Fratres quidem Do-
 mino inuidentes, arguunt eum metus & arrogantia. Ille autem quid dicit ad eos: num
 dare loquitur? minime, sed mansuetē. Non enim dixit, Vos qui estis qui talia mihi con-
 sulitis, & ita docetis: Sed quid inquit? Tempus meum nondum adest, hoc est crucis &
 mortis, Tempus autem uestrum semper est paratum. Vos, inquit, etiam si semper cum
 Iudæis conueneritis, non occidit illi uos, qui eadem sectamini quæ illi: me autem sta-
 tim occisuri sunt, si quidem uiderint ad festum uenientem. Vel & aliter hoc intelligen-
 dum. Nam qui beatos facit lugentes in hoc seculo, similia & nunc loquitur, & quæ ad
 omnes sanctos pertinere possunt. Non est enim, inquit, tempus festiuitatis, cum ui-
 deam in plenitudine Iudæorū omnem uigere malitiam. Luctus enim & lamenti tem-
 pus est, cum ueritati quidem obstititur, diuina autem uoluntas nō seruatur. Igitur pro-
 pter hæc mihi non est tempus festiuitatis: At uos quidem utpote qui cum Iudæis con-
 spiratis, & mundo addicti estis, non mirum si festum agatis cum his qui uobis similes
 sunt, & uos quidem mundus non potest odio habere, hoc est, hi qui mundana sapiunt,
 ueluti (sicut dictum est) sui similes: me autem odio habet, quia redarguo opera eius.
 Liberior enim reprehensio odium parit. Mittit igitur fratres ad festiuitatē, ostendens
 quod non cogat cum eo manere, si quidem nolint. Attende autem quomodo ad duo
 crimina quæ intendebant illi, metū dico, & uanam gloriam, duo etiā responsa dat. Ad
 metū quidem dicendo, arguo opera mundi, hoc est eorum qui mundū sapiunt. Non
 autem arguissim, si quidem meticulosus essem, ut putatis. Ad uanam autem gloriam,
 non compellendo eos ut secum maneat. Nam si inanis gloriæ crimini fuisset obno-
 xius, nequiquam illos à se dimississet: quia arrogantibus magne pompæ cordi sunt. Itaq̄
 quia duo hæc opprobrauerant, merito contra duo illa restitit, ostendens uitiosam illo-
 rum suspicionem. Tempus enim meum nondum impletum est, significat quod non-
 dum est tempus mortis & crucis, oportet enim me adhuc in carne uiuere, ut plura si-
 gna faciam, & plures doctrinas exponam, atq̄ ita ut plures turbas in fide instruam, &
 discipulos meos confortem tam per plura signa, quàm per doctrinas. Nondum igitur,
 inquit, urget tempus mortis, ut obijciam me his qui contra me insaniunt: propte-
 rea neq̄ ad festum ascendo.

Hæc autem cum dixisset illis, mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius,
 tunc & ipse ascendit ad festum, non manifestē, sed uelut in occulto. Quare dicens fra-
 tribus, Non ascendo ad diem festum, ascendit? Non dixit simpliciter, nō ascendo: sed,
 nunc, hoc est uobiscum. Nam principio quidem ascendere detrectabat, utpote feruen-
 tibus furore Iudæis. Post hæc autem cum festum soluendum esset, ascendit, quando &
 insaniam illorum uerisimile erat mitigatam esse. Et aliter quoq̄, Non fecit contraria his
 quæ dixit. Non enim ascendit diem festum acturus, sed docturus: & non cum hilarita-
 te qua solent celebrari ferias, sed clam. Delitescit autem, ut confirmet se hominem.
 Nam si comparuisset, insaniuissent utiq̄ cōtra eum, occidere illum cupientes: & si non
 permisisset eis hoc facere, eo q̄ nondum instaret tempus passionis, sed è medio eorum
 effugisset passionem, haberi potuisset quod non uerè, sed apparenter tantum fuisset
 incarnat.

Non omnia
scripserunt
Euangeli-
stæ.

Nota.

Quibus
pompæ
cordi
sunt.

incarnatus: & propterea fugit & secedit ut homo, quod hominis erat faciens.

Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, Vbi est ille? Et murmur multum erat in turbis de eo. Quidam enim dicebant, Bonus est, Alij autem dicebant, Non, sed seducit turbam. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum. Præ multo odio Iudæi etiã nomen eius non proferunt. Non enim dicunt, Vbi est Iesus? sed, ubi est ille? Ita & paruo eius nomini aduersabantur. Considera autem quã auidi fuerint cædis, cum neq; per tempus festiuitatis illi parcerent, sed uenari illum per illud uolebant: deo & quærebant. Tam paruam reuerentiam diei festo exhibebant, taliaq; illorum erant opera. Murmur autem multum de eo erat in turbis, quoniam uariã de illo erant sententiæ: dicentibus quidem principibus, Seducit turbas: multis autem dicentibus, bonus est. Qui autem eum bonum dicebant, de turba erant. Et quod hoc sit uerum, manifestum est ex eo quod Euangelista dicit nullum fuisse ausum libere loqui propter metum Iudæorum. Manifestum enim quod de turba erant qui de illo palam loqui ausi non fuerint, & timentes principes Iudæorum siluerint. Sed & eos qui dicebant, Seducit turbam, coniectura est ex principibus fuisse, qui illum calumniabantur. Nam si fuissent ex turba, dixissent, Seducit nos, nunc autem cã dicunt, seducit turbam, ostenditur qd non fuerint de turba, sed ex principibus, qui talia dicebant. Vide autem ubiq; principes corruptos, subditos uerò incorruptos. Veruntamen quia uiriliori animo carebant, adhuc imperfecti manebant, & liberè nihil audebant.

Cum autem iam dimidium festi peractum esset, ascendit Iesus in templum, ac docebat. Et mirabantur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Quare ascendit cum esset dimidium festi? Ut leniret illorum animum, & insuper ut maiori attentione audirent ea quæ ab ipso dicebantur, ne festi strepitus illorum aures occluderet, nam in principio festi uerisimile est eos in his quæ festi erant, occupatos fuisse. Cum igitur repente apparuisset eis, simpliciter audierunt omnes: partim illum bonum, partim impostorẽ dicentes: & alij quidem ut lucri quiddam inde perciperent, & admirarentur: alij autem ut illum inuaderent & cõprehenderent ueluti seductorem. Porro quid docuerit, non dixit Euangelista, qd autem mirabilia quædam dixerit, per quæ illos cohibuerit, & mentem illorum in miraculum mutauerit, manifestauit per hoc quod dicit, Admirabantur quomodo literas sciret, qui nunquã didicisset. Veruntamen quamuis admirarentur, attamen neq; sic liberata est mens illorum à malitia. Nõ enim doctrinã admirabant, neq; quæ dicebantur suscipiebant, sed admirabant quod sciret literas, hoc est obstupefcebant: id quod solet inuidis accidere: ueluti si pauper quispiam uicinus repente in splendidiore uestitu prodeat, & uideat eum uicinus inuidus, dicit, Quo hic tam sumptuosis uestibus indutus est, qd dudum pauperrimus erat: Vnde huic uestis illa? Hæc autem dicit nõ qd re ipsa admiretur, sed qd aduratur inuidiã, ad uicini calumniã usq; talibus sermonibus. Omnino enim dicit, furatus est uestem. Sic igitur & Iudæi: Quomodo hic scit literas? profecto ex Beelzebul habet. Tamen si inde illos coniectare potius oportebat non esse hoc humanum: sed quia hoc ipsi fateri noluerunt, ipse respondet eis, docens qd à Deo & patre sit doctrina illa. Nihil meum est, inquit, neq; à me ipso tanquam aduersarius Deo loquor: sed quæcunq; illa fuerint, patris hæc & mea uerba sunt.

Si quis uoluerit uoluntatem ipsius facere, sciet de doctrina utrũ ex Deo sit, an ego à me ipso loquor. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit ipsum, hic uerax est, & iniustitia in eo non est. Dixerat, Mea doctrina non est mea, hoc est aduersaria Deo: sed patris mei est, inquit. Si quis uoluntatẽ Dei fecerit, hoc est, si uirtutẽ amplexatus fuerit, & inuidiã non seruierit, neq; uano contra me odio obtenebratus fuerit, sciet meorũ sermonũ uirtutem, num ea quæ patris sunt loquar, uel aliena & indigna quædã. Voluntatẽ autem Dei facit & qui scripturas & prophetas scrutatur. Igitur qui talis est, poterit scire de doctrina Domini qd ex Deo sit. Nam propheta non inducunt Dominũ Deo aduersarium, & à se ipso loquentem, sed omnia quæ Deo congruunt, dicentẽ & facientem. Insuper & aliã rationem subdit, dicens, Qui à se ipso loquitur, hoc est, qui uult propriam statuerere doctrinam, propter nihil aliud hoc facit, qd ut gloriam quandam inanem inde percipiat. Si autem ego, inquit, gloriã propriã fructum nolo, sed gloriã eius qui me misit quæro, cuius gratia uelim alia do-

Comparatio inuidie Iudæorum.

Quis uoluntatem Dei faciat.

Alia docere: uerax igitur sum, & non est iniustitia in me: hoc est, non rapio gloriam alteri debitã, hoc enim iniustitiã foret, atq; ita doctrina mea & ueritatem complectitur, & iustitiam in se. Non enim ex arrogantia sit, ut mendaciũ habeat ac iniustitiam. Arrogans uerò & mentitur, eo quod de se plus qd meretur dicit: & iniuste agit, quia alienam & sibi non conuenientem gloriam rapit. At Dominus quia quæ patris sunt quærebant, & nihil de se arroganter dicebat, omnino & uerax est & iustus. Sæpe autem diximus, & nunc quoq; dicimus, qd quando Dominus humilia quædam dicere uidetur, non existimandũ hæc illum dicere quod natura minor sit patre, sed ne habeatur aduersarius Deo, & propter auditorum imbecillitatem, & propterea qd carne amictus sit, utq; nos doceat modestos esse, & nihil magnum de nobis ipsis dicere. Quando autem sublimia & de sua diuina gloria loquitur, oportet credere nos quod grandia hæc ut æqualis patri loquatur, propter magnitudinem suæ naturæ.

Nõne Moses dedit uobis legem? & tamen nemo ex uobis factis præstat legem. Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit, Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Videntur quidem hæc cum superioribus non coherere, bene autem consideranti & ualde consequentia apparent. Nam cum criminarentur eum qd sabbatum solueret, & legem præuicarietur, ad hoc urget, ostendens eis quod ipsi magis præuicatores sint legis. Nam lex quidem inquit, Non occidas: uos autem quæritis me occidere: & ita uos soluitis legem, non ego. Igitur quum à uestra condẽnatione desistitis, me calumniãmini quasi præuicantem legẽ, eo quod hominẽ in sabbato curauerim. Nullus autẽ ex uobis facit legem, dixit, eo qd omnes cum quibus loquebatur, quærebant eum occidere. Vide autem quomodo ipse quidem mansueta uoce eis loquatur, illi autem contumeliose & audacter dicunt, Dæmonium habes: eo quod putabant se terrere illum, & animam eius contumelijs cruciari. Cæterum Mosen dicit dedisse legem, (quanuis ipse erat Dominus Mosi, & legis dator) propter infirmitatem Iudæorum, & quod insensati erant. Nam quomodo sustinissent dicentẽ, Non Moses dedit uobis legem, sed ego, qui Dominus Mosi & legis?

Respondit Iesus, & dixit eis: Vnũ opus feci, & omnes miramini propter hoc. Moses dedit uobis circumcisionẽ, non qd ex Mose sit, sed ex patribus: & tamen in sabbato circumciditis hominẽ. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut nõ soluatur lex Mosi: mihi indignamini qd totum hominẽ sanũ fecerim in sabbato? Nolite iudicare secundum aspectũ, sed iusto iudicio iudicate. Syllogismo quodã ostendit eos sine causa odio suilaborare, & dicit, Vnum opus feci in sabbato, paralytici uidelicet sanationem, & omnes admiramini propterea, hoc est turbamini & tumultuamini: quanuis Moses ille legislator sabbatum soluerit, eo qd iusserit omnem animam die octauo circumcidi. Sæpe enim accidit, octauũ diem, in quo necesse circumciditur puer, diem sabbati esse: atq; ita sabbatum solutũ est ab ipso Mose propter circumcisiõẽ, & nihil prohibebat sabbati die circumcidi hominẽ: sed & si sabbatũ fuerit, uel octauus dies, soluitur lex de ocio sabbati, ut ne soluatur lex circumcisiõis. Si hæc igitur ita se habent, quid mihi succensetis & irascimini qd in sabbato hominẽ integrũ sanum feci? Quis circumcisiõ non Mosi fuerit, sed patrum: attamen illa etiam quæ nõ est Mosi, legem de sabbato à Mose datam soluit. Et circumcisiõ quidem quæ dolorem affert, non prohibetur in sabbato: ego autem qui liberum feci hominẽ à dolore, & sanum feci, arguor. Ne iudicate secundum faciem, sed iuste & absq; personarum acceptione iudicate. Neq; Mosen qui soluit sabbatum propter circumcisiõem, extra reprehensionem ponitis, si me iudicaueritis maxime benefaciendo homini, sabbatũ non obseruantem. Manifestum enim est qd personã recipiatis, si me propter humilitatem condẽmnatis, & Mosen propter eius dignitatem non condẽmnatis.

Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis, Nõne hic est quẽ quærit interficere? At qui ecce palam loquitur, & nihil ei dicit. Num uerè cognouerunt principes hunc esse uerè Christũ? Sed huc nouimus unde sit: Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit. Nõ simpliciter & absq; causa adiecit, Quidã Hierosolymitanorũ, sed ut ostendat quod cum maxima illis miracula euenissent, omnium fuerint miserimi. Quomodo enim non miseri, qui uiso magno deitatis illius signo, adhuc corruptũ habent iudiciũ? Etenim magnũ quidẽ habuissent signũ, si uoluissent, qd inuitis & infantibus

Arrogans quis.

Exod. 20. Deut. 5.

Supra 5. Leuit. 12.

E ipsi

ipſis cōtra eum, liberè in medio ipſorū ambularet, neq; pateretur ab eis. Sed nolebāt hoc ſigno uirtutem eius cognoscere. Dubitant autem dicentes, Num fortè & principes cognouerunt q̄ hic eſt uerè Chriſtus? & neq; in hac ſententia permanent, ſed colligunt quod nullus quidem ſciat unde uenturus ſit Chriſtus, illum autem ſcimus unde ſit, non igitur hic eſt Chriſtus. Cæterum uide malitiam, quomodo & illi ſibi aduerſarij ſint. Principes enim ipſorū cum interrogarentur ab Herode, dicunt in Bethlehē Iuda naſci Chriſtum. Illi autem dicunt quòd nullus ſciat unde ſit Chriſtus, Vides dicentium cōtrarietatem? Et iterum alibi quidē dicunt, Nos ſcimus quòd Moſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus unde ſit. Porro hoc loco dicūt, hunc ſcimus unde ſit, Vidisti inſanientium ſermones, ſcimus & neſcimus? Quid huic pugnantia uerborū par? Ad unum enim ſpectabant, ne credant. Itaque quando in illorum rem erat, dicebant, Scimus: quando uerò minus, negabant. Vnde malitia fuerit hæc ſententiarum uarietas. At ſi quis quaſi uerit, unde mori iſti dicūt q̄ Chriſtus quando uenerit nemo nouit unde ſit: Nequaquā em̄ niſi teſtimoniū aliquod habuiſſent à ſcripturis, aut ſolidas traditiones adeò aperte cōtraria ſcribis illis dixiſſent qui Herodis erant tēpore, q̄ clarè dixerant, q̄ in Bethleem Iuda naſcatur. Atq; rurfum iſs qui dicūt q̄ ex Bethleē caſtello Chriſtus ueniet. Quid igit̄ dicendū: q̄ ex prophetis utriq; iſta dicebant. Nam qui in Bethleem ipſum naſci, & ex ciuitate Dauid eſſe dicebant, manifeſtè prophetā habebant teſtem Micheā dicentē, quemadmodū & Matthæus ait, Et tu Bethleē terra Iuda nequaquā minima es in principib; Iuda: ex te em̄ egrediet̄ dux qui regat populū meū Iſrael. Et cōtrā hi qui dicebāt q̄ Chriſtū nō nouit̄ q̄s unde ueniat, pphetas habebant teſtes huiusmodi ſentētia: quin & ipſum Micheā dicentē, Egreſſus ipſius ab initio, à diebus ſeculi, id q̄d ignotū eius egreſſum, hoc eſt natiuitatē declarat. Nullus em̄ hominū ſcit quomodo ab initio & à diebus ſeculi exitum, hoc eſt natiuitatē habeat. Homines enim in tempore, ille autem à diebus ſeculi, & ab initio. Quod autem eternum, quomodo hi qui ſub tempore, cognoscent? Sed & Eſaiās dicit, Generationem eius quis enarrabit: Ex his igitur perſuaſi dicebāt, Nemo ſcit unde ſit Chriſtus. Non enim intelligebāt quod duplex eſſet Dominus Ieſus: & ſecundū natiuitatē carnalem quæ erat è uirgine, ſciebatur unde erat, nempe quod in Bethleem natus: ſecundū incorpoream uerò eius natiuitatem, qua ineffabiliter à patre ante ſecula natus eſt, ſupra omnem ſermonem natiuitas eius eſt. Hieroſolymitanū igitur illi natiuitatem in carnē fatentur ſe ſcīre unde ſit: illam autem quæ ante ſecula eſt, ſecundum quam nemo ſcit Chriſtum unde ſit, non fatent̄. Idcirco cum non intelligerent eſſe eum duplicis naturæ, & una quidem ſciebatur, altera uerò non: dicunt q̄ non ſit Chriſtus.

Clamauit igitur in templo docens Ieſus, & dicēs, Et me ſcitis, & ſcitis unde ſim: & à me ipſo non ueni, ſed eſt uerax qui miſit me, quem uos non nouiſtis. Ego uerò noui eum, quia ab ipſo ſum, & ille me miſit. Quoniam non alia de cauſa dicebant, Hic unde ſit ſcimus, q̄ ut oſtendere uellent q̄ de terra ſit, & q̄ fabri filius, propterea reducit eos ad cœlū, dicens, Et me ſcitis, & ſcitis unde ſim, nempe quòd ex cœlo. hoc eſt, quāuis propter malitiam reticeatis, ſcitis tamen unde ſim. Quoniā enim pater meus illinc eſt, manifeſtū q̄ & ego illinc ſum, & q̄ ab illo miſſus ſim, qui eſt uerus. Quia autem ille uerus, ideo & ego utiq; uerax, & non mendax. Non enim uerax impoſtorē & mendacem mittere uellet. Hunc aut̄ qui miſit me, uos quidem neſcitis, & ignoratis, quandoquidem id operibus non declaratis. Nam (ſicut Paulus inquit) in ſcientia ignorantia eſt. Deum, inquit, fatentur ſcīre, opere autem inſcīas eunt. Et uos quidem Iudæi neſcitis patrem meum, propter opera ueſtra mala, & peſſimum animum. Ego autem illum ſcio. neq; enim obſtant mihi uel mens mala, uel opera quæ illi diſplicēt, quo minus illum cognoscā, ab ipſo enim ſum, hoc eſt, ex ipſo, non ab alia ſubſtantia, uel alienus ab eo: & ille me miſit. Vide autem & hoc loco duas naturas in Chriſto manifeſtari: per hoc enim quod ait, ab ipſo ſum, ſubſtantia diuina declaratur, quā uerò ait, & ille miſit me, humana: ſecundum enim humanam naturam miſſus dicitur atq; etiam ſeruus, qui filius eſt Dei.

Quærebant igitur illum apprehendere, & nemo miſit manus in illum, quia nondum uenerat hora eius. Multi autem ex turba crediderunt in eum, & dicebāt q̄ Chriſtus cum uenerit, num ſigna plura edet iſs quæ hic edidit: Oſtendens Euangelista q̄ inuifi-

A inuifiſiliter cohiberentur, & q̄ ſpontè pateretur, & non ex imbecillitate, dicit, Quærebant illum apprehendere, nullus autem miſit in illum manus. Quod autem nondum uenerit hora eius, dixit non q̄ temporibus eſſet obnoxius, ſed q̄ omnia tempore opportuno & hora conuenienti fecerit. Quando enim tempeſtuum exiſtimaui q̄ pateretur, tunc & crucifixoribus ſe permittit. Omnia enim tēporibus opportunis & accommodis facit ac moderatur: & ſicut & legem dari conueniebat tempore congruo, ita ſimiliter & prophetas, & euangelium. Vnde nomen horæ oſtendit euidentē prudentiam & ſapientiam ſaluatoris. Multi autē crediderunt ei, dicentes, Nunquid Chriſtus plura ſigna faciet, q̄ hic fecit? Dicunt autē de uino in Cana Galilææ, de filio regij, de paralytico, de panibus, & in ſumma de alijs omnibus de quibus neq; Euangelista propter multitudinem ipſorum nominatim mentionem fecerunt. Veruntamen cum audieris q̄ multi crediderint, ſcias illorum fidem exactam non fuiſſe, ſed qualem uerſimile eſt eſſe in uulgari multitudine ſubinde mutante ſententiam.

Audierunt phariſæi turbā murmurantē de illo hæc, & miſerunt phariſæi ac principes ſacerdotū miniſtros ut apprehenderent eum. Dixit ergo eis Ieſus, Adhuc puſillū temporis uobiscū ſum, & abeo ad eum qui me miſit. Quæretis me, nec inuenietis. Et ubi ego ſum, eò uos nō potestis uenire. Dixerūt ergo Iudæi inter ſeſe: Quòd hic iturus eſt, quia nō inueniemus eū: Num in diſperſionē gentiū iturus eſt, & docturus gētes? Quis eſt hic ſermo quē dixit, Quæretis me, & nō inuenietis? & ubi ego ſum, eò uos nō potestis uenire? Quia murmurabat turba, manifeſtum q̄ affectionē habuerit blaſphemiæ, & fidem quandā erga Dominū diminutā, nam à principibus ſeparari uolebat: id quod illi ſentientes miſerunt ad cōprehendendū Ieſum, ob eam dūtaxat cauſam, q̄ Chriſtus eſſe credebāt. Miſerūt autē, ſed nō ipſi uenerunt, metuentes turbā, ne tumultuaretur: & propterea miniſtros mittunt, ſeipſos ſubducentes, ne quid periculi ſubori retur, illos autē furori populi exponentes. Ita undequaq; quod ſuū erat, ſectabant. At Dominus uerba humilitate plena loquit̄. Adhuc paruo tēpore uobiscū ſum, quid an-

B helatis ꝑ ad occidendū me: quid persequimini? ad paruum expectate tempus, & neq; impediat̄ uos ſi me tenere uolueritis. Cæterū cum dicit, Vobiscū ſum, ſenſum habet hunc: Etiā ſi persequuti fueritis, etiā ſi abegeritis, ego adhuc uobiscū ſum: hoc eſt, pro uobis curā gero, & loquor ea quæ ad ſalutem ueſtrā ſpectant, & uado ad eum qui me miſit. Hic etiā illis metū incutit, tanq̄ futurū ut in eum impingant qui miſerat ipſum. Nam qui eum qui miſſus eſt, ignominia afficiunt, manifeſtū q̄ impingunt in eum q̄ miſit. Dicendo autē, Uado, ſignificauit mortē ſuā uoluntariā. Porro moſtrans q̄ mors ſua non ſit talis qualis cōmunis, dicit, Quòd ego uado, uos non potestis uenire. Nam ſi cōmunis & ſimilis omnibus fuiſſet mors eius, & manſurus fuiſſet in morte: non dixiſſet, uos nō potestis uenire. Omnes enim ad cōmunem mortē abimus. Igitur monſtrare uolens, id quod dicebā, q̄ mors ſua nō ſit talis qualis eſt mors cōmunis, dicit, Quòd ego uado, uos non potestis uenire. Et dicendo, Quæretis me, & non inuenietis: indicat ſe eis fore deſiderabilem. Quando autē queſiuerunt eum: Lucas dixit q̄ multæ mulieres lugebant ſuper eo. Verſimile autem & alijs multis hoc eueniſſe: & dum capere tur ciuitas, eius atq; miraculorū fuere memores, quaſi ueruntq; præſentiā eius. Porro hæc omnia dicebat, uolens illos ſibi conciliare, & demulcere. Nam ubi miniſtri eorū uenerunt uolentes cōprehendere eum, oſtendit q̄ ſciat cauſam profectionis illorū, & quòd uellent ipſum occidere. Ideo prædicat eis mortem ſuam, quòd paruum tempus ſit, & uadat ad patrem. Prædicare autem mortem, magnum eſt, & nō humanū. Idcirco & Dauid dicit, Notū fac mihi Domine finem meū. Dicebant autem Iudæi, Num in diſperſionem gentiū abiturus eſt: Vide quomodo euenit eis, & conſtracti ſunt ad ea quæ ab illo dicebantur: id quod manifeſtū ex eo quod interrogabant, Nunquid in diſperſionem gentium abiturus eſt: Nam niſi hoc erat, dixiſſent utiq; Vult abire, nos hoc precabamur, hoc nobis gratū erit. Nunc autē nihil tale dicūt, ſed quali dolentes ne illo priuarentur, quaerunt, quò ſit abiturus. Manifeſtū etiā hoc quia dicunt, abiturus eſt ad gentes, & docturus eas, non enim dixerunt, ſeducturus illas, ſed docturus. Diſperſionem uerò uocabant Gentiles, utpote in omnem locū diſperſos. Iudæi enim oſtim nullis commiſcebantur, ſed uno loco Paſtine coacti opprobrabant gentilibus ut quocūq; diſperſis, id q̄d poſtea in illos uerſum eſt. Ipſi em̄ Hebræi facti ſunt diſperſi.

Qualis fuerit fides illorum qui uisus signis subito crediderunt.

† ut ego dicebam? † admittā, etiam si

Quid per uado significetur.

Luc. 25.

Psal. 37.

In nouissimo autem die magno festi stabat Iesus, & clamabat dicens, Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluunt aquae uiuae. Primum diem festi, & nouissimum hunc septimum, magnum dicebant: quia & lex septimum diem festi uocatum, sanctum nominauit. Illam igitur sequens Euangelista, nouissimum diem magnum nominat. Merito autem in nouissimo die loquitur cum turbis, quasi uaticina illis dans domum redituris. Cum his enim qui in diebus intermedijs delicijs erant intenti, intempetuum erat colloqui, neque enim attendissent. Clamauit autem Iesus partim ut magis audiret, partim ut libertatem suam in dicendo manifestaret, & quod nullum metueret. Quid autem dicit? Qui credit in me sicut dicit scriptura. Hoc enim loco punctum oportet facere: deinde aliud faciendum est principium: flumina fluent ex uentre eius. Quia enim multi propter signa credebant, ostendit non tam propter signa credendum esse, quam propter scripturam. Fides enim recta ex scripturis est. Eius gratia, inquit, qui credit in me sicut scriptura dicit, hoc est quem admodum testatur de me scriptura, quod filius sum Dei, & creator, quod Dominus uniuersi. Multi enim putant se credere, sed non ut dicit scriptura, atque ita suas sequuti sunt sectas, quales sunt omnes haeretici. At flumina dixit ex uentre eius qui uere fidelis est, fluere. Ventrem quidem cor nominans tropo Hebraico, sicut & Dauid inquit, Et legem tuam in medio uentris mei, hoc est cordis mei. Flumina autem fluere dicebat, & non flumen aquae uiuae, spiritus liberalem gratiam & largitatem insinuans. Talis enim est spiritus, ut in quancunque animam introierit, & in qua resederit, faciat illam scaturire quouis fonte uberius. Et discet quis quomodo fluant flumina ex uentre credentis secundum scripturam, si quidem Petri linguam, & Pauli impetum, & Stephani sapientiam considerauerit, quos dicentes nihil effugit, sed omnes sequuntur tanquam a fluminibus quibusdam impetu ruentibus rapti.

Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in ipsum. Nondum enim datus erat spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Interpretans Euangelista quae sint flumina aquae uiuae, dicit, Hoc autem dixit de spiritu. Nondum enim erat, inquit, spiritus sanctus. Sed hoc loco quaesierit quispiam, Quomodo, inquit, Euangelista quod spiritus sanctus nondum erat, datus, uidelicet? An non & propheta spiritu loquuti sunt? Et apostoli quoque quomodo sanitates perfecerunt? Dicimus igitur quod propheta absque controuersia spiritu loquuti sunt, sed donum hoc contractum erat, & a terra secesserat: atque ideo quauis in temporibus prophetarum operabatur, tunc tamen propter populi indignitatem, quando inquam Christus in carne ambulabat, non familiaris erat prophetia, neque illorum sancta & templum respiciebat gratia. Quia igitur tunc quidem non erat operatio spiritus, sed erat danda: propter hoc, inquit, quia nondum datus erat spiritus sanctus, hoc est, non uersabatur in Iudaeis, nec apparebat per operationes. apostoli autem non in spiritu, sed in potestate Domini miracula faciebant. Audi enim euangelium quid dicat, Quia missurus illos dedit eis potestatem, sed non spiritum sanctum: atque ita quaecunque faciebant miracula non spiritu, sed potestate & nomine Domini faciebant. Nam cum surrexisset e sepulchro, tunc dixit eis, Accipite spiritum sanctum. Et in pentecoste uenit super eos spiritus sanctus. Et aliter, Erat & in prophetis spiritus uirtus, & in apostolis ante crucem: sed non sicut post assumptionem, largus scilicet ac copiosus, ita ut fluminibus comparari debuerit. Atque ita merito Euangelista dixit quod nondum fuerit datus spiritus sanctus, hoc est, nondum ita largiter effusus sicut postea: quia & ante crucem erat datus quidem, sed non tam largus. nondum enim Iesus glorificatus erat, gloriam hoc loco crucem nominante Euangelista. Per crucem enim deiecit tyrannum, & regnauit. Nondum igitur cruce firmata, neque peccato abolito, neque natura nostra in Christo uictrix mundi, & conciliata Deo, merito non datum fuisse largum spiritus donum dicitur. Oportebat enim nos prius fieri amicos Dei, id quod per crucem consummatum est. Insuper sic accipiendum donum Dei sicut & mundanum. Primum aliquis sit amicus regis, deinde accipit dona. Gratia Deo, qui tantum nobis largitus est beneficium, quantum neque prophetis. Nam prophetae gratiam quidem habebant spiritus, sed alijs non exhibebant. Apostoli uero innumeros impleuerunt.

Multi ergo de turba cum audissent hunc sermonem, dicebant, hic est uere propheta.

ta. Alij dicebant, Hic est Christus. Quidam autem dicebant, Num a Galilaea ueniet Christus? Nonne scriptura dicit quod ex semine Dauid, & de Bethleem castello, ubi erat Dauid, ueniet Christus? Dissensio itaque orta est in turba propter eum. Verborum libertate placati quidam de turba, non ex principibus (nam principes semper propter inuidiam reluctabantur) consentunt quod hic sit propheta ille qui expectabatur. Alij autem qui erant ex imperita & incircumspecta turba, dicebant, Christus est, non intelligentes quod idem esset & non alius & alius Christus & propheta ille. Ingratioribus autem, Num, inquit, ex Galilaea Christus ueniet? sed ex Bethleem, & ex semine Dauid. Hoc autem dicebant maligna mente, & non sicut Nathanael, qui ut legisperitus & studiosus dicebat, Ex Nazareth potest quid boni esse? Ideo & Dominus laudat eum sicut non dolosum, sed magis ob legis studium hoc dicentem. Hi autem dolose hoc dicunt, quia non ex Galilaea Christus uenit. Videntur enim scire quidem quod ex Bethleem sit Iesus. Nam licet in Galilea duntaxat enutritus fuerit, praeter inuidiam tamen nolent fateri natiuitatem ex Bethleem, sed Galilaeum nominabant. Esto autem quod ignorarint eum ex Bethleem esse, at ex semine Dauid esse quomodo dubitarunt? An non manifeste ex Dauid Maria traxit genus? Ex hoc igitur manifestum quod dolose haec dicebant. Dissensio autem facta est in turba, non in principibus. Nam principes unius sententiae fuerunt, ne susciperetur ipse ut Christus.

Quidam autem ex ipsis uolebant apprehendere eum, sed nemo coniecit in eum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices & phariseos: & dixerunt eis illi, Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri, Nunquam sic loquutus est homo, sicut hic homo. Qui non tantae malitiae erant, solis sermonibus gloriae Christi erant aduersarij: at qui impudentiores, etiam manus in eum iniicere uolebant: ligabantur tamen inuisibiliter, cohibente illos diuina uirtute: & neque hoc miraculo cohibebantur. Profectio Dauid de his dixit, Discissi sunt, & non sunt copuncti. Ministri autem missi ut ipsum adducerent, uideamus quid responderint phariseis: quoniam ualde sapienter. Nam pharisei qui & sapientiores uidebantur esse, & scripturas legentes, & miracula uidentes, saeuiebant contra Iesum, & interrogabant quasi de latrone, Quare non adduxistis illum? At illi etiam absque signis a sola doctrina persuasi fuerunt. Ita ad bonum erant idonei. Quod autem non a signis, sed a sermonibus capti fuerint, quod maius est, manifestum est inde. Non enim dixerunt, Nunquam tale miraculum fecit homo: sed, sic loquutus est. Ita compositi & alacres erant ad suscipiendum uerbum salutare. Oportet autem non solum sapientiam illorum admirari, sed & libertatem. Neque enim curauerunt iram phariseorum, neque quia ut serui missi fuerant, quae placita erant principibus, dixerunt, sed testabantur ueritati. Hos omnes principum ministros imitari oportebat, & non obedire in his quae Deo sunt aduersa, sicut & Sauli non obtemperatum est cum adstantibus imperasset ut contra legem sacerdotes Dei interimerentur.

Responderunt ergo eis pharisei, Num & uos seducti estis? Num quis ex principibus credidit in eum, aut ex phariseis? Sed turba haec quae non nouit legem, execrabiles sunt. Dicit Nicodemus ad eos, is qui nocte uenerat ad eum, qui unus erat de numero eorum, Num lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Quam ob causam ministris non iracundè, sed mansuetè loquuntur pharisei, placidè sic dicentes, Num & uos seducti estis? Quia timebant ne illi profum auellerentur, & sequeretur Christum: ideo mitius & adulantius eos alloquuntur. Num & uos qui alijs estis sapientiores, & nobis legisperitis semper adhaeretis, seducti estis? Tentat autem & illis persuadere stulto ualde argumento. Dicunt enim, Num quis principum credidit in illum? Tamen si cuius hoc crimè? Christi, an eorum qui non crediderunt? Omnes enim illi maledicti, qui non crediderunt. Maledicta autem turba aiunt eo quod credidit, ipsi innumeris maledictis digni, utpote increduli, & alijs incredulitatis auctores. Cuius autem gratia Euangelista assignauit de Nicodemo eo quod nocte uenerat ad Iesum & quod ex ipsis erat? Ut ostendat eos mendaces. Quia enim dixerat quod nullus principum credidit in illum, ostendit quod in hoc mentiatur. Ecce enim Nicodemus cum princeps esset, & unus ex eis, credidit in Christum, Quomodo Nicodemus loquitur cum eis? Num lex nostra, inquit, iudicat hominem, nisi prius audiat? Ostendit igitur hinc quod neque legem cognoscebant, neque faciebant quae legis erant, tamen si de lege multum gloriarentur.

riarentur. Nam lex quidem nullum iubet in condemnati occidi, hi autem ad eandem eius qui non auditur, ruunt; unde manifeste legis sunt prauaricatores. Dicendo igitur, & cognouerit quid faciat: ostendit quod non perfuntorie, sed perfecte ac diligenter audire oporteat, ut cognoscatur quid faciendum, & non incognitus ita condemnetur.

CAPVT VIII.

Omissum est hic fragmentum non paruum de muliere illa in adulterio deprehensa.

Responderunt & dixerunt ei, Num & tu Galilaeus es? Scrutare & uide quod a Galilaea propheta non surrexit. Iterum igitur eis loquutus est Iesus dicens, Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitae. Nicodemo prudentissimè pharisaeos redarguente, utpote iniqua perpetrantes, illi perplexi facti, agrestius, immo ferocius responderunt, dicentes: Num & tu ex Galilaea es? Qualem enim consequentiam habet hoc ad ea quae a Nicodemo dicta? Ille dixit quod non oporteat absque examine & iudicio condemnare hominem, oportebat ipsos ad hoc ostendere quod respondere, & non sine iudicio condemnaret Iesum, sed legitime: & ministros miserunt ad comprehendendum illum, et omnia ut decebat fecerunt. Hi autem dixerunt, Num et tu ex Galilaea es? Vides insipientiam? Vides quod nulla uerborum consequentia? Deinde ignominia eum afficientes quasi imperitum, dicunt, Scrutare, et uide quod propheta ex Galilaea non surrexit, hoc est, uade disce, quia usque ad hoc tempus non didicisti, quod propheta ex Galilaea non surrexit. Haec autem dicunt imperitiam illi adscribentes. Quid autem dixit Nicodemus, o pharisaei: Num dixit quod propheta esset Iesus? Dixit quod in iudicatum occidere non liceat, quomodo igitur uos ei qui talia dixit, sic respondetis? At Christus, quia crebro Galilaeam ei obiectabant, & quasi de uno prophetarum dubitant, ostendens eis quod non sit unus ex illis prophetis, dicit, Ego sum lux mundi, proprie lux, non prophetica, quae particulari & paruum splendorem habet: sed uera lux, quae non Galilaeae uel Palaestinae terminis circumscribitur, sed mundi lux sum, & omnium hominum Dominus, & de me Propheta dixit, Ecce posui te in lucem gentium. Vtaris autem & contra Nestorium etiam praesenti dicto, non enim dixit, In me est lux mundi, sed, ego sum lux mundi. Ipse enim qui apparebat homo, erat & filius Dei, ac lux mundi: non sicut Nestorius delirat, quod in puro homine habitet filius Dei, absit. Unus enim (sicut dictum est) erat Mariae & Dei filius, qui autem sequitur, inquit, me, non ambulabit in tenebris, hoc est, non manebit in errore, sed liberabitur ab errore & tenebris. Interea & Nicodemum laudat, & ministros quod tam liberè dixissent, nempe quod in luce essent. Taxatur autem & pharisaei, quod in errore & tenebris essent, & clam dolos struerent.

Esaiæ 42. Nestorius

Dixerunt ergo ei pharisaei, Tu de teipso testaris, testimonium tuum non est uerum. Respondit Iesus, & dixit eis, Et si ego testimonium perhibeam de meipso, uerum est testimonium meum, quia scio unde ueni, & quod uado: uos autem nescitis unde uenio, & quod uado. Quia dixerat, ego sum lux mundi, criminantur eum quasi de seipso testaretur. O insipientiam, Ipse sursum deorsumque scripturas trahit quae testentur, & ipsi arguunt eum quasi de se testaretur, ideo ad malignitatem ipsorum etiam respondet illis, Esto, ipse de me tester, quauis hoc non faciam, sed tres habeam testes, patrem meum, & opera, ac scripturas, sicut & supra dictum est: attamen ponamus quod ipse de me tester: igitur licet etiam ego mihi ipsi testarer, testimonium meum esset uerum, quia scio me esse filium Dei, & non hominem purum, sed supernè uenientem & Deum. Quomodo igitur mendax erit testimonium meum, cum Deus sim, & propterea dignus cui credatur? Nam omnino Deus sibi ipsi testis maximè idoneus est: sed & uolens ire ad Deum uerum, quomodo mentier ad non mendacem abiturus?

Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quentem. Porro & si iudicè ego, iudicium meum uerum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me pater. Ego quidem, inquit, cum Deus sim, & è supernis uenerim, uera de meipso testor: uos solus spectatis ad hoc quod apparet: & quia in carne sum, carnem contempnam me esse suspicamini, & non Deum, ac à Deo uenisse: secundum carnem iudicatis, hoc est, periculose. Nam sicut qui in carne uiuit, improbè uiuere dicitur: ita & qui secundum carnem iudicat, iniuste iudicare dicitur est. Deinde quemadmodum dixisset quispiam, si nos Iudaei iudicamus iniuste, quare non punis? quare non condemas? dicit, Non ad hoc ueni, ut iudicem: ego enim nullum nunc iudico. Et si iudicem, iudicium meum uerum est. Etenim condemnati essetis, si quidem uoluisset iudicare: sed quia nunc non est tempus, in aduentum

uentum secundum differam condemnationem uestram: quemadmodum & alio loco dicit, Quia non ueni ut iudicem mundum, sed saluem. Quod autem ipse sit omnium iudex, audi os quod mentiri nescit, Pater iudicium omne dedit filio. Atque ita quando audis quod ego nullum iudico: non de futuro aduentu, sed de praesenti dictum intellige. Dicendo autem, Non sum solus, sed & pater meus mecum est, ostendit quod non ego solus condemno uos: sed & pater. Non enim aliter quidem ego iudico, aliter uero pater: sed sicut ego, ita & ille: & sicut ille, ita & ego.

Quin & in lege uestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium fero de meipso, & testimonium fert de me qui me misit pater. Dicant hoc loco Arani & Eunomiani, dicentes non esse consubstantiali patri filium: si non fuisset eiusdem substantiae, quomodo ausus fuisset dicere, eiusdem autoritatis sum cum patre, & similiter dignus cui fides habeatur? Nam quemadmodum cum duos homines de eadem re testantur, & uerum est illorum testimonium, manifestum est quod utriusque eadem est idoneitas in testando: ita & hoc loco nihil minus habere declarat suum testimonium patris testimonio. Audi enim quod consequenter magna autoritate dicitur, Ego sum qui testimonium fero de meipso, & testimonium fert de me pater. Vides equalem autoritatem, & quomodo se equè ad testimonium facit idoneum atque patrem? Id quod non ausus fuisset dicere, si quidem dignitate patre fuisset inferior, & non aequalis illi ac consubstantialis. Nam si uoluisset subiectionem & imminutionem quandam ostendere, non sese patri connumerasset, nec suum cum patris testimonio locasset, sed seruus cum esset (ut blasphemant haeretici) in unum conseruorum respexisset, & illum contestari fecisset, ut Ioannem dico uel prophetas: & in summa, si quidem tale uoluisset testimonium innumera inuenisset: nunc autem uolens se ostendere consubstantiale patri, se patri connumerat. Ne mireris autem si alio loco & Ioannem & Moysen illi Ioannem & Moysen Christo praeponebat, eius gratia eos qui apud illos magni & nobiles existimabantur, in testimonium trahit: & ita quia de Deo & patre magnam habebant opinionem (quid enim aliud glorificabant ut Deum?) adducit nunc & illum ipsum in omnibus testem. Et quia seipsum ad talem testem qui nec falli nec mentiri potest, adordinat, manifestissimumque autoritatem & potestatem eandem cum patre habeat. Confundantur qui seruum illum, & per omnia minorem patre dicunt.

Dicebat ergo ei, Vbi est pater tuus? Respondit Iesus, Neque me nostis, neque patrem meum. Si me nouissetis, & patrem meum nouissetis. Haec uerba loquutus est Iesus in gazophylacio, doces in templo. Et nemo apprehendit eum quia non dicitur uenerat hora eius. Quia ut tentates interrogabant eum de patre, & non discere di gratia, propterea neque responso dignatur illos, sed dicit, Neque me nostis, neque patrem meum, hoc est, non potestis scire patrem absque me: atque ita si putatis colere Deum, non creditis autem ipsum patrem esse meum, quod uerus sum filius, nihil perderit uobis: neque nouistis ut oportet agnoscere: quia si cognosceretis & honoraretis, etiam me: nunc autem quia me nescitis, nec honoratis, illum quoque nescitis, nec honoratis, etiam putatis. Quod autem me nescitis, non alia uobis causa est, sed uos uobis ipsis. Audis quod filium impiè patri subiicit: nisi consubstantialis esset patri, quomodo dixisset, Si me sciretis, & patrem meum sciretis utique? Si enim (ut uos dicitis) creatura est filius, quomodo nouit creaturam, nouit & Deum? Non enim quod nouit substantiam angeli, nouit & substantiam Dei. Quia igitur quod scit filium, & patrem scit: sequitur eiusdem substantiae esse patrem cum filio. Etiam, inquit, & is qui creaturam nouit, nouit Deum. Minimè. Multi enim, immo omnes creaturam quidem & uident, & sciunt, Deum autem neque uidit quis, neque nouit. Haec autem loquebatur Iesus in gazophylacio in medio templo, & ita liberè loquebatur. Attamen qui occidere illum quarebant, & in manibus illum habebant, non audebant apprehendere eum. Et neque sic intellexerunt, quod reuera diuina uirtutis erat opus, stipatum hostibus in medio illorum illa sum manere ac intactum, maximè cum illi ante pascha eum quasi uerint, & insidiati ei fuerint. Quae igitur cum non adesset, quarebant, contra quem ferociebant uel absentem, hinc in medijs retibus habentes, capere nequeunt, & uirtutem eius neque sic agnouerunt: quia non dicitur inquit, uenerat hora eius: hoc est, idoneum mortis tempus quo se traditurus erat, non dicitur urgebat. Etenim neque tunc potuissent aliquid aduersus eum, nisi fuisset tempus opportunum, quod ipse sibi delegerat, Non enim impotentis erat crucifigi, sed permissionis.

Permisit enim quando uoluit: quia illi iam pridem desiderabant occidere illum, sed tenebant inuisibilibus uinculis uirtutis suae. Oportebat enim eum diutius uersari in uita secundum carnem, ut hominibus maioris utilitatis fieret author, monstrando signa, & sermones, & doctrinas. Quidam autem illud, Vbi est pater tuus: sic intelligunt dicunt a Iudaeis ad Dominum, quasi ad iniuriam & probrum. Opprobabant enim ei quasi ex fornicatione natus esset: & quasi non cognosceret patrem suum, haec dicebant. Et aliter, Patrem eius ut uilem habebant Ioseph: & dicit, Vbi est ille pater tuus: quasi dicerent, obscurus est & ignobilis pater tuus, quid illum tantopere iactas?

Dixit ergo iterum eis Iesus, Ego uado, & quaeritis me, & in peccato uestro moriemini. Quod ego uado, uos non potestis uenire. Dicebant ergo Iudaei, Num interficiet semetipsum, quia dicit, Quod ego uado, uos non potestis uenire? Et dicebat eis, Vos ab infernis estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego de mundo hoc non sum. Dixi ergo uobis, quod moriemini in peccatis uestris. Si enim non credideritis quod ego sum, moriemini in peccatis uestris. Qua de causa crebro illis dicit, Ego uado, & quaeritis me: Vt ita concutiat & terreat animos eorum. Et uide quod statim inciderint in curas, & perplexi animo dicebant, Numquid interficiet seipsum? Quauis cupiebant se ab illo liberare, & illum e medio tolli optabant, atque etiam occidere moliebantur: attamen ita magnum quiddam de hac re imaginabantur, ut perplexo redderentur animo. Insuper saepe dicebat, Ego uado: ut monstret quod praesciat suam mortem, & quod non illorum uirtutis opus crux sit, sed eiusdem uoluntatis suae. Vado enim, inquit: non uos me ducitis, ego sponte uado. Dicendo autem, Vos non potestis uenire quod ego uado: ostendit quod resurrexurus sit ipse quidem in gloria, & confessus ad dexteram patris: ipsi autem in suis peccatis morituri sint. Illi igitur quid ad haec dicunt: Numquid occidet seipsum? Dominus autem tollens hanc illorum suspicionem, ostendit quod non careat condemnatione se occidere. Vos ab infernis estis, nihilque diuinum cogitare ualentes, ita cogitatis. Ego autem cum non sim ex hoc mundo, hoc est, nihil mundanum & terrenum sapiam, nunquam in tantam perueniam insaniam, ut me ipsum occidam. Hoc enim diabolicum est, & non diuinum. Hoc loco Apollinarius occasione sumpta Manichaeos omnes sequens dicit, Vides quod non erat ex mundo hoc corpus Domini, sed de supernis, ac de caelo: sicut & diuus Paulus dicit quod secundus homo Dominus de caelo: Quid igitur est dicendum? Interrogare oportet illum quomodo intelligat quod ad apostolos a Domino dicitur, Vos non estis ex hoc mundo: num & illi corpus habuerunt caeleste, & non huius creationis? uel quod non sapiant quae huius mundi sunt, dixit Dominus hoc: Manifestum quod ideo, quia non sapiebant quae huius mundi. Ita & nunc intelligendum, Ego non sum de hoc mundo, hoc est, non sum unus ex uobis, qui mundana sapitis: sicut & Paulus ad quosdam dicens, Non estis in carne: non in corpore eos esse dicit, sed testatur quomodo uirtutum studiosi sint, & a carnalibus affectionibus liberi. Quid igitur ultra dicit eis Dominus: Si non credideritis, inquit, mihi, in peccatis uestris moriemini. Cum enim propter hoc uenerit, ut tollat peccata mundi, haud aliter remissionem peccatorum accipere possumus, quam per baptismum. Impossibile autem est baptizari eum qui non credidit. Omnino igitur necessarium postea in suo peccato mori infidelem. Non enim exiit ueterem hominem, quia non baptizatus fuit. Idcirco & alio loco dicit Dominus, Qui non credit, iam iudicatus est: non propter hoc tantum, quod non credidit, sed & quia priora peccata habens moritur.

Dicebant ergo ei, Tu quis es? Et dicit eis Iesus, In primis, quod & loquor uobis. Multa habeo quae de uobis loquar ac iudicem, sed qui me misit, uerax est: & ego quae audiui ab eo, haec loquor in mundo. Et non cognouerunt quod de patre eis loquutus esset. Post tantum tempus, post tantorum miraculorum ostensionem interrogat eum, Tu quis es? Ita fuerunt insipientes & irrisores. At Dominus inquit, In primis, quod & loquor uobis. Vos, inquit, indigni estis ut audiat a me sermones, & discatis qui sim. Omnia enim tentantes dicitis, & nihil ex his quae loquor, auditis. Ego autem possem uos etiam arguere, & non solum arguere, sed & punire. Haec enim duo insinuat dicens, Quia multa possem uobis loqui, & iudicare: per loqui, reprehensionem: per iudicare, condemnationem intelligens. At qui me misit, inquit, non ad hoc misit me, ut iudicem ac arguam. Non enim misit Deus filium suum ut iudicet mundum, sed ut saluet mundum.

A dum. Igitur quia pater meus ad saluandum me misit, uerax autem est, merito nullum in dico nunc, sed solum loquor quae audiui de patre meo, ea quae ad salutem scilicet spectant, non ad reprehensionem. Haec autem dicebat ut ne putent quod ut impotens non puniat eos: ostendens quod non puniat eos tanquam impotens, sed non uolens: quia non ad puniendum, sed saluandum uenerit. Haec autem illo dicente, tam insipientes erant, ut non cognoscerent, inquit, quod patrem suum eis diceret, quanuis tanta de patre eis dicta essent: atqui uere obtenebratum erat insipiens cor eorum. Quidam autem sic intelligunt, Qui misit me, uerax est. Possem, inquit, & nunc iudicare uos, sed referuo in futurum seculum. Non creditis autem, & retributionis tempus non suspicamini. Sed quanuis uos non credatis, saltem uel pater meus est fidelis, qui statuit diem quo retribuatur uobis, qui & misit me ut praedicem illa, & manifestem mundo eius & iustitiam & uirtutem.

Dixit ergo Iesus, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quod ego sim, & a me ipso faciam nihil, sed ita ut docuit me pater, haec loquar. Et qui me misit, mecum est. Non reliquit me solum pater, quia ego quae placita sunt ei, facio semper. Postquam multa signa eis fecit, & non attraxit illos, nunc de cruce cum eis loquitur. Vos enim, inquit, tunc putabitis uos extra omnem sollicitudinem & metum fore, & a me liberatos, cum me crucifixeritis: ego autem dico quod tunc scietis quod ego sum, hoc est, Christus filius Dei, qui omnia porto & duco, & non sum contrarius patri, neque a memetipso facio uel loquor, non enim habeo uoluntatem propriam separatam a uoluntate patris. Quomodo autem cognaturus sum ipsum in cruce? A signis quae tunc fient, & a resurrectione, & captiuitate. omnia enim haec poterant declarare eius fortitudinem. Vtrumque igitur scietis, & fortitudinem meam quando crucifigeritis me, & concordiam meam cum patre. Neque enim pater uultus esset me data ciuitate uestra Romanis, uel signis in caelo factis, nisi filius eius essem, & eiusdem sententiae, & non contrarius. Tunc igitur scietis quod quae doceo & dico, ab illo sunt, diuina omnino, & uerba Dei: ac non mea, sed eius qui misit me. Deinde ut ne putent quod missum esse, subiectionem significet, dicit, Pater meus mecum est. Nam quanuis miserit me ut hominem, non tamen separat sum ab eo, sed mecum ille est, ut Deus cum Deo. Et iterum ad humiliora sermonem deducens, inquit, Et non misit me solum, quia ego placita illi facio. Propter Iudaeos autem tam humilia uerba loquitur. Quia enim illi dicebant quod non sit ex Deo, quia sabbatum non seruat: dicit, quia quae bene placita sunt illi, facio: & ita quanuis sabbatum soluam, placitum hoc illi est. Ex his autem humilibus uerbis ipse quidem nihil nocebat suae gloriae, auditoribus autem utilitatem afferebat: immo & gloria suam per haec constituerebat, nam audientes eum quod omnia in patre referret, adhaerebant & credebant in illum, & ita humilia magis exaltabant illum. Vides opera beatae humilitationis. Et quod haec sic se habeant, audi sequentia.

Haec illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crederant ipsi Iudaeos, Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei estis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberos reddet uos. Vt dicebam per humilia uerba plures aduenisse auditores, ita & Euangelista significat. Haec enim (inquit) illo loquente, multi crediderunt. Haec humilia scilicet uerba, & indigna gloriae suae: & ita semper quando audis eum parum quiddam & humile de se loqui, ne turberis. Propter auditores enim talia loquitur, non ualentes sublimius quiddam capere, sed statim ferocentes. Quid autem non euenisset si ad profunditatem theologicum sacramenti pertingere nequiuissent cum & Christianis uirtutem eius agnoscentibus, & per ipsum saluatis, sublimitas gloriae eius impertingibilis sit: Audiens autem quod multi crediderint, sic intellige, quod uulgariter crediderint, & non ut oportebat, sed sicut placati & demulsi uerborum humilitate: quod autem tales non erant uere fideles, manifestum est. Dicebat enim (inquit) ad eos qui crederant Iudaeos, Si uos manseritis in sermone meo. Significat enim eos superficialiter credidisse, & propterea non permanentes in fide. Hac quoque reprehensione indicat se nosse illorum pectora, & quod sit Deus. Quia autem & receperant quidam qui prius putabantur discipuli eius esse, ideo ad eos qui nunc crediderunt, dicit quod illi quidem receperant. Si autem uos manetis in sermone & fide, agnoscetis ueritatem, hoc est, me. Ego enim sum ueritas, quasi dicens, Nunc quidem non agnoscitis ueritatem. Non enim ueritas, sed umbra & typus sunt omnia quae uos in lege tenere creditis. At si me agnosceritis, qui sum ueritas, ueritas liberos uos reddet, hoc est, ego, a peccatis scilicet.

Apollinarius.

2. Cor. 15.

Ioan. 15.

Rom. 9.

Infidelium baptizari impossibile.

Ioan. 3.

Tipius.

signa in cruce fecit.

Auditorum gratia, humilia sapientiae de se Christus loquitur.

scilicet. Qui enim credit in eum qui tollit peccata mundi, omnino liberatus est a peccatis. Sicut igitur his qui non credunt, dixit, In peccatis uestris moriemini: ita his qui manent in fide, promittit libertatem a peccatis. Nam legales quidem asperiones & sacrificia non liberant a peccatis, figura enim fuerunt. Spirituale autem et uerum sacrificium per fidem & agnitionem liberat nos, qui ultra serui non sumus, sed filij Dei efficiuntur.

Responderunt ei, Semen Abraham sumus, neque cuius serui uimus unquam. Quomodo tu dicis, Liberi reddemini? Respondit eis Iesus, Amen amen dico uobis, quod omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum. Si ergo filius uos liberos reddiderit, uere liberi estis. Iterum arrogantes ad ignobilem suam nobilitatem respicientes insolescunt, dicentes, Semen Abraham sumus: quanuis de alio indignari debebant, si quidem eos indignari oportebat. Dixerat enim eis, Veritatem scitis: quapropter oportebat dicere, Quid autem ueritatem igitur nescimus? mendacium ne sunt omnia nostra? sed nihil horum eis cura erat, sed suspicabantur oportuari sibi seruitutem & ignobilitatem in mundanis negocijs, Semen, dicentes, Abraham sumus. Nusquam memores sunt suorum operum, sed ad patres recurrunt. Ideo & Ioannes

Matth. 3.

Luc. 3.

Cuius sit remittere peccata.

Rom. 3.

Hebr. 7.

Ioan. 14.

Sacerdotes Iudeorum remittendi peccata potestatem non habent.

ad eos dixit, Ne coeperitis dicere, patrem habemus Abraham. Quamuis manifeste mentiti sint dicentes, Nulli serui uimus. Serui erunt enim, quoties in captiuitate ducti sunt, & Aegyptijs, & Babylonijs, & alijs multis. Non autem arguit eos Dominus mendaces, quia non studebat ostendere seruos hominum, sed peccati, quae grauior seruitus est, a qua solus Deus liberare potest. Remittere enim peccata, solius Dei est. Ideo dicit, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. & uos igitur serui estis: quia peccatores. Insuper quia uerisimile erat illos dicere, quauis tali seruituti obnoxij sumus, sed sacrificia habemus, sed sacerdotes, qui purgabunt nos a peccatis: dicit quod & illi serui sint, Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei. Et sacerdotes uestri cum & ipsi serui sint, non habent potestatem alij dimitti peccata: quod & ipse Paulus manifestius dicit, Opus habet sacerdos pro seipso offerre, sicut etiam pro populo, quia & ipse infirmitati obnoxius est. Seruus (inquit) non manet in domo, hoc est, non habet potestatem expendendi, eo quod non sit paterfamilias, hoc est dominus domus. Filius autem dominus domus est, & manet in domo. Domum autem dicit potestatem, sicut alio loco principatum ita nominat, In domo (dicens) patris mei mansiones multae sunt. Igitur uestri quidem sacerdotes cum serui sint, potestatem non habent remittendi peccata: at filius ego maneo in domo, hoc est, potestate & principali autoritate: & cum sim Dominus domus, libertatem uobis concedo. Omnia enim mea sunt, & aequalis potentiae & potestatis cum patre sum: & si ego liberos uos reddidero, tunc uera libertate redimemini. Sic nunc quidem falsam libertatem celebratis: uere autem & re ipsa liberi a me eritis.

Scio quod semen Abraham sitis, sed quaeritis me interficere, quia sermo meus non habet locum in uobis. Ego quod uidi apud patrem meum, loquor: & uos quod uidistis apud patrem uestrum, facitis. Vos quidem, inquit, uos ipsos facitis semen Abraham: & ego uobis assentior quod carnalem nobilitatem quae est ex illo sancto, seruetis: ueruntamen spiritualis cognatio a uobis abest. Ille iustus, & misericors, & hospitalis: uos autem (ut aliam uestram uitam praeteream, hoc ipsum autem quod manifestum est, & quod nunc operamini, examine) homicidae estis, & immisericordes. quaeritis enim me occidere, & mortis reum me esse dicitis. Igitur quomodo illius filij uere estis, qui ita paternos characteres reliquistis? Si igitur de eius genere gloriamini, debetis & uirtute illius imitari. Deinde ut non possint dicere, iuste te quaerimus ad occidendum, ponit causam. Non enim propter aliud insanitis contra me, quam propter sermonem meum, qui sublimior est uestra cogitatione, & a uobis capi nequit: quauis non propter hoc oportebat occidere, sed magis orare ut doceam dogmatum sublimitatem & colere, & obseruare. Insuper ut ne dicant, quia & merito te odio habemus propter sermonem tuum: non enim dicis a Deo, sed a teipso, & propterea non possumus capere doctrinam tuam: dicit, Non a meipso loquor, sed quae apud patrem meum uidi, haec loquor: uos autem quod uidistis apud patrem uestrum, facitis. Nam ego quidem (inquit) diuina & caelestia loquor, & patrem meum per haec exprimo: uos autem per ea quae facitis, patris uestri imaginem perfectam referitis, diabolum scilicet. Quando autem audis, Quod uidi loquor, non intellige corporalem uisionem, sed naturalem cognitionem & ueram. Nam sicut oculi bene uidentes uident quod uerum

uerum est, & non mentiuntur: ita & ego uere illa loquor, quae cognoui apud patrem.

Responderunt & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus, Si filij Abraham essetis, opera Abraham faceretis. Nunc autem quaeritis me interficere, hominem qui ueritatem uobis loquutus sum, quam audiui a Deo. hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris uestri, Dixerunt itaque ei: Nos est stupro non sumus nati, unum patrem habemus Deum. Ipse quidem patrem eis adscribit diabolum: cui similes eos operibus uident. Contra illi multum se de Abraham iactant. At Dominus sanguinarum eorum uoluntatis meminit, & a genere iusti eos abducit, ut nimiam gloriationem eorum tollat: & persuadeat ne in hac uana carnalis nobilitatis spuma spem habeant, sed in uoluntatis similitudine. Et profecto sicut medicus animarum comprimit feruorem & huic quod ex opinione generis Abraham natum prohibebat accedere ad Christum, putantes sufficere ad salutem hanc nobilitatem. Vbi igitur estis filij Abraham, quum sitis homicidae, & quaeratis me occidere? Propterea ne quis dicat, iuste quaerit te occidere: inquit, hominem non aduersarium Deo, neque suam querentem gloriam, sed quae audiui a patre meo, illa, nempe ueritatem, dicentem. Qualis autem erat ueritas ista? Vel quod aequalis sit docet, sed omnia quae patris. Nam propter haec quaerebat illum occidere. At illi rursum dicebant: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus Deum. Vide stultam inflationem. Dominus & a cognatione Abraham eicit eos, at illi sic arrogantes sunt, ut praerrogantia se ipsos etiam Dei filios faciant. Nam quia audiuerant, Filius primo genitus meus Israel: gloriabatur de diuina adoptione. Tamen eos etiam audire oportebat quod Deus alio loco dicit, Filios genui & exaltaui, illi autem spreuerunt me. Quauis autem Dominus potuisset eos arguere quod ex stupro multi eorum fuissent nati (nam contra legem admiscebantur Gentilibus Hebraeae mulieres, & Iudaei Gentilibus) non tamen facit. Non enim studebat reprehendere eorum carnalem ignobilitatem, sed in hoc toto studio incumbere, ut degeneres eos secundum spiritum ostenderet.

Exod. 4.

Esai. 1.

† Iudaeis gentiles mulieres

Dixit eis Iesus, Si Deus pater uester esset, diligeretis utique me, ego enim ex Deo procepsi, & ueni, neque enim a meipso ueni, sed ille meminit. Quare loquelam meam non agnoscitis: Quia non potestis audire sermonem meum. Postquam eiecit eos a familia Abraham ipsi in arrogancia proficientes, faciunt Deum patrem suum. Vbi enim opprobrauit eis quod homicidae essent, ipsi pro defensione afferunt quod Deum uindicent, & propterea consultant contra eum, & talia dicunt. Ideo & Dominus monstrans quod plane non Deum uindicent, neque filij sint Dei, meditantes eadem contra se, sicut illi arbitrabantur, sed magis aduersarij essent Deo, dicit, Si Deus pater uester esset, diligeretis me. Ego enim ex Deo exiui, in mundum uidelicet, iuxta aduentum in carne. Non enim sum aduersarius Deo, a quo ueni. & ita illius uos estis inimici, me impugnantes. Quare sermonem meum non cognoscitis, neque intelligitis, neque cogitatis quae dicam: Omnino plane propter nihil aliud, quam quod non potestis audire sermonem meum, hoc est, non uultis. Non posse enim, pro non uelle ponitur: Quamdiu enim in uobis odium fuerit, & mens sanguinaria, quomodo poteritis audire quae dico?

Non posse, pro nouelle

Vos ex patre diabolo estis, & desiderijs patris uestri uultis obsequi. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius: Ego autem quia ueritatem dico, non creditis mihi. Dixerat, non potestis audire sermonem meum, hoc est, non uultis. Deinde subdit etiam causam propter quam non uolebant, eo quod (inquit) ex patre illo uestro estis, quo dico diabolo. Nam uos quidem ascribitis uobis patrem Deum per arrogantiā, & opera uestra testatur diabolum patrem uestrum magis germanum. Nam eius desideria uultis facere. Et non dixit opera, sed desideria. ostendens mirè affectos homicidij mendacijque libidine, quae maxime propria mala sunt diaboli. Ille enim homicida fuit ab initio, atque ita uos quoque quaerentes me occidere, similes facti estis illi qui Adam occidit, quia & ille in ueritate non stetit, sed mendacij pater est. Igitur & uos mentientes & dicentes quod non sumus ex Deo, & non stantes in ueritate, neque manentes in uero sermone, illius filij estis, qui mendacium peperit. Nam ille & Deum apud homines, criminatus est, Heuque dicens, Inuidens uobis prohibuit uos a liquo. Et iterum apud Deum homines accusauit falso, ut Iob, dicens, Non gratis Iob colit Deum

Homicidij & mendacium maxime propria mala diaboli.

Iob. 2.

Deum. Cum igitur loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: hoc est, homines qui dem mendacio usi, quasi re aliena utuntur eo, diabolus autem cum mendacio utitur, re propria utitur. Nam ipsius est proles, & ipse proprie est mendax, & pater eius, hoc est, mendacij ipse est pater. Dixit enim ad Hevam, Quacumq; die comederitis, eritis sicut dii. At hi mortem magis uindictarunt. Ego autem (inquit) quia ueritatem dico, non creditis mihi. Nihil enim aliud potestis in me arguere, q̄ solam ueritatē: & hinc est illa uestra contra me rabies, quia filij patris mendacij estis.

Quis ex uobis arguet me de peccato: Si ueritatem dico uobis, quare uos nō creditis mihi? Qui ex Deo est, uerba Dei audit: propterea uos nō audistis, quia ex Deo nō estis. Responderunt igitur Iudaei, & dixerunt ei, Nōne bene dicimus nos q̄ Samaritanus es tu, & demoniū habes? Respondit Iesus, Dēmoniū nō habeo, sed cohonesto patrem meum: & uos ignominia affecistis me. Ego autem non quero gloriā meam: est qui querat & iudicet. Quia Dei filios seipso nominabant, inquit, Si Dei estis filij, utiq; peccantē debetis odio habere. Si igitur & me quem odio habetis, potestis arguere peccantē, manifestū q̄ iuste odio me prosequimini. q̄ si nemo me potest arguere, manifestum q̄ propter ueritatem exosum habetis. Quam autem ueritatem: Omnino quia dixerat se Dei filium, id quod uerissimū est. Sicut autem is qui ex Deo est, uerba Dei audit: ita etiam uos si Dei filij essetis, nō a me audiendo declinareris, neq; ad mortem quereretis eum qui ē supernis uenit filium Dei, & ea quae Dei erant loquentem. Igitur Dominus quidē ita mansuetē cum eis locutus est: at illi ad cōiicia pergūt. Nōne bene (inquiunt) dicebamus q̄ Samaritanus es tu, & demoniū habes? Samaritanū ipsum dicebant, q̄ morem Iudaicum destrueret, nempe sabbatum. Samaritani enim non egregie iudaizabant. Dēmoniū autem illum uocant, fortassis quidē & hoc modo, quo eum eijcere dēmonia dicebant in principe dēmoniorū. Omnes enim qui calumniabatur ipsum in Beelzebub dēmones eijcere, eum dicebant dēmoniū Beelzebub habere in quo miracula faceret. Fortassis autem secundū quod reuelauit ipso cogitationes, dēmoniū eum habere cogitabāt, putantes a dēmonibus ei reuelata cordis arcana. Quando autē dixerunt eum Samaritanū: Nusquam enim Euangelista hoc dixit. Manifestum igitur q̄ multa prater miserint Euangelistae, & nō omnia scripserint, sicut alio loco assignauimus. Igitur illi quidem talia per ignominia proferunt: ipse autē patienter in se iniurias suscipit. Nam cum seipso filios Dei dicerent, uehementer eos arguit, ueritatem uindicans: quando autem ipsum iniuria afficiunt, nō ulciscitur: docens etiam nos, quae contra Deum sunt, uindicare: quae autem contra nos, mansuetē ferre, sicut & ipse mansuetē dixit, Ego (inquit) dēmonium non habeo, sed honoro patrem meum. Quomodo autem honorabat patrem? Ulciscens illum, & non sinens eos qui homicidae erant ac mendaces, saluatoris & ueritatis filios nominari. Vos igitur (inquit) eo q̄ honoro patrem meum, quem uos iniuria afficitis, dum falso affirmatis ipsum esse patrem uestrum, propterea me ignominia afficitis: sed quāuis ego meipsum non uindico, sed cum iniuria afficior, sustin eo: ne existimetis inultam fore iniuriam hanc. Est enim pater qui me ulciscitur, quia propterea iniuria afficior, quod ipsum ulciscor, & non patior uos, qui uos illius filios asseritis. Est igitur qui querit gloriā meam, qui & potest iudicare, & condemnare eos qui me iniuria afficiunt. Saepe enim quis querit ulcisci, & nequit ipse iudicare. Igitur pater & querit filij gloriā, & potest iudicare: propterea dixit, Est qui querit, & iudicat.

Amen amen dico uobis, si quis sermonem meū seruauerit, mortem non uidebit in aeternum. Dixerunt ergo illi Iudaei, Nunc cognouimus q̄ dēmoniū habes. Abraham mortuus est, & propheta: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, nō gustabit mortem in aeternum. O misericordiam. Illi quidem iniuria afficiunt, ipse autem questionem de gloria sua, & defensionem patri permittens, ad admonitionem & doctrinam uertitur, benefaciens his qui iniuria prosequuntur. ita oportet etiam nos ulcisci inimicos. Si quis sermonem meum seruabit, hoc est, credendo simul & uitam habet puram. Tunc enim quis uerē tenet doctrinā Domini, quando & puram habet uitā. Talis igit nō uidebit mortē, qua peccatores moriunt, & in futuro seculo immortali supplicio traduntur, & uera uita excidunt. Insuper etiā significat eis q̄ si quis sermonem meum seruauerit, non moritur, quanto minus ego: Quid igitur seruitis contra me: a

Non omnia scripserunt Euangelistae.

Quomodo ulciscendū de inimicis. Quādo q̄ doctrinam Domini tenet.

A me: a quo tam procul abest ut detineat a morte, ut & alijs magis ueram conferam uitam. Nam qui credunt, quamuis moriantur naturaliter, attamē in Deo uiuunt. Sed Iudaei quid ad haec dicunt? Dēmonio ipsum agi putāt, quod aliena quaedam quasi mente captus diceret. Nam qui sermones Dei auribus perceperunt, mortui sunt, Abraham & propheta, & qui tuos auscultant, nō morientur: Profecto nunc, aiunt, cognouimus multis & copiosis argumentis quod dēmonij actus haec dicas.

Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & propheta mortui sunt? Quem tu teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quē uos dicitis Deum uestrū esse, & tamen nō cognouistis eum: ego autē noui eum. Et si dixero q̄ nō uouerim eum, ero similis uobis mendax: sed noui eum, & sermonē eius seruo. Inipientes illi cum nō intelligerent de qua morte Dominus diceret quē credentes in se laesura nō esset, loquuntur ad eum stultissima quaedam & insipientissima uerba. Vide enim quomodo respondent: Num tu maior es patre nostro Abraham? Et utiq; sic oportebat dicere, hūm tu maior es, aiunt, patre nostro Abraham? Ipse autē Dominus non reuelat eis de qua morte dixerit: q̄ autē Abrahamo melior sit, persuadet eis paulo post. At quod dicit, Quem tu teipsum facis: cōtumulose dicit. Tu qui nullius momēti es, qui fabri filius, qui ex Galilaea, quē teipsum facis? Neq; opera, neq; ueritas, neq; scriptura, sed tu, quē teipsum facis: rapis enim gloriā. At Dominus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, sicut uos putatis: nunc autē est alius qui glorificat me, pater meus. Glorificat enim ipsum semper, atq; id per prophetas de illo, & per testimonia de cœlis, & per innumera & immensa miracula. Hunc autē uos patrē, inquit, dicitis q̄ sit Deus uester. Sed neq; ut meū patrē ipsum agnoscat, neq; ut Deum uestrū. Nam si ut patrē meū illum agnosceretis, honore utiq; filium eius prosequeremini: nunc autē dum filium nō colitis, manifestum q̄ nō cognoscitis illum ut patrem meū. Sed neq; ut Deum cognoscitis, manifestum q̄ nō cognoscitis sermones eius ut Dei: nunc autē usque adeo cōtemnitis eum, ut cum ille praeeperit, Ne occidas: uos meditemini mortē meam, idq; cum non possitis me arguere de peccato. Ex his igitur manifestū q̄ eum modis omnibus ignoretis. Ego uerō scio eum naturaliter, omnē eius notitiam habens. Qualis enim sum ego, talis & pater. Igitur quia scio meipsum, & illum scio. Si autē dixero quod nesciam eum, ero similis uobis mendax. Nam uos quidem per arrogantiam dicendo q̄ eum sciat, mentimini: at qui ego cum sciam eum, si dixero me nescire, negabo ueritatem. Quam igitur coniecturam affers quod scias eum? Quia, inquit, sermonē eius seruo. Sermonē uocando mandata. neq; enim aduersarius sum illi, neq; aduersarius Deo arroganter loquor, neq; mandata eius soluo. Vos autē quia sermonū eius transgressores estis, capitiq; malis concupiscentijs constringimini, & caedes sitis, & alia multa lege interdicta concupiscendo facitis: manifeste declaratis uos ignorare illum. Nam si cognouissetis, seruaretis utiq; sermonem eius, hoc est, mandata. Quidam autē sic intelligunt, seruo sermonem eius, hoc est, propterea scio eum, quia habeo in meipso sermonem essentiae eius in nullo diminutū, hoc est, definitionē: & eadem natura sermonem quem pater habet, hunc ego sermonē in nullo minorē & ipse habeo. Nam eadem est natura & idem sermo substantiae patri & filio, & ita scio patrem. Nam & sermonē eius substantiae seruo in nullo minore. Est autē haec figura cōsuetata in scriptura, ut cum dicitur, Da nobis auxiliū de tribulatione, & uana salus hominis. Hoc loco enim coniunctio Et, pro enim ponitur: ut quod dicitur, hūc habeat sensum: Da nobis auxiliū, uana enim salus hominis. Sic etiam hoc loco, Scio illum, & sermonē eius seruo: coniunctio &, pro enim ponitur. Sermonem enim eius, inquit, seruo.

Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meū: & uidit, atq; gauisus est. Dixertunt ergo Iudaei ad eum, Quinquaginta annos nō dum habes, & Abraham uidistit? Dixit eis Iesus, Amen amen dico uobis, anteq; Abraham fieret, ego sum. Tollebant ergo lapides, ut facerent in eum. Iesus autē abscondit se, & exiuit ē templo, transiens per medium ipsum, & praeteriit sic. Hoc loco docet q̄ maior sit Abrahamo, quia enim illi dicebant ei, Num tu es maior patrē nostro Abraham? dicit hoc loco, Etiam maior sum.

Exod. 20. Deut. 5.

Psal. 59. Et pro enim.

sum. Etenim ille exultavit ut videret diem meum, hoc est, desideratum & optatum habuit illum, & gaudij autorem scilicet, eo quod in beneficium cederet, & non parui alicuius neque uulgaris esset dies, sed magni. Diem autem dicit crucem. Nam prefigurabat illum Abraham in oblatione Isaac, & arietis sacrificio. Sicut enim illic Isaac ligna, ita Dominus crucem portavit: & sicut relictus quidem est Isaac, immolatus autem aries, ita & Deus quidem alienus est a passione, in humana autem natura & carne passus est. Hunc diem crucis cum praeuidisset Abraham, gaudius est, eo quod futurus esset in salutem mundi. Insuper hoc loco ostendit eos alienos esse ab Abraham. Siquidem de quibus ille gaudebat, hi insaniebant. Significat autem quod non inuitus passionem aggrediat: siquidem laudat eum qui exultavit propter crucem. Nam inde (ut dictum est) salus orbis. Alij autem intelligunt per diem omne tempus aduentus Christi, quod cum Abraham praeuidisset, gaudius est, quod ex ipso & semine eius surrecturus esset saluator. & fortassis non solus Abraham gaudius est, sed & omnes, sicut David dicit, Hae est dies quam fecit Dominus, exultemus & laetemur in ea. Et ipse quidem haec dixit: at illi non poterant pertingere ad sublimitatem dictorum, neque dignabantur interrogare uel discere quis esset dies ille quem uidisset Abraham: imo irridebant eum ut insana quaedam loquentem. Quinquaginta enim, inquit, annos nondum habes, & Abraham uidisti? Hoc autem dicebant ex istimantes Dominum ferme quinquaginta annorum esse: tamen si tunc triginta & tres tantum annos haberet. Quare autem non dixerunt, quadraginta annos nondum habes, sed, quinquaginta? Curiosior sane haec interrogatio, Nam simpliciter sic incidit eis, ut memores essent quinquaginta annorum. Veruntamen dicunt quidam, quinquagesimum eis annum ad honorem anni iubilaei dictum, quo & seruos liberos dimittent, & possessiones emptae reddebant, & omnia alia periciebantur quae ad honorem Dei constituta. At Dominus dicit, Antequam Abraham fieret, ego sum. Vide, non dicit, antequam Abraham fieret, ego eram: sed, sum. Istud enim uerbum sum, Deo proprie conuenit, eo quod perpetuus sit & sempiternus, id quod hoc uerbum significat. Itaque sicut & pater eius in ueteri lege hoc uerbo utitur, Ego sum qui sum: de Abraham uero dixit, fieret meritum, tanquam de corruptibili. Nam qui factus est, & corruptibilis. Verbum autem sum, diuina & ab omni corruptione aliena sempiternitate significat. Quapropter & Iudaei existimantes hoc blasphemum uerbum (soli enim Deo conuenit) tulerunt lapides contra eum. At ipse iterum delitescit, se humilians, ne ante tempus moriatur. Quomodo autem se occultat? Non in angulum templi se coniecit, neque in domunculam quandam fugit, neque post parietem uel columnam se incuruauit, sed sua magna potestate inuisibilem se fecit insidiatoribus, quibus per medium illorum exiret. Et praeteriuit sic, hoc est, transiuit simpliciter sic & absque labore. Vide autem quomodo ipse quidem omnia quae debebat, impleuit. Nam ipse quidem satis eos docuit & de se, & de patre, & monstrauit eis nobilitatem & libertatem ueram, quae a peccatis libera est, & quod sola seruitus peccati foeda: & in summa, nihil eorum quae oportebat, reliquit: illi autem lapidant eum. Ideo relinquit illos, quia non ultra correctionem recipiebant. Annotat autem quod lapidantes illum, hi erant de quibus dixit Euangelista quod crediderunt in eum. Nam si fides illorum non erat fides, sed temporaria quaedam & frigida affectio in his quae a Christo dicebantur.

C A P V T I X.

ET praeteriens Iesus uidit hominem caecum a natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius dicentes, Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, ut caecus nasceretur? Exiuit quidem de templo Dominus, ut furor Iudaeorum mitigaretur: ad sanandum autem caecum conuertitur, etiam per hoc signum duritiam & imperuassibilitatem eorum frangere conans, tamen si nihil illis prodesset. Insuper & ostendit eis quod non sine causa neque arroganter dixerit, Priusquam Abraham fieret, ego sum. Ecce enim miraculum facit, quale nullus unquam prius. Nam etsi quis aperuerit oculos caeci, non tamen caeci nati. Manifestum igitur quod Deus sit, & ante Abraham, qui fecit hoc quod a seculo non factum est. Dedita autem opera ad caecum uenit, non ille ad ipsum. Proinde & discipuli cum uidissent eum tam intentem spectantem caecum, interrogant, quis peccauit, hic, uel parentes eius, ut caecus nasceretur? Nam apparet quidem interrogatio frigidior. Quomodo enim peccasset priusquam nasceretur? Neque enim apostoli gentiles nugasperunt, quod anima ante corpus in alio mundo uersans peccet, ac deinde poenam quandam recipiat in corpus descendens. Piscatores enim cum essent, neque audierant tale quid-

Gen. 22.
Quae Abraham
homo, Isaac
offerens, prae
figurari.

Psal. 117

Annus iubi
leus.
Leuit. 25
Num. 35
Sum, uerbum
cui conuenit
Mat. et quid
significet.
Exod. 3.

A le quiddam, quia haec philosophorum dogmata erant. Videtur igitur insipientes quaesitio, sed ei qui non attendit. Disce enim quod apostoli dicente Christo ad paralyticum, Ecce sanus factus es, non ultra pecces, ut ne deterius quiddam tibi fiat: ubi caecum uiderunt, dubitabant, & quali talia dicit, Esto ille propter peccata paralyticus fuerit: de hoc uero quid dixeris: nunquid ipse peccauit? Sed hoc dicere non potes, nam a natiuitate caecus est. Num parentes eius? Sed neque hoc. non enim filius pro patre punitur. Igitur non tam interrogant, quam dubitando haec dicunt. At Dominus soluens dubium illorum, dicit, Neque hic peccauit (nam quomodo peccasset priusquam nasceretur?) neque parentes eius. Non dicit autem hoc quod liberauerit eos a peccatis. Non enim simpliciter dixit quod non peccauerint parentes, sed addidit, ut caecus nasceretur, nam peccauerant quidem parentes eius, sed non inde huic caecitas. Neque enim iustum est propter parentum peccata affligi filios qui non iniuste agunt: & hoc Deus docet per Ezechielem, dicens, Non erit amplius haec parabola, qua dicitur, Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Legem item ponit & per Moysen, Non morietur pater pro filio. Sed dixerit quis, Quomodo scriptum est quod reddat peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem? Dicendum igitur quod primum quidem non sit generalis haec sententia, neque contra omnes dicta, sed solum contra eos qui egressi sunt de Aegypto. Insuper attende mentem sententiae. Non enim hoc dicit, quod pro peccatis patrum puniantur filii, sed quod peccata patrum, hoc est poenae pro peccatis, irrogandae sint etiam filiis ipsorum, utpote his qui similia deliquerint. Nam ut ne putent hi qui ex Aegypto egressi sunt, quod quis grauius peccauerint quam parentes, non ipsidem supplicij puniantur, inquit, Non sic erit, sed peccata patrum, hoc est poenae, etiam ad uos peruenient, quia non facti estis meliores, sed eadem ac deteriora peccastis. Quod autem saepe uides pueros mori, idque propter parentum poenam, scias quod Deus propter misericordiam praeripiat illorum uitam, ut ne cum superuixerint, deteriores parentibus fiant, & in malum suarum animarum & aliorum multorum uiuant. Veruntamen haec, abyssus diuinorum iudiciorum apud se continet. Nos ad sequentia pergamus.

Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Oportet me operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quamdiu fuero in mundo, lux sum mundi. Ecce iterum alia dubitatio. Queret enim quispiam quomodo hoc dictum sit. Iniuria enim affectus est homo priuatus lumine, ut manifestentur opera Dei: Non potuerunt illa aliter manifestari? Quali iniustitia affectus est: luce, inquit, priuatus est. Et quale damnum ex eo quod sibi illuce priuatus, oculis animae illuminatus est: & ita caecitas in bonum ei celsit per sanationem cognoscenti uerum iustitiae solem. non igitur iniustitia affectus est, sed beneficium accepit caecus natus. Insuper & hoc scias quisquis diuina scrutaris, quod uerbum *ἵνα* & *ἵνα*, hoc est apud nos, ut saepe in scriptura ponunt non ut causam, sed ut euentum designent: sicut & apud David, Ut iustificeris in sermonibus tuis. Non enim peccauit David ut iustificeretur Deus: sed quia ex opere peccantis David contigit iustificari Deum. Nam cum Deus quidem tanta illi dedisset, quanta accipere dignus non erat, ipse autem mandatū Dei transgressus esset, & eadem cum adulterio commisisset, & regno in contemptum Dei abusus esset, quid aliud ex facinore accidebat, quam omnino ut Deus qui iudicabat & disceptabat cum David, iustificaret, & uictor appareret condemnato regi? Quia a quo regnum acceperat, illius leges reiecit propter istud ipsum, quod rex erat. Nam si priuatus fuisset, non duo illa mala facile simul committere potuisset. Vides quomodo hic, ut iustificeris, non causam, sed euentum dicat: & innumera talia etiam apud Apostolum inuenies. ut quod est in epistola ad Romanos. Quod enim notum est Dei, manifestum est in gentibus ad hoc, ut sint inexcusabiles: quamuis non ideo Deus gentibus dederit scientiam, ut inexcusabiles peccent. Nam ipse quidem dedit ut non peccent: deinde quia peccauerunt, ex facinore cognitio celsit eis in hoc, ut sint inexcusabiles. Et iterum, Lex subintrauit ut abundaret condemnatio. Atqui non propter hoc data est lex, sed ut magis comprimeretur peccatum. Quia autem non uoluerunt illud reprimere hi qui legem susceperant, facta est eis lex in abundantiam peccati, amplius enim & magis imputatum est eis peccatum, quod & legem habentes peccauerunt. Sic igitur & hoc loco, Ut appareant opera Dei in illo: non causa, sed euentus designatur. Ex hoc enim quod sanatus est caecus, euenit glorificari Deum. Nam sicut saepe architectus domum

Ioan. 5.

Ezech. 18.

Exod. 20.

Dum parentes fuerint filij peccatorum scitatorum, ipsorum fuerunt plenae poenae

ἵνα & ἵνα, hoc est apud nos ut, quid in scriptura designent.

2. Reg. 11.

Rom. 1.

Rom. 5.

Cōparatio.

partim quidē elaborat, partim imperfectā relinquit: ut si quis forte ei nō credat q̄ ipse sit ille qui partē extruxerit, possit per hoc quod conditū est, & imperfectum, ostendi quōd ipse extructi opifex sit: ita & Deus noster Iesus ex cæcitate membra sanans, & in suam naturā cōstituens, ostendit q̄ ipse sit qui & alia mēbra condidit. Dicens autē, ut manifestetur gloria Dei, de seipso dicit, nō de patre. Nam illius gloria manifesta erat, suam autē oportebat manifestare, q̄ ipse erat ille qui ab initio fecerat hominē. & planē nō parua erat gloria ut manifestaret q̄ ipse qui nunc apparuit homo, sicut Deus in principio condiderit hominē. Quod autem de seipso hoc dicat, audi sequentia, subdit enim, Oportet me operari opera eius qui misit me. Oportet me, inquit, manifestare me ipsum, & facere opera quæ possunt me ostendere facere eadem quæ pater. Vide autē quomodo nō dixerit quōd talia opera quæ faciat pater, oportet & me operari, sed illa ipsa quæ facit pater. Nam oportet me, inquit, operari opera illa. Opera illa ipsa, quæ is qui misit me, facit. Hæc autē oportet me operari quandiu dies est, hoc est, quandiu præsens uita agitur, ut homines possint in me credere: quia uētura est nox, in qua nullus poterit operari, hoc est credere. Opus enim fidem nominat. Itaq̄ in futuro seculo nullus potest credere. Nam dies quidem præsens uita est, eo q̄ possumus nunc sicut in die operari: quibus & Paulus hanc noctē nominat, eo q̄ in ea ignoretur quis uirtutē uel peccatū operetur, & q̄ ad comparationē futuræ lucis minus cūculgeat iustos. Nox autē est futurū seculū, eo q̄ nullus illic poterit operari: quibus & Paulus hoc diē uocet, eo q̄ tūc ut in luce resulgebunt iusti, & apparebunt uniuersūq̄ facta. Itaq̄ in futuro seculo fides nō erit, sed & uoluntarij & inuoluntarij obediēt. Quādiu igit in mūdo ero, lux sum mūdi: per doctrinā em̄ & miraculorū ostentationē illustro animas, atq̄ ita oportet me multorū animas illuminare, p̄ hoc q̄ sano cecū, & pupillas oculorū eius illustro. Nā q̄ lux sum, oportet me & sensibiliter et spūaliter illuminare.

Ephes. 5.

Fides in futuro seculo non erit.

Genes. 2.

Cur ad Siloam cæcus missus.

* si omnino lutū est & sputum quod mihi largitur oculos.

Hoc cum dixisset, exiit in terram, & fecit lutum ex sputo, & illeuit lutum super oculos cæci, & dixit ei, Vade, laua in piscina Siloæ, quod si interpretaris, sonat missus. Abijt ergo, & lauit, & uenit uidens. Dicens, inquit, hæc Iesus, nō his uerbis contentus est, sed & opus addidit. Exiit enim in terrā, & lutum fecit, inunxitq̄ oculos cæci: ostendens per lutum q̄ ipse sit qui & Adam de luto formauerit. Dicendo enim, Ego sum qui Adam formauit, arrogantius uisum fuisset audientibus: quod per opus monstratū nō ita offendit: propterea & de luto oculos illi format more opificij quo & Adam formatus est. Non formauit autē tantū oculos, neq̄ aperuit tantū, sed & uide re concessit: unde signum est q̄ & Adæ animam inspirauerit. Nam cum illa non operatur: etiam si oculus sit, nō uidet. Porro sputo inungit oculos, quia missurus erat eum ad Siloam, ut ne aquæ fontis ascribatur miraculum: sed discamus q̄ uirtus egressa ex ore eius, ipsa formauerit & aperuerit oculos eius: propterea exiit in terrā, & ex ore fecit lutū. Deinde ut ne putes quōd terræ fuerit miraculū, iubet ut omne deponat lutum. Quidā autē dicūt quōd & lutum nō sit depositū, sed formatū in oculum. Ceterū iubet eum ad Siloam ire, partim ut discamus cæci fidem, & quā obediēs fuerit. Nō enim cogitauit, cum lutum & sputum adhiberit oculis, quid opus mihi Siloæ: quid ut lauer? sed obtemperauit præcipienti. Insuper ut & confundat Iudæorum ingrati tudinem. Verisimile em̄ erat multos illū luto super oculos unctū uidisse, & eum diligenter obseruasse, & ita non potuisse postea dicere, Hic est, hic non est. Et tertio ostendēs se non esse iniquum legi ueteri, mittit ad Siloam. Propterea & Euangelista interpretationē Siloæ ponit, ut discas q̄ & illic Christus eum sanarit, & quōd Siloæ figura sit Christi. Sicut enim spiritalis petra est Christus, ita & spiritalis est Siloæ. Et sicut torrens ille Siloæ repentinus, & uehementior apparebat terribili quodam fluxu, ita & aduentus Domini occultus, & angelis incognitus, omne peccatum uirtute diluit.

Itaq̄ uicini, & qui uiderāt eū prius q̄ medicus esset, dicebāt, Nonne hic est qui sedebat & q̄ medicabat? Alij dicebāt, Hic est. Alij rursus, Similis est ei. Ille dicebat, Ego sum. Dicebant ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit ille, & dixit: Ille homo q̄ dicit Iesus, lutū fecit, & inunxit oculos meos: & dixit mihi, Vade ad piscinā Siloæ: & laua. Ut autē abij & laui, uisum recepi. Percussi admirabili miraculo uicini, increduli erant: & quamuis abijt ad Siloam oculis eius luto inunctis ad hoc erat, ut multi eum uiderent, & non postea negarent, quasi nescientes unde, attamen adhuc increduli

increduli sunt. Non temerē autē hoc adnotauit Euangelista, q̄ mendicus fuerit, sed ut ostendat ineffabilem Dñi misericordiā, quæ se ad infimos usq̄ demittat, ita ut & mendicū summa diligentia curaret, & ut inde etiā ipsi disceremus ne cōtemnamus minimos. Cæcus autē neq̄ priorē erubescens cæcitatē, neq̄ populū timens, confitetur, Ego sum, prædicans beneficia torē: & dicit, Homo quidam qui dicit Iesus. Hominē Dñm uocat, eo q̄ de illo nihil unq̄ magni cognouerat, fatetur autē quantū tunc cognouit. Unde autē cognouit illum q̄ Iesus esset: ex colloquio ad discipulos. Nam q̄ discipuli quidā eum interrogauerāt de illo, & ipse multa loqueretur eis, nempe, Oportet me operari opera eius qui misit me, & Lux sum mundi: talia autē nullus alius docebat, nisi solus Iesus, & illis uerbis crebro usus est: inde agnouit eum cæcus q̄ Iesus esset. Nam facientē lutum, & inungentē oculos, ex contactu agnouit, spuentem nō item. Non enim sciebat, & propterea q̄ nesciebat, non addidit, adeo erat homo uerax.

Dixerūt ergo ei, Vbi est ille? Ait, Nescio. Adducūt ad pharisæos eum qui dudum cæcus fuerat. Erat autē sabbatū cum lutū faceret Iesus, & aperiret oculos eius. Iterum ergo interrogabāt eum & pharisæi quomodo uisum recepisset. Ille autē dixit eis, Lutum mihi imposuit super oculos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex pharisæis quidā, Non est hic homo à Deo, quia sabbatū nō obseruat. Alij autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa edere? Et dissensio erat inter eos. Quoniam Dominus sanās & miraculū faciens, cōsueuerat, eo q̄ alienus esset ab ostentatione, secedere: interrogatus cæcus, Vbi est ille: dicit, Nescio: uerū omnino loquēs & in hoc. Dixerunt autē illum ad pharisæos, ut diligentius & exactius interrogaret. Porro Euangelista asignauit sabbatū esse, ut ostendatur malitia illorum, q̄ contra Christum apprehenderint occasione & arguerint illū propter uiolationē sabbati, & ita tentarint ad umbrare miraculū. propterea neq̄ interrogant illū quomodo uiderit, sed quomodo oculos eius aperuerit, per omnia calumniantes Dominū, quōd in sabbato operatus fuerit, cogentes illum cæcum cōmemorare quōd lutū fecerit, in sabbato scilicet. Ipse autē, sicut ad eos qui audierant iam loquēs, neq̄ nominis Iesu memor est, neq̄ quid ad ipsum Dominus dixerit, sed solum, lutum imposuit super oculos meos, & laui, & uideo. Verisimile enim fuit q̄ audierint pharisæi ab ijs qui adducebant ipsum ad illos, q̄ forte accusauerint Iesum, & dixerint, Ecce qualia facit in sabbato Iesus. Operæ precium autē est uidere cæci in dicendo libertatem, ut & pharisæos impaudē alloquitur. Nam illi quidem cogebant eum, ut metu percussus negaret sanationē. At ille clarius exclamat, Uideo. Dicebāt igitur quidā ex pharisæis, nō omnes, sed impudentiores, Hic homo nō est ex Deo. Alij autē dicebāt, Quomodo potest homo peccator talia facere? Vides multos à signis mulceri? Ecce & hi pharisæi & principes erant, attamen à signo placantur, & defensionē suscipiūt. Et dissensio erat in eis. Hæc dissensio prius orta fuit in turba. nam alij quidem dicebāt, seducit turbā, alij autē nō. Nunc autē & in principibus oritur, & multi ex pharisæis diuisi ab alijs sunt, & patrocinantur miraculo. Veruntamen quibus diuisi fuerint, negligentius tamen instant pro Christo, & dubitando, & duplici animo magis q̄ firmiter. Audi enim quid dicant, Quomodo potest homo peccator talia facere? Vides q̄ leuiter urgeant? Vide autē et malitiam eorum qui criminant. Non enim dicunt, Hic nō est ex Deo, quia in sabbato sanat: sed, quia sabbatum nō seruat: sursum deorsumq̄ nō beneficiū, sed diē uiolationem pronunciantes. Annota autem & hoc, quomodo principes segriores quā turba sūt in bono. Nam turba quidem prius diuisa erat sententijs, & non omnes dissolutionē uenerūt. Contingit enim etiā bene dissentire, sicut & Dominus dicit, Gladium ueni mittere super terram, quo sententiæ omnino ob bonū & pietatem diuiduntur.

Dicunt cæco iterum, Tu quid dicis de illo qui aperuit tibi oculos tuos? Ille autem dixit, Propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo q̄ cæcus fuisset, & uisum recepisset, donec uocauerunt parentes eius qui uisum receperat, & interrogauerūt eos, dicentes, Hic est filius uester, quem uos dicitis cæcum natum esse: & quomodo ergo nunc uidet? Qui fuerūt interrogantes cæcum, Tu quid dicis de illo? Erant planē ex beneuolorū sorte. Nam postquā dixerunt, quomodo potest peccator talia signa facere: ut ne uideant ipsi frustra patrocinari, eum qui beneficiū acceperat, in teste addu-

cunt: ut per eum qui uirtutem senserat, confutarent calumniatores. Vide enim quomodo bene uolē interrogant. Non enim dixerunt, Tu quid dicis de illo, quia lutū fecit, quia sabbatū nō seruauit: sed miraculū mentionē faciūt, quia aperuit oculos tuos: quasi exacuentes curatum ut pro Christo quæ digna erāt, diceret. In memoriā enim ei reducunt: Quia aperuit oculos tuos, beneficio te profecutus est, dicit: & ita debes illum prædicare. Ideo & cæcus confitetur tunc id quod potuit, q̄ nō sit peccator, sed ex Deo. Propheta enim est, dicit, quibus alij dicerent quod nō esset ex Deo, eo q̄ sabbatum nō seruaret: tamen si Christus uno digito, lutum inungens sabbatum soluere uidebatur: ipsi autē tota manu soluentes, in sabbato macstantes animalia in usum, uidebantur p̄ij esse. Vocant igitur duri & imperuasiuiles parentes eius, uolentes illos perplexos reddere, & ita negare cæcitatē filij. Nam quia illius gratum os obstruere non poterant, parentes eius ambiguos reddunt: quos statuunt in medio, & cum multo furore interrogant, imō cum multa malitia. Non enim dixerunt, Hic est filius uester, qui dudum cæcus, sed, quem uos dicitis: quasi dicentes, quem uos cæcum fecistis, ubiq̄ sermonem illum seminantes, fingentes & mentientes. Verūm ō scelesti pharisæi, quis pater talia contra filium suum mentiretur? Duobus autem illos angustis locis urgent, & cogūt negare filium, dicendo, quem uos dicebatis, & quomodo igitur nunc uidet? Vides enim quod signum hoc, quod postea ille uiderit, ita narrat, quasi prius eum cæcum fuisse mentiti illi essent. Nam mendacium est, aiunt, uel illud quod ipse nunc uidet, uel illud quod cæcus esset, sed illud ueritas, uidet enim, mendacium igitur quod uos prædicastis cæcum illum fuisse prius.

* soluentes in sabbato animalia ut potū dent, sabbatū tota manu soluentes iudei, reprehēdit Christum.

Responderūt autē eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quid hic est filius noster, & cæcus natus est: quomodo autē nūc uideat, nescimus: aut quis eius oculos aperuerit, nos nescimus: ipse ætatē habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur. Hæc dixerunt parentes eius, q̄ timerēt iudeos. Iam enim conspirauerant iudæi, ut si quis eum confiteret esse Christū, e synagoga eijceretur. Propterea parentes eius dixerūt, Ætatē habet, ipsum interrogate. Tres interrogationes obtulerant pharisæi parentibus cæci, num filius eorū esset, num cæcus natus esset, & quomodo uisum recepisset. Et illi quidē duo fatent, q̄ filius eorū, & q̄ cæcus fuerit, modum autē sanationis ignorant: & hoc omnino ut confessio ueritatis firmior fieret, & ita ipse qui beneficiū sensit, & fide dignior erat, testaretur illa, sicut & parentes eius dicūt, ipse ætatē habet. Nunquid infans est, uel stupidus, ut nō intellexerit quomodo sanatus sit? Hæc autem dixerunt parentes eius, timentes pharisæos, ita adhuc erant in exercitati, & ignobiliores filio. Nam ille ueritatis mansit impercussus testis, ita & illustrati erant mentales oculi.

Vocauerunt ergo rursus hominē qui fuerat cæcus, & dixerūt ei, Da gloriā Deo. Nos scimus q̄ hic homo peccator est. Respondit ergo illi, & dixit, An peccator sit, nescio: unum scio, q̄ cæcus cum essem, nunc uideam. Dixerūt ergo illi iterum, Quid fecit tibi: quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis, Dixi uobis iam, nec audistis, cur iterū uultis audire? Num etiā uos uultis discipuli eius fieri? Conuiciati sunt ergo ei, & dixerunt, Tu discipulus illius esto, nos autē Mosi discipuli sumus. Nos scimus q̄ Mosi locutus est Deus, hunc autē nescimus unde sit. Postq̄ parentes incitarant ut filius suus interrogaretur, hoc faciūt importuni, & adducunt illum nō ut interrogent, sed ut calumniandi medicū materia suppeditef. Da enim gloriā Deo, hoc significat, confitere q̄ Iesus nihil operatus sit in te. Gloriā enim esse Dei putāt, de Iesu nihil bonum attestari. Nos enim scimus, inquit, q̄ sit peccator. Quomodo igitur non arguistis eum quādo prouocauit uos, dicens, Quis ex uobis arguet me de peccato? At cæcus inquit, Si quidē peccator est, nescio, hoc est, nō nunc ex animo hoc, neq̄ affiximo: illud quidem manifestē scio, q̄ miraculū in me perfecit: res ipsa nūc per se ipsam consideretur, & sententiā de se ferat. Deinde quia sæpe interrogantes illū, quid fecit tibi, propter unctiōē lutū quæ facta erat in sabbato, insidiabant saluatori: sensit homo nō ad discendū, sed ad insidiandū, interrogationem proposuisse, austerius eis respondit: Neq̄ enim sermone ultra uos dignor. Nam quoties uobis dixi, & nō attendistis: Deinde quod maxime illos cruciabat, subdit, Num & uos uultis discipuli eius fieri? Declarat autē quod ipse quidem discipulus eius esse uelit. Cæterū in cessans eos placidē hæc dicit, quod sanē fuit animæ liberæ & intrepidæ, & nō curantis insaniam illorum.

Ioan. 5.

illorum. Ad cuius cōuicium illi, Tu discipulus illius sis, nos autē Mosi discipuli sumus, uidentur autē & in hoc mendaces. Nam si fuissent discipuli Mosi, & Christi fuissent discipuli, sicut & ipse dicebat eis, Si crederetis Mosi, crederetis utiq̄ mihi. Non dixerunt autem, nos audiuiimus: sed, nos scimus q̄ Mosi locutus sit Deus. quāuis à parentibus suis audissent, exactam se habere scientiam dicebant de ijs quæ per auditū receperant. Eum autem quem oculis uiderant miracula facientē, & quem audierant superna loquentem, impostorem uocabant. Vides insipientiam à malitia profectam.

Respondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile quoddā est, q̄ uos nescitis unde sit, & tamen aperuit oculos meos. Scimus autē q̄ peccatorem Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, & uoluntati eius obtemperat, hunc audit. A seculo nō est auditum q̄ quis aperuerit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non potuisset facere quicquam. Vos, inquit, ō iudæi, reiecistis eum qui me sanauit, quasi nescientes eum unde sit: ego autem dico q̄ propter hoc magis est mirabilis, quia homo nō est ex nobilibus apud uos, neq̄ ex honore præditis, qui talia potest. Et ita undiq̄ manifestū est quod sit maioris cuiusdam potentia, neque humano indigeat auxilio. Insuper quia prius dixerāt quidam ex eis, quomodo potest homo peccator signa facere talia? iam & illorum assumit iudiciū, in memoriā eis ipsorum uerba reducens. Scimus enim (inquit) omēs, quod Deus peccatores nō audit, sed si quis Dei cultor fuerit, & uoluntatem eius fecerit, hunc audit. Considera hoc loco quomodo nō solum Dominū alie num faciat à peccatis, sed & ostendat eum ualde placere Deo, & facientē omnia quæ ad illum pertineant, dicendo: sed si quis Dei cultor fuerit, & uoluntatem eius fecerit, Insuper quia cognoscebat eos adumbrare uelle miraculū, ipse prudentia plenus, beneficentiam prædicat. Nisi enim hic à Deo fuisset, non fecisset tale miraculum, quale nullus à seculo. Nam aperti fuerunt fortassis cæcorum oculi, sed illi non fuerunt à natiuitate cæci, sed alio quodam euentu: hoc autē rarum, quod nunc factum est. Manifestum igitur quod maior quàm homines sunt, talis est, qui miraculū fecit. Sed quærun quidam frigidam & sophisticam quæstionē, quomodo dixerit quod peccatores Deus nō audit, cum audiat eos precantes ut remittantur peccata? Nam misericors est. Quid igitur est (dicitur) quod hoc loco dicit, peccatores non audit? Oportebat autem ad talia ne respondere quidem, respondendum tamen, Quod Deus peccatores non audit, hoc significat, quod Deus non concedit peccatoribus signorum operationem. Non enim habitat spiritus Dei in corpore subdito peccatis. Audit igitur petentes remissionē peccatorū uerē & ex corde, nō ut peccatores, sed ut pœnitentes. Nam simulatq̄ petiuerunt remissionē, transferuntur ab ordine peccatorū in ordinem pœnitentium. Verisimiliter igitur dictum est quod Deus peccatores nō audit. Neq̄ enim peccatorib, dat gratiā signorū. Quomodo enim audiret quos hodie habet, etiam si petiuerint aliquando de re quapiā istiusmodi, tanq̄ ea sibi quæ minimē conueniunt attribuentes. Et quous audiat petentes remissionē, nō tamen ut peccatores, sed ut pœnitentes audit. Considera autē quomodo dixerit, q̄ si quis Dei cultor fuerit, mox apposerit, & uoluntatē eius fecerit, multi enim cultores quidem sunt, uoluntatē autem Dei nō faciunt. Oportet autem utraq̄ adesse, Dei cultum, & uoluntatis diuinæ adimpletionem, hoc est, fidem & opera: uel (ut Paulus nominat) fidem, & bonā conscientiam: uel breuius dicendo, theoriam & praxin. Tunc enim reuera uiuit fides, quādo opera habet Deo placentiā, e quibus bona cōscientia nascitur, sicut à malis operibus mala conscientia, & rursus opera tunc uiuunt, quando fidem habuerint, separata autem ab inuicem mortua sunt, sicut quando est fides sine operibus, mortua est, & opera sine fide mortua sunt. Vide autē quomodo ueritas mendico nullius momenti conferat libertatē dicendi, & redarguendi eos qui apud iudæos magni & honorati. Ita magna eius uirtus, sicut & mendaciū libertatis carētia & humiliatus sermo sequitur.

Quos Deus exaudit, quos non.

Quid signi ficat q̄ Deus peccatores non audit. Sapient. 11.

Fides & opera in Dei cultu exquiruntur.

1. Tim. 1. Opera & fides mutua tim sese uiuificant. Iacob. 2.

Responderūt & dixerunt ei, In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerūt eum forās. Audiuit Iesus quod eiecerūt eū forās: cumq̄ inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in filium Dei? Respondit ille & dixit, Quis est Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et uidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait, Credo Dñe, & adorauit eum. Quādiū sperabant ab homine q̄ eis grata loqueret, aduocabant eum, & interrogabant, idq̄ sæpe. Vbi autē agnouerunt eum ex responsis non sapere quæ

illorū, sed fauere ueritati: contemnunt quidem illū, ut pote in peccatis natū, in spem
 ter omnino cecitate ei obijcientes, & existimantes quod quasi maledictus, & ante na
 tiuitatē cōdemnatus esset ut cæcus nasceretur: id quod ratione carebat. Eijciunt autē
 illum extra templum, ut confessorē ueritatis, filij mendacij. Sed uide lucrū. Eius est
 est ex templo, & statim inuenit eum Dominus templi. Contemptus fuit opinione il
 lorum propter Christum, & honoratus est agnitione filij Dei. Inuenit enim illum, in
 quit, Iesus, quodāmodo dedita opera ad hoc ueniens, ut illum consolaretur quasi ago
 notheres adileram qui multū laborauerat, & coronatū suscipiens. Et quid dicit: Cre
 dis in filium Dei? Quid post tantam contradiccionē cum Iudæis, post tanta uerba ro
 gat, num credis? Non ignorans hoc facit, sed uolens cæco seipsum notū facere. Quia
 enim prorsus eum nō uiderat, ne post sanationē quidem (& quomodo potuisset, qui
 à peisimis canibus Iudæis huc & illuc traheretur?) eius gratia nunc illū interrogat: ut
 si ille interroget quisnam sit filius Dei, cōsequenter se ostendat. Insuper & indicat ei
 quod fidem illius ualde colat, quasi in hunc modum dicens, Contumelia te afficit po
 pulus talis, sed nulla mihi illorū cura. Vnius fidei rationē habeo. At ille, Quis est Do
 mine filius Dei? Desiderantis animæ uerbum locutus est. Ceterū ille, & uidisti, inqt,
 eum, & qui loquitur tecum, ille est. Non dixit, ego sum qui te sanauit, qui dixi tibi, ua
 de, lauare: sed submissē quidē primū & obscurē, Et uidisti, inquit, eum: deinde & ma
 nifestius, Et qui loquitur tecum, ille est. Videtur autē Dominus dedita opera dicere,
 uidisti eum, ut omnino in memoriā suę sanationis illum reducat, & quod à se uirtu
 tem receperit uidendi. Et ille statim credit, opusq; seruētis & ueræ fidei ostendit ado
 rans, confirmans sermonē opere, quod ut Deum glorificet Christum. Nam soli qui
 dem Deo adorationē impendendam lege cautū. Intellige autem hoc miraculum
 etiam spiritaliter impletum. Nam cæcus quidem erat omnis homo à natiuitate, hoc
 est, ex eo tempore quo erat sub generatione cui omnino coniuncta est corruptio, à
 qua mortalitati cōdemnati sumus & ad iudicati, dum crescimus à natiuitate illa pas
 sionibus obnoxia. Nam ex tunc crassa quædam nebula, & pellicea fortassis tunica
 (ut dicunt sacra eloquia) effusa est super mentis nostræ oculos. Vel etiam cæcus est
 genuliū populus. Nam & hic à natiuitate erat cæcus, eo qd excæcati, ea quæ genita &
 corruptibilia, deificabant, secundū quod obtenebratū est insipiens cor eorum. Tales
 erant Perfarū magi, uitam suam natiuitatibus & futurorū prædictioni infumentes.
 Hunc igitur cæcū, siue simpliciter omnē hominē, siue etiam gentilem populū, uidit
 Iesus. Quia enim nō potuit conditorem uidere, ipse per uiscera misericordiæ uisita
 uit nos oriens ex alto. Quomodo autē uidit præteritēs, hoc est, nō in cælo existēs, sed
 progrediens sermonib; euacuationis, & prospiciēs ē cœlis iuxta prophetiā, uidensq;
 omnes filios hominū. Et aliter, Præteriens uidit populū gentilem, hoc est, non primū
 ad illum ueniens. Venit enim ad oues quæ perierant de domo Israel. Deinde quasi
 obiter in uia fecit uisitationē eius populi, qui omnino sedebat in tenebris omnis igno
 rantia. Quomodo autē sanat cæcitatem? Cum expuisset in terram, & lutum fecisset,
 Quicunq; enim crediderit qd sicut stilla distillans in terrā, uerbū ipsum descenderit in
 sanctā uirginē, huius ungentē spirituales oculi luto factō ē sputo & terra, hoc est, uni
 co Christo, qui ex deitate, cuius symbolū stilla & sputū; & humanitate, cuius symbolū
 est terra, ex qua Domini corpus. Num igit finis sanationis in credendo est: Neutiq;
 sed oportet & ad Siloā abire, fontē baptimatis, & baptizari in misso, hoc est in Chri
 sto. Quotquot enim baptizati sumus spiritaliter, in Christo baptizati sumus. Verū
 ubi baptizatus quis fuerit, tunc & tentationib; subiacebit. Duceñ enim ad reges pro
 pter Christū, qui sanauit illū. Oportet igitur firmiter se gerere, & stare in confessione
 cōstanter, nec propter metū negare, sed & si opus fuerit, excōmunicatū fieri, iuxta il
 lud, Exoliteritis omnibus propter nomen meū, & extra synagogas faciet uos, etiā eij
 cient confidentē homines ueritatē odio habentes, & persequenti propter illas quæ eis
 sacra & uenerabiles, diuitias dico & gloriā. Tales enim inueniet Iesus. Et tūc magis
 quando ab inimicis ignominia notatus fuerit, à Christo honorabit agnitione, & cer
 tiore fide. Nam tunc magis adorabit Christū, qui apparet ut homo, est autē & filius
 Dei. Non enim alius est filius Dei, & alius Mariæ (nam hæc Nestorij impietas, sed
 unus & idem est Dei filius & hominis. Vide enim quomodo Dominus dicte cæco,
 Quis

Deut. 6.

Luc. 1.

Psalm. 17.

et 72

Matth. 15.

Galat. 3.

Matth. 24.

Ioan. 16.

Nestorij im
pietas.

Quis est filius Dei, ut credā in eum? Et uidisti, inquit, eum, & qui loquitur tecū, ille est.
 Quis igitur erat loquēs? Omnino ille qui ex Maria natus quidē & filius Dei, nō alius
 ergo & alius, unde proprie de uerbo sancta Maria, utpote quæ filium Dei carnem fa
 ctum genuerit, in diuisibilem existentem, & unum duplicem, qui est Iesus Christus.
 Et dixit Iesus, In iudiciū ego in hunc mundum ueni, ut qui nō uident, uideant: &
 qui uident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex pharisæis hæc qui cum ipso erant, &
 dixerūt ei, Num & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, nō haberetis pecca
 tum: nunc uerō dicitis, uidemus, idcirco peccatū uestrum manet. Postq; uidit Dñs
 pharisæos ex miraculo magis offendi, qd utilitatē percipere, & propterea maiori con
 demnatione dignos, dicit, sicut uidetur & euenit, In iudiciū ego ueni, hoc est, in ma
 iorem condemnationē & in pœnam: ut qui nō uident, uideant: & qui uident, phari
 sæi scilicet, cæci oculis animæ fiant. Ecce enim ille quidē à natiuitate non uidebat,
 & nunc uidet anima & corpore. Qui autē uident uideri, mente excæcati sunt. Duos
 enim uisus, & duas cæcitates hoc loco dicit. Pharisæi autem, qui semper ad sensibilia
 sunt intenti, existimantes eum de sensibili cæcitate loqui, num & nos, inquit, cæci
 sumus, & hanc solum corporalem erubescunt cæcitatē. At Dñs ostendere eis uolens
 quod melius esset eis esse cæcos corpore, & nō incredulos, inquit, Si cæci essetis, non
 haberetis peccatum. Nam si per necessitatē naturæ excæcati essetis, uenia daretur uo
 bis incredulitate laborantibus: nunc autē quia dicitis uos uidere, & planē etiā ipsi fa
 cti spectatores huius miraculi in cæco, incredulitate laboratis adhuc, non digni estis
 uenia. Nam peccatū uestrum indelebile manet. Et magis puniemini, eo quod ex mi
 raculis quæ uidetis, ad fidem non trahimini. Fortē autem quis etiam sic intellexerit,
 si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nam uos quidem, inquit, de corporali cæcita
 te interrogatis, ego autem de animi cæcitate dico, quod si essetis cæci, hoc est imperiti
 scripturarum, non haberetis tale peccatū, quia per ignorantiam peccaretis: nunc au
 tem dicitis quod uideatis, & prudētēs uosipfos & legisperitos facitis, & ita per uosip
 sos condemnati estis, & maius habetis peccatum, quia scienter peccatis.

C A P V T X.

A Men amen dico uobis: qui non intrat per ostium in stabulum ouium, sed aliū
 de ascendit, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.
 Huic ostiarius aperit, & oues uocē eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim,
 & educit eas. Et cum proprias oues emisserit, ante eas uadit, & oues illum sequuntur,
 quia nouerunt uocem eius. Alienū autē nō sequuntur, sed fugient ab eo, quia non
 nouerunt uocem alienorū. Postq; illis incredulitatē obiecit, dicens, Verē cæci estis se
 cundum animā propter incredulitatis morbum: ut ne possint dicere, non auersamur
 quasi cæci, sed ut seductorem te fugimus, de hoc nunc facit prolixum sermonem: &
 quid facit? Indicia ponit uerū pastoris, & lupi & perniciosi, & sic seipsum ostēdit à par
 te bonorum esse, testimoniū ab operibus sumēs. Et prius indicia ponit perniciosi. Ille
 enim, inquit, nō ingreditur per ostium, hoc est, per scripturas. Nō enim utitur scriptu
 ris testibus, neq; prophetis. Nam profectō scripturę ostium sunt per quas adducimur
 ad Deum, illæ lupos non permittunt intrare. Prohibent enim hæreticos, ut nos secu
 ri simus: & de omnibus rationem dant, de quibus uoluerimus. Fur igitur est qui nō
 per scripturas ingreditur in stabulum ouium, * & ita per illas deprehenditur: sed
 ascendit aliunde, hoc est, aliā sibi uiam & insolitam parat, quemadmodum Theu
 das & Iudas, qui cum ante Christi tempora populum seduxissent, ipsum perdidērūt
 & simul ipsi perierūt. Talis erit Antichristus. Nō enim ex scripturis illius testimonia.
 Insuper & scribas notat. Nam hi quidē mādata legis paruificiebāt, mandata autē ho
 minū & traditiones docebāt diligenter. Dicit, qui ascendit, id qd furis est, sepē transi
 lientis, & omnia cum periculo facientis. Vidisti indicia latronis: uide & quæ sint pa
 storis. Pastor enim per scripturas ingreditur, & ei ostiarius aperit. Ostiariū autē uel
 Mosen intelligit, cui diuina eloquia concredita fuerunt. Aperit autē Moses Dño, de
 ipso omnino dicens, sicut & Dñs ipse dicit, Si crederetis Mosi, crederetis utiq; mihi.
 Vel spiritus sanctus est ostiarius. Nam quia in spiritu sancto intelligunt & aperiunt
 scripturæ quæ ostendūt nobis Christū, merito ostiarius dicitur spiritus sanctus, in quo
 ut spiritu sapientiæ & scientiæ scripturæ aperiunt, per quas ingreditur Dominus ad
 nostrū

Maria qd
re ueritas
dicit.

Scripturæ
ostium sunt
intraturis
ad Deum.
* ut illis
prospiciat

Indicia la
tronis.
Indicia pa
storis.

Ioan. 5.

noſtri curā, & per quas offenditur paſtor. Vocē autē eius paſtoris audiūt oues. Nam quia illi ſæpe eum dicebant deceptorē, & hoc ex incredulitate cōfirmabant, dicentes, Num quis principum credidit in illum? offendit Chriſtus q̄ non oporteat haberi ſe pro damnolo eo q̄ illi nō credant, ſed ipſos abſciendos eſſe ex ouium genere. Nam ſi ego quidem, inquit, per ianuā ingredior, manifeſtū quōd ierē ſum paſtor. Vos autem qui nō ſecuti eſtis, uidemini nō eſſe oues. Vnde autē educit oues proprias? Vel ex medio infidelitū, ſicut & cæcum de medio Iudæorū, qui & audiuit eum, & agnouit eum. Et ante oues quoq̄ vadit, quīs ſecus ſit cum corporalib. ouibus. poſt illas em̄ vadunt paſtores. Sed iſto loco oſtendit q̄ omnes ducat ad ueritatem: quia & diſcipulos quaſi oues in mediū luporū mittit. ſic igitur rarior eſt paſtoralis cura Chriſti. Alienū autē nō ſequentur, nō enim cognoscunt alienorū uocem. Iterum hoc loco Theuda & Iudam notat, quos nō ſecutæ ſunt oues. Nam paucos quosdam ſuffurati ſunt: & hi poſt mortē illorum diſceſſerunt. Chriſtum autē uiuentem & mortuū maximē totus mundus eſt ſecutus. Notat autem & Antichriſtum. Hic enim cum ſeduxerit ad paruum tempus, nō habebit eos qui ſequantur ſuam perditionē. Nam quōd nō ſequantur, hoc manifeſtat: quia poſt mortē ſeducentiū non erit qui attendat uel ſequatur. In noua quidem ſcriptura eſt. Educit autem ad paſcua Dominus oues per ianuam hanc. Quod autē pabulum? Vel futuræ deliciae, uel ſedes in qua nos introducit Dominus. Quauis autē & alio loco ſeipſum oſtium nominat, nō eſt mirandum. Cum enim curam ſuam uult demonſtrare erga nos, paſtorem ſe nominat: quando autē oſtendere uult quōd ipſe ſit ille qui ducat ad patrem, tunc ianuam ſe dicit: quia ipſe iuxta alium & alium ſenſum ouis eſt & paſtor. Inſuper ſi quidem ſermones diuinarū ſcripturarū ſunt oſtium, & Dominus ipſe eſſe dicitur ſermo, meritiō uocatur & oſtium.

Hanc parœmiā dixit ei Ieſus, illi autem non cognouerūt quæ eſſent quæ loque retur eis. Dixit igitur iterum eis Ieſus, Amen amen dico uobis, ego ſum oſtium ouitū. Omnes quotquot ante me uenerūt, fures ſunt & latrones: ſed nō audierūt eos oues. Hanc, inquit, parœmiā, hoc eſt, parabolam, dixit eis Ieſus, obſcurē illis loquens, ut attentiores illos faceret. Poſtq̄ igitur hoc docuit, ſoluit nunc obſcuritatem, ſic dicens, Ego ſum oſtium. Quod autē dicit, Omnes qui uenerunt, nō de prophetis dicit, ſicut Manichæi. Manichæi delirant, Nam illi uolentes oſtendere uetus teſtamentū nō eſſe à Deo, & prophetas nō eſſe miſſos à Deo, utūtur hoc dicto, Omnes qui uenerūt ante me, fures ſunt & latrones. Non igitur de prophetis hoc dicit, ſed de Theuda & Iuda & alijs ſeditioſis. Quod autē de his dicat, manifeſtū. Non audierunt enim, inquit, illos oues. Seditioſos enim illos nō audierūt oues, prophetas autē audierūt, & per illos crediderunt. Et aliter, Non audierūt illos oues, laudans dixit. Nuſquā autē uidetur laudare inobedientes prophetis, ſed è diuerſo uehementer accuſat & perſequit. Inſuper diligenter attende uerbū ipſum, Quicunq̄ uenerūt, inquit, nō quicunq̄ miſi ſunt. Nam prophete quidem miſi aduenerūt: pseudoprophete autē, quales & ſeditioſi illi dicunt, à nullo miſi uenerunt, ſicut & Dominus dixit, Currebant, & ego nō mittebam eos.

Ego ſum oſtium. per me ſi quis intrauerit, ſeruabit, & ingreditur & egreditur, & paſcua inueniet. Qui ingreſſus, inquit, per me oſtium, & oblatuſ patri, & ouis illius factus fuerit, ſaluabit: & nō ſolū ſaluabitur, ſed & ſicut Dñs, magnā habebit ſecuritatē. Hoc enim ſignificat per hoc q̄d dicit, & ingreditur & egreditur, ſicut & apoſtoli ingrediebant & egrediebant, corā tyrānis liberē loquētes. nam & ei eſti, lati erāt, & inuiti eſti. Et paſcua, inquit, inueniet, hoc eſt, copioſum cibū. Et aliter, Quia duplex eſt noſter homo, internus & externus, ut dicitur à Paulo: ingreditur quidem ille, dixerit quis, qui curam gerit interni hominis: & egreditur iterum, qui mortificat membra ſuper terram, & opera corporis in Chriſto. Talis igitur paſcua inueniet & in futuro ſeculo, ſecundum quod dicit propheta, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, &c.

Fur non uenit niſi ut furetur, & macet ac perdat. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Ego ſum paſtor ille bonus. Bonus paſtor animā ſuā ponit pro ouibus. Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius nō ſunt oues propriae, uidet lupum uenientem, ac deſerit oues, fugitq̄, & lupus rapit, & diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & oues nō ſunt illi curæ. Quoniam Theudas & Iudas etiam cum cæteris apoſtatis abducti, occiſi fuerūt & perierūt: propterea ſubdit di-

dit dicens, Fur non uenit niſi ut furetur & macet, ac perdat. Illos & ſimiles eis fures uocans, ego autem, inquit, ueni ut uitam habeant. Illi occiderunt & perdidērunt eos qui ſecuti ſunt, ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant, ſancti ſpiritus cōmunionē, per quam & regnū cœlorum intelligere oportet. Habent igitur omnes fidem in Chriſto. Omnes enim reſurgent & uiuent, ſed iuſti quid amplius habent? regnum ſcilicet cœlorū. Inſuper & de paſſione diſſerit, ac inquit, Animā meam pono pro ouibus: declaras q̄ nō inuoluntarius, ſed uoluntarius ad paſſionē accedat. Pono enim ſignificat, nemo rapit ex me eam, ſed ego eam depono. Notat autē & ſæpe cōmemoratos ſeditioſos. Illi (inquit) nō poſuerunt animam pro ouibus, ſed reliquerūt eos qui ipſos ſecuti ſunt, mercenarij enim fuerunt. Ipſe autē Dominus è diuerſo cum comprehenſus eſt, inquit, Si igitur me quæritis, ſinite illos abire, ut impleatur ſermo, quōd nullus ex ipſis perierit, idēq̄ ſic urgentibus Iudæis, ut nulli lupi in oues magis ſeruiant. Nam cum gladijs, inquit, & lignis uenerunt cōprehendere illum. Pores & hic intelligere per lupum, ſpirituale inimicū, quem & leonē ſcriptura nominat, & ſcorpium, & ſerpentē: qui rapere quidem oues dicitur, quando per mala opera quaſdam deuorat. Diſpergere autē, quando per malas cogitationes cōfundit animā, qui & fur meritiō dicitur, furans per malas cogitationes, macians per conſenſum, perdens per opus. Conſertur enim malitiæ cogitatio furto, conſenſus autē in malam cōcupiſcentiam diaboli cōmaciationi, opus autē malū perditioni. Et hoc eſt forte quod fur nō uenit niſi ut furetur, & macet, ac perdat. Dominus enim cōtraria q̄ fur ille facit. Dat diuinam uitam, ſanctificans nos & cogitationes per aduentū bonorum deſideriorū, & corpora per bona opera. & quiddam etiam abundantius dat, ut etiam alijs prodeſſe poſſimus docendi gratia, proſectō & regno cœlorū ut abundantiori quadam remuneratione nos præmiat. Hic igitur eſt paſtor bonus, ſed nō mercenarius, ut Iudæorū principes, negligentis ſcilicet populū, & ad ſolam mercedem recipiendam ſpectantes. non enim quærebant populū utilitatem, ſed ex ipſo turpe lucrum.

Ego ſum paſtor ille bonus, & cognosco oues meas, & cognoscor à meis. Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem, & animā meam pono pro ouibus. Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: illas oportet me quoq̄ adducere, & uocem meam audient, & fiet unum ouile, unus paſtor. Etiam hoc loco agnoſces differentiā paſtoris & mercenarij. Nam mercenarius quidem neſcit oues, q̄d contingit quia nō ſæpe illas inuiſit. nā ſi ſæpe inuiſeret, cognosceret illas. At paſtor qualis Dominus, cognoscit ſuas oues, quia curam illarū agit: & ruruſ cognoscutur ab illis quos uſitatione dignatur, propter conſuetudinē agnoſcentiū ſuum curatorē. Vidit autē quōd primus ille nos cognoscut, deinde nos illū. Neq̄ aliter poteſt cognoscut Deus, niſi cogniti fuerimus ab illo. Etenim primū ipſe familiaris factus eſt nobis, carne factus homo: deinde nos illi familiares facti ſumus per deificationē, recepta gratia. Volens autem oſtendere quōd increduli indigni ſint qui cognoscutur à Deo, quia reuera oues nō ſunt, dixit, & cognosco meas oues, & cognoscor à meis: iuxta id, Cognouit Dominus eos qui ſunt eius. Porro ne quis putet quōd ſicut homo cognoscut, ſubdit dicēs, Sicut cognoscut me pater, & ego cognosco patrem. quali diceret, ita euidenter illum ſcio, ſicut ipſe me. Sæpe autē ponit, Animā meam pono pro ouibus, declarans quōd nō ſit impoſtor. Dicere enim, Lux ſum & uita, apud inſipientes inflationis eſſe uidebat. Dicere autē, Mori uolo, nullam inuidiam habet, ſed magnā potius curam indicat, quā exhibere uolebat pro lapidantibus. Cæterū cum dicit, Et alias oues habeo, de gentibus dicit, Non ſunt ex hoc ouili, quod eſt ſub lege: neq̄ enim gentes lege concluduntur. Et illas quoq̄ oportet me cōgregare. Diſperſæ ſunt enim & hæ & illæ nō habentes paſtorem. Nam & qui inter Iudæos melius ſapiebant, & ad credendū propenſiores erant, paſtore carebāt: & multo magis gentiles. Oportet igitur & illas quæ ex gentibus, congregare, quemadmodū & eas quæ ex Iudæis erant. Verbum autē oportet, hoc loco non eſt neceſſitatis, ſed planē euentus ſignificatiuum. Et erit unum ouile, unus paſtor. In Chriſto enim Ieſu non eſt Græcus, neq̄ Iudæus, neq̄ ulla differentia. Unus enim character omnibus, unum ſigillum baptiſmatis, unus paſtor, uerbū Dei & Deus. Confundantur Manichæi, qui uetus teſtamentum abſciūt. Audiant, quōd unum ouile, unus paſtor: idem enim Deus ueteris & noui teſtamenti.

Propterea

Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. **A** Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo rursus sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio igitur iterum facta est inter Iudaeos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis, Daemonium habet, & insanit: quid eum auditis: alij dicebant, Hæc uerba non sunt demonium habentis. Num demonium potest caecorum oculos aperire? Quoniam alienum eum a patre dicebat, & seductorem, & perniciosum, non saluatorem animarum, ostendit per ea quae dicit, Non sum uobis perniciosus, sed ad sustinenda omnia pro uobis paratus, quis propter nihil aliud, quam quod uos in tantum diligit Deus, ut & ego propter hoc ab ipso diligar, quia pro uobis moriar, quomodo igitur seduco uos, quos scio dilectos Dei? An non magis pro uobis mori quero, ut si propter nihil aliud, saltim propter hoc, quod magis diligar a patre meo? Hæc autem nunc tam humilia dicit, se illis attemperans, eo quod si diceret de se sublimia, auditores illum non caperent: quia si aliter dictum consideretur, absurdum uidebitur. Cur enim priori tempore non diligebatur, sed nunc dilectionem coeperit pater, & mors pro nobis, illi dilectionis autor fuerit? Non ita est, sed, ut dixi, sese illis attemperans hæc dicit. Dixit autem quis & hoc, quoniam nam dilectio Dei & patris erga nos ex confesso erat. Vidit autem Deus & pater etiam filium suum eandem erga nos declarantem bonitatem, atque ita uoluisse pro nobis mori, & diligenter obseruare characteres bonitatis paternae. Dilixit meritum, non quasi mercedem quandam mortis pro nobis dilectionem dans filio, sed spectans inadulteratam substantiam in filio, & quodammodo quibusdam naturae uinculis necessarijs & inuitabilib. ad hoc uocatus. An non magna dilectionis erga nos opus filius suscepit ignominiose moriens pro nobis: & non solum moriens, sed & iterum accipiens animam, ut occidat mortem, & nobis immortalitatem per resurrectionem pariat? Hoc igitur significat quando dicit, Pater diligit me, eo quod morior pro uobis: quasi exulteret & gaudeat pater quod filius sibi similis sit, & seruet characteres suae erga homines charitatis. Porro quod dicit, Nullus tollit animam meam a me, propter eos qui mortem eius meditabantur, dicit. Vos enim, inquit, sititis meum sanguinem, sed bene scitis quod me in uoluntario nullus praeualebit. Insuper ut ne quis putet quod tantum minister & subditus moriatur ab alio iussus, & illi cedens, Potestatem, inquit, mortis meae ipse habeo, ut Dominus mortis. Itaque propterea dicit, Potestatem habeo ponendi animam meam. Quis & uniusquisque uestrum potestatem habeat ponendi animam suam, nam unicuique uolenti possibile est se interficere, sed non de hoc modo dicit Dominus, sed quod me inuito nullus poterit hoc facere, id in hominibus non fit. Nam etiam praeter uoluntatem nostram ab alijs interficimur. At Dominus nunquam inuoluntarie passus est, eo quod non aliter morti obnoxius erat, nisi quantum libebat. Habet & maius, quod animam iterum accipiat. Hoc autem mandatum inquit accepi esse a patre, ut moreretur pro mundo. Uique adeo, inquit, non sum aduersarius Deo, ut & istuc ipsum mori, a patre mihi mandatum sit. Porro primum quod sublimem est, dicit, Potestatem habeo accipere animam meam. Dominum enim mortis se per hoc ostendit, & ducem uitae, iterum humile uerbum ponens, nempe, mandatum hoc accepi a patre meo, ita mirabiliter utraque conectit, & quod non habeatur minor, ac seruus patris, & non sit aduersarius illi, sed eiusdem potentiae & uoluntatis. Et ita quoque multis ex auditoribus, etiam sic profuit, eo quod talia dicebat, atque ita, ut & dissensio fieret. Nam dum nonnulli quibus hæc uerba obscuriora uidebant, putabant illum demonio actum loqui quae non intelligeret: alij qui uel mediocriter intellexerant, Hæc, aiunt, uerba non sunt eius qui demonio agitur. Insuper quia uerbis non poterant confutare illos: cum enim beneuoli non satis tenerent ea quae a Domino dicebantur, neque illis persuasissent uerbis, sed Christo operibus patrocinari tentant, & dicunt quod hæc uerba non sunt demoniaci. Unde autem hoc manifestum? Ex operibus. Demonium enim non potest oculos caecorum aperire. Quia igitur opus diuinum, ergo & uerba eiusmodi sunt. Quare autem Christus nihil respondet his qui dicebant ipsum demonio agi? Quia iam satis illos confutarat, & fide digniores aduersabantur illis, & pro ipso rationem reddebant. Igitur quia dissentiebant inter se, quid ultra opus erat contradicere his qui criminabantur, praesertim cum neque sic fidem quidem habituri essent?

Facta sunt autem encarnia Hierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo in

in porticu Solomonis. Circumdederunt ergo eum Iudaei, & dicebant ei, Quomodo animam nostram suspendis? Si tu es Christus, dic nobis ingenuè. Respondit eis Iesus, Dixi uobis, nec creditis. Opera quae ego facio nomine patris mei, hæc testimonium reddunt de me. Sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, quemadmodum dicebam uobis. Quae encarnia facta sunt in Hierosolymis: Quidam dicunt quod quod die edificatum fuerit templum a Solomone, eodem celebrauerint encarnia. Alij autem non hoc dicunt, sed Euangelistam aiunt dicere encarnia constructi templi post captiuitatem. Preclarum autem & celebre agebant festum. Nam tantum ciuitas suum ornatum recepisset post longam captiuitatem, iucundum diem encarniorum faciebant. In hoc igitur festo aderat & Iesus. Nunc autem frequentius uersatur in Iudaea, quia passio in foribus erat. Hyems enim instabat, postquam hyemem in primo mense ueris passus est Dominus, propterea & Euangelista notauit tempus, ostendens quod prope sit tempus passionis. propterea uersatur in Hierosolymis. Circumdederunt igitur ipsum Iudaei, & apparenter quidem ex desiderio quodam discendi interrogant ut eis dicat, num ipse sit Christus? Reuera autem ex corrupta & curiosa mente profecta est interrogatio. Nam cum opera praedicarent illum esse Christum, isti ex uerbis quaerebant discere: quod iudentium magis est, & deridentium. Omnino autem quaestio magna ingratitude plena est, & fallacium illorum malitiam ostendens. Dic enim, inquit, nobis liberè. Sanè ubique dicebat liberè, & comparebat in festis, & nihil in occulto loquebatur, filiumque Dei se nominabat, & lucem, & uitam, & osium, adhibito etiam teste Mose. Praeterea arguens eos Dominus, utpote malo animo loquentes, Dixi uobis, inquit, sapius, & non creditis. Et aliter, Quid ita simulatis quod nudo uerbo persuadeamini? Opera quae facio, non ut aduersarius Dei, sed in nomine patris mei, non recipitis, & quomodo nudis uerbis crederetis? Omnino enim maior est uirtus operum quam uerborum ad persuadendum: quod & fatebantur hi qui melius inter ipsos sapiebant, dicentes: Non potest homo peccator signa talia facere. Propterea dicit, Non creditis mihi, quia non estis ex ouibus meis. Nam ego quidem ut pastor bonus quae oportebat facere, feci: uos autem si non sequamini, non ego pastoris, sed uos ouium uocatione indigni estis. Da & tu operam, dum hyems est, praesens dico uita, quae semper a malis spiritibus turbatur, ut celebres encarnia spiritualis templi tui, semper nouus factus, & ascensionis in corde ponens. Aderit enim tunc tibi Iesus, qui simul celebret encarniorum festiuitatem in porticu Solomonis, custodia sua te muniens, & pacificum te faciens ab affectionibus. Ipse enim pacificus Solomon est. Quisquis igitur in protectione Christi pacifici moratur, habet & Dominum simul diem festum agentem encarniorum animae, quandiu hyems uitae huius durat. Ver enim futurum seculo est, quo omnia reuiuiscunt, quo nullus animam innouare potest. Nam praesenti seculo omnia talia concluduntur.

Oues meae uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam aeternam do eis, nec peribunt in aeternum, neque rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. ego & pater unum sumus. Postquam dixit eis, Non estis ex ouibus meis: nunc hortatur eos ut fiat oues eius: ideo & subdit, dicens, Oues meae uocem meam audiunt, & sequuntur me. Deinde demulcens eos, dicit quae consecuturi sint ipsum sequentes. Vita enim, inquit, aeterna do eis, & ne pereant in aeternum, &c. Et omnino per uerba hæc excitat illos, zelumque ac desiderium inicit, qui concedit quod & alij se sequantur sicut illae. Propterea autem dicit, Non peribunt, quia nullus potest rapere eas de manu mea, eo quod pater meus qui dedit mihi eas, maximus omnium est, & de manu eius nullus potest eas rapere, & ita neque de manu mea. manus enim mea & patris una est. Nam ego & pater unum sumus, secundum potestatem scilicet & uirtutem. Manum enim potestatem & uirtutem dicit. Igitur ego & pater unum sumus secundum substantiam & naturam, & potestatem ac robur. Id quod & Iudaei quoque cum intellexissent, quod seipsum consubstantiali Deo faceret, lapidare uolebant eum, utpote qui se filium Dei faceret. Sed interrogauerit quispiam, Quomodo dixit Dominus, nullus ex manu patris mei rapit eas, cum tamen multos uideamus perire? Dicendum quod rapere quidem nullus potest de manu patris, decipere autem multi. Nam uti quadam & tyrannide nullus potest auellere a Deo, deceptione autem quotidie supplantamur. Quomodo autem dixit, Oues meae

Quo tempore animi passus sit Christus.

Ioan. 9.

ut & ipsi sequantur eum qui talia largitur.

Obiectio.

me sequuntur, & nō pereunt: Videmus enim q̄ Iudas perierit: sed propter hoc perijt, A
 quia non secutus est, neq̄ ouis mansit usq̄ ad finem: Dñs de ijs qui secuti sunt eum, &
 oues sunt, inquit, quia non pereant, Quod si quis ex ordine ouis exciderit, & non secu-
 tus fuerit pastorē, statim perit. Vtaris autem & hoc de Iuda exemplo cōtra Manicheos.
Manichei. Etenim cum ille sanctus esset, & ouis Dei, & ueribilis uoluntate, sua sponte excidit.
 Non igitur natura sunt mala, aut bona, sed uoluntate & constituntur, & soluntur.

Sultulerunt ergo rursum lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus, Mul-
 ta bona opera ostendi uobis ex patre meo: propter quod eorum operum me lapidatis?
 Responderūt ei Iudæi dicentes, Ob bonū opus nō lapidamus te, sed ob blasphemā, &
 quia tu homo cum sis, facis teipsum Deū. Respondit eis Iesus, Nōne scriptum est in
 lege uestra, Ego dixi, dii estis: Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non
 potest solui scriptura, quem pater sanctificauit, & misit in mundum: uos dicitis me bla-
 sphemare, quia dixerim, filius Dei sum: Cum diceret, Ego & pater unum sumus per
 omnia secundum potestatem & uirtutem, & indicaret unam esse patris manum, & su-
 am: putabant Iudæi blasphemū, & apprehendebant lapides, quod faceret se aequalem
 Deo. Igitur Dñs admonens & ostendens q̄ nullā iustā furoris erga se causam habeant,
 sed absq̄ causa insaniant, reducit eis in memoriā miracula a se facta, & Multa bona o-
 pera, inquit, ostendi uobis: ppter quod eorū lapidatis me? Illi autē dicūt, Propter blasphe-
 mias lapidamus te, quia filium Dei teipsum facis. Ceterū ipse non negat hoc, neq̄ di-
 cit, non facio meipsum Deum, uel non sum æqualis patri: sed magis confirmat illorum
 sententiam, & asserit se Deum esse, ex his quæ scripta sunt in lege. Legem autem dicit
 & librum Dauid, sicut simpliciter & omnem scripturam. Quod autem dicit, hunc sen-
 sum habet. Si hi qui gratia deificationem acceperunt, dii sunt, & nemo illos criminat:
 quomodo ego iuste a uobis inrepor, qui natura sum Deus, quem pater sanctificauit,
 hoc est segregauit, ut occideretur pro mundo? Sanctum enim dicitur, quod Deo segre-
 gatū est. Manifestum enim quia me sanctificat, & segregauit pater in salutem mun-
 di, & ideo non sum æqualis alijs dijs, sed Deus uerus. Verē enim opus Dei est saluare, B
 & non hominis gratia deificati. Si igitur illi ad quos Dei sermo factus est, hoc est ego:
 (nā ego sum sermo Dei, & habitauit in illis, concessiq̄ eis ut adoptarent in filios) si igit
 illi dei, multo magis ego extra omnem noxā sum, Deū uocans meipsum, qui & natu-
 ra sum Deus, & alijs hoc concedo. Confundatur Ariani & Nestoriani. Nam & filius
 Dei, & Deus substantia naturaq̄ est Christus, & non creatura, & alijs dat deitatem ad
 quos fit, nam sermo est Dei, sed non ipse gratia deificat. Nam manifestē separat se ab
 his qui gratia deificantur, propter ea quæ illic dicunt, & ostendit q̄ etiā illis ipse sit au-
 thor deificationis, nam sermo Dei est, & inhabitat in eis: quod significat per hoc quod
 dicit, ad quos sermo Dei factus est, hoc est, in quibus habitauit. Quomodo igit blasphe-
 mo dicens filium Dei meipsum: Quāuis enim & carnem feram, & ex semine sim Da-
 uid: sed ignoratis sacramentum, & quod nō aliter potuerit carnalis hominum natura
 Dei recipere familiaritatem, quā per carnem, quasi in uelamento ei familiaris fuisset.

Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si uerō facio, & similit̄ nō credi-
 tis, operibus credite, ut cognoscatis & credatis q̄ pater in me est, & ego in eo. Vultis,
 inquit, scire æqualitatem cum patre? A substantia non potestis scire (impossibile enim
 est scire substantiam Dei) sed accipite ex operū æqualitate & identitate indicium iden-
 titatis secundum uirtutem. Ex his habebitis deitatis meæ testimonium, & sciētis & cre-
 detis quod nihil ego aliud sum quā id quod pater. Eandem enim substantiam habeo
 manens filius, & hypostasi differens. Similiter & pater manens pater, & differens hy-
 postasi, nihil aliud est q̄ filius secundū substantiā scilicet ac naturā, quāuis aut per hy-
 postases differimus, at non separantur hypostases, sed in seipsis alter in altero sunt absq̄
 confusione pater & filius. Etenim sicut apud nos pater separatus est a filio, quāuis na-
 tura unum sint, ita & in diuinis personis: sed in seipsis alter in altero sunt absq̄ confusio-
 ne. Propterea nos tres quidem homines dicimur, utpote subsistentes separati, & non
 unum propriē existentes. In diuina aut triade unus Deus, sed non tres dii, propter per-
 sonarum inconfusam & circumcessionem, adde, & eandem uolitionem.

Quærebant ergo iterū eum apprehendere, & exiuit de manu eorū, & abiit iterū trās
 Iordanem in eum locū ubi fuerat Ioannes baptizans primum, mansitq̄ illic. Et multi
 uenerunt

me sequuntur, & nō pereunt: Videmus enim q̄ Iudas perierit: sed propter hoc perijt, quia non secutus est, neq̄ ouis mansit usq̄ ad finem: Dñs de ijs qui secuti sunt eum, & oues sunt, inquit, quia non pereant, Quod si quis ex ordine ouis exciderit, & non secutus fuerit pastorē, statim perit. Vtaris autem & hoc de Iuda exemplo cōtra Manicheos. Etenim cum ille sanctus esset, & ouis Dei, & ueribilis uoluntate, sua sponte excidit. Non igitur natura sunt mala, aut bona, sed uoluntate & constituntur, & soluntur. Sultulerunt ergo rursum lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo: propter quod eorum operum me lapidatis? Responderūt ei Iudæi dicentes, Ob bonū opus nō lapidamus te, sed ob blasphemā, & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deū. Respondit eis Iesus, Nōne scriptum est in lege uestra, Ego dixi, dii estis: Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit, & misit in mundum: uos dicitis me blasphemare, quia dixerim, filius Dei sum: Cum diceret, Ego & pater unum sumus per omnia secundum potestatem & uirtutem, & indicaret unam esse patris manum, & suam: putabant Iudæi blasphemū, & apprehendebant lapides, quod faceret se aequalem Deo. Igitur Dñs admonens & ostendens q̄ nullā iustā furoris erga se causam habeant, sed absq̄ causa insaniant, reducit eis in memoriā miracula a se facta, & Multa bona opera, inquit, ostendi uobis: ppter quod eorū lapidatis me? Illi autē dicūt, Propter blasphe- mias lapidamus te, quia filium Dei teipsum facis. Ceterū ipse non negat hoc, neq̄ dicit, non facio meipsum Deum, uel non sum æqualis patri: sed magis confirmat illorum sententiam, & asserit se Deum esse, ex his quæ scripta sunt in lege. Legem autem dicit & librum Dauid, sicut simpliciter & omnem scripturam. Quod autem dicit, hunc sen- sum habet. Si hi qui gratia deificationem acceperunt, dii sunt, & nemo illos criminat: quomodo ego iuste a uobis inrepor, qui natura sum Deus, quem pater sanctificauit, hoc est segregauit, ut occideretur pro mundo? Sanctum enim dicitur, quod Deo segregatū est. Manifestum enim quia me sanctificat, & segregauit pater in salutem mundi, & ideo non sum æqualis alijs dijs, sed Deus uerus. Verē enim opus Dei est saluare, & non hominis gratia deificati. Si igitur illi ad quos Dei sermo factus est, hoc est ego: (nā ego sum sermo Dei, & habitauit in illis, concessiq̄ eis ut adoptarent in filios) si igit illi dei, multo magis ego extra omnem noxā sum, Deū uocans meipsum, qui & natura sum Deus, & alijs hoc concedo. Confundatur Ariani & Nestoriani. Nam & filius Dei, & Deus substantia naturaq̄ est Christus, & non creatura, & alijs dat deitatem ad quos fit, nam sermo est Dei, sed non ipse gratia deificat. Nam manifestē separat se ab his qui gratia deificantur, propter ea quæ illic dicunt, & ostendit q̄ etiā illis ipse sit au- thor deificationis, nam sermo Dei est, & inhabitat in eis: quod significat per hoc quod dicit, ad quos sermo Dei factus est, hoc est, in quibus habitauit. Quomodo igit blasphemato dicens filium Dei meipsum: Quāuis enim & carnem feram, & ex semine sim Dauid: sed ignoratis sacramentum, & quod nō aliter potuerit carnalis hominum natura Dei recipere familiaritatem, quā per carnem, quasi in uelamento ei familiaris fuisset. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si uerō facio, & similit̄ nō creditis, operibus credite, ut cognoscatis & credatis q̄ pater in me est, & ego in eo. Vultis, inquit, scire æqualitatem cum patre? A substantia non potestis scire (impossibile enim est scire substantiam Dei) sed accipite ex operū æqualitate & identitate indicium iden- titatis secundum uirtutem. Ex his habebitis deitatis meæ testimonium, & sciētis & cre- detis quod nihil ego aliud sum quā id quod pater. Eandem enim substantiam habeo manens filius, & hypostasi differens. Similiter & pater manens pater, & differens hy- postasi, nihil aliud est q̄ filius secundū substantiā scilicet ac naturā, quāuis aut per hy- postases differimus, at non separantur hypostases, sed in seipsis alter in altero sunt absq̄ confusione pater & filius. Etenim sicut apud nos pater separatus est a filio, quāuis na- tura unum sint, ita & in diuinis personis: sed in seipsis alter in altero sunt absq̄ confusio- ne. Propterea nos tres quidem homines dicimur, utpote subsistentes separati, & non unum propriē existentes. In diuina aut triade unus Deus, sed non tres dii, propter per- sonarum inconfusam & circumcessionem, adde, & eandem uolitionem. Quærebant ergo iterū eum apprehendere, & exiuit de manu eorū, & abiit iterū trās Iordanem in eum locū ubi fuerat Ioannes baptizans primum, mansitq̄ illic. Et multi uenerunt

†Nō enim

* πὸς τὴν ἐπι-
ληψίαν
πρὸς τὴν ἐπι-
ληψίαν

uenerunt ad eum, ac dicebant: Iohannes quidem signum edidit nullum: omnia autē
 quæcūq̄ dixit Iohannes de hoc, uera erant, & crediderunt multi illic in eum. Quæ-
 runt quidem apprehendere Dominum, non ferentes eum quod tam sublime de se te-
 stimonium perhiberet. neq̄ enim ferebant sublimiorem eius theologiam. Ipse autem
 inde transit, illorum furori cedens, & absentia sua illorum morbum mitigari faciens.
 Secedit autem inuitis illis: monstrans (ut sæpe diximus) q̄ neq̄ in cruce detentus fuis-
 set, nisi sponte se tradidisset. Quod autem concedit: Trans Iordanem, ubi Ioannes bap-
 tizauit. Non absq̄ causa se illuc contulit, sed in memoriā reduxit multa quæ illic facta
 & dicta à Ioanne de se. Quod autem illius quæ illic conuersatio, multos lucrificerit,
 subdit Euangelista, dicens, Et multi uenerunt ad eum, & recordati loci, dicebant, in-
 quit, Ioannes quidem signum fecit nullum. Ceterū quod dicit, ita se habet: Si illi cre-
 didimus qui nullum unquam fecit signum, multo magis ei qui tot tantaq̄ operatus est
 signa. Quod autem Ioannes testatus quidem sit de Christo, signū uerō nullum fecerit,
 & propter hoc fortassis nō tantam fidem meruerit, subdidit, dicens, Omnia autem quæ
 cumq̄ Ioannes dixit de hoc, uera erant. Non ultra hunc ab illo, sed illū ex his quæ Chri-
 stus fecit fidelem affirmant. Idcirco multi, inquit, illic crediderunt. Dicendo illic, signat
 quod locus ille mirē profuerit: quando quidem & hac causa Dominus populum in soli-
 taria loca à consuetudine malorum hominum liberans eduxit, quod magis illis prodesse
 fecit: sicut & in ueteri lege fecisse apparet. Eductis enim illis ex Aegypto, in solitudine a-
 ptauit & formauit sibi populum, dando illi legem. Attende autem & secessionem Chri-
 sti, quæ spiritualiter fit. Nam secedit quidem à Hierosolymis, hoc est Iudaico populo,
 in locum autem habentem fontes, Ecclesiam uidelicet ex gentibus, in qua fontes ba-
 ptismatis. Vnde multi acceperunt ad eū, Iordanem transeuntes, hoc est, baptismam: nam
 Iesum, & uerē sit fidelis, nisi baptismam transeat, quod per Iordanem significatur.

CAPVT XI.

A Egrotabat autem quidam nomine Lazarus, Bethaniensis, à castello Mariæ, &
 Marthæ huius fororis. Maria autem erat ea quæ unxit Dominum unguento, &
 exterxit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus ægrotabat. Miserunt ergo sorores
 eius ad eum, dicentes, Domine, ecce tu amas, ægrotat. Solus quidem Ioannes huius
 de Lazaro meminit historiarū. Meminit autē, ut nos erudiat ne quis grauatim ferat,
 si boni & Deo amici uiri morbo teneantur, quia & Lazarus cum esset amicus Christi,
 ægrotauit. Neq̄ hoc ignorandū est, q̄ nō erat ista Maria quæ unxerat Dominum un-
 guento meretrix quæ apud Lucā, uel Matthæum: sed alia nō meretrix, honesta autem,
 & religiosa, & officiosa. Etenim diligenter ministrabat suscepto Christo, sicut Ioannes
 testatur: quin & bonam partem elegisse testimonium habet, ut ait Lucas. Ita autē clarē
 & admirabiles fuerūt sorores, ut & Lazarus ipse notior factus sit per eas. Erat enim (in-
 quit) Lazarus Bethaniēsis à castello Mariæ & Marthæ. Quare aut mittentes acceperunt
 Iesum, & nō ipsæ ueniunt, sicut Centurio & Regius: Quia plurimū fidebant Christo:
 & quia mulieres erant, non oportebat eas ita facile ē domo progredi, & quia in luctu
 erant, occupatæq̄ circa fratrem. Nā q̄ hoc non fecerint ex contemptu, manifestum est
 ex his quæ sequuntur. Magnum enim honorem, & pietatem & precum constantiā præ-
 se ferunt. Dicentes autem, Ecce quem diligis, ægrotat, ad miserationem Dominum mo-
 uere uolebant, eo quod memores erant nominis amicitia. Declarat autē & fidem quan-
 dam uerbum hoc mulierum. Ita enim multam Domino inesse uirtutem cognouerūt,
 ut admirarent quomodo infirmitate laboret uir ab illo dilectus. Admirationem enim
 quodammodo habere uidetur, Ecce quem diligis, ægrotat.

Audiens autem Iesus, dixit: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei,
 ut glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius, &
 Lazarum. Vt ergo audiuit q̄ ægrotaret, tum quidem temporis mansit in eodem loco
 duobus diebus. Quoniam illic mansurus erat duobus diebus, eius gratia inquit, Infir-
 mitas hæc non est ad mortem, quæ esset ad mortē. Sed, q̄ dicebā, nuncios tūc ad subli-
 miora trahere uolens, & ueluti consolationem quandam adferens, ne urgendo mole-
 sti essent, huius gratia inquit nō est ad mortem. Et aliter, Si bene consideraueris, neque
 ad mortem fuit infirmitas, qua moriuntur multi, diuturnam scilicet, sed temporalē &

Baptismus
per transi-
tum Iordanem
significatur.

Luc. 7.

Luc. 10.

Matth. 8.

Luc. 7.

Ioan. 4.

*Ariani.
Vt partem
le significat
no.*

quatruiduanā. Nam quia surrexit quatruiduanus, ad finem spectantes rei, dicimus non esse ad mortem infirmitatem, sed pro gloria Dei: ut glorificetur filius Dei. Vides unam esse gloriā patris & filij: cū enim dixisset, pro gloria Dei, subdidit, ut glorificetur filius Dei. Itaq; gloria Dei, patris dico, in nullo maior est, q̄ filij. Deus enim est & filius, sicut & pater, propriē ac verē. Nam cum una gloria etiā una est substantia. Quocirca confundantur & ex hoc loco Ariani. Verbum autem, ut glorificetur, ne putes causā significationis, sed euentus, ut saepe diximus. Non enim ut glorificetur Deus, propterea aegrotauit Lazarus, sed alia quadam de causā infirmitas accessit, qua tamen Dominus in gloriā Dei usus est. Mansit autem diebus duobus, donec expiraret & sepeliretur: ne quis dicere possit quod grauatio quadam fuerit uel extasis, & non fuerit mortuus. Et propterea tanto tempore manet, ut & corrumpatur, dicereq; soror illum foetere.

Deinde post hoc dicit discipulis, Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli, Rabbi, modō quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Respondit Iesus, Nonne duodecim sunt horæ diei? si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si quis autē ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo. I Nunc alio loco prædicit quod sit profecturus: hic autem solum prædicere uidetur, quia ualde timebant discipuli in Iudæam ire. Et idcirco prædicit, ut ne repentina abitione turbentur, si abducerentur in regionem quam timebant. Igitur quia timebant & illi, & sibi ipsi magis (nondum enim perfectam de Christo scientiam habebant) dicunt, Modō quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? At ipse animat illos & dicit, Sicut qui uidet lucem, non offendit: qui autem in nocte ambulat, ille offendit: ita & qui bonum facit, & in lucidīs operibus ambulat, nihil graue experietur: qui autem mala facit, patietur. Et ita non oportet nos meticulosos esse. Nihil enim morte dignum fecimus. Vel etiam aliter, Si is qui uidet lumen, nō offendit: multo magis is qui mecum est, nisi a me defecerit, non offendit. Atque ita etiam uos cum sitis mecum, qui lumen sum, frustra timeatis. Alij autem diem quidem intelligunt tempus ante passionem, noctem uerō tempus passionis. Vos igitur, inquit, quādiu dies est, hoc est, quamdiu nondum instat tempus passionis, non offendetis. Non enim persecutionem patiemini à Iudæis: neq; aliud quid graue eveniet uobis. Quum autem nox uenerit, passio inquam mea, tunc certe humiliabimini quidem, in unam domunculam uos recipientes propter metum Iudæorum. Ex eo autem tempore afflictiones & tribulationes, & multa offendicula & aduersitates habebitis. cum ego qui lux sum, non ultra uobiscum corporaliter conuersabor, noctem afflictionum habebitis.

Hæc ait, & post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem illum. Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: at illi putauerunt quod de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifestē, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis, quod non fuerim ibi, sed eamus ad eum. Dixit ego Thomas qui dicitur Didymus, ad condiscipulos, Eamus & nos, ut moriamur cum eo. Quoniam illi formidauerunt ire in Iudæam, dicit eis Dominus, Quamuis quærebant me Iudæi lapidare, & hoc faciebant quia loquens illis arguebam eos: nunc autē non uado ut illis loquar, sed ut amicum inuisam, atq; ita non oportet trepidare. Non enim ad ea ab eo ad quæ prius, ut periculū ex Iudæis expauescam, sed amicum ex somno excitabo. At illi uolentes eum ab itinere impedire, Satis (inquit) est: si dormit, saluus erit. Igitur non opus est ut nos abeamus, non enim necessarium est. Vnde ipse adiecit, Amicus noster: ut ostendat necessarium iter illuc. uerū illi dicunt non esse necessarium, quando quidem saluus factus sit, eo quod dormiat. Immo non solum non necessarius est aduentus tuus, sed & amico damnosus. Nā si somnus est ei ad salutem (ut nos opinamur) tu autem profecturus es ut excites, salutē eius obfuturus es, non igitur opus est ut eas & excites illum: damnosum enim hoc ei. Itaq; ubi uidit eos adhuc tardos, tunc manifestē inquit, Mortuus est. Cuius autem gratia etiam prius non manifestē dixit, sed occultē, mortem somnum nominans? Propter multa. Vnum quidem, quia à factu erat alienus, nolēbat enim ad ostentationem facere, sed occultē resurrectionem excitationem à somno nominauit. Quomodo autem hac dictione usus fuisset, nisi mortem somnum appellasset? Quod autem hoc uerum, propter modestiam in quā occultē loquutū, manifestū est ex eo quod sequitur. Nā

*Mortē eum
appellari
Christus
somnia.*

dicens,

A dicens, mortuus est, non addidit, uado ut resuscitem illum. Vides quomodo abhorruerit à factu, quomodo noluerit celebrari ea quæ facturus erat? Interim etiam docet nos ne tam faciles simus ad promittendū. Nā quibus Centurioni hoc fecerit, dixit enim, Ego ueniens sanabo eum: illi tamē hoc dixit, ut illius fidē ostenderet. Igitur hæc una quidē causa est propter quā mortem appellauit somnum. Alia autem est, ut ostendat nobis quod omnis mors somnus sit & reges. Tertia uerō, quæ uis alij mors fuerit, Lazari obitus: ipsi tamen Iesu, somnus existimabatur eo quod eū statim resuscitaturus erat. Et sicut nobis facile est excitare dormientem, ita illi, immo innumeris modis facilius est resuscitare mortuum. Gaudeo autē, inquit, propter uos, ut credatis mihi magis nūc ut Deo, quia nō erā illic: & cum longē absum, prædico uobis mortē in Bethania, de qua non audiui, sed sicut Deus uideo quæ longē eueniūt. Intellexerūt autē quidā hoc etiā sic. Gaudeo, inquit, uestri causa. Nā quod ego illic nō sum, conducit fidei uestre: quoniam si adfuissem, aegrotātem sanassem: parū autē hoc fuisset ad ostensionē potētiae meae. Cæterū cum abiente me mortuus est, abiens autē ipsum suscitaturus sum, id magis uestram firmabit fidem, cum uideritis me & hoc posse, quod antea nondum ostendī, quod mortuus iterum liberatur, & qui foetens fuit, apta sua membra recipit, & resuscitatur. Hæc cum dixisset Dominus, & ostendisset suum illuc accessum necessariū, Thomas alij meticulosior, Eamus, inquit, ut moriamur cum eo. Non fiducia, sed formidinis & tristis animi uerbum est. Nam ut alios condiscipulos moraretur, memores eos facit mortis, & dedita opera hoc apponit, ut moriamur, quasi talia dicens: Eamus & nos stulti & insipientes, & non curantes propriam uitam, ut moriamur cum eo. Esto, inquit, ipse uitam suam non magni faciat: nos autem cur ita stulti essemus? Hæc timidi uerba sunt, sed uide cum postea quomodo pro ueritate ut Apostolus occisus sit, ita illum diuina gratia roborauit, ut hoc Pauli de eo sit dictum, Sufficientia nostra ex Deo. & Non ego, sed gratia. Origenes autem dicit de Thoma somnium quoddam. Thomas enim cum audisset prophetias de Christo, & didicisset quod & cum anima in infernum descensurus esset ad liberandas animas, postquam audiuit Christum dicentem, Vado ut exuscitem Lazarum, putauit non aliter suscitari eum, hoc est liberari animam eius, nisi & ipse corpore deposito in infernum descendisset. Ideo ut uerus Christi discipulus, neq; in hoc uolens à magistro auelli, uult & se & alios condiscipulos deponere sua corpora ut descendant cum Iesu, qui positurus erat animam suam sicut suspicabatur, ut ex inferno reduceret amici animam. Hanc ridiculā enarrationem apposui, ut pudore suffunderem eos qui Origenica commendat. Tu autem uide quomodo Dominus quamuis Lazaro mortuo, dixerit, Eamus ad eum, quasi ad uiuentem. Etenim Lazarus uiuebat Christo, ut Deo.

Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento iacentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam fere stadijs quindecim: multiq; ex Iudæis uenerant ad Mariam ac Mariā, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit quod Iesus ueniret, occurrit illi: Maria uerō domi residebat. I Dedita opera expectauit Dominus ut Lazarus fieret quatruiduanus: deinde uenit ut miraculum faceret, quod nulla ex parte calumniari posset qui spiam. Quare autem apponit Euangelista quod quindecim stadijs abfuerit Bethania à Hierosolymis? Ut ostenderet quod multi Hierosolymitanorum meritō affuerint. Non enim longē aberat Bethania. Consolabantur autē mulieres, non quod diligebantur à Christo (etenim conspirauerant ut si quis confiteretur Christum, extra synagogam fieret) sed propter calamitatis necessitatem uel quod reuerēbantur eas ut nobiliores, uel quod non erant pessimi qui aduenerunt: unde & multi crediderunt ex eis. Cæterū Martha sola occurrit primū, & non simul assumit secum sororem: quia seorsim illi occurrere, & factum annunciare uolebat. Vnde ubi illam in spem bonam adduxit, tunc abiit & uocat sororem. Prius autem non dixit sorori Mariæ celare uolens eos q̄ aderant. Nā si Maria audiisset quod Iesus ueniret, surrexisset in occursum, & comites fuissent ei p̄sentes Iudæi, q̄s nolēbat Martha scire aduentū Christi.

Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus: sed & nunc scio quod quæcūq; poposceris à Deo, daturus sit tibi Deus. Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quod resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & uita: qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in aeternum, Credis hoc? Ait

G 3 illi,

Martha hanc
suauitiam.

illi, Etiam Domine. Ego credo quod tu sis Christus ille filius Dei, qui in mundum uenturus erat. Et cum hæc dixisset, abiit, & uocauit Mariam sororem suam clanculim, dicens. Magister adest, & uocat te. Fidem quidem habebat Martha in Christum, sed non quantam oportebat: ideo & dicit, Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Quod sane dixit ut non credens absentem potuisse, si quidem uoluisset, depellere mortem fratris sui, nam & in sequentibus maiorem infirmitatem declarat fidei. Quæcunque enim petieris, inquit, Deum, dabit tibi. Vides quod illum sicut uirum quendam uirtute præditum & Deo probatum habuerit. Non enim dixit, Quæcunque uolueris, facies, sed quæcunque petueris, dabit tibi. Ipse autem hanc eius suspensionem subuertit. Resurget enim, inquit, frater tuus. Non enim dixit ei, Etiam, petam Deum, & dabit mihi. Non consensit sermoni eius, sed medio quodam uerbo usus est: ueruntamen per sequentia auctoritatem & potestatem suam clariorem facit, Ego sum, dicens, resurrexerit & uita. Quoniam enim mulier adhuc incredula erat, & dictum, Resurget frater tuus, non agnoscebat, sed in nouissima resurrectione intelligebat illum resurrexerit: sciebat autem & ultimam resurrectionem futuram, & hoc quidem ex diuinis scripturis, & in primis ex cõtinuis Christi sermonibus de resurrectione: igitur quia adhuc mulier erat mulier, mentem eius excitat Dominus, & quodammodo mortuam fidem eius suscitauit, dicens manifestum us: Tu quidem dicis quod quæcunque petiero Deum, dabit mihi: ego autem manifeste hoc tibi dico, quod ego sum resurrectio & uita: & ita uirtus mea loco non circumscribitur, sed tam absens quam præsens sanare possum. Ego enim bonorum supplicator sum, & non quasi alius det, sed ipse sum resurrectio & uita, ualeo quæ resuscitare & uiuificare. Et qui credit in me, etiam si mortuus fuerit naturali hac morte, uiuet. Et omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur morte animæ: & ita ne turberis. Nam quamuis mortuus sit frater tuus, uiuet. Et quid dicam de fratre tuo? Neque uos, si quidem creditis in me, moriemini, sed præualebitis grauiori animarum morti. Et qui a grauiore liberat, multo magis liberabit fratrem tuum qui mortuus est, a minori & corporali. Interrogauit autem & mulierem nunc credat. At illa quanuis hæc audiisset, attamen non intellexit quid ei dixerat Dominus, præ dolore, & opinor, extra mentem constituta. Nam cum ille interrogasset aliud, aliud ista respondit. Nam ille quidem inierrogabat, nunc credat quod ipse sit resurrectio & uita, & quod qui credit in ipsum, non moriatur in æternum, siue de corporis siue de animæ morte intelligas. Nam fideles propter spem resurrectionis neque mori dicunt. At illa quid responderet? Ego credo quod tu es Christus filius Dei, qui in mundum uenisti. Bene quidem testata fuit, & uere: sed non interrogationi congruè reddidit responsum: & tunc lucrata est ut uehementiam doloris mitigaret, ac luctus nimietatem prohiberet. Clam autem uocat sororem, ualde prudenter hoc faciens, propter eos qui illic aderant Iudæos. Si enim cognouissent illi quod occurrere esset Christo, abiissent, & caruissent testibus in signe miraculum. Quia autem existimabant Mariam ad sepulchrum lachrymarum proficisci, propterea simul abierunt cum ea, miraculique spectatores fuerunt ac testes. Quomodo autem Martha inquit ad Mariam, Magister uocat te: tamen Euangelista non assignat quod uocaret eam Dominus: hoc scilicet latenter insinuat mandatum Marthæ a Domino ut uocet sororem, uel aduentum Christi uocis loco habebat. Dicit igitur, Uocat te magister. Quomodo enim Christo præsentem non debebat ad illum etiam illa uenire? Itaque aduentum Domini, qui necessario illam petebat ut occurreret ei, uocatione dicit Euangelista. Magister enim, inquit, adest. Istuc ipsum adeste, pro uoce factum est ad te. Detrectare enim non potes quin illum præsentem & tu accedas.

Illa ut audiuit, surgit citò, & uenit ad eum. Nondum autem uenerat Iesus in castellum, sed erat in eo loco ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum uidissent Mariam quod citò surrexisset, & exisset, sequenti sunt eam, dicentes, Vade ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo cum uenisset eò ubi erat Iesus, uidens eum, accidit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Cum primò audiuit adeste Iesum, non segnus fuit Maria, sed surgit, & ad eum uenit. Unde manifestum quod non preuenisset illam Martha, neque prius, si quidem cognouisset ista Iesum uenturum. Nondum autem Iesus uenerat in castellum. Tardius enim ibat, ne uideret ad miraculum perire, sed precibus illarum exoratus hoc facere. Et quandoque magnū erat futurum miraculum, & quale rarius fecit, erantque multi acquirendi per illud, propter hoc dispensat ut multi fierent miraculi

A miraculi testes. Dicit enim Euangelista quod Iudæi qui erant cum illa in domo, sequuntur illam. Maria autem maiori seruire quam soror sua Martha accessit ad Christum. Viso enim illo, inquit, procidit ad pedes eius, non reuerita turbam, neque suspicata adeste nonnullos qui inimico erga Christum essent animo. Ad nullum autem hominum respiciebat præsentem magistro, idcirco unum curabat, ut illi summum impenderet honorem. dicit enim, Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. Martha autem nihil tale fecit, neque enim procidit, sed magis Christo promittente ei de fratre meliora, apparuit incredula. Tamen & ipsa Maria adhuc imperfecta uideatur, dum dicit, Si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus: attamen Christus ad hanc non dicit quod ad sororem eius, eo quod multa turba aderat, & non erat tempus eiusmodi uerborum, sed se illi attemperat, & denudat humanam suam naturam, & humanæ nature proprietatem indicat. Audi enim quid dicat Euangelista:

Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit, Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, ueni & uide. Lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere ut hic non moreretur? Ad lachrymas quidem natura mota est, & turbabatur propter Mariam flentem & ipsam, & eos qui aderant. Dominus infremuit in affectionem spiritum, hoc est increpat per spiritum confusionem, & cohibet illam, & sic rogat, ut non cum ululatu esset interrogatio. Quia enim contristatus fuit (homo enim erat uere) ut credibilis esset humana natura, permisit illi proprium operari, & asperè tractat carnem, increpatque eam spiritus sancti uirtute. Itaque caro non ferens increpationem, turbatur & fremit, & cum mœrore pugnat. Hæc autem omnia Dominus naturam pati permittit, ut confirmet quod uere & non apparenter tantum sit homo, & ut doceat nos & terminos & modum tristitiæ ponere eiusque contrario. Nam absque cõpensione & lachrymis esse, bestiarum est: multum autem lachrymari, plorare & contristari, mulierum. Igitur cum nostræ carnis & sanguinis particeps esset, particeps quoque fuit humanarum & naturalium affectionum. Interrogat autem, Vbi posuistis, non ut ignorans: quomodo enim ignoraret, qui sciebat, & mortuum cum procul esset: uerum uult omnia ab eis discere, ne seipsum miraculo temere ingerere uideatur, sed exoratus facere, quod & omnis suspensionis signa tolleret. Quia autem nulla adhuc cõiectura resurrectionis Lazari offensa erat, neque illuc putabatur uenisse ut resuscitaturus illum, sed ut deploraturus, dicit ei, Domine ueni & uide. Maligni autem Iudæi iterum malignitatem contexunt, tamen tanta calamitas ante oculos ipsorum sita erat, sed quid dicunt? Non potuit hic qui aperuit oculos cæci, facere ut hic non moreretur? Vellicabatur autem miraculum cæci illuminati, cum deberet signum illud admirari. Et hi a morte illius etiam illud quasi non esset factum, calumniant, eleuandoque ac taxando præoccupant, & non expectant finem rei. Ita ipsorum menses corruperat inuidia.

Iesus ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis impositus erat ei. At Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam olet, quatrduanus enim est. Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi quod si credideris, uisura esses gloriam Dei? Sustulerunt ergo lapidem a loco ubi is mortuus fuerat positus, Iesus autem attollens sursum oculos, dixit, Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam quod semper audis me, sed propter turbam quæ circumstat, dixi, ut credant quod tu me miseris. Quare Euangelista sursum deorsumque uertit quod lachrymatus sit Iesus, & infremuerit passioni? Ut nos discamus quod uere natura nostra amictus fuerit. Nam cum super omnes Euangelistas sublimiora de Domino loquatur, & magna diuinitatis eius mysteria tradat, eapropter & in corporalibus humiliora loquitur: unde & in luctu dicit quod ualde se hominem ostenderit, ex hoc monstrans carnis ueritatem: ut tu discas quod quæuis Deus fuerit, fuerit & homo. Nam sicut Lucas ab agonia & guttis sanguineis & sudore, ita & hic a luctu credibile facit quod carnem uere gestauerit. At cuius gratia non superposito lapide resuscitauit Lazarum, sed dicit, Tollite lapidem: etenim cum mouerit mortuum corpus uoce, & eum qui distulserat animauerit, multo magis lapidem mouere potuisset uoce. Tollite (dicit) lapidem, ut illi testes fiant miraculi, & ne iterum dicant sicut de cæco: Hic est, non est hic. Nam & adeste in loco, & tollere lapidem suis manibus, sufficientia erant ad obturanda

Abseq. com
passione ef-
se, bestiarum
est.

Humanitas
Christi a-
lijs ab alijs
Euangelistis
indicata.
LUC. 22.

Ioan. 19.

ingratorum ora, qui testes signi facti erant. Porro Martha male credula dixit, iam fecerit, quatruiduanus enim est, quasi impossibile existimans propter dierum multitudinem fratrem suscitari, ita adhuc humi reptabat. At Christus eam recordari faciens eorum quae ante dixerat, & ferme ut male memorem increpans, dicit, Nonne dixi tibi quod si crederis, uisura sis gloriam Dei? Discipulis igitur dicebat, Propter hoc mortuus est Lazarus, ut glorificetur filius Dei. Martha uero inquit, gloriam uidebis Dei, de patre dicens. Infirmas enim audientium in causa est ut haec uarie dicantur, Nam cum Iudaei adstarent ibi, non dignum erat dicere Dominum, Videbis gloriam filij Dei. Alioqui uisus fuisset de seipso arroganter loqui. Nunc autem de patre coelesti dicens, sermonem facit modestiorem, minusque repudiandum. Quare autem precatus est, immo precatus figuram suscepit, ipsum Dominum dicentem audi. Inquit enim, Propter circumstantem turbam dixi, ut credant quod tu me miseris. Quod autem dicit, ita se habet, Vt ne aduersarii Dei me putent, ut ne dicant, non est ex Deo, ut ostenda opus hoc fieri secundum tuam uoluntatem. Quod autem hoc sit, & non propter alium usum, sed propter circumstantes uideatur orare, uide orationem, Gratias ago tibi, qui audisti me. Quis autem orauit sic unquam? Prius enim quam dixisset aliquid, inquit, Audi me. Et ita non oratio, sed figura orationis est, & indicium solum. Quod autem non opus habeat oratione, manifestum est ex multis alijs, quae absque oratione faciebat. Tibi dico daemones, egredere ab illo, & Volo, mundus esto, & Remittantur tibi peccata tua, quod maximum omnium. Et, Mari, sile, & quiesce. Precatur itaque ut circumstantes credant quod est supernus sit, & non contrarius Deo. Nam si haec faciens, & omnibus modis ostendens suam erga patrem gratitudinem: nihilominus dicerent, Non est ex Deo: quid non dixissent, si nihil tale fecisset?

Oratione
Christi o-
pus non ha-
buisse.
Luc. 4.
Matt. 8. 5.
Luc. 12.
Matt. 6.
Luc. 9.

Atque cum haec dixisset, uoce magna clamauit, Lazare, ueni foras. Et prodijt qui fuerat mortuus, manus & pedes habens reuinctos fascijs sepulchralibus. Et facies illius sicut dario erat obuincta. Dicit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudaeis qui uenerant ad Mariam, & uiderant quae fecisset Iesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad phariseos, & dixerunt eis quae fecisset Iesus. Cum gratias egisset patri Dominus potius quam orasset, ut dictum est (non enim egebat oratione, & orationis subsidio, utpote aequalis patri potentia) clamat uoce magna, ut auctoritatem & potestatem habens, Non enim dixit, In nomine patris mei Lazare ueni foras: neque, Resuscita eum pater, sed cum auctoritate ut dictum est, omnino ora eorum obturans qui illum patre minorem dicunt. Quid enim par potestati huic fuit unquam, dum loquitur mortuo tanquam uiuenti, & dicit, Lazare ueni foras: Ecce nunc opere impletum est hoc quod dixit, Venit hora cum mortui audient uocem filij Dei: & qui audierint, uiuent. Nam ne quis existimet quod Iesus ab alio acceperit operationem, praedicat quod hoc per opera monstraturus sit. Caeterum magna uox saluatoris quae Lazarum suscitauit, symbolum est magis tubae quae sonatura est in communi resurrectione. Magna autem uoce clamauit Dominus, & id propter hoc, ut obstrueret ora gentium dicentium in sepulchris esse animas. Vocat enim illam cum clamore ut procul absentem. Quemadmodum autem resurrectio ista particularis, ita etiam uniuersalis in momento & ictu oculi erit. Egressus autem est, inquit, qui mortuus erat, obuinctus manus & pedes. Non minus enim uidebatur esse mirabile uinctum egredi, quam suscitari. Et miraculum erat uere uinctum moueri, coniunctum miraculo resurrectionis. Iubet uero illum solui, ut propere facti & attingentes uideant quod ille ipse sit. Abire autem illum dicit, ad fugiendam ostentationem. Non enim dicit illum secum, neque iubet ut secum ambulet, ut sic sese ostentet. Facto autem miraculo, spectantium alij quidem crediderunt, alij autem annunciauerunt phariseis, calumniantes nimirum ut prophetae rem, quia ausus fuerit imperare ut effodiatur sepultus.

Vox Christi
si suscitauit
Lazarum.

7 & ad-
rare.

Congregauerunt ergo pontifices & pharisei concilium, ac dicebant, Quid facimus, quia homo hic multa signa facit? Si dimiserimus eum sic, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent nostrum tum locum, tum gentem. Obstupescendus & admirabilis erat qui tanta facit miracula. Pharisei autem eum magis querebant occidere, id quod extremae insipientiae fuerit, quod morti se tradituros existimabant eum qui mortem in aliorum uincebat corporibus: conabantur ita gloriam eius obscurare, atque post tanta miracula purum hominem esse arbitrabantur. Quid facimus, dicentes, quia hic homo multa signa facit? Et quale hoc crimine, quod signa facit? Oportebat ergo credere & admirari, & non adhuc habere pro homine

A homine puro. Vide autem malignitatem Iudaeorum, populum commouere studentium, quia rationem afferunt quasi populi multitudo periclitatura esset, & a Romanis perdenda ob tyrannidis suspicionem. Nam si permiserimus eum sic, turbam multam habebit post se, quae signorum exhibitione sequetur, & nos omnes de tyrannide suspectos habebunt Romani, & tollent nostras ciuitates, & euerent. Haec autem (ut dixi) praemalitia dicebant. Vt enim non uideantur insidiari Christo propter inuidiam, commune periculum in medium acciperent, & aliter miraculum hoc. Est enim mens nostra amica Christo: saepe autem ab humana uincitur natura, & incidit in peccatum, & moritur morte animae miserabili, digna cui misereatur Christus. Amicus enim est ei quae est mortua. Sorores igitur & cognatae mentis mortuae, caro ut Martha (crasior enim & corpulentior est Martha) anima autem ut Maria (quae magis pia & honesta) accedant ad Christum, & procidant, habentes & confessionis cogitationes, quae ut Iudaei illam sequantur. Iudas enim confessio dicitur. Et omnino Dominus ubi astiterit ad sepulchrum, & caecitatem quasi lapidem quendam iacentem super sepulchrum, tolli iusserit, in memoriam reducendo futura & bona & supplicia, clamaueritque magna uoce tubae euangelicae, Lazare ueni foras * ex sepulchro: ne sis sepultus in temporalibus distractionibus & affectionibus: sicut & discipulis dicebat, Non estis ex mundo, sed ego uos elegi de mundo. Et iterum Paulus, Et nos exeamus ad eum extra castra, hoc est, mundum. Atque ita excitat a peccato mortuum (corrupta enim fuerunt malitia cicatrices) qui propter hoc foetebat quia quatruiduanus mortuus erat, quatuor diurnis & lucidis uirtutibus priuatus, & ad illas immobilis & ociosus existens. Veruntamen quamuis & immobilis fuerit, manusque ac pedes uinctus, ac propriorum peccatorum catenis constructus, & ad omne opus bonum inutilis declaratus, quamuis etiam faciem sudario obiectus, ita ut nihil diuinum uidere queat a carnali uelamento impeditus, & in summa pessime affectus, & secundum uirtutem practicae, quae per manus & pedes, & secundum contemplatiuam, quae per contactam faciem significatur:

Spiritualis
textus dis-
cussio.

Iudas.

* de mundo
Iou. 15.
Heb. 13.

quamuis inquam sic misere habeat, audiat tamen, Soluite illum, boni & cooperarii salutis angeli uel sacerdotes, & remissionem ei date peccatorum, ita ut ire ac moueri possit ad operandum bonum. Quidam autem per Martham quidem intellexerunt synagogam Iudaeorum: Mariam uero, ecclesiam ex Gentibus. Et synagoga quidem Iudeorum turbatur circa plurima (multa enim sunt mandata legis, & operatu difficillima) at ecclesia ex Gentibus non multis opus habet mandatis, sed paucis, in quibus tota lex & prophetae pendunt, quae de charitate posita sunt. Per fratrem autem illarum, qui ex mortuis surrexit, animas quae propter peccatum in infernum descendunt, iuxta illud, Cui uertantur peccatores in infernum. Illas enim animas resuscitat Dominus.

Angeli
sacerdotes
cooperarii
Christi.

Psal. 9.

Vnus autem ex ipsis * Caiaphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam, nec perpenderitis quod expedit nobis ut unus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, uaticinatus est quod Iesus moriturus esset pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Ab illo ergo die consultabant inuicem ut interficerent eum. Cum alijs apud Iudaeos & pontificatus dignitas erat corrupta, simulac renalitijs facti fuerunt principatus, ne ultra per omne tempus uiret unus, sed duntaxat in annum unum sacerdotio fungeretur. Et quamuis ita corrupta foret dignitas, adhuc tamen aderat spiritus sanctus operans in his qui uincti erant. Postquam autem manus iniecerunt in Iesum, tunc omnino gratia dereliquit illos, & transijt ad apostolos. Igitur alij quidem in specie concilij mortem Christi meditabantur, pontifex autem ita erat sanguinarius, ut & nudo (quod aiunt) capite, contra Christum impudentissimam sententiam ferret. Immo & alios quidem reprehendit, quod non intelligerent quod oportebat, & ignari ui essent in dispicendo quid ad rem conducat. Nam uos, inquit, nescitis quicquam. Desirdes, inquit, estis ad intelligendum, & non cogitatis quod expediat unum mori, & saluari omnem populum. Hoc autem ipse quidem sinistro animo dixit. Veruntamen gratia spiritus ore illius usa est ad praedicandum futura, tamen pollutum cor eius non attingerit. Vide igitur quanta potentia spiritus. Fecit enim ut a mala mente procederent uerba mirabilem habentia prophetiam. Nam mortuo Christo, omnes qui crediderunt ex gente a magno & aeterno supplicio liberati fuerunt. Et non pro gente solum Iudaica

* Caiaphas

Caiphas
sanguina-
rius.

daica mortuus est, sed & ut alij filij Dei, hoc est gentes, in unum cōgregarentur. Filios autem Dei nominat gentes, uel ab eo quod erat futurum. Quando quidem enim futu-
 ra erāt filij Dei, sic eas nominat: quemadmodū & alio loco inquit, Et alias oues habeo: ab eo quod futurū erat, etiā istas uocans, uel secundum q̄ omnium pater est, creando nos generans, uel secundum q̄ decorauit nos ad imaginē & similitudinem propriam condens. Igitur sicut & in Actis Paulus ad Athenienses concionans inquit, Genus igitur cum simus Dei. Itaq; quia homo animal est principale, & secundum hoc assimilatū Deo, filius Dei dicitur omnis. Proinde cum dispersos nos uarijs modis satanas a Deo & ab inuicē diuulsi, ut unusquisq; se uireret contra proximiū propter diuitiarū amorem, & uanam gloriā: Christus ita in unā nos collegit ecclesiam, & sub unum coegit iugum tam eos qui propē, q̄ eos qui longē erant, unū corpus faciens, ut is qui Romæ habitet, eum qui in India est, suū membrū esse credat, & omnī unum caput fateatur esse Christum. Et ab illo die cōsultarunt ut interficerent Iesum. Manifestum q̄ ab illo die sententiam confirmarunt: & antea quidem eadem eius meditabantur, sed remissius, & quæstio magis erat q̄ sententia, nunc autē postremum iudiciū, & firma sententia. Prius enim, inquit, quærebant occidere illum. Et ipse quoq; eos arguens inquit, Quid me quaritis occidere? Cōsidera igitur pontificalis dignitatis uirtutē, q̄o plena sit gratia spiritus, tametsi indigni sint qui illam gerant. Et honora sacerdotes dignē propter gratiam in eis, non propter eorū uoluntatem. Igitur non solus Caiphas propheta, sed & alij multi indigni futura uiderūt, Pharaō de fertilitate ac sterilitate, Nabuchodonosor de regnis & Christo, & Balaam de Christo. Non autē continuo si quis prophetat, propheta dicitur: sed si quis propheta, ille & propheta: sicut neq; omnis qui medicinā parat, medicus: sed qui iuxta medendū rationē medetur, is medicus dicitur, neq; iustus, iustum quidam faciens, sed qui iuste facit, iuxta dictū illud, Iuste quod iustum est persequere. Propheta & Caiphas, sed non prophetica mente, & propterea non propheta.

Iesus ergo iam non propalam ambulabat inter Iudæos, sed abiijt in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephræm, & ibi uersabatur cum discipulis suis. In-
 stabat autem pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierusalem ē regione ante pascha, ut purificarent se. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur inter sese in templo stantes, Quid uidetur uobis q̄ non uenit ad diem festum? Dederant autem pontifices & pharisæi præceptum, ut si quis cognouisset ubi esset, indicaret, ut comprehenderent eum. In condemnationē Iudæorum secedit Dominus: interim & nos docens, ne nos temerē periculis ingeramus etiā pro pietate: sed stemus quidem fortiter deprehen-
 non depreheni autem ne in uoluntarium periculum propter incertum euentum irruamus. Vide autem stultam Iudæorum sententiam, neq; tempore festiuitatis a cæde abstinēt, sed eadem cōmittere consultant, Et ascenderunt ut purificarentur. Qui peccarant uel sponte, uel inuiti, non agebant pascha, nisi prius purificati essent, iuxta consuetudinē, Iori & ieiunantes, & rasi, & deputata quædam sacrificia offerentes. Illi igitur optimi insidiabantur Domino, & dicebant, Quid uidetur uobis q̄ non ueniat ad festum? Hoc est, Necessariō aderit: & si nihil aliud, tempus coget illum illaqueari. Omnitiam. Cum magis oportebat condemnatos propter festiuitatem absoluerē, tunc inson-
 ti insidiantur. Et si quidem priuati hæc soli fecissent, uisum fuisset imperitiæ dandum: nunc autem pharisæi præcipiunt ut prodatur & comprehendatur. Rectē igitur abscedit ab illis. Nam uerbum Dei prius quidem liberē ambulabat in Iudæis, cum per prophetas annunciaretur: nunc autem non ultrā, sed secedit in solitudinem, Gentium ecclesiam, de qua dictum est, Filij desertæ plures, quā eius quæ habet uirū. Porro propē Ephræm erat solitudo illa, Ephræm autem dicitur fertilitas. Frater hic posterior erat Manasse, qui natu maior erat, Manasse uerō interpretatur obliuio. Itaq; Iudæorum populus, erat filius Dei maior natu. Filius enim meus, inquit, primogenitus Israel, sed uenit in obliuionem coram Deo. Ephræm autem, hoc est fertilitatem ex gentibus secundum filium facit Dominus. In desertum igitur Ephræm, gentium scilicet ecclesiam per Euangelium frugiferam, uerbum exijt, Iudæa derelicta.

CAPVT XII.

Iesus ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit a mortuis, Fecerunt autem ei cenam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus uerō

Ioan. 10.

Act. 17.

Omnis sum ecclesia, singuli membra, Christus uero caput.

Honorandi sacerdotes ob gratiam, est mali.

Gen. 41.

Dan. 2.

Numb. 24.

Deut. 16.

Periculis ne mo se temere ingerat.

Esal. 54.

Exod. 4.

Hiere. 31.

Mat. 26.

Marc. 14.

uerō unus erat de numero discumbentū cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pisticæ preciosæ, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis. Domus autem impleta est ex odore unguenti. Decima quidem mensis accipiunt ouem im-
 molandam in pascha, & ex eo tempore requirere incipiunt quæ necessaria ad festum. Deniq; & cœna quæ ante sex dies, quæ est nona mensis, lauius epulant, & in itia festiuitatis illo die faciunt. Ideo & Iesus simul cœnauit in Bethaniam ueniens. Ostendere autem uolens Euangelista ueræ resurrectionis Lazari signum, dicit: Lazarus autem unus erat recumbentium. Non enim ut apparuit, statim mortuus est, sed mansit multo tempore, solita faciens, comedens ac bibens, atq; alia agens. Dicendo autem quod Martha ministrarit, significauit quod in domo eius cœna fuerit. Obserua autem fidem mulieris, quomodo non permiserit ancillis ministerium, sed per seipsam ministraret. Et Paulus de muliere uidua dicit, si sanctorum pedes lauerit. Igitur ipsa omnibus ministrat: Maria autem soli Christo honorem impendit, quoniam eum non accedebat ut hominem, sed ut Deum. Nam unguentum propterea effudit, & capillis capitis terisit, quod non haberet opinionem de illo, qualem multi, tanquam de puro homine, sed ut Domino & Deo. Assumitur autem Maria in anagogica expolitione ad deitatem patris & Domini omnium, Maria enim domina interpretatur. Igitur Domina omnium deitas patris unxit pedes Iesu, carnem dico uerbi quæ in nouissimis, unguento spiritus, sicut & Dauid dicit, Propterea unxit te Deus tuus oleo exultationis. Et magnus ille Petrus, Cognoscat omnis domus Israel, quia Dominum & Christum illum Deus fecit, hunc Iesum quem uos crucifixistis. Nam caro a uerbo assumpta, diuino spiritu, qui accessit ad uerbum uirginis, uncta est, & facta id quod uerbum, hoc est Deus: impleuitq; mundum sua fragrantia, sicut & unguentum Mariæ domum omnem bono odore repleuit. Qui autem capillis quibus extersit pedes? Vel certē qui ornant caput Dei, & principalem eius substantiam sancti. Hi enim quia sunt in gloriam Dei, mundus & ornatus eius utiq; dicunt: quia & participes facti sunt unctiois carnis Domini, quos & Dauid participes uocat, & Paulus quoq; ad Corinthios dicit, Qui confirmat nos uobiscum in Christo, & unxit nos Deus. Et passim Christos scimus dici eos, qui secundum Christum uixerunt. Igitur per capillos Christiani intelliguntur, qui pedes exterserunt Iesu, & participes facti sunt diuinæ unctiois. Mortuum quiddam capilli sunt, mortui sunt & hi qui Christi. Carnem enim suam crucifixerunt, & mortificauerunt membra quæ super terram: mundi q; mortui sunt. Ornant caput capilli, & gloria sunt illius. Gloria Dei sunt & sancti, quorum lux coram hominibus fulget, & glorificatur propter eos pater. Illi & edunt ac bibunt in gloria Dei, & in membris glorificant eum. Et tu quoq; quia mentem tuam tanquam alterum Lazarum resuscitauit Iesus, & suscipis illum in domū animæ, & cōuiuium habet cum eo mens quæ resurrexit: unge pedes Domini ante sex dies paschæ, priusquā ueniat pascha futuri seculi, quamdiu in mundo hoc uersaris, qui in sex diebus est conditus. Pedes Christi, apostolus & Euangelium: & ut summam dicā, ipsa mandata. per ea enim in nobis ambulat. Ad hæc igitur mandata adfer unguentum, affectum uidelicet ex uarijs uirtutibus, quarum optima est tanquam nardus, feruida fides collectum. Nisi enim feruidam & studiosam uirtutibusq; præditam habitudinē erga mandata ostenderis, mortuisq; tuis membris quasi capillis exterseris, & nisi illum reueris, non poteris domū tuam benedictione replere. Sunt etiā pedes Domini, minimi fratres, per quos uadit Christus ad uniuersosq; ianuā querens quæ utilia sint: quos unge elemosynā unguento. Atq; multi quidem miserentur ad ostentationē: ideo nullam in se utilitatem recipiunt. Receptit enim mercedem in hac uita. At tu exterge capillis capitis, utilitatem in anima tuā accipē, in principali parte lucrum elemosynæ congrega: & si quid mortuum habes, & inanimatū, sicut sunt capilli, in hoc bono unguento intingito. Peccata enim tua, inquit, elemosynis dele.

Dicit ergo unus ex discipulis eius, Iudas Simonis Iscariotes, qui erat eum proditorus: Quare hoc unguentum non uenit trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit autē hoc non quia pauperes illi curæ essent, sed quia fur erat, ac marsupium habebat, ea q; quæ mittebantur, portabat. Dixit ergo Iesus, Sine illam, in diem sepulturæ meæ seruauit istud. Pauperes enim semper habetis uobiscum: me uerō non semper habetis. Iudas cum esset auarus, reprehendit honoris modum, Quare enim non obtulisti pecuniam,

Exod. 12.

1. Tim. 5.

Expositio anagogica.

Psal. 44.

Act. 21.

2. Cor. 7.

Qui Christi dicatur.

Galat. 5.

Matth. 9.

Mat. 6.

Dan. 4.

Matth. 26. cuniam, inquit, ut possem scilicet furari, sed unguentum? Quomodo igitur alius Euan-
 gelista dicit qd omnes discipuli hoc dixerint: Dicendum igitur qd omnes quidem dixe-
 runt, sed non tali mente alij, quali ille. Non reprehendit autem eum Dominus, quavis
 sciret furaci animo hoc illum dixisse (nolebat enim illum confundere, docens & nos
 longanimes debere esse erga tales) sed occulte opprobrat ei prodicionem, & quod pro-
 pter auaritiam traditurus esset eum in mortem. Ideo & sepulturae meminit, perstrin-
 gens insipientiam eius, si quo pacto corrigatur. Et quod subditur, talein quendam sen-
 sum habet, Pauperes enim, inquit, semper habetis uobiscum, me autem non semper ha-
 betis, eo quod breui abiturus sum, te mihi mortem machinante. Igitur si onerosus tibi
 sum, & molestus ille in me honor, expecta paulisper, & eris liber a me; & tunc scies num
 propter pauperes opus habeas unguenti uenditione. Quare autem, si quidem auarus
 erat & fur, pecuniaru dispensationem ei permisit Dominus? Propter istucipsum quod
 fur erat, ut omnem ei occasionem auferret. Non enim poterat dicere quod propter pe-
 cuniarum amorem eum prodiderit. Nam satis consolationis ex marsupio habebat, &
 neq; marsupium gerens fidelis erat. Portabat enim, hoc est furabatur, quae mitteban-
 tur, sacrilegus erat, in suum usum rapiens ea quae in diuinum dabantur. Audiant sacri-
 legi quarum partium sint. Et caput malitiae est, quod postea uendit Dominum. Vi-
 des quod ferat auaritia? Ad prodicionem. Bene igitur Paulus radicem omnium malo-
 rum hanc uocauit, utpote quae prodiderit Dominum, & quotidie hoc faciat. Nonnul-
 li autem ideo creditam Iudae pecuniarum dispensationem, ceu minore alij. Nam pec-
 unijs ministrare minus est quam doctrinae: sicut & in Actis dicunt Apostoli, Non li-
 cet nobis relicto sermone ministrare mensis.

1. Tim. 6. Radix om-
 nium malo-
 rum auari-
 tia.
Act. 6. Cognouit ergo turba multa ex Iudaeis quod esset illic: & uenerunt non propter Ie-
 sum tantum, sed ut Lazarum quoque uiderent, quem suscitauerat a mortuis. Consul-
 tabant autem principes sacerdotum ut & Lazarum interficerent, quia multi propter il-
 lum abibant ex Iudaeis, & credebant in Iesum. Beneuoli fuerunt hi qui ad Iesum uene-
 runt, & non sicut alij, maleuoli & infanti. Venerunt enim, inquit, non propter Iesum tan-
 tum, sed ut & Lazarum uiderent. Nam cum reuera maximum miraculum esset, multi
 cupiebant eius qui surrexerat spectatores fieri: fortassis exectantes audire a Lazaro de
 ijs quae in inferno, Pharisei autem tam inhumani erant, ut non solum Iesum, sed & La-
 zarum occidere cuperent, eo quod multis author salutis fieret, & miraculo suo ad fi-
 dem simpliciores adduceret. Ita apud illos crimen erat, si cui beneficeret: immo hoc ma-
 le habebat eos, quod instante die festo omnes ad Bethaniam currerent, fierentque audi-
 tores miraculi, & spectatores eius qui surrexerat.

Mat. 25. Postero die turba multa quae uenerat ad diem festum, cum audissent quod ueniret
Mar. 14. Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & cla-
Luc. 19. mabant, Hosanna, benedictus qui uenit in nomine Domini rex Israel. Cum seces-
 sisset paululum in solitudinem Dominus, ut restringeret furorē homicidarum, iterum
 libere accedit, & iterum comparet. Instabat enim tunc tempus passionis, & non ultra
 oportebat eum latere, sed dare se pro salute mundi. Vide autem consequentiam pas-
 sionis. Suscitauit Lazarum, miraculo hoc maximo omnium ad finem seruato: ea pro-
 pter multi confluebant, & credebant: credentibus multis maior nascebatur inuidia: in-
 uidiam autem secute sunt insidiae & mors. dicit enim, Cum audissent turbae quod ueni-
 ret Iesus, occurrerunt ei cum gloria, propter miraculum Lazari maiorem illi impenden-
 tes honorem, quam homini puro debeat. Non enim ultra ut prophetam habebant il-
 lum. Quem enim prophetarum sic uenerati sunt olim unquam? Unde & dicebant, Hosan-
 na, benedictus qui uenit in nomine Domini. Ex his autem uerbis colligimus primum
 quidem quod Deus sit. Nam hosanna interpretatur, salua obsecro: sicut & in centesimo
 modicesimo septimo Psalmo a 70. in Graecum uersum est, ubi Hebraice habet, hosan-
 na. Graece dicitur, O Domine, salua obsecro. Saluare autem solius Dei est: & ad ipsum
 dictum est, Salua nos Domine Deus noster. Et ex omnibus locis collegerit quis quod
 salutem soli Deo scriptura tribuat. Igitur primum quidem hoc ostendunt, quod dicta
 David de Christo, doceat quod Deus sit. Deinde quod & proprie Deus. Nam qui uenit,
 inquit, non qui ducitur, nam hoc seruitutis est, illud autem potestatis. Dicendo uero, in
 nomine Domini, istucipsum docet, quod ipse uerus sit Deus, non enim dicit eum uenisse no-
 mine

A mine seruiti, sed Domini. Et iniuper allerunt quod non sit aduersarius Deo, sed in no-
 mine patris uenerit, sicut & ipse Dominus inquit, Ego ueni in nomine patris mei: alius
 autem ueniet in nomine suo. Porro regem Israel appellauerunt eum, fortassis sensibile
 quoddam regnum imaginantes, expectabant enim ut surgeret rex maior supra quam
 fert humana natura, qui liberaret eos a Romanorum imperio.

Nactus autem Iesus * asellam, sedit super eam: sicut scriptum est, Noli timere filia Sion, * *ὄνα γοῶν*
 ecce rex tuus uenit sedens super pullum asinae. Haec autem non cognouerunt discipuli *asellum uel*
 eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quod haec essent scripta *asellam. sic*
 de eo, & quod haec fecissent ei. Quomodo alij quidem Euangelistae Dominum dicunt *& in sequen-*
 ad discipulos dixisse, Soluite, & adducite mihi: Ioannes autem hic nihil tale dicit, sed *tibus:*
 tantum inquit, Nactus Iesus asella, & cur hoc? Nunquid inter se dissident? Caeterum
 quod illi dixerunt futurus, hic quodam compendio dixit, nactus Iesus asellam, solutam
 enim a discipulis & adducta inuenit, & sedit super eam, & propterea etiam prophetia im-
 pleuit Zachariae, qui dixit, Ne timeas filia Sion, ecce rex tuus uenit tibi sedens super pullum
 asinae. Quia enim ut in plurimum reges Hierusalem iniusti & auari fuerunt, dicit propheta,
 Ne timeas Sion. nam rex de quo praedico tibi, non talis est, sed mitis & modestus, & nullam
 praeseferens arrogantiam: idque ostendit ex eo quod insidens asino ueniat. Non enim exerci-
 tum post se trahens ingressus est, sed asino uectus. Erat & futuri symbolum quod ipse
 sederit super asina. Immundum enim animal hoc in lege, symbolum erat immundi Gen-
 tilium populi, super quo insedit Dei uerbum Iesus, subiiciens indomitum & ineruditum *Asini sym-*
 illum quasi pullum, nouum dico populum: & adduxit in Hierusalem ueram, cum factus *bolum in le-*
 esset subditus ei. An non & eos qui ex Gentibus, congregauit in caelum Dominus, fa- *ge-*
 ctos sibi in populum, & obediētes eius praedicationi? Declarabant autem & palmae,
 fortasse quidem quod uictor fuerit mortis, resuscitato Lazaro. Palma enim in certaminibus *Palma ui-*
 datur uictoribus. Fortassis autem significabat eum qui laudabatur, caelestem esse, *ctoribus tri-*
 & e summis uenisse. Sola enim aliarum arborum erigit se in ipsum caelum, ut sic dicam, *buta.*

B In summitate autem folia habet, alba germina in folio ferens. Porro in trunco & me-
 dijs usque ad fastigium aspera est, & uix ascensilis: in ramis autem uirgas erectas promit-
 tens. Ita & qui ad cognitionem uerbi & filij Dei properat, asperam quidem illam inue-
 niēt, ambulans per labores uirtutis. Veniens autem ad summitatem scientiae, assequatur
 fulgidissimum lumen cognitionis diuinae, & reuelationem inuisibilem & ineffabi-
 lium, quasi candidissima palmarum germina. Caeterum admirare hic Euangelistam quo-
 modo non erubescat, sed inuulget primum Apostolorum ignorantiam. Haec enim, in-
 quit, non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando Iesus glorificatus est. Glo-
 riam autem dicit ascensionem post crucem & passionem. Tunc enim cognouerunt in
 aduentu spiritus, quod de illo essent scripta. Nam fortassis sciuerunt quod fuerint scri-
 pta: quod autem de Iesu, ignorauerunt: idque utiliter, alioqui scandalizati fuissent cum
 crucifigeretur, si quidem rex a scriptura annunciatu fuisset talia patiens.

Testabatur igitur turba quae erat cum eo quando Lazarum uocauit de monimen-
 to, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuia uenit ei turba, quae audierant eum edi-
 disse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt inter se, Videtis quod nihil proficitis, ecce mun-
 dus post eum abiit. Turba, inquit, quae uiderat miraculum de Lazaro, testis erat & annu-
 ciatrix potentiae ipsius: ideo & occurrerunt ei cum gloria hi qui audierant hoc factum signum,
 scilicet credentes. Neque enim nisi credidissent, ita repete in de abiissent. Pharisei autem di-
 centes, Videtis quod non proficitis quicquam, non ex malitia haec loquuntur, non enim fue-
 runt ex his qui mortem meditari erant Iesu, sed beneuoli quidem esse uident, sed nondum
 libere loquaces, eo quod non audebant manifeste resistere his qui contra Dominum faue-
 bant: & per occasionem tentant reprimere illos, ferē talia dicentes: Quae uestra utilitas
 ex multis contra hominem hunc insidijs? Quantum enim insidiamini, tantum hic cre-
 scit, & augetur gloria eius. Nam mundus, hoc est, omnis multitudo, post eum uadit: at
 que ita quia nihil efficitis, cessate ab insidijs, ut ne frustra iniustitiam patretis.

Erant autem quidam Graeci ex his qui ascenderat ut adorarent in festo. Hi ergo ac-
 cesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilaeae, & rogabant eum dicentes, Do-
 mine, uolumus Iesum uidere. Venit Philippus, & dicit Andreae: Andreas rursum & Phi-
 lippus dicunt Iesu, Iesus autem respondit eis dicens, Venit hora ut glorificetur filius ho-
 minis.

Mat. 25. Postero die turba multa quae uenerat ad diem festum, cum audissent quod ueniret
Mar. 14. Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & cla-
Luc. 19. mabant, Hosanna, benedictus qui uenit in nomine Domini rex Israel. Cum seces-
 sisset paululum in solitudinem Dominus, ut restringeret furorē homicidarum, iterum
 libere accedit, & iterum comparet. Instabat enim tunc tempus passionis, & non ultra
 oportebat eum latere, sed dare se pro salute mundi. Vide autem consequentiam pas-
 sionis. Suscitauit Lazarum, miraculo hoc maximo omnium ad finem seruato: ea pro-
 pter multi confluebant, & credebant: credentibus multis maior nascebatur inuidia: in-
 uidiam autem secute sunt insidiae & mors. dicit enim, Cum audissent turbae quod ueni-
 ret Iesus, occurrerunt ei cum gloria, propter miraculum Lazari maiorem illi impenden-
 tes honorem, quam homini puro debeat. Non enim ultra ut prophetam habebant il-
 lum. Quem enim prophetarum sic uenerati sunt olim unquam? Unde & dicebant, Hosan-
 na, benedictus qui uenit in nomine Domini. Ex his autem uerbis colligimus primum
 quidem quod Deus sit. Nam hosanna interpretatur, salua obsecro: sicut & in centesimo
 modicesimo septimo Psalmo a 70. in Graecum uersum est, ubi Hebraice habet, hosan-
 na. Graece dicitur, O Domine, salua obsecro. Saluare autem solius Dei est: & ad ipsum
 dictum est, Salua nos Domine Deus noster. Et ex omnibus locis collegerit quis quod
 salutem soli Deo scriptura tribuat. Igitur primum quidem hoc ostendunt, quod dicta
 David de Christo, doceat quod Deus sit. Deinde quod & proprie Deus. Nam qui uenit,
 inquit, non qui ducitur, nam hoc seruitutis est, illud autem potestatis. Dicendo uero, in
 nomine Domini, istucipsum docet, quod ipse uerus sit Deus, non enim dicit eum uenisse no-
 mine

*fluisset eo-
 uerū.*

minis. Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti deiecerum in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si uero mortuum fuerit, multum fructum affert.] Propter puritatem templi, & ea quae de Iudaeis dicebantur, multi etiam Graecorum ascenderunt adoraturi. Parum autem aberat quin hi profelyti fierent, hoc est, ad Iudaismum accederent. Igitur fama communicata de Iesu, accedunt ad Philippum, & rogauerunt eum ut uiderent Iesum, hoc est petiuerunt. At ille (sed uide modestiam, & bonum ordinem) Andrea dicit, tanquam ei qui ante se erat: & ille non arrogat sibi suggestionem, non enim in auctoritate erat, sed simul accipit & Philippum, & ita fidenter Domino referunt. Tantis ordo, amorque mutuus inter eos erat. Quid igitur Dominus cum discipulis interdixisset ne in uiam gentium abirent, uideretque gentes se iam accedere (Graeci enim qui uolebant eum uidere, omnino Gentiles erant: Iudaeos autem sciebat sibi insidiari) Tempus, inquit, nunc est accedendi ad passionem. Venit enim, inquit, hora crucis, ut glorificet filius hominis. Nam quid opus est Gentes quae nos accedunt, non suscipere, & accurrere ad Iudaeos, qui oderunt & persequuntur? Igitur quia ex Gentibus ueniunt ad nos, nunc est tempus ut crucifigatur. Igitur permittat Iudaeis ut insidiandi finem faciant, & permittat eis ut crucifigant me, ut certe nullam habeant excusationem posthac, cum iuste reliquero eos ut crucifixos & interfectores meos, & contulero me ad gentes, quae nunc uenire inceperunt ad doctrinam meam. Nam ualde iniustum est nihil dari Gentibus, quae uerbum ac salutem sentiunt: Iudaeis autem qui respuunt sibi data, & insidiantur benefactori, luxum suppeditare. Insuper ne scandalizentur discipuli quae, quando & gentes accedere inceperunt, tunc moriatur, dicit quod suum mori fidem gentium magis aucturum sit. Nam sicut granum frumenti cum seminaueris, moritur, & tunc multum fructum affert: ita utique & mea mors magnum fructum in fide gentium apportat: & ita nullus scandalizetur, quod adductio gentium per mortem meam prohibeatur, sed ab exemplo grani credat causam in morte mea, incrementum eorum qui crediderint, allaturum. Nam si hoc in grano fit, multo magis in me. Cum enim mortuus fuero, & resurrexero, multo magis ostendam uirtutem meam, cum enim resurrexero, omnes credent mihi ut Deo.

† non prohibeatur.

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam custodiet eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, cohonestabit eum pater.] Quoniam prope erat passionem Dominus, & sciebat discipulos mœrore plenos fore: ideo dicit quod usque adeo non oportet uos in mea morte mœrere, ut etiam uos quoque nisi moriamini, nullum lucrum habebitis. Et in summa, omnis homo qui praesentem uitam diligit, & animam suam amat, hoc est, sua desideria absurda facit, & permittit ei quod non oportet, nec contemnit mortem, perdit eam: qui autem odit illam, hoc est qui non concedit ei, neque ab illa flectitur, custodiet illam in uitam aeternam. Volens autem ostendere magnam auersationem quae habenda est erga concupiscentias animae dixit, qui odit. Etenim non sustinemus ut uideamus faciem uel audiamus uocem eorum qui odio habentur. Igitur sic oportet esse affectos in absurdos animae appetitus, ut extremo odio illos habeamus. Quod autem dicit, qui odio habet animam suam in hoc mundo, declarat temporalem rem esse. Nam quia uidetur crudele praecipit & graue, mitigat illud per hoc quod adijcit, in mundo hoc. Non enim, inquit, in immensum tempus iubeo haberi odio animam, sed in hoc transitorio mundo auersari eam quae tibi tam absurda imperat. Subdit autem & lucrum, dicens, In aeternam uitam custodiet eam. Odio quidem habes ad tempus, in secula autem seruas uiuentem diuinam uitam. Cum autem adhortatur eos magis ad contemptum praesentis uitae, & contra mortem animat, dicit, Qui mihi ministrat, me sequatur: ita promptus sit ad mortem, ut ego. Imitationem autem hic per opera dicit. Deinde & consolatio sequitur, Vbi ego sum, & minister meus erit. Vbi autem Christus: In caelis: & ita qui per mortem eum sequitur, & non adhaerit huic mundo, illic erit in caelis. Opponuntur enim inter se sursum & deorsum. Qui diligit infra esse, sursum non erit: qui autem fugit quae infra sunt & mundum, sursum & in caelis erit. Nam si quis mihi ministrauerit, inquit, honorabit eum pater. Non dixit, ego honorabo eum, sed pater: commendans per hoc quod uerus filius sit. Pater enim honore prosequetur talem, ut ministrum ueri filii. Praeterea per hoc docet quod non sit contrarius Deo. Deus enim & pater non cohonestaret eum qui sibi aduersatur. Igitur ne amemus

amemus animam nostram, ut seruemus a periculis pro ueritate, ut nolimus affligi pro bono: sed si quidem ministri Christi sumus, exponamus eam periculis pro ueritate. Et certius omnino ubi nunc est Christus. Non de diuinis loquor dignitatibus, nam ille natura est Deus, sed in quibus humana natura ornari potest, ut ille Deus natura sit, nos dii gratia & adoptione.

Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam: Pater, serua me ex hac hora, sed propterea ueni in horam hanc, Pater, illustra nomen tuum. Venit ergo uox de caelo: Et illustraui, & rursus illustrabo.] Quid est quod dicit? Videtur enim sibi ipsi contraria loqui. Nam qui superius uidetur admonere ut exerceamur & parati simus ad mortem, & odio habeamus animam, hic nunc turbatur, inquit, moriturus: quod non est exhortantis ad mortem, sed auertentis. At si recte consideraueris, inuenies quod turbatur ipsum, adhortatio sit ad contemptum mortis. Ut enim ne quis possit dicere quod ipse extra humanas passionem constitutus, facile de morte philosophetur, & ipse extra pericula alios admoneat: ostendit quod & ipse ab humanis proprietatibus tentatus sit, & nostrae naturae fuerit particeps, quamuis absque peccato. Idcirco quamuis mœreat & turbetur ut homo, qui natura uitae amans est, non tamen mortem deuorat utpote quae esset pro mundi salute. Propterea enim, inquit, ueni in hanc horam, ut pro omnibus mortem suscipiam. Docet autem per haec nos, ut nos etiam turbemur & mœreamus, non fugiamus pro ueritate mortem: quae & ego, inquit, cum turber (homo enim uere sum, & permitto naturae ut sua ostendat) attamen non dico ad patrem ut saluet me ex hora hac. Sed quod dico: Illustra tuum nomen, hoc est, probetur tibi ut ego suscipiam crucem & periculum pro salute omnium. Vide autem quod gloria Dei nominauit mori pro ueritate, ideo & pater. Et illustraui, inquit, & iterum illustrabo. Nam & miraculis quae ante crucem, quae & in meo nomine perficiebas, illustraui: & iterum factis per te miraculis in ipsa cruce illustrabo, & post sepulturam cum resuscitauero te, & spiritum misero, magis gloriosum & meum nomen & te constituam. Sunt autem qui intelligunt hoc dictum, Nunc anima mea turbata est: non quod Dominus timeat mortem secundum humanam naturam, sed prauideat eiectionem generationis Iudaeorum exasperatricis, & dolens ac parcens eis turbatur propter eos, & misericors dolorem in se accipit. Neque enim dicunt quod mortem timeat. Non enim ignorabat quam ob causam ad nos profectus esset, sicut & ipse dicit, Propter hoc ueni in horam hanc. Alioquin quo modo adhortatus fuisset alios, dicens, Ne timeatis eos qui occidunt corpus?

Mori pro ueritate, gloria Dei

Matth. 10.

Turba ergo quae stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum: alij dicebant, Angelus ei loquutus est. Respondit Iesus, & dixit, Non propter me haec uox uenit, sed propter uos. Nunc iudicium est mundi huius: nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum. Hoc autem dicebat significans quia morte esset moriturus.] Plures cum crassiores essent & imperitiores, putauerunt tonitruum esse uocem, quamuis articulata uox esset, & cognoscibilis. Statim enim obliti erant uerborum uocis, & solum eius sonum tenebant. Alij autem & uerba uocis tenebant, quae dicebat, Illustraui, & iterum illustrabo. Non intelligentes autem quis uerborum sensus, ab angelo dicta esse putabant, & ideo intellectu difficilia, utpote ab angelo dicta. Iesus autem, Non propter me (inquit) facta est haec uox, sed propter uos. Eius quidem non opus habeo ut discam quod illustrauerit pater, iterumque illustraturus sit nomen suum: uos autem opus habetis, ut discatis quod non sim aduersarius Deo, sed in gloria nominis Dei. Nam si per me nomen Dei illustrandum, quomodo sum aduersarius Dei? Propter uos igitur facta est uox, ut sciatis quod in gloriam sim Dei. Quamuis autem scire non possitis, saltem interrogate, & discite quod ignoratis. Dicendo autem, Nunc est iudicium mundi huius, uidetur quidem superioribus male coherere. Qualem enim consequentiam habet hoc ad illud quod dictum est, Et illustraui, & iterum illustrabo: Omnia autem recte sequitur. Nam quia superius dixerat pater, Illustrabo, ostendit nobis Dominus modum illustrationis. Et quis ille? Ut eijciatur quidem foras mundi dominus, & uincatur: iudicetur autem mundus, hoc est, de eo ultio sumatur. Quod autem dicit, hunc sensum habet. Nunc iudicium & ultio mundi fit. Quia enim diabolus mundum morti subiecit, peccato omnibus hominibus obnoxius factus: ad me, inquit, cum uenerit, & peccatum in me non inuenerit, morti autem ex aequo submisserit, condemnabitur a me, & sic ego ultionem de mundo sumam. Esto enim quod alij mortem propter peccatum attulerit: in

me quid tale uidet quod in reliquis, ut occidat? Igitur mundi iudicium, hoc est ultio, nunc a me fit. quia enim ego occidam eum qui omnes occidit, & me quoque in fontem inuasit, ultor ero omnium qui ab ipso occisi sunt, & eijcietur foras tyrannus, per mortem meam condemnatus. Nam eijcietur foras, metaphora est sumpta ab his qui in iudicijs condemnantur, & a tribunali exiguntur. Vel & sic intelligas, eijcietur foras, hoc est, in externas tenebras: sed & priuabitur principatu quem in homines habebat, & non ultra regnabit sicut prius in illis, & illorum animabus, ac mortali corpore. Sed omnes ego traham ad me, cum exaltatus fuero in cruce. Nam omnes, etiam qui ex gentibus, ad fidem in me trahentur. Etenim quia ipsi non possunt ad me uenire, eo quod a tyrano detenti sunt, ego uicso illo, & foras ei ecto, & reserctis neruis potentiae eius contra homines, traham etiam nolente illo. Id alio loco etiam rapinam nominauit. Nullus enim, inquit, potest uasa fortis diripere, nisi alliget fortem. Dicebat autem. Et si exaltatus fuero, significans qua morte esset moriturus, hoc est, crucifigendus. Nam hoc significat altitudo crucis.

Respondit ei turba, Nos audiuius ex lege quod Christus manet in aeternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus, Adhuc breue tempus lumen uobiscum est. Ambulate donec lucem habetis, ne uos tenebrae occupent. Et qui ambulat in tenebris, nescit quod uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis. Existimantes reprehensuros se Dominum, & cofuturos eum quasi non esset uerus Christus, dicunt, Si Christus quidem immortalis est, tu autem de te dicis quod sis exaltandus, quomodo igitur credemus te esse Christum? Hoc autem immerito dicebant. Nam scriptura, quam legem appellant, non solum resurrectionis, sed & passionis meminit.

Etenim Esaias utrunque ponit, passionem quidem & mortem, sic dicens, Ut uis ad occisionem ductus est. Resurrectionem autem, dicendo, Et Dominus uoluit eum purificare a plaga, & ostendere ei lumen. Dauid quoque & mortis & resurrectionis mentionem facit. Non derelinques, inquit, animam meam in inferno. Et patriarcha quoque benedicens Iudam, de Christo prophetizat, requiescens dormiuit ut leo, & sicut catulus leonis: quis excitabit eum? Atque ita qui hic negabant passionem, & immortalitatem Christo tribuebant, maligna id mente faciebant. Nos didicimus ex lege, hoc est, scriptura (dicitur enim omnis scriptura, ut saepe diximus, lex) quod Christus maneat in aeternum. Verisimile hoc didicistis, manet enim in aeternum, & ut Deus manet etiam post resurrectionem, passionem autem eius non didicistis. Et quomodo, cum eadem scriptura, ut ostendimus, utraque doceant. Quomodo igitur, dicunt, tu dicis quod oporteat exaltari filium hominis? Vides quod multa & eorum quae a Domino obscure dicebantur, intelligebant, quaedam modum & exaltari intelligebant de cruce dici. Igitur multa quidem sic intelligebant, sed uoluntaria malitia ignorantiam praetexebant. Considera insuper & quid dicant, Quomodo tu dicis quod oporteat exaltari filium hominis? Quis est hic filius hominis? Malitia enim plenus est sermo illorum, quasi ita dicentium, Neque putes quod de te dicamus, & dicas quod propter inimicitiam aduersarij tibi simus. Ecce enim neque scimus de quo dicas, & quis sit filius hominis: attamen affirmamus ueritatem, quod quisquis ille est exaltandus, is non sit Christus: Quomodo enim, cum scriptura dicant Christum immortalem esse? Quid igitur Dominus? Obturat illorum ora, & ostendit quod passio non prohibet quin ipse maneat in aeternum. Adhuc ad breue tempus (inquit) lux uobiscum est. Lucem enim nominauit seipsum. Igitur sicut lux solaris non omnino auferatur, sed cum occiderit, iterum exoritur, ita & mea mors non est corruptio, sed occasus & translatio, & iterum exoritur per resurrectionem, atque ita nihil prohibet passio quin aeternus sim. Scripturae autem testantur de Christo quod aeternus sit. Ego igitur sum Christus, etiam si passionem sustinuerim. Lux enim sum, & si occidero, iterum exoriar. uos igitur ambulate quandiu lucem habetis, hoc est credite in me. Quale autem tempus hoc loco dicitur: num hoc quod ante, uel post crucem? Vtrunque. Ambulate enim, inquit, & credite, & priusquam crucifigat, & post crucem. Hoc enim significat dicendo, quandiu lucem habetis, hoc est, quandiu potestis in me credere. Potestis autem & ante crucem & postea credere in me, qui sum lux. Qui autem ambulat in incredulitate, nescit quod uadat. Omnia igitur quae Iudaei nunc faciunt, nesciunt quid faciant, sed in tenebris quidem ambulantes uidentur rectam uiam incedere. Omnino autem secus euenit, dum sabbata seruant, & circuncisionem. Sed non ita euenit qui crediderunt,

Mat. 3.

Esai. 53.

Psal. 15.

Gen. 49.

scriptura lex dicitur.

B

crediderunt, & in luce ambulant. Omnia enim quae salutem continent, faciunt. Vmbra enim legis & tenebrosa aenigmata effugerunt, & accesserunt ad lucem quae occultabatur, & nunc resulit, & facti sunt filij lucis, hoc est Christi. Nam, ut dicit, filij lucis facti, hoc est mei filij. Tametsi in exordio Euangelista quosdam ex Deo natos dicat, hoc autem loco lucis filios nominat, hoc est Christi. Itaque confundantur Arius & Eunomius. Vna enim operatio patris & filij etiam hoc loco indicatur.

Haec loquutus est Iesus, ac digressus abscondit se ab eis. Cum autem tam multa signa fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo Esaias prophetae impleteretur quem dixit, Domine quis credidit sermoni nostro? & brachium Domini cui reuelatum est: Propterea non poterat credere, quia iterum dixit Esaias: Excacauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ne uideant oculis, & ne intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Quare occultatus est ab eis: Non enim nunc lapides tulerunt contra eum, neque blasphemauerunt sicut prius, igitur quare occultatus est? Ingressus corda eorum, uidebat indignationem cordium ferociter, quibus nihil loquerentur. Itaque abscondit se, mitigans illorum inuidiam. Nam quod inuiderint, & uoluntaria malitia non crederint, insinuat Euangelista. Cum autem ipse tanta fecisset signa, non crederunt in eum. Omnino non parua malitiae opus, tantis signis non credere. Tanta enim signa, inquit, quae praetermittit Euangelista, Abscondit igitur se Iesus, inuidiam illorum mitigans, interimque eis tempus dedit & otium, ut per quietem de sermonibus & operibus eius considerare queat. Ita enim, si quidem uoluissent, peruenire ad cognitionem deitatis illius potuissent. Quauis enim incredulitatem illorum prenosset: attamen omnia quae ad se attinebant, faciebat, & secedit, ut dicitur est, dato eis tempore dignoscendi. Quod autem non crederunt in eum, ut sermo Esaias impleatur, non est sermo cause, sed euentu significatiuus, ut saepe diximus. Non enim Christo discredituri erant eo quod praedixit hoc Esaias: sed quia illi discredituri erant, ideo praedixit Esaias. Et illud: non potuerunt credere, quia iterum dixit Esaias de eis, eandem habet sententiam. Per omnia enim haec uult asserere quod scriptura non sit mendax, & quod ea quae praedixit Esaias, non aliter euenerunt quam dixit. Ut ne quis possit dicere & dubitare, Quare uenit Christus, si sciebat quod Iudaei non erant sibi credituri? introducit & prophetas qui hoc praedixerant, & quod non ignorarit Christus incredulitatem illorum, & nihilominus uenerit, ne habeant quod peccato suo praetexant, neque possint dicere quod si uenisset, credidissent. Hoc autem quod dicit, Non potuerunt credere, significat, noluerunt. Nam malus & improbus homo non potest credere, quoadiu talis fuerit, mala scilicet eligens ac uolens. Porro cum audieris quod excacarit oculos eorum Deus, & indurauerit cor eorum: ne putes quod simpliciter hos quidem Deus bonos fecerit, illos autem malos, absit: sed Dei relictio excacatio dicitur.

Non potest pro non uel le. Dei relictio excacatio dicitur.

Induratus est, qui nullum suscipit radios diuini uerbi: & induratus est, qui sermonem corda mollientem suscipere non uult: & omnino absentia Dei excacat & obtenebrat. Cum igitur audieris quod excacaret Deus, sic intellige, quod excacaret cum praesens non sit. Si enim affuisset Deus, non excacatus fuisset homo. Si erat sol, non utique erant tenebrae. Nunc autem sol facit noctem, sed quo pacto? occidens, ita & Deus caecos facit homines, cum non adest eis. Non adest autem propter illorum malitiam, & tunc ut caeci peccant, non se conuertentes, & absque correctione prolabantur. Videamus autem & Esaias dicta, Domine quis credidit auditui nostro? hoc est, nullus credidit. Quis enim saepe in scriptura usurpari solet pro nullus: quasi ex persona Christi hoc dicat propheta, dicente Christo scilicet ad patrem, Domine quis credidit auditui nostro: pro, nullus credidit sermoni nostro, & praedicationi meae. Praedicationem auditum nominauit. Etenim quae audiui a patre meo, inquit, illa dico. Et, Brachium autem cui reuelatum est: hoc est, potens signorum uirtus quam brachium nominat, nulli ingratorum Iudaeorum reuelatum est: sed & haec signa quae facio, uelliant.

Haec dixit Esaias quoniam uidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Verumtamen etiam ex principibus

Ioan. 1. Arius. Eunomius.

Esaias 53. auditui Esaias 6.

Vt uentura non causant semper si- gnati.

Non posse pro non uel le.

Dei relictio excacatio dicitur.

Induratus est, qui nullum suscipit radios diuini uerbi: & induratus est, qui sermonem corda mollientem suscipere non uult: & omnino absentia Dei excacat & obtenebrat.

Quis pro nullus.

Ioan. 8.

cipibus multi crediderunt in eū: sed propter pharisæos nō confitebantur, ne eī synago-
ga eijcerentur. dilexerunt enim gloriam hominum magis q̄ gloriam Dei.] Hæc dixit
Esaías quando uidit gloriam eius. Cuius: filij, quanuis patris gloriam uideatur specta-
re, iuxta consequentiam prophetiæ. Hoc autem loco Euangelista gloriam filij dicit ui-
diffe Esaías: Paulus autem spiritus. Vna igitur gloria sanctæ trinitatis: & quæ patris, e-
tiā filij est: & quæ filij, etiam spiritus est. Gloriam autem dicit uidisse Esaías, sumū illum
qui apparuit, Seraphim, carbones, altare, thronum. Vidit igitur Esaías hanc gloriam,
& loquutus est de illo, filio uidelicet. Quid autē loquutus est de illo: Ea quæ supra dicta,
quod excæcarit illorum oculos, & indurarit corda illorum. Assignauit autem Euange-
lista quod ex principibus multi crediderint in illum, ostendens quod & in hoc mentiti
sint pharisæi dicentes, Nunquis principum credidit in illum? Ecce multi crediderunt
etiam principum, sed propter pharisæos non confitebantur. Dilexerunt enim gloriam
hominum. Hoc autem Christus eis prædixit, Quomodo potestis credere, gloriam ab
hominibus accipientes, gloriam à Deo solo non querentes? Itaq; Euangelista ostendit
hoc eis accidere quod antè prædixit eis Christus. Sic ergo non fuerunt principes, sed
serui, extremam uilissimamq; seruitutem seruientes, Ex hoc discite quod uanæ gloriae se-
ctor, seruus est, & ignominiosus.

Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui mi-
sit me. Et qui uidet me, uidet eum qui misit me.] Occultauit quidem se ad tempus Iesus,
cedens paulisper ob iram Iudeorum. Iterum autem comparet, ac clamat liberè & publi-
cè. Ostendens autem semetipsum æqualem patri, & Deo non contrariū, dixit, Qui cre-
dit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Quasi hoc dicens, Quid timuistis
credere in me: fides illa quæ est in me, ad patrem transit. Vide autem & sermonis eui-
dentiam. Non dixit, Qui credit mihi, sed, qui credit in me, quod fidem in Deum signi-
ficat. Aliud enim est credere cuiuspiam, & aliud credere in quempiam. Nam is qui credit
alicui, potest intelligi quod credat ei ut uera dicenti: qui autem credit in quempiam, om-
nino ut in Deum credit. Ideo rectè quis crediderit Apostolis, at non item in Ap-
ostolos, Eapropter Dominus non dixit, Qui credit mihi, hoc enim Paulus fortassis & Pe-
trus poterat dicere: Qui credit mihi. Sed & Hebræis quod nō crediderint Mosi, oppro-
bratur. Maius autem est, quod dicit, Qui credit in me, per quod ostendit se esse Deum:
sicut & discipulis dicit, Creditis in Deum, & in me credite. Atq; ita, quoniam qui credit
in illum, fidem ad patrem transmittit: & qui discredit ei, patri discredit. Qui autem ui-
det me, uidet eum qui misit me. Num qui uidet lineamenta corporis eius? Non, neq;
enim pater habet corpus, ut qui corporaliter uidet Christum, uidere dicatur & patrem:
sed intellige hic uisionem mentalem: sicut si ita diceret, Qui meam substantiam, ut pos-
sibile est homini, comprehenderit per contemplationem mentis, & patris quoq; sub-
stantiam apprehendit. Qui cognouit me ut Deum, etiam patrem omnino: quādoqui-
dem imago sum patris. Per omnia autem hæc manifestatur, eandem esse substantiam
patris ac filij. Audiānt qui Arianorum morbo laborant: Qui credit in filium, non cre-
dit in eum, sed in patrem: atq; ita neq; creatura pater, neq; & filius, quemadmodum di-
xerit quis: Qui haurit aquam ex flumine, non quod fluuuij, sed quod fontis sumit: ita &
qui credit in filiū, non in filium credit fluuuium (neq; enim alterius substantiæ est filius,
neq; habet aliquid præter patrem) sed in fontem boni credit, patrem inquam.

Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si
quis audierit uerba mea, & non crediderit, ego non iudico eū. Non enim ueni in mun-
dum ut iudicem mundum, sed ut seruem mundum.] Iterum & per hoc se consubstan-
tiale patri declarat. Nā quia pater ubiq; lux dicitur, ea propter & de seipso dicit, Ego
lux in mundum ueni. Vnde & Paulus deradiationem eum nominat, ostendens hoc lo-
co q̄ nihil medi et inter patrē ac filium: sed ubi pater, ibi filius: sicut ubi lux, ibi deradia-
tio. Lux igitur est filius, & quia ab errore liberat, & quia disciuit mentales tenebras. Et
sicut lux quæ apparuerit, & se manifestā facit, ac cetera uisibilia: ita & filius qui uenit
& apparuit nobis, seipsum notum reddidit ac patrem, & omni scientia corda iuscipien-
tium se illustrauit. Si quis audierit me (inquit) & non crediderit, ego non iudico eum.
Non enim ueni ut iudicem mūdum, sed ut saluem mūdū. Huius dicti talis sensus est,
ei qui discredit homini, illi ego nō sum condemnationis author, neq; eū ad hoc primū
ueni,

atēsi, tamēsi hoc ex consequenti eueniat. Ego enim, inquit, ueni ut saluem, & propter
hoc docui. Quod si quis discredit, non ego ei condemnationis sum author, sed ipse sibi
eius author est, id quod per ea quæ sequuntur, magis euidens erit, quæ audi.

Qui reijcit me, nec accipit uerba mea, habet qui iudicet ipsum. Sermo quem locutus
sum, ille iudicabit eum in extremo die: quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui
misit me pater, ipse mihi mandatū dedit quid dicam, & quid loquar: & scio quod man-
datum eius est uita aeterna. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.] E-
go, inquit, nullum iudico: sed qui non credit, habet iudicantem se: sicut & nos saepe di-
cere confueuimus quando puerum incompositum uerberaturi sumus, q̄ non nos uer-
beremus eum, sed eius negligentia & dissolutio: & non nos cōdemnamus eum, sed ad-
monitiones nostræ, quibus non paruī, illæ arguant eum ut inobedientem. Sic igitur
& Dominus: Non ego iudico, sed sermo quē locutus sum, ille cōdemnat. Quare enim
nō crediderunt: Num ut aduersario Dei, & propriam gloriam quærenti? Et planè ego
à meipso locutus non sum, Quæ ergo omnia à patre dixi. Nusquā meipsum prædicaui, aliud
quiddam ab illo sentiens: sed is qui misit me pater, mandatū mihi dedit quid dicerē,
& quid loquerer. Pape, quanta uerborū humilitas: Nunquid o Domine, priusquā mit-
teret te pater, & daret mandatū, non cognoscebas quid loqui oportebat, sed ignarus e-
ras mandati huius, quod est uita aeterna, & non cognoscebas uitā hanc, uitā aeternā? &
quomodo dixisti, Ego sum uita? Vides quæ absurditas prospicet, si non bona confide-
ratione auscultemus. Cognosce igitur quare ita humiliter loquatur, nempe propter au-
ditores, qui tam infirmi erant. Et quid uult per hæc signare? Nihil aliud, quam nihil se
uel dicere uel sentire præter ea quæ à patre. Nam sicut, inquit, qui mandatū referunt,
nihil dicunt præterquam eis demandatum: ita sanè & ego ipse nihil aliud sentio uel do-
cui præter ea quæ patri uisa sunt. Hoc igitur uolens ostendere, concordiam in quā sen-
tentia cum patre, mentionem fecit huius exempli, mandati inquam. Ideo addit, Quæ
igitur loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. Atq; ita quia nihil à memetipso dixi, qualē
occasionem prætexent qui non crediderint: Citra controuersia enim condemnabun-
tur, q̄ patri non crediderunt. Nihil igitur humile intelligit orthodoxus ex humilibus
illis uerbis, mandatū accepi, & similia: sed candidè hæc exponit: sicut & hoc, Manda-
tū accepi quid dicerē, & quid loquerer. Sermo enim cum sit filius, & enarret omnia
quæ sunt in mente, in patre dico, mandatū ab eo se accepisse ait, quid dicat & quid lo-
quatur: sicut & noster sermo, si quando uera dicturi sumus, illa dicit quæ mens ei sug-
gerit, & nusquā alterius substantiæ est sermo q̄ mens, sed omnino eiusdem substantiæ.

CAPVT XIII.

Ante festum autem paschæ sciens Iesus quod uenisset hora ipsius, ut transiret ex
hoc mūdo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo, usq; ad finem dile-
xit eos.] Sciebat quidem Dominus & ante omnia secula horam mortis suæ: cum au-
tem illa instaret, rem facit magnæ misericordiæ, & condescensione plenam, miramq;
erga discipulos præ se fert dilectionem. Relicturus enim illos, uehementiorem chari-
tatem ostendit. Nam cum dilexisset eos, usq; ad finem dilexit eos: hoc uult, quod ni-
hil omiserit eorum quæ facere decet eum qui multum diligit. Ideo & postremo pedes
discipulorum omnium lauat, ut ingerat magnum desiderium, & magnam eis conso-
lationē afferat in malis quæ passuri erant, si cogitarent quod sic dilexerit eos, ut & pe-
des eorum lauerit: quare neq; despecturus sit eos in multo grauioribus. Transitum au-
tem nominat mortem Christi, propter assumptionem ex resurrectione. Quia igitur
transiturus erat ex hoc mundo, ostendit charitatem erga suos. Suos autem discipu-
los nominat secundum familiaritatis rationem. Quantum enim ad rationem creatio-
nis, eius proprij sunt omnes homines, quemadmodum dictum est, In propria uenit,
& sui eum non receperunt. Sui autem etiam sancti, eo quod familiares ei sint, quemad-
modum & hoc loco suos uocauit discipulos. Adiecit autem his, qui in mundo: quia &
alii erant sui, ut Abraham & patriarchæ, sed non in mundo. demigrauerant enim ab
eo loco. Hos igitur suos qui in hoc mundo, usq; in finem dilexit, hoc est, perfectam er-
ga illos charitatem declarauit.

Et cœna facta, cum diabolus iam immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ ut prode-
ret eum, sciens Iesus q̄ omnia sibi dedisset pater in manus, & quod à Deo exisset, & ad
Deum

Deum iret: surgit à cœna & ponit uestimenta: & cum accepisset linteum, præcinxit se: deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorū, & extergere linteo quo erat præcinctus. Admirans Euāgelista q̄ Christus lauerit eum qui meditabatur proditiōem, dicit, Cum diabolus immisisset in cor Simonis. Ita ergo usq̄ ad finē proditoris curam gerebat, Neq̄ frustra apponit, Cœna autē facta: sed ut ostendatur inhumanitas Iudæ, quem neq̄ mensæ cōmuniō placuerat. Proinde Iesus sciens q̄ pater omnia tradidisset ei in manus, hoc est q̄ cōcredidisset ei salutem fidelium, & debeat nunc omnia quæ ad salutem eorum pertineant, monstrare eis, cœpit & lauare pedes discipulorum. Humilitatis enim lex hoc loco præcipitur. Et aliter, Cū sciret q̄ omnia tradidisset ei pater, & q̄ à Deo exisset, & ad Deū iret, non timebat minui gloriā suam lauās pedes discipulorū. Non enim rapuerat gloriā, ut timeret ab illa excidere. Et propterea non dignantur humile quiddam facere qui generosi non sunt, quoniā gloriā rapiunt, nolentes ullo modo humiliari, ut ne perdant quod rapuerant. At omnium rex erat & Dei filius, hoc enim uult dum dicit, A Deo exisset, hoc est, ex patris substantiā, & iterum ad Deum iret. Et ita non minuebatur gloriā eius qui talis est, ex eo q̄ discipulos lauaret. Cōsidera igitur q̄ humiliari opus est eius qui à Deo egressus est, & ad Deum uadit. Superbire & fastuosum esse, opus est eius qui à dæmonibus exiuit, & ad dæmones uadit. Cum autē audieris, Dedit ei pater; ne existimes quandam filij impotentiam hic declarari, sed discite potius reuerentiā erga patrem & uoluntatis concordiam: quia si impotens tibi uideretur filius, eo q̄ pater ei ea dedisse dicatur, impotentem intellige & patrem, eo q̄ filius ei regnum tradit, ut Apostolus dicit, sed nō ita est. Verum traditio concordiam & cooperationem dicit, ut sic dicam, & beneplacitum patris. Vide autem & eminentiam humilitatis. Non enim ante cœnam lauat, sed postquā omnes recubuisse, surgit solus ipse, illis recumbentibus, & deponit quidem uestimenta: docens nos ut expediti & leues simus ad ministerium. Linteo autem præcingitur, ipse omnia faciens, lauans, & extergens. Mittit item aquam, & hoc ipse faciens, non alij cōmittens. Hæc autem omnia nobis indicia sunt & præcepta quomodo nos cum omni alacritate ministrare oporteat, & nos ipsos omnia operari, non alijs utentes ministris.

Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei ille, Domine, tu mihi lauas pedes: Respondit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis nunc, scies autē postea. Non primū lauat Petrum, quamuis primatū discipulorū gerebat: sed fortē proditor, cū esset impudens & inuerecundus, ante Petrū lotus est. Unde hoc manifestum? Cœpit, inquit, pedes discipulorum lauare & extergere, deinde uenit ad Simonem Petrum, atq̄ ita declarat q̄ non primū lauerit Petrum. Non enim dixisset q̄ uenisset ad Simonem Petrum, nisi alium quendam ante Petrū lauisset. Ex alijs itaq̄ discipulis nullus sustinuisset ante Petrū lauare. Proditorē autem hoc ausum fuisse possibile est. Nam si ab alijs discipulis cœpisset lauare quempiā, prohibuisset Dominū ille quisquis fuisset, & dixisset, quæ & Petrus, Domine, tu meos lauas pedes: & non permisisset. Non igitur ullum alium lauit prius quā proditorē, & deinde Petrum. A Petro autem eruditos cæteros uerisimile est non cōtrauenisse, sed honorem hunc à Domino suscepisse. Vide autem & Petri uerba quantam habeant emphasim, Tu lauas meos pedes manibus illis quibus oculos cæcorū aperuisti, quibus leprosos mundaisti, quibus mortuos suscitasti: tu qui hæc & maiora fecisti: meos, serui imperiti: & non manus, neq̄ aliam partem honestiorem, sed pedes, qui extremæ omnium maximè sordidæ partes ac ignominiosæ habentur: Quid igitur ait Dominus? Quod ego facio nunc, tu nescis, quod summam humilitatem in se contineat, & eandem uos quoq̄ doceat. Posthac quando esicies in meo nomine dæmonia, quando uidebis me in cœlum sumi, quando à spiritu disces quod ad dexteram sedeam patris, tunc scies quod ille qui ita sic se humiliat ut & pedes tuos lauet, tibi det tantam uirtutem contra dæmones, & assumptus sit, & glorificatus cum patre, in nullo imminutus propter suram humiliationem. Et ita nunc in pectore tuo conferues etiam ipse humilitatem, quæ te magis exaltabit, quā humiliabit.

Dicit ei Petrus, Nō lauabis pedes meos in æternū. Respondit ei Iesus, Si nō lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus, Domine non tantum pedes meos, sed & manus, & caput. Magna reuerentiā Petri erga magistrū, unde & religiose hanc eius curam à se amandat, Quamuis autem & alio loco increpatus fuerit à Christo, &

sto, & oportebat certè ob increpationē superiorē nunc permittere ut lauaret ipsum Dominus: tamen quia nō considerat quā magnū erat quod à Christo gerebatur, recusat: & nō cogitat quod iterū increpaturus sit se uehementius tanq̄ inobedientem dñs, respondet, Non lauabis, &c. Quid igitur Christus? Si dixisset, Humilitatem te doceo o Petre, & propterea lauo tuos pedes: dixisset utiq̄ ei Petrus, & iurasset, q̄ etiā absq̄ pedum lotione humilitatē docerit. Sed quid dicit ad illū? Quod maximè sciebat cor eius uellicaturum, incutit ei tanq̄ terribilem quoddā. Nisi lauero te (dicens) nō habes partem mecum. Nam cum ipse præ omnibus alijs discipulis magis desideraret esse cum Christo, ideo rogabat, Quō uadis? & Animā meam pro te ponam, promittebat ex charitate: huiusmodi minis animū concutit. Nam si non lauero te, inquit, non habes partem mecum. Vbi audiuit Petrus terribiles hæc minas, q̄ uehementis erat detrectando, tam uehementis, immo uehementior erat admittendo, ita ut & caput ad lauandum daret. Virumq̄ autē ex charitate fiebat: & detrectatio, quia plurimū obseruabat Dominum: & admissio, quia à Domino separari nolebat. Tu autem cum uideris aliquem ualde urgentem præ temeritate, ac dicentem, & cum iuramento, Nunquam faciam hoc: & deinde reuerentiā iuramenti in hoc quod decreuerat pertinacē, & ex eo periclitantem uel in anima, uel in corpore, rectè utaris hoc Petri exemplo, qui cum pertinax esset, ubi uidit pertinaciā uergere in separationem à Christo, abstulit ab illa.

Dicit ei Iesus, Qui lotus est, nō opus habet nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus: & uos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui proderet se: propterea dixit, Non estis mundi omnes. Sumpta occasione Dominus arguit proditorē, ut eum ab immunda sententia abduceret, & indigentem lauari à malitia, & in alia sententiam transferret. Vos igitur, inquit, cum sitis loti, non indigetis alio lauacro, Vnus autē est immundus, qui lotionem opus habet. Querunt autē multi quomodo dixerit Dominus Apostolis, Vos mundi estis. Nondum enim erant liberati à peccatis, nondum spiritum affecuti erant. Adhuc enim peccatum præualebat, adhuc maledictio operabatur. Nondum enim agnus qui tollit peccata mundi, immolatus erat. Nondum suspensus in ligno, à maledictio nos redemerat. Quomodo igitur mundi fuerit Apostolus? Est igitur dicendum quod quamuis non fuerint omnino liberati à peccatis: attamen propter sermonē, inquit, quem locutus sum uobis, mundi estis: hoc est, secundū hoc nunc estis mundi, nunc lucem accepistis, nunc liberati estis ab errore Iudaico: quia & Esaiam audiuitis quomodo doceat nos lauare, Lauamini, mundi estote, deponite malitias ab animabus uestris. Et ita etiā illi quia cū magna innocentia & simplicitate uersabantur cū Christo merito loti & mūdi à Domino dicuntur. Intellexerūt autē quidā per cœnā, agnitionem mysterij secundū Christum in fine seculorū, quā Christus docuit suos discipulos, lauare & pedes ipsorū, non ut maculā habentes, sed ut paratos eos faciens ad Euāgelium, iuxta hoc quod dictū est ab Esaiā, Quam speciosi pedes euangelizantium pacē. Nam uos quidē, inquit, mundi estis, sed quantū ad uos attinet. Oportet autē & ad aliorū purificationes uos mitti: quod per lotionem pedum docetur. Lauacrū igitur non facit ut intelligamus purificationem peccatorū Apostolorum, (mundi enim esse perhibentur) sed symbolum est quod mittendi sint in prædicationem, & transuehant etiam ad alios homines puritatem, quæ fit per uerbum dominicū. Idcirco & Petrus inquit, Non solum pedes meos laues, sed & caput, hoc est, non ad prædicationem tantū mittas me, sed & caput meū per martyrium purifica. Intellige autem quod & nunc hæc perficiantur. Etenim & nunc cœna sit in diuina sacra operatione diuini corporis & sanguinis quæ proponuntur. Quid igitur ab uno quoq̄ ut faciat exigatur, audi. Habemus in nobis omnes qui in Christum credimus, uerbum Dei, & Euāgelij prædicationem. Omnes enim suscepimus Christum in cordibus nostris. Sed debemus in cœna illa diuina excitare uerbum ut surgat, & deponere eius uestes, quæ obtegunt illud. Vestis est auaritia: uestis, uana gloria: uestis, inuidia, & quæuis aliarum affectionum quæ aggrauant uerbum diuinum in nobis. illa oportet deponere, ut excitetur uerbum, & surgat, expeditumq̄ sit, ut possit per poenitentiam nostram operari purgationem. Verbum enim cum surrexerit, & omnem sarcinam sollicitudinemq̄ temporalem deposuerit, lauat cogitationes discipulorum eius qui ipsum sequuntur. Lauabit autem pedes, hoc est operatiuas nostras motiones, & gressus nostros, Si autem quis opus habuerit

Humiliari.
Superbire.

1. Cor. 13.

Proditorē
uidetur pri
mū abluisse
Christus.

Quomodo
mundi fue-
runt aposto-
li.

Esaiæ 1.

Esaiæ 52.

Verbi diuini
aggrauationes.

habuerit & alia purgatione, & desiderat etiam doctrina & contemplatione probari, dicit ad Dominum, Domine non solum pedes meos, sed & manus & caput, hoc est, non solum gressus meos purifices, sed & manus, ut ego & alios manuducere, & ad bonum simul assumere valeam: & caput, ut in contemplatiua parte diuinae cogitationis purgata & immaculata de diuinis cognitionem habeam. Ita igitur per confessionem lauari poterimus, ut non indignè communemus coenae & iudicium nobis manducemus & bibamus.

1. Cor. 11.

Postquam ergo lauisset pedes eorum, receptisque uestibus suis accubisset, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magistrum ac Dominum, & bene dicitis: sum etenim, si ergo ego laui pedes uestros Dominus & magister: uos quoque debetis inuicem alij aliorum lauare pedes. Exemplum enim praebui uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Amen amen dico uobis, non est seruus maior domino suo, neque legatus maior est eo qui legauit ipsum. Non ultra ad Petrum solum, sed ad omnes loquitur, cuius tantae erga illos humilitatis ponit, quae est, ut illius fiamus imitatores. Et quid si hoc quod antea dixerat Petro, scies autem postea, ad hoc tempus dicat pertinere? Scies enim post haec, dixit. Quando? Quando receptis uestibus accubero, & coepero docere uos ac dicere, Scitis quid fecerim uobis? Nam si ego quem uos testamini Dominum & magistrum, & bene testamini, pedes uestros laui (& non dixit seruorum, in dicitur, illiteratorum: sed hoc illorum reliquit considerationi) uobis maxime necessarium est, ut alter alterius lauet pedes, hoc est omni ministerio uobis inuicem seruiatis. Id enim uult per lotionem, quae est ministeriorum infima, ut & alia longe honestiora non deturcemus. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis: hoc est, cum alacritate, quamuis quod ego feci, maius sit, quatenus ego Dominus seruorum pedes laui: uos autem conseruorum pedes lauabitis. Attamen & doctores uidemus pueris literas elegantiores praescribere, ut ad imitationem quamuis a longe ueniant. Necessario autem Apostolos admonet de his, quoniam in honore erant futuri, alij maiore, alij minore, ut ne inter se dissiderent & superbirent, sed ut omnium ipsorum mentes purgarentur. Non est enim seruus maior domino suo, quamdiu seruus est: neque Apostolus uel legatus eo qui legauit, quamdiu est legatus: quando autem maior fit, neque seruus est, neque legatus.

Psal. 40.

Si haec nouistis, beati estis si feceritis ea. Non de omnibus uobis loquor, ego scio quos elegerim, sed ut adimpleatur scriptura: Qui edit mecum panem, sustulit aduersum me calcaneum suum. Nunc dico uobis, priusquam fiat: ut cum factum fuerit credatis quod ego sim. Ut ne dicant, cur haec dicis nobis quasi ignoremus? scimus etiam ipsi humilitatis bonum: propterea dicit, Si nouistis, non sufficit hoc uobis solum, sed tunc perfecte estis beati, si & feceritis: quia & Iudaei mandata sciuerunt, sed non beati: miserimi autem, utpote qui non fecerint ea. Non de omnibus uobis dico: ego scio quos elegerim. Arguit & non arguit proditorem, adumbratum sermonem referens. Volebat enim eum ad poenitentiam reducere: & ideo relictis omnibus alijs beneficijs quae in illum collocauerat, posuit hoc quod maxime omnium faciebat ad confundendum eum. Qui edit panem mecum, hoc est, qui pascitur a me, qui mea mensa fruatur, quod & inimicos placaret. Et non dixit, Hic tradit me: sed, leuauit super me calcaneum, hoc est dolium & deceptionem contra me composuit: a certantibus sumpta metaphora, qui supplantantes aduersarios suos, dum illorum calcaneum calcant, deiciunt. Hoc autem dicens, non de omnibus uobis dico: ne multis terrorem incutiat, separat illum manifeste, & ostendit unum esse hoc contra se meditantem, ideo dicit, Qui edit panem mecum. Dicente autem Domino, Ego scio quos elegerim: quid dicemus de Iuda? num & illum elegit? Elegit quidem eum cum bonus esset, sicut & Saul: sed mutatus est, ipse liberi exitus arbitrij. Permittit autem unicuique secundum quod uult operari, non enim aufert liberum arbitrium. Mutatum autem Iudam repulit, quamuis prius elegeret. Caeterum dum dicit, ut scriptura impleatur: ita intellige sicut similia alia de quibus saepe diximus. Neque enim propter hoc coactus fuit Iudas prodere, ut appareat ueri sermones scripturae, id quod omni blasphemia plenum: sed ut sciamus quod de hoc dixerit scriptura quem uidemus nunc opus admisisse. Haec autem omnia (inquit) praedico de proditore, ut esse factum fuerit, credatis quod ego sim, hoc est quod uera dicam.

1. Reg. 9. Liberum arbitrium.

Amen amen dico uobis, Qui recipit quemcumque ego misero, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui misit me. Quae consequentia priorum ad ea quae nunc dicunt, quae subdit ser-

dit sermoni de proditore, Qui recipit quemcumque ego misero, me recipit? Certè maxima consequentia. Quia enim dictum erat quod prodendus, & derelicturus esset eos, & iam egressuri essent dispergendi, & uarijs malis affligendi, duobus modis solatur eos & a se ostendens eis quae ipse passurus sit: & quae proditori fecerit lotis eius pedibus, ad communem mensam admissio. nam, si haec cogitauerint, omnino grauius omnia facile ferent. Igitur hic unus quidem consolandi modus, per ea quae fecerat inimico suo usque ad finem, & quae passurus erat. Insuper promittit omnium domos illis futuras apertas, & suscipiendos ab omnibus qui sermonem eius audierint. Vides nunc quomodo haec superiori cohaereant? Relicturus erat illos, innumera mala passuri erant: consolatus est eos suo exemplo, quod prodendus a discipulo, cuius lauerat pedes. Solatur etiam praedicens eis quod & ipsi multa mala passuri: sed omnes illos excepturi essent: & dicit, Qui recipit uos, me recipit, & propter me Deum & patrem. Attende consolationis genus. Sicut Deum ipsum, inquit, in honore habebunt uos homines, atque ita propter persequentium malitias ne moereatis.

Cum haec dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testatus est, dixitque, Amen amen dico uobis, quod unus ex uobis proditurus est me. Aspiciebant ergo se inuicem discipuli, haesitantes de quo diceret. Cogitans Dominus proditorem utroque priuandum, & patientia in laboribus, & excipientium ministerio, turbatur spiritu, hoc est, tristitia afficitur eius anima. Et testatus est, inquit, hoc est praedixit, protestatus est, affirmauit. Igitur discipuli haesitantes, aspiciebant se inuicem, nam quamuis singuli bene conscij essent, de nullo malo arguente illos conscientia, sermonem tamen Domini uerorem suis cogitationibus existimabant, unde & tristantur ac haesitant. Sententia enim erat eius qui mentiri nesciebat, quam omnino euenturam credebant. Intellexerunt autem quidam, unus ex uobis, sic: Qui a uestro choro excidit, & a uobis exiit, tradet sicut & hoc, Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, nam & in eo loco curiosius dictum exposuerunt: Factus est, dicunt, sicut unus qui ex nobis cecidit, hoc est diabolus. Sicut enim ille excidit, ita certè & hic propter inobedientiam factus est ex uobis, hoc est, excidit a uobis.

Apostolorum fides in uerba Christi.

Gen. 3.

Erat autem unus ex discipulis Iesu recumbens in sinu ipsius. Nimirum is quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, ut sciscitaretur quis esset de quo loqueretur. Itaque cum recubisset ille super pectus Iesu, dicit ei, Domine quis est? Respondit Iesus, ille est cui ego intinxi panem porrexero. Quare omnibus alijs & Petro ipso tremente, Ioannes quasi delicatior recumbit in sinu Domini: Et iterum, quare de seipso dicit quod eum diligebat Iesus? Recumbebat quidem propter duas illas causas. Una est, quia praeter omnibus alijs diligebatur maxime. Dilectionis autem signum, recumbere cum Domino. Altera, quia uolebat se ostendere alienum a crimine per hoc quod tam libera illi cum Christo familiaritas. De se autem testatur quod dilexerit ipsum Iesus, ut ne cum tu audieris quod innuat ei Petrus, ut interrogaret, putes quod tanquam maiori ipsi innuerit, unde dicit Euangelista de se, quod Petrus sibi innuit non ut maiori, sed ut ei qui magis dilectus fuerat a Domino, & ita magis humilitatis quam ostentationis uerbum est. Non enim dicit, Ego diligebam Iesum, quod de Petro protestatur. Sed quid? Ille enim, inquit, diligebat me, qui propter misericordiam & miserationem suam suscepit me, quod & Apostolus dicit, Persequor, si comprehendam in eo quo & comprehensus sum a Deo. Et iterum, Qui cognouerunt Deum, immo cogniti sunt a Deo. Sic igitur cum dicit, Quem diligebat Iesus, non gloriatio est, sed humilitatis indicium. Quare autem Petrus non interrogat Dominum, sed innuit Ioanni? Quia praeter nimio seruire saepe interrogauerat Dominum, & increpatus erat, eius gratia nunc interrogare formidat, ut non etiam nunc temerarius arguatur a Domino. Quare & Ioannes accidit ad pectus Iesu absque reuerentia & submissione? Quia nihil adhuc magnum de Domino sentiebat, neque erant edocti dignum reuerentiae honorem exhibere, piscatores enim erant, & officij imperiti. Permittit autem ei Dominus ut recubaret super pectus, mœrorum eius soluens, & mitigans turbationem mentis illius, & in summa tristitiam sopiens. Verisimile enim etiam in faciebus eorum multum mœroris apparuisse. Et neque sic interrogatus Dominus nomine proditorum manifestat, sed per buccellam tunc manifestum facit, admonens proditorem, & in memoriam ei reducens mensam & panem quorum particeps erat ut ne prodatur, & contra pascentem insaniat. Accipe, inquit, panem, cuius mecum particeps es, memor esto communis mensae, At non intellexit

teius recubens in sinu Iesu.

Propter quas causas Ioannes in sinu Domini recubauerit.

Philipp. 3. Galat. 4.

anima

Adhortatio.

anima illius præ affectione grauata. Si uis & ipse prope Iesum recumbere, & in peccatis eius cadere, & mystica ab eo discere, da operam ut propter simplicem bonamque mentem ab eo diligaris. Etenim Ioannes innocentissimus, simplicissimus, & mansuetissimus omnium erat, ideo & diligebatur. Et tu quoque talis esto, & dignabitur te peccatoris sui recubitu, id quod theologicæ dignitatis symbolum est. In corde enim intelligit scriptura eloquia Domini latentia, & ita reuelabitur tibi mysterium totum, & tibi proditor. Etenim cui theologiæ beneficium concreditum est, & proditor uerbi qui non rectam tenet fidem, manifestus fit. Hereticus enim adulterans uerbum ueritatis, qui est panis, illum nobis non purum, sed intinctum ostendit.

Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post osculam ingressus est in eum Satan. Dicit igitur ei Iesus, Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo discumbentium intelligebat ad quid dixisset ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, Eme ea quæ nobis opus sunt ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepisset ille osculam, continuo exiuit. Erat autem nox cum exisset. Vbi Dominus quidem dedit buccellam Iudæ, si forte recogitaret amicitiam mensæ & panis, & à prodicione desisteret: Iudas cum neque sic emendaretur, tunc planè factus est Satana, & traditus ei ut inemendabilis. Igitur quamdiu unus discipulorum uidebatur, & ex sancto illo choro, non habebat tantum accessum ad illum Satan, ubi autem illum diuisit Dominus, & separauit ab alijs discipulis traducto eo per panem, tunc inualit eum ut à Domino derelictum, & à diuino choro separatum. Vide enim & hoc: Ingressus est in eum Satan, hoc est, ingressus est interiora cordis eius, & occupauit animam eius. Nam prius eum foris per auaritiæ uitium turbabat, nunc autem perfecte eum comprehendit, prodicionem suggerens. Dicit igitur ei Iesus, Quod facis, fac citius. Hoc autem non est adhortantis ad prodicionem, sed exprobrantis, & permittentis ei ad prodicionem uenire, dicit enim, Fac, quasi diceret: Ecce reliquit te facere quod uis: non impedio tuam mentem, non retineo te ultra. Antea enim ipse cohibebat malitiam eius, apud se tempus mortis referuans; sicut & dicebat: Nullus tollit animam meam à me, sed ego pono eam à me. Hoc autem nullus cognouit accumbentium. Digna quæstio, quo pacto nullus agnouerit, cum rogatus Dominus quis esset proditor, dixerit, Cui ego buccellam tradidero: Videtur igitur clam hoc dixisse Iohanni, ut nullus alius audiret: quia & Ioannes cum supra peccata recumberet, rogabat quasi in aures, & ita proditor non manifestatus est, alioquin eum discerpisset Petrus forte, & occidisset eum. An ergo & Ioannes non nouerat eum: neque iste, nequaquam enim expectasset ut discipulus in tantam prorumperet impietatem. Sancta enim illa anima procul à tali impietate, neque de alio facile tale quippiam suspicata fuit. Nullus ergo cognouit, sed existimauerunt quod dicens, Fac citius, diceret de aliquo ad festum emendo, uel ut quid daret pauperibus. Nam multam curam gerebant pauperum. Et quomodo quia alios admonet ne portent peram, neque res, ipse marsupium ferebat: Ostendit quod & possessione carentem, & crucifixum mundo, magnam oportet eius partis curam habere. Cæterum nox erat cum exisset, neque hoc superflue assignauit Euangelista, sed ut doceat nos quod neque tempus prohibuerit illum, sed nocte dolui struxerit. Exiuit igitur quinta (ut mihi uidetur) uespera quando & intrauit in ipsum Satan. Nam quarta quidem accessit ad illum, quando scilicet mulier quæ apud Matthæum, unguentum effudit. Ipse autem ut abiuit, loquutus est cum Iudæis de traditione. At quinta uespera intrauit in illum, hoc est, occupauit cor eius: sicut aliud est percutere quæmpiam manu foris, & aliud est confodere gladio uiscera. Exiuit igitur Iudas & sensibiliter & mentaliter à saluatore. Erat autem & nox: fortassis & spiritalis nox auaritiæ obtenebratio inualerat eum.

Dicit Iesus, Nunc glorificatus est filius hominis, & Deus glorificatus est per illum. Si Deus glorificatus est per eum, & Deus glorificabit eum per se. Et continuo glorificabit eum. Quoniam considerant discipulorum mentes, iterum eas erigit, dicens, Nunc glorificatus est filius hominis. Docet enim eos non moerere, sed magis gaudere. Gloria enim est hoc, ipsa passio scilicet, & per ignominiosa hominibus honor conciliatur. Et aliter, Per miracula in cruce glorificatus est, sole extincto, petris ruptis, uelo scisso, alijsque mirabilibus factis, quomodo autem glorificabit Deus filium: In seipso, hoc est per seipsum, non per alium, non per angelos & archangelos, non per alias uirtutes, sed per seipsum. Omnia enim

enim operatus est ad gloriam filij. Continuo igitur, inquit, glorificabit eum: hoc est, non tardabit, sed in ipsa cruce: & iterum post tres dies, cum resuscitauerit eum: & post quadraginta dies suppeditata gratia spiritus discipulis. Videamus autem & ex superioribus mentem uerborum. Nunc glorificatus est filius hominis: hoc est, ego doceo, miracula que facio, & non in me subleuit gloria, sed in Deum & patrem tranlit. Quia igitur mea gloria, gloria fit patris, ne contristemini. Nam pater iterum glorificabit me, ut & ipse glorificetur. Nunquid enim ego gloriam mihi uindico, & ad illum non tranlit? Non, sed communis est gloria, quemadmodum & iterum glorificabit me, & non tardabit, sed mox quando ignominiosam passionem patiar, quando uidebor per mortem in medio tolli: tunc magis honorabit, tunc per resurrectionem me clarum faciet.

Filioli, adhuc paulisper uobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Iudæis, quod ego uado, uos non potestis uenire: ita & uobis dico nunc. Præceptum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. In hoc enim cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis inter uos. Quoniam paulo post passurus erat grauius, ea nunc prædicat eis, ut ea habeant in memoria, & præparent se ad ea. Confert autem hoc ad gloriam eius. Non parua enim gloria eius fuit, quod discipulis prædixit quæ euentura essent eis, recordantibus postea discipulis quod illa eis essent prædicta. Monstrans autem, se non tunc primum cognoscere, sed multo antea, quod quæsituri essent ipsum in tribulationibus constituti, dicit, quod & Iudæis istuc ipsum dixi, quod multo antea sciuerim. Hoc autem, Quod ego uado, indicat eius mortem, quæ transitus erat ac translatio in statum meliorem, in locum corruptibilia corpora non suscipientem. Igitur Iudæis dicebat, Quæretis me, & quod ego uado, uos non potestis uenire: timorem illis inueniens, discipulis autem desiderium accendens. Etenim consueuimus quando uidemus quosdam ab amicis secedentes, magis accendi, & maxime si eant in locum quo non est possibile illos ire. Igitur desiderium illis accendens, hæc dicit. Ideo & filij, adiecit: ut ne putet quod eadem affectione qua Iudæis, hæc eis sit loquutus, sed ex charitate. Quæsiuerunt quidem eum Iudæi, quando ciuitas ipsorum capta est, & ira diuinitus immissa undique in eos uenit, sicut & Iosephus propter mortem Iesu eis hæc euenisse. Discipuli autem, quando fugerunt, & alij afflicti sunt, propterea & alio loco, Tolletur, inquit, sponsum, & ieiunabunt amici thalami. Itaque futura prædicat & his & illis: illis quidem propter incredulitatem: his autem propter amorem, ne in inexpectata inciderent mala. Et quoniam uerisimile erat, audientes talia, turbari animo: ut solitarios futuros consolatur, ne doleatis, dicens. Do enim uobis custodem fortæ, ipsam dilectionem, quæ si habueritis, inter uos corroborati, inuicti eritis. Deinde si dubitauerit quis; quomodo mandatum nouum das o Domine charitatem, quam & in ueteri lege datam scimus: subdit, Sicut ego dilexi uos, ita & uos mutuum diligatis. Quemadmodum enim ego, inquit, gratis dilexi uos, nullis bonis operibus uestris præcedentibus, sed & cum inimica esset humana natura, eam suscepi, sanctificauique: ita & uos gratis diligite inter uos: etiam si offenderit te frater, ne recorderis eius. Vides quod hoc sit nouum mandatum, diligendum proximum cui nihil debeas: lex autem dicebat, Diliges amicum tuum: ut debitum proximo qui prius in ceperat, dilectionem retribuendum iubens. Declarans autem quod non extinguendi post suam migrationem, sed clariores futuri sint, dicit, In hoc scient omnes. Vides quomodo afferat eos ab omnibus cognoscendos, per hoc illos non parum consolans. Nam reliquit indicium & characterem à miraculis, à charitate autem nunc cognoscibiles facit. Multi enim sunt qui miracula fecerunt, audituri, Nescio uos. Quod autem totus orbis miraculis ad fidem adductus sit, quid mirum: Quia enim charitas aderat, ideo & uirtus ad operandum miracula non deerat. Quod si diuisi & distincti fuissent, omnia perissent, & nullus credidisset illis ita contra se furentibus. Itaque eos maiori miraculo dignos faciebat, quod una esset anima, & unum cor credentium.

Dicit ei Simon Petrus, Domine, quod uadis? Respondit ei Iesus, Quod ego uado, non potes me nunc sequi: sequeris autem postea. Dicit ei Petrus, Domine, quare non possum te sequi? nunc animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus, Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non canet gallus, donec ter me negaueris. Petrus præ multo feruore magis præceps factus, quia audierat Dominum dicentem, Quod ego uado, uos non potestis uenire: interrogat, quod uadis? quasi dicens Christo, Quæ

ista est uia, quam ego transire non possum: Non enim discendi animo interrogat, sed occultè hoc sub significat, quòd & si difficillimā omnium uiam transiturus sit, te sequar. Ita semper cum Christo esse amabat. Ideo & ipse ad mentem eius respondit, Non potes me nunc sequi, postea autem sequeris. At ille ita temerarius sit, ut contradiceret Christo, & non contentus oblatam esse spem bonam quòd postea sequitur esset, urget pertinaciter: Quare nō possum te modo sequi: animam meam pro te ponam. Vides uehementiam desiderij: Quia Dominū audiuerat dicentem, Maiorem hac charitatem nullus habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis: desiderat nunc hunc gradum & fastigium charitatis: ideo & pollicetur animam suam ponere pro Domino. Igitur saluator ostendit ei, quòd hoc sui solius, & non cuiusquam hominis sit, talia cum autoritate polliceri: & dicit, priusquam gallus canat, ter negabis me: hoc est, nunc: neque enim erit magnum interuallum. Intempestam enim noctem dicebat, ut cum prima ac secunda custodia noctis transierit. Quia igitur magna charitas contradicentem fecit, charitatem quidem approbat, contradicentem autem refecat: ideo & denudat eum superno auxilio, & docet ut suam agnoscat imbecillitatem. Nam si diligis, debes obedire ei quē diligis, Dixi quòd non possis, contradicis: per negationem discas manifestè, impossibile non fieri quòd dico. Et ita curam eius gerens permisit eum cadere, ut & postea orbis administratione suscepta, nihil tale experiatur, sed agnoscat se. Et uide quomodo ceciderit non semel, sed ter. Ita derelictio Dei nostram arguit infirmitatem: & qui attendit, hoc inuenit beneficium maximum.

CAPVT XIII.

Non turbetur cor uestrum, creditis in Deū, & in me credite. Quoniam uerissimile erat illos turbatos esse cum audiuerunt de Petro inter ipsos primario quòd negaturus esset, ideo consolatur eos, & sedat cordium turbelas. Nam cum princeps, & qui tam illustris, priusquam gallus caneret, ter negaturus erat, uerissimile fuit magnum eos expectasse conflictum. Deinde quasi dicerent discipuli: & quomodo non turbabimur cum in tantas inciderimus difficultates: inquit, Credite in Deum, & in me credite. & omnes uestri labores soluentur, & turbatio sedabitur propter fidem in Deum & in me. Et quod dixit eis, Ne turbetur cor uestrum, ut Deum ipsum esse credant, quando quidem introspiciebat corda ipsorum, & occultam perturbationem.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quod si secus esset, dixissem uobis. Vado paraturus uobis locum. Et si abiero ad parandum uobis locum, iterum ueniam, & assumam uos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Dixerat quidem ad Petrum Dominus, Sequeris me postea: ut autem ne putent multi quòd soli Petro hoc datum sit, & non etiam alijs, inquit, Et uos suscipiet regio illa quæ Petrum exceptura est, atque ita nō oportet turbari pro loco. Multæ enim mansiones sunt in domo patris mei: hoc est, sub potestate patris mei. Per domum autem potestatem & principatum intellige. Si autem defuissent domus, ego iuissem & pararem uobis. Et ita utrinque non oportet uos turbari, siue sint paratæ, siue non sint. nam & si paratæ non essent, ego omni studio præpararem uobis. Quod si autem & propter hoc ut præparem uobis locum, iuissem, ne sic quidem reliquissim uos, sed suscepissem: ut ubi sum ego, & uos sitis. Vides consolationis & animationis uerba: Vbi sum ego, uos illic eritis. Non habet igitur rationem quòd uos turbamini, si quidem mecum eritis.

Et quòd ego uado, scitis, & uiam scitis. Dicit ei Thomas, Domine nescimus quòd uadis, & quomodo possumus uiam scire. Dicit ei Iesus, Ego sum uia, & ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Quia sciebat cogitationem eorum quærentem discere quòd uadat, dat eis occasionem rogandi, & dicit, Quòd uado, scitis, & uiam scitis: incitans eos ad interrogationem, ideo & Thomas, Domine, nescimus, inquit, quòd uadis: & quomodo possumus uiam scire. Hoc autem dicit Thomas præ nimia formidine, non sicut Petrus desiderans sequi. Igitur Christus ostendens quòd facile & non molestum sit se sequi, declarat & quòd uadat, & quæ sit uia, Nam uadit quidem ad patrem. Via autem ipse est Christus. Quia igitur monet, ego sum uia: per me omnino ad patrem & uos ascendetis. Non solum autem uia, sed & ueritas, atque ita meritò uos confidite, quòd non decipiāmini à me. Sed & uita sum: unde & si moriamini, non prohibebit uos mors quo minus ad patrem ueniatis, bene igitur fidite, Per me enim ueniunt omnes ad

Ad patrem. Et quia ego Dominus sum adducendi ad patrem, omnino uenietis illuc. Neque enim per aliam uiam quam per me illuc eundū est. Tu autem & hoc loco æqualem discito filium ei qui genuerit. Nam alio quidem loco patrem dicit adducere ad se. Nullus enim (inquit) potest uenire ad me, nisi pater traxerit eum. Hoc autem loco dicit per se adduci ad patrem. Igitur æqualis est patris ac filij potestas, nam & una operatio. Nam cum practicen arripis, fit tibi Christus uia, cum uero contemplationi uacas, fit tibi ueritas. Quia autem nonnulli practicen ita colunt, & in contemplatiua ita occupati sunt, ut uitam non assequantur, uel quòd propter uanam gloriam uirtutem amplexentur, & hic recipiunt mercedem: uel quòd in dogmatibus non rectè sentiunt, & ita à recta uia exciderunt: additum est uia: & ueritati, hoc est practicæ contemplatiuæque, & uita. Nam & in uirtutibus omnino, & de diuinis recta differendo, ad uiuentem in seculum, & non ad mortuam hominum laudem spectare debemus.

Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis. Et nunc cognoscitis eum, & uidistis eum. Quomodo superius dixit, Quò uado scitis, & uiam scitis, hoc est, me: hoc autem loco dicit, Si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis utique. Non sunt hæc contraria. Nam sciuerunt quidem patrem, sed non ut oportebat. Nam ut Deum quidem sciuerunt: ut patrem autem nondum: at ubi postea uenit spiritus, omnibus ei data est scientia. Quod igitur dicit, hunc sensum habet: Si cognouissetis meam substantiam & dignitatem, & patris quoque cognouissetis. Ex hoc autem tempore coepistis cognoscere eum per me ut medium, & uidistis eum, hoc est, mente uestra quantum possibile est, spectastis. Quia enim me Dominum habetis & magistrum, per me planè & patris scientiam, ut apprehendi potuit à uobis, modicè accepistis, nam perfectiorem nondum accepistis. Et aliter, si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis, nō arguit quòd ipsum ignorent. Sed quòd dicitur, hunc sensum habet: Dixi uobis, quòd ego uado, scitis, hoc est, ad patrem: & uiam scitis, hoc est, me. Dixit ei Thomas, Nescimus quò uadis, & neque uiam scimus. Dicebat Thomæ, Ego sum uia: & nullus uenit ad patrem, nisi per me. Si igitur me cognouissetis, & patrem meum utique cognouissetis. Cæterum me scitis, ergo & patrem scitis. Ex hoc enim ipsi cognoscitis eum, & uidistis eum me uiso.

Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me Philippe: Qui uidet me, uidet patrem: & quomodo tu dicis, ostende nobis patrem. Videbatur Philippo quòd Christum quidem bene cognosceret, patrem autem ignoraret. idcirco & dixit, Ostende nobis patrem, ac sufficit nobis. Nam licet millies dicas nobis, Si me cognouissetis, & patrem meum utique cognouissetis, non possumus ita discere patrem. Ostende igitur nobis illum corporalibus oculis. Audiens enim Philippus quòd & propheta corporalibus oculis uidissent Deum, desiderabat & ipse illum uidere corporaliter, ignorans quod illa contingerint prophetis per condescensionem. Igitur Christus docens Philippum quòd non sit possibile Deum uideri corporalibus oculis, dicit, Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me Philippe: Vide quia nō dixit, nō uidisti me, sed nō cognouisti me, abducens Philippum ab humili sensu, quo desiderabat patrem uidere corporaliter. Scientia enim de Deo, inquit, dicitur, nō corporalis aspectus. Deinde subdit, Qui uidit me, uidit patrem. Quod autem dicit, ita se habet: Tu quidem ô Philippe quæris uidere patrem uisur corporali, & putas quod me iam uideris. Ego autem dico tibi, quod si me uidisses, etiam illum utique uidisses: nunc autem quomodo illum non uideris, neque me uidisti ut uidere oportet. corporaliter quidem uidisti me, quia & corpus fero: diuinam autem substantiam non uidisti, atque ita neque patrem uidisti corporaliter, neque igitur me neque patrem corporaliter uidere licet. Etenim qui uidit me, & patrem uidit: hoc est, qui me cognouit, cognouit patrem. Attamen multi putant quod me uideant, patrem autem nō uident. Itaque neque me uident iuxta naturam diuinam, sed iuxta humanam. Potes & sic manifestius intelligere. Eiusdem substantiæ sum cum patre, qui ergo me uidit, hoc est, cognouit, cognouit & patrem. Nam cum una sit substantia, scientia quoque una est. Confundat Arius audiens, quòd qui uidit filium, hoc est deitatem filij, cognouit patrem, hoc est, deitatem patris cognouit. Confundatur & Sabellius, qui dicit quòd una sit hypostasis & una persona patris ac filij. Ecce enim diremit hypostases Dominus, & aliam personam ostendit patris, & aliam filij.

filij, dicens enim, Qui uidit me, ostendit suam personam. & postea dicens, uidit patrem, ecce & aliam personam. Quod si una persona esset, nihil tale dixisset: sed Philippo dicente, Ostende nobis patrem, respondisset, Non habeo patrem, sed ego sum pater & filius. Omnino autem extremæ insipientiæ fuerit audire quidem filium dicentem, Ad patrem meum uado: & Ego in patre, & quæcunq; similia sunt: non intelligere autem quod alia persona sit filij, & alia patris, sed confundere illas. Propterea discipulum Dominus increpat quod tanto tempore sequatur se, uideritq; signa ac deitatis opera, nondum autem agnouerit eum ut Deum, quo per ipsum & patrem cognosceret. Nunc autem dicit, Quia corporaliter quæris uidere patrem, manifestum quod non credis neq; me neq; illum esse Deum.

Quomodo filius sit in patre, & rursum quomodo pater sit in filio.

Non cognoscis quod ego in patre, & pater in me est: Verba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor: pater autem qui in me manet, ipse facit opera. Credite mihi, quod ego in patre sum, & pater in me: alioqui propter ipsa facta credite mihi. In patre est filius, secundum quod in substantia illius apparet: & rursum pater in filio, sicut rex in imagine sua apparet, & imago in rege. Vnus enim character imaginis & regis. Quod autem una substantia mea est & patris, manifestum. Verba enim quæ ego loquor, à meipso non loquor, hoc est, non aliter hæc dico, sed quemadmodum pater diceret, sic & ego loquor. Non enim habeo quiddam proprium quod meum & separatum à patre, sed omnia communia. Vna substantia est, subsistentijs separatis. Non sola autem uerba quæ loquor, patris sunt, sed & opera. Quia enim diuina sunt opera, Deus autem pater, & ego, unius ergo substantiæ sunt opera, atq; ita etiam si ego faciam, pater facit: & si pater, ego facio. Credite quod ego in patre, & pater in me, hoc est, oportet quidē cum auditis patrem & filium, nihil aliud inquirere pro constituenda substantiali cognatione. Sin uerò non sufficit hoc uobis ad ostendendam parem substantiam & honorem, quod pater in mea substantia apparet, & ego in patris: uel propter opera credite mihi, Opera enim Dei sunt.

Ad. 3.

Ariani. Eadem filio cum patre potest.

Amen amen dico uobis, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora illis faciet: quia ego ad patrem uado. Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificet pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo, ego faciam. Ostendens Christus quod non hæc sola possit opera, sed & alia, & his multo plura, excellenter ea ponit. Non enim dixit quod & maiora his facere possum: sed quod magis est suscipiendum, alijs etiam, inquit, dare possum ut etiam his maiora faciant. Vides quanta sit uirtus unigeniti, ut etiam alijs dare possit quod faciant maiora quam ipse fecerit. Dicendo enim, Ego ad patrem meum uado, hoc significat: posthac uos operabimini miracula, ego autem nunc transeo. Interpretas autem nobis quomodo qui credit in illum, poterit facere magna & mirabilia, inquit, Quæcunq; petieritis in nomine meo. Nā hoc loco nobis operationis miraculorum compendium ostendit. Per petitionem enim & orationem & inuocationem nominis eius mira operari quis poterit: ita & Apostoli. In nomine Iesu Christi surge & ambula. Idcirco non dixit, Quæcunq; petieritis, obsecrabo patrem, & faciet: sed, ego faciam: suam potestatem declarans. Ut glorificetur pater in filio. Cum enim apparet filium magna posse, glorificatur & qui tantum filium genuit. Vide enim consequentem gloriam patris. In nomine Iesu Christi facta sunt signa, à signis credebant Apostolis, ad Dei notitiam peruenientes agnoscebant patrem, & ita glorificabatur in filio. Dicant Ariani, num ea quæ per Apostolos ipse, & ea quæ per se non ipse, sed à patre operationem recipiens faciebat, alijs dederit faciendi potestatem, & ipse eandem non habuerit: Quare autem secundo hoc dixit: Cum enim dixisset, quodcumq; in nomine meo petieritis, hoc faciam: & subiunxisset, ut glorificetur pater in filio: iterum secundo dicit, Quæcunq; petieritis in nomine meo, ego faciam. Confirmans sermonem suum hoc dicit, & ostendit quod ipse faciat, & non indigeat sub introducta uirtute. Hæc autem omnia dicit discipulis, consolans eos, & ostendens quod non pereat nec obscuretur moriendo. Ad patrem enim (inquit) uado. Non enim obscurus fido, nec esse cesso: sed illuc eo, ubi beator uita: & in tantum non apparebo infirmus, etiam si moriar, ut alijs ad maiora opera faciendâ uires daturus sim. Et quæcumq; petieritis, dabo uobis. ne ergo tristitia afficiamini propter meam mortem, quæ talis est qualem demonstrat. Si diligitis me, præcepta mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium paraclatum dabit

hbit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, nec nouit eum. Vos autem cognoscitis eum, quia apud uos manet, & in uobis erit. Dixerat superior, Quæcumq; petieritis, faciam: ostendit nunc quod non simpliciter oporteat petere, sed cum dilectione erga eum, & obseruatione mandatorum, tunc enim faciam, cum sic petieritis. Et aliter, Quandoquidem uerisimile esset illis audientes quod ipso priuadi essent, contristari & turbari animo, Nō hoc, inquit, est diligere me, tristari, & moesto esse uultu, sed credere his quæ à me dicuntur. Mandatum enim dedi uobis, ne terramini ab his qui occidunt corpus: atq; ita si diligitis me, hoc obseruate, & posthac ne sitis tristes in morte mea. Nam tristitia affici, nō est eius qui obseruat mandatum meum. Quomodo igitur non obseruantes mandatum meum, sed timentes mortem, dicitis quod diligitis me? Insuper quia uerisimile est dixisse illos ad hæc: & quomodo non afficeremur tristitia, priuandi tanto solatio, & refocillatione quam ex te habemus: inquit, Non erit hoc, non priuabimini consolatione. Rogabo enim, hoc est, obsecrabo patrem: & alium paraclatum mittet uobis, alium sicut me. Confundatur hoc loco Sabellius, dicens unam personam patris & filij & spiritus sancti. Ecce enim audit, Alium paraclatum dabo, & ita aliam personam spiritus sancti. Macedonius, qui dicit alterius substantiæ esse spiritum, & minorem filio. Audit enim quod & ipse paracletus sit, sicut filius. Eiusdem enim substantiæ est cum filio, utique autem & cum patre, nam pater & filius eiusdem substantiæ. Ne mireris autem quod dicit, Rogabo patrem, non enim ut seruus orat, sed uult quod sufficientibus argumentis testetur discipulis quod omnino ueniat super eos spiritus paracletus: eiusque gratia cōdescendens illis dicit, rogabo patrem. Nā si dixisset, Mittam, nō sic credidissent: nūc autem credibiliorē faciens sermonem, inquit, rogabo patrem. Et si opus fuerit patrocinio & oratione, omnibus modis operā dabo ut ueniat super uos spiritus. Id quod & nos sæpenumero dicere solemus, Animam meā ponā ut hoc fiat, quāuis paruo labore plerūq; res egeat: at tamen uolentes ostendere quod nō detrectemus studium, ita dicimus. Et aliter: Quia pro nobis Dominus se metipsum obtulit hostiā patri, placans illum per suā mortē ut pontifex, deinde spiritus uenit in nos, utpote peccato soluto, & inimicitijs sublatis: propterea dicit, Rogabo patrem, & paracletum dabit uobis, hoc est, placabo uobis patrem, & reconciliabo illum uobis, solutis propter peccatum inimicitijs: & ita mittet uobis spiritum, per meā pro uobis mortē placatus, & reconciliatus uobis. Quod autem dicit, ut maneat uobiscum in æternum, dixit consolans eos. Non enim ita, inquit, temporaria erit eius consuetudo uobiscum, ut mea, sed usq; in æternū durabit: neq; deficiet cum uos mortui fueritis, sed simul permanebit, & gloriores reddet: cumque omnibus sanctis semper est: & cum mortui fueritis, magis, quanto scilicet sublimiores tunc corporalibus affectionibus. Spiritum autem ueritatis inquit, hoc est spiritum non ueteris testamenti (nā illa figura est & umbra) sed noui, quod est ueritas. Habebant igitur ueteris testamenti figuram, noui ueritas. Et illi qui in lege, spiritum, sed in figura & umbratum, nūc ueritas ipsa substantialiter uenit cum discipulis, ut ita quis dicat, Ne autem quis opinetur quod etiā spiritus sicut ipse in carnatus sit, inquit, Quæ mundus non potest capere. Non (inquit) uersabitur uobiscum sicut ego. Non enim mundus eum corporaliter capere potest, hoc est habitabit in ipsis animabus uestris. Et aliter: Nō potest accipere mundus, hoc est populus ille promissus, & sapiens quæ huius mundi quia non uidet eum, eo quod incomprehensibilis sit eius substantia. Contemplationem enim & uisionem hoc loco mentis dicit, unde subdit, neq; cognoscit eum. Vides quod, & non uidet, dicens, non cognoscit, significauit. Propterea solatur discipulos, dicens, Mundus non potest capere illum: uobis autem hoc donum egregium datum est, & manet apud uos: & deinde quod maius est, & in uobis erit. Apud uos enim, externum subsidium & uiciniam: in uobis autem, internam habitudinem & corroboracionem significat. Posterius autem illud, quod & Deus sit spiritus, significat, quod dicit, Habitabo & ambulabo in eis. Igitur mundus quidem non potest accipere spiritum, quia non cognoscit eum, uos autem cognoscitis eum. Quare? Quia non estis ex hoc mundo, propterea capaces eius estis, & manet nunc apud uos, sed & erit semper in uobis.

Quid sit diligere Deum.

Sabellius.

Macedonius.

Vetus testamenti figura, noui ueritas.

Mundus.

Leuit. 16. 2. Cor. 6.

Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Adhuc pusillum, & mundus iam me non uidet: uos autem uidetis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis quod ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Ne metuatis (inquit) quia dixi uobis me alium paraclatum uobis missurum, credentes quod me ultra non

litis uisuri: non enim abero à uobis usque in finem. Veniam enim & non relinqua uos orphanos. Quia prius filios eos dixerat, nunc consequenter inquit, Non relinqua uos orphanos. Ut autem ne existiment quod prius sit manifestandus & ipsis & omnibus in corpore, inquit, Mundus iam me non uidet; uos enim (inquit) soli uidebitis me, etiam post resurrectionem. Vuo enim, & quanuis mortem feram, resurgam: & uos quoque uiuetis, hoc est, cum uidebitis me, lætabimini, & quasi occisi reuiuiscetis in mea manifestatione. Vel etiam sic: Quemadmodum (inquit) mors mea facta est ad uitam, ita etiam si uos moriamini, uiuetis. Ne igitur estote tristes, uel propter me qui morior, uel propter uos. nam licet moriamini, uiuetis in æternam uitam, illa enim die scietis quod ego in patre, hoc est, cum resurgam, scietis quod non sim à patre separatus, sed eandem habeo potestatem. Et uos in me estis, quos ego custodio. Et ego in uobis, hoc est, uobiscum sum, uos eripiens ex periculis, miracula per uos operans, glorificansq; uos per omnia. Et aliter, In uobis sum, ut caput in membris. Membra enim Christi, apostoli: & uos in me, sicut membra in capite. Quando ergo resurrexit, manifestam de his omnibus scientiam tradidit. Gratia enim spiritus post resurrectionem omnia illa docuit eos. Cum autem audis quod ego in patre, & uos in me, & ego in uobis, ne similiter intelligas. nam filius quidem in patre, ut illi consubstantialis: in Apostolis autem, ut adiutor & cooperarius: & Apostoli in eo, ut qui adiuuantur, & cooperatorem habentes, & ab ipso fouentur: quia & multa alia nomina de Deo & hominibus dicuntur, sed non similiter intelliguntur. *Dij homines dicitur Psal. 81.* Dij enim dicimur & nos, sed non ex æquo. Dicitur filius imago & gloria patris, & homo quoque, sed non similiter. Ita hæc quoque hic intelligenda sunt, sicut & hoc, Quemadmodum misit me pater, & ego mitto uos. *Ioan. 10.* Nū igitur sic debemus intelligere simpliciter, Igitur misit quidem filiū suū pater, cū esset incorporeus, & deinde in carnatus est, & ex uirgine natus est, ut & apostoli ex coelo sint, & incorporei, & deinde in carnati, & uirginibusq; nati sint: Sed ita exponere scripturas, manifeste delirare est.

Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui me diligit. Qui autem diligit me, diligitur à patre, & ego diligam eum, & aperiam ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes, Domine, quid factum est qd manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Sicut & superius diximus, uerbis huiusmodi tristitiam illorū sedat, docens eos quod ille diligit ipsum, non qui dolet in morte eius, quod & illi patiebantur, sed qui mandata eius & præcepta seruat de contemnenda uita præsentis, & ponenda anima pro Christo & uirtute: quasi ita dicens eis: Vos quidē putatis quod præ dilectione doleatis in morte mea: ego autem pro charitatis argumento habeo non dolere. Quod autem hoc dicat, manifestum est ex his quæ postea dicit, Si diligeretis me, gauderetis utiq; quod ad patrem eam. Qui ergo diligit me, habet mandata mea, & custodit ea, ut ne fur diabolus ueniens rapiat thesaurum. Opus enim est diligenti custodia, ut ne perdamus ea. Qui autem diligit me, quale præmium inueniet: Diligetur (inquit) à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo illi memetipsum. Quare hoc dixit, manifestabo illi memetipsum: Quia post resurrectionem se eis manifestaturus erat cū diuiniore corpore, ut ne putet ipsum spiritū & phantasma esse, propterea prædicat eis hoc, ut uidentes eū, non discredat, sed recordent qd ea prædixerit ipsis, & qd propter mandatorū suorū obseruationē manifestetur eis, studeantq; semper seruare illa, ut & illis semper manifestetur. Magnum etenim resurrectionis sacramentū, difficile ab eis susceptū: idcirco præparat eos dicens qd manifestaturus sit se eis: quia & cū resurrexisset, propterea comedit cū eis, ut ne uideretur eis phantasma. Id quod & Iudæ nunc accidit. Opinabatur enim Iudas cuius nunc mentionem facit, quod sicut in somnio uidemus mortuos, ita & Dominus eis manifestandus esset: ideo & dicit, Domine, quid factum est quod nobis teipsum manifestaturus es, & non mundo? Præ multa enim admiratione & stupore hoc dicebat, sicut si dixisset, Væ nobis qd moreris, & qd sicut mortuus manifestandus es nobis in somnis. Nam quod dicit, Quid factum est, obstupescente & attonita mente dicebat. Quid igitur Dominus: quomodo à mente suspicionem eius ut fallacem refellit?

Respondit Iesus, & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniet, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermo quem auditis, non est meus, sed eius qui misit me patris, Iudas quidem præ multa formidine existimabat quod mortuus

Dominus

Dominus in somnis se exhibiturus esset eis, unde & interrogabat sicut dictum est. Dominus autem refellens eius suspicionem, inquit, Sicut pater manifestat seipsum, ita & ego manifestabo memetipsum. Ego enim (inquit) & pater uenietus ad eos qui custodiunt sermones meos: atq; ita non in somniis manifestabimur uobis, sed quia cum patre uenturus sum, ut par est patrem manifestari, ita fiet & mea manifestatio qua uobis manifestabor. At dicendo, Mansionem apud eum faciemur, subuertit Iudæ suspicionem. Non enim somnia manent, inquit. Ego autem cum manifestos, maneo cum patre: non igitur quasi in somnio erit uisitatio mea. Prædicat autē eis (ut dixi) se manifestandum, ut ne phantasma ipsum putent: & interim exhortatur eos ad seruandum mandata sua, scientes quod seruantibus illa manifestandus sit ipse & pater. Sic quoque ab eo qui non seruat mandata, discedit & ipse & pater, tanquam à non diligente. Nam qui non diligit me (inquit) sermones meos non seruat. Atq; ita neq; patrem diligit, qui non diligit filium. Nam sermo filij, & patris est. Qui igitur non custodit sermonem filij, uel patris: sicut odit filium, ita & patrem. Vos igitur discipuli custodite sermones meos, ita enim declarabitis dilectionem tam erga me, quam erga patrem. Quidam autē dicunt Iudam discipulum non ex formidine, sed misericordie mente dixisse, Quare manifestaturus es te nobis, & non mundo? Volebat enim non solos discipulos, sed & totū mundum utilitatem ex manifestatione eius percipere. At saluator ostendit non omnes talia consequi, sed nos duntaxat qui mandata sua seruamus, digni uidebimur sua manifestatione patrisq; dilectione. In eo autem qui custodit mandata, est Deus & pater, & non sicut in filio, ita & in hoc. In filio quidem natura est, in homine autem secundum habitudinem quandam.

Hæc locutus sum uobis apud uos manens: Paracletus autem ille, qui est spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcunq; dixi uobis. Quoniam obscura erant discipulis quæ dicebantur, & alia quidem non intelligebant, & de alijs multum dubitabant: ut ne iterum interrogent eum, & dicant, Quæ mandata seruare debemus: liberat eos à turbatione, dicens, Paracletus obscura & intellectu difficilia, cognita uobis faciet. Nam hæc quæ uobis uidentur obscura, dixi cum manerem & essem apud uos. Si autem abiero, de omnibus docebimini. Igitur de discessu non oportet uos esse tristes, qui tanta uobis bona, tantamq; sapientiam afferet. Quandiu enim ego apud uos maneo, & spiritus non uenit, nihil magnum neq; sublime intelligere potestis. Subinde autē paracletum nominat, propter cōtinuas ipsorum afflictiones, bono illos animo esse faciens, qd ab illo refocillandi essent. Quod autē dicit, In nomine meo ueniet paracletus, hoc uult, qd nihil alienū à me docturus sit uos, neq; propriam opinionem sibi uindicabit: sed in nomine meo ueniet, hoc est, in gloriam mei nominis, non sui: id quod faciunt contraria docentes, auditoribus suis propriū nomen cōmendantes. Quidam autē intelligunt, in nomine meo, nomen Christi, paracletus. Habemus enim (inquit) paracletū Iesum Christum. Quia igitur & spiritus qui uenit ad discipulos, paracletus factus est, molestias illorū consolaturus, in nomine Christi uenit. paracletus enim & ipse sicut Christus. Sed & Christum Paulus nominauit spiritum, dum dicit, Vos autē non estis in carne, sed in spiritu, si quidem spiritus Dei habitat in uobis. si autē quis spiritū Christi non habet, hic non est eius. Deinde subdit, Si autē Christus in uobis. Vides quomodo supra dices spiritum Dei habitare in eis, deinde subdat, Christus in uobis, Christum scilicet spiritū nominans: Quia igitur spiritus Christus nominatur, ita debes intelligere, In nomine meo mittet eū pater, hoc est, & ipse nominabitur Christus. Igitur & spiritus sanctus & docuit, & suggessit. Docuit quidem, quæcunq; non dixerat eis Christus, utpote portare non ualentes. Suggessit uerò, quæcunq; dixerat quidem Dominus, sed obscurius, uel quæ propter imbecillitatem rationis memoria comprehendere non ualuerunt Apostoli.

Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: Non sicut mundus dat, ego do uobis. Ne turbetur cor uestrum, neq; formidet. Iterum in mœrore erant discipuli, audientes Dominum dicentem, Ego quidem discedo, spiritus autem ueniet. Ideo uidens turbati cor eorum, & maxime propter afflictiones imminentes & certamina, dixit, Pacem relinquo uobis, quasi ita dicens, Quid nocent uobis mundi turbationes, cum mecum pacem habeatis? Non enim talis est pax mea, qualis mundi, quæ sæpe in malo fit, & planè stulta est: sed talem ego do, ut & inter uos pacem habeatis, & unum cor-

I 4 pus

pus sitis. Hoc aut fortissimos omnium uos faciet, etiam si multi contra uos infurexerint, nihil tamen patiemini, concordia paceque mutua muniti. Deinde quia iterum dixit, relinquo, id quod recedatis erat, & satis eos turbare poterat, subdit, Ne turbetur cor uestrum, neque formidet. Igitur turbationem patiebantur ex affectu amoris & dilectione erga illum, quod illo priuandi essent, timebant autem, eo quod euentura erant illis mala post mortem eius. Ipse igitur neque turbationem ex amore, neque timorem ex afflictionibus absque medicamine relinquit: sed utraque sedat, dicens, Ne turbetur cor uestrum, neque formidet.

Audistis quod ego dixi uobis, Vado & uenio ad uos, Si diligeretis me, gauderetis utique quod dixerim, uado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Quia uidit Dominus Apostolos non plene resurrectionem suam sperare, neque scire quid esset, & propterea ualde morere & turbare ut se priuandos, attemperans se illorum infirmitati, dicit, Quia ego dixi uobis, uado, & iterum ueni, adhuc tamen & tristes estis, & mihi non fidistis, quauis enim moriar etiam, in afflictionibus uestris non relinquam uos. Nunc ergo cum audiueritis quod ad patrem meum uado, qui magnus, & me maior uobis uidetur: deberetis gaudere quod ad illum eam, qui me maior, & omnia dura poterit auferre. Vides consequentiam sententiae? Quomodo cum dicit, Pater meus maior me est, ut consoletur discipulos dixerit? Nam quia illi tristes erant quasi non possent eos iuuare Christus, dicit, Quauis ego non possem, saltem pater meus, quem uos me maiorem putatis, non tantus habitus est qui uos iuuat: sicut & alio loco dicit, num putatis, quod non possim orare patrem meum & exhibebit mihi duodecim legiones angelorum? Non enim hoc loco quasi non possit, hoc dicit, Quomodo enim, qui sola interrogatione Iudeos collectos prostrauit, retrocedere fecit? Verum quia de eo ut homine habebant opinionem, ea propter haec inquit, Ita igitur pater maior me est, Dixit enim hoc iuxta illorum sententiam, crediturum ipsum quidem infirmum, patrem autem posse in tempore afflictionis sufficere. Et nunc dixi uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis, hoc est, ita bene fido, mortemque non timeo, neque tristis sum, ut & praedicam, & gaudere uos iubeam, ut quando factum fuerit, credatis mihi, quod sicut sciui afflictiones uobis obuenturas, & praedixim eas non mentiens, ita neque de aduentu paracliti & consolationis praedicans mentiar, sed omnia uobis iucunda occurrent. Quidam autem patrem, secundum quod principium & causa est filii, intelligunt maiorem esse, Maior enim me est, inquit, pater, secundum quod principium & causa mea est, Ex ipso enim natus sum. At maiorem ipso esse patrem, non facit ipsum alterius substantiae. Nam quamuis in his (ut ita dicam) maior sit pater filio, sed iam non alterius naturae est. Deinde dicant haeretici, secundum quid uenit ad patrem Christus? secundum quod Deus, uel secundum quod homo? Secundum quod homo. Quia secundum quod Deus semper in caelis erat, & inseparatus a patre: secundum humanam igitur naturam maior eo dicitur esse pater.

Sermonem
Christus ad
auditorum
attemperat
imbecillita-
tem.

Matt. 26.

Ioan. 15.

In homini-
bus (ut ex
pli causa di-
camus)

De quo mi-
do intelli-
tur cum di-
citur, Prin-
ceps huius
mundi.

Posthac non multa loquar uobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: sed ut cognoscat mundus quod diligo patrem, & sicut preceptum dedit mihi pater, sic facio. Cum consolatus esset discipulos per ea quae supra dicta sunt, iterum dicit de morte sua. Venit enim, inquit, princeps huius mundi, hoc est diabolus. Principem autem hunc intellige mundi, non creaturam, sed mundi confusi, & mundana sapientis, non enim caelum gubernat ac terram, quia omnia euertisset & conturbasset, sed eos qui sponte se illi tradunt: ideo & princeps tenebrarum dicitur. Per tenebras intellige praua opera. Et quia uerisimile erat quosdam suspicari num & Christus propter peccata esset morti traditus, propterea subdit, In me non habet quicquam, cum non obnoxius sim morti, neque quicquam debeam diabolo: sed propter dilectionem erga patrem, uoluntarius sustineo passionem, continuo autem repetit sermones de morte, illis adiungens & quae ad consolationem pertinebant, ut credibilior illis faceret. Audientes enim quod moriatur, discunt & quod uoluntarius, & quod contemnat diabolus, & quod propter charitatem erga patrem moritur. Si igitur perniciosa fuisset passio, & non salutaris, quomodo approbasset pater, qui diligebat: quomodo item filius qui diligebatur, obisset eam? Quomodo autem intelligemus quod propter amoris erga patrem moriatur? Pater, inquit, qui diligit mundum, exposuit me pro illorum morte. Ego quoque patrem diligens, uoluntatem eius approbo, & ostendo quod diligam patrem, per hoc quod mandatum ab eo, hoc est, quod complacitum illi, & decre-

A decretum ab eo, suscipio & perlicio. Dicitur Arianista, Si seruus fuit filius, non dixisset, Propter dilectionem erga patrem morior. Seruus enim non quia diligit Dominum suum, facit uoluntatem eius, sed quia seruus est, & timeret supplicia. Dominus autem Iesus quia ut diligens facit uoluntatem Dei, non seruus est, neque creatura, sed reuera filius, patris implens uoluntatem. Cum igitur audieris quod mandauit mihi pater, non propter hoc quod mandatum dedit, mancipium facias dominum, ut subditum: sed quia pater, cognosce quod ipse filius sit eiusdem substantiae patri: mandatum dedit, hoc est, uoluit, dixit, approbavit, decreuit.

CAPVT XV.

Surgite eamus hinc. Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollit: & omnem qui fert fructum, purgat, ut fructum copiosius afferat. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Quoniam sapius de passione locutus, illorum animos concussit, & intellexit eos formidare tanquam breui capiendos, & praeter multo timore neque dictis attendentes, fingit se illos in locum occultum abducendum, in quo non sint capiendi. Et exurgit sane a loco in quo erat, ut perturbationibus animarum eorum sedatis, traderet eis dogmata magis mystica. Abducit autem eos, ut posthac docebimus, in hortum quem Iudas sciebat, itaque quod fiebat, secessus esse uidebatur, re uera autem expositio uoluntaria in talem locum secedentis quem Iudas sciebat. Quid igitur mysticum illis tradit? Ego sum, inquit, uitis, hoc est radix, uos autem palmites: at pater meus agricola est. Circa quae autem occupatus est pater? nunquid circa radicem? non, inquit, sed circa palmites. Omnem enim palmitem, inquit, non afferentem fructum, tollit eum, hoc est omnem hominem qui per fidem factus est pars radicis, & unitus Domino, & incorporatus ei, oportet & fructum afferre, hoc est, uitam habere uirtutibus praeditam. Quod si quidem solam ac nudam confessionem fidei quis habeat, & non per observationem mandatorum fructum ferat, mortuus palme sit, Fides enim absque operibus mortua est. Omnis igitur fidelis in Christo quidem esse uidetur, quatenus credit, Omnis enim palme, inquit, qui est in me, si non attulerit fructum, tollit eum pater, hoc est, ponit extra communionem cum filio. eum autem qui fructificat, purgat. Hic autem discimus, quod est ualde uirtute quis praeditus sit, indiget tamen ut a Deo curetur. Nam quod infructuosum, neque in uite poterit esse: quod autem fructum fert, fertilis facit pater. Considera autem quod propter afflictiones discipulorum haec dicantur. Quandoquidem enim afflictiones uidentur esse, quod rustici dicunt, putationes: ostendit eis Dominus quod per afflictiones fertiliores erunt, sicut & per putationem palmites. Tentationes enim eos fortiores declarabant. Deinde dicant, de quibus haec dicitur: Vos, inquit, estis mundi propter sermonem quem locutus sum uobis. Vide, superius dicebat purgare patrem, nunc iterum se inducit curam agentem, Vna igitur operatio patris & filii. Ego, inquit, uos purgaui per meam doctrinam, debetis itaque quod uestrum est indicare. ideo & subdit:

discemus

Non solasti
des saluat.
Iacobi 2.

Manete in me, & ego in uobis. Sicut palme de se fructum ferre nequit, nisi maneat in uite: ita neque uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos autem palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me non potestis facere quicquam. Nisi quis manserit in me, eijcietur foras sicut palme, & aruit: & congregant eos, & in ignem conijciunt, & ardet. Ego quidem, inquit, uos purgaui per sermonem meum & doctrinam, & nihil quod ego facere debui, praetermissum est. Oportet autem nunc ut incipiant & ea quae a uobis sunt. Manete enim, inquit, in me. Nam ne praeter timore separentur ab eo remissas ipsorum animas constringit, & sibi iungit, & meliorem nunc eis spem dat. Quaecumque petiueritis, si manseritis in me, accipietis: ab exemplo palmitis clare nobis qualitatem & uitam exponit quam largitur his qui sibi placent. Nam sicut ille manens in uite, fructum facit, eo quod ab illa uiuendi operationem accipit: ita & uos si manseritis in me per observationem mandatorum, maiorem fructum afferetis. Qui autem non manet, aridus fit, hoc est, abijcit quod a radice habuit: si quod spirituale beneficium accipiebat, priuatur eo, & nudatur auxilio & uita quae ab eo datur. Et quid tandem? In ignem mittitur, & ardet. Hoc autem loco & consolationem non paruam eis dat, ostendens quod hi qui insidiantur sibi ut Iudas, comburantur: ipsi autem qui manserint in eo, fructum afferent. Nam absque succo & uiuificatione, quae inde procedit, non poterunt quicquam facere. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quicquid uolueritis, petetis, & fiet

Verba mea in uobis manere, quid significat.

Gloria Dei qua.

Quis diligit Deum.

Luc. 10.

Dilectio est put omnium mandatorum.

& fiet uobis. In hoc glorificatus est pater meus, ut fructum copiosum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Hoc loco interpretat nobis Dominus quid sit quod dixit, Si manseritis in me, hoc est, si mandata mea custodieritis. hoc enim significat, uerba mea manere in uobis. Vult enim ut sibi per opera adhæreatur. Nam quicumque Deo placere cupiens uiuit, uoluntate sua manet in uite, cum unitur illi per dilectionem, & seruationem mandatorum, adhæretque spiritus: sicut contra qui a mandatorum obseruatione abstulit, sponte a Domino alienatur. In hoc autem glorificatur pater meus, inquit, si uos fructum multum attuleritis. Gloria enim Dei & patris, approbatio discipulorum filij eius. Nam fulgente luce Apostolorum coram hominibus, glorificabatur pater celestis. Fructus enim Apostolorum sunt gentes, quæ per doctrinam illorum ad fidem sunt adductæ, factæque ad gloriam Dei. Si igitur glorificatur pater dum uos fructum afferitis, utique suam gloriam non negliget: sed operabitur uobiscum, ut copiosior fructum afferatis, quo magis glorificetur. In hoc enim, inquit, glorificatus est pater meus, ut fructum multum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Vides quomodo ille est fructum afferens qui uere est discipulus: & pater in isto glorificatur, hoc est, gaudet, & gloriam suam hoc existimat.

Sicut dilexit me pater, ita & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea, si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego præcepta patris mei seruauit, & maneo in eius dilectione. Exhortatur eos ut bene confidant, dicit enim, Dilexi uos. Sicut autem dilexi uos, sicut me pater diligit. Hoc autem humanius dixit, Manete igitur in dilectione mea. Illius enim uos estis domini. Non enim quia audiuistis quod dilexerim uos, contemnetis: sed dabit operam, ut maneatis in dilectione mea. Deinde docet eos quomodo poterint manere: si mandata sua mandarint. Nam (ut sepe dictum est) ille est qui diligit Deum, qui mandata eius seruat. Per omnia autem hæc ostendit quod tunc securi erunt, cum uitam puram egerint. Sicut ego mandata patris mei seruauit, & maneo in dilectione eius: & hoc temperans se audientium infirmitati dicit. Non enim qui omnium est legislator, mandatis obnoxius, & sine paternis mandatis uiuere non potest suam uitam, hoc enim cogitare fuerit absurdissimum. Dicit autem hoc, multum eos consolari uolens. Quia enim dicebat eis, Diligo uos, & habituri erant postea cum afflictionibus certamen, ut ne offendantur quasi dilectio nihil illis prodesset. Ne turbemini, inquit: quia etsi me diligit quidem pater, permittit tamen ut patiar pro mundo. Sicut igitur non minuitur dilectio patris propterea quod ego patiar: ita neque uos minus diligamini a me, etiam si in uarias incideritis afflictiones.

Hæc locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis maneat, & gaudium uestrum impleatur. Hoc est præceptum meum, ut diligatis uos inuicem, sicut dilexi uos. Maiorem hæc dilectionem nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis. Hæc (inquit) locutus sum uobis, ut non imminuam gaudium uestrum. Nam gaudebant quidem cum essent simul cum eo cum miracula faceret, & glorificaretur: & ipsi quoque demonia eicientes gaudebant, sicut & ipse inquit, Non gaudeo quod demonia eicientes, Quonia autem & affectio incidebat, & moeror gaudium ipsorum mutilabat, inquit, Hæc solatoria uerba locutus sum uobis, ut semper & usque ad finem gaudium uestrum integrum maneat, plenumque sit ac perfectum. Non enim moerore digna sunt præsentia, sed gaudio, licet crux, licet confusio, licet ignominia accedat. Quia autem supra dixit, Si mandata mea seruaueritis, tunc manebitis in me, nunc ostendit quæ mandata debeant seruari: & ipsis demonstrat charitatem, dicit enim, Ut diligatis uos inuicem, sicut dilexi uos. Non fortuito, neque simpliciter uult nos diligere inuicem, sed sicut ipse dilexit. Obserua autem quomodo supra quidem in plurali dixerit mandata, hic uero dicat, Hoc autem mandatum meum est, in singulari numero. Hoc ideo factum opinor, quia dilectio omnia mandata complectitur, & caput est. Dicitur autem mandata & mandatum. Porro interim ostendit nobis uiam qua seruemus mandata, nempe per seruationem unius mandati, charitatis. Quando autem dixit, sicut ego dilexi uos, diligatis & uos inuicem: ostendit modum & summam charitatis. Maiorem enim hæc charitatem nemo habet, ut quis ponat animam suam pro amicis. Atque ita & uos pro uobis inuicem animam ponatis, quia & ego pro uobis morior. Igitur ne putetis ex odio erga uos fieri discessum hunc, sit enim ex summa charitate.

Vos mei amici estis, si feceritis quæcumque ego præcipio uobis. Non posthac uos dico ser-

A co seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius, uos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui a patre meo, nota feci uobis. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, & constitui uos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat, ut quicquid petieritis patrem sub nomine meo, dem uobis. Sursum deorfumque uersat charitatis doctrinam, ostenditque nobis multis uerbis quod istud mandatum maioris sit momenti, & plus curandam quam alia. Comendat autem & charitatis suæ signum maximum. Nam in tantum, inquit, diligo uos, ut & occulta uobis reuelauerim. Seruus enim nescit mysteria domini, uos autem cum nunc sitis amici mei, mysterijs digni facti estis. Omnia enim quæcumque audiui a patre meo, nota feci uobis. Quomodo igitur inquit alio loco, multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modum: Omnia nota fecit eis quæ illi poterant audire, & quorum erant capaces. Quando autem dicit, Quæcumque audiui a patre meo, ne suspiceris quod doctrina filius opus habeat, sed ostendit quod nihil alienum a patre loquatur, sed ea quæ patris sunt, & quæcumque dixerit, illius sunt. Dicens autem, indicium charitatis meæ erga uos est, ut nota sint uobis mea mysteria: subdit & aliud charitatis indicium. Ego, inquit, elegi uos, hoc est, non uos meam accessistis amicitiam, sed ego uestram. Hoc est, ita plantauit uos, ut me diligeretis. Quomodo igitur relinquerem uos in posterum? Sed & posui uos, hoc est, plantauit uos, ut crescat, & expandamini & extendamini, fructumque afferatis. Hoc autem loco manifestè agricolam se esse introducit. Et superius quidem quando dicebat, Mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis, ostendit seipsum purgantem: nunc autem manifestus per hoc quod dicit, Ego elegi uos, & posui uos. Nam agricola hoc facere dicitur, & ponit sub terrâ palmires. Vides æqualitatem patris & filij. Et pater agricola, & filius nunc ostenditur agricola. Confusionem induere Ariane cum his qui tecum ad impietatem profiliunt. Vide autem & aliud, Ut quicquid petieritis patrem in nomine meo, dem uobis, hoc est, ego dabo uobis. Tametsi oportebat iuxta consequentiam ita dicere, Quæcumque petieritis patrem, dabit uobis: sed dixit, Ego dem uobis, eo quod omnino sit eiusdem potentia, quia & pater qui dat, per dextram suam dat: dextra autem eius est filius. Considera autem hoc loco quod quando plantati fructum afferimus, tunc quæcumque petierimus, dabit nobis. Si autem non afferimus fructum, non recipimus, quia fructum non afferes, neque animæ petit utilia, sed omnino munda & inuutilia: ideoque non accipit. Quæritis enim, inquit, & non accipitis, eo quod malè petatis.

Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit, scitis quod me priusquam uos odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum est diligeret: quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Vt ne opinentur Apostoli quod Dominus opprobriis proferat eis quod animam suam pro illis ponat, & quod electi sint, ideo dixit, hæc mando uobis, non ut exprobrem, neque ut de bono quodam opere arroganter loquar, sed ut animas uestras firmiores faciam in charitate mutua, idcirco enuero meæ erga uos charitatis opera. Hæc enim mando uobis, ut diligatis inuicem. Quia autem res ardua & ualde molesta est persecutionem pati, & odio haberi, consolatur eos dicens, Si uos odio habent, nihil nouum est: nam & me primum odio habuerunt, atque ita quia commune hoc mecum habetis, ut odio habeamini, sit uobis magnæ consolationis loco. Subdit autem & alium consolandi modum consolantem maxime. Contra enim, dicit, oportebat uos moerore affici, si mundus uos non haberet odio. Mundus, hoc est mali homines. Ex eo enim quod non haberemini odio, ostenderetur quod & ipsi illorum malitie & iniquitati communicaretis: nunc autem quia odio uos habent mali, gaudeo. Nam propter uirtutem uestram uos oderunt. Alioquin si non essetis uirtute præditi, mundus quod suum est amaret. Quia autem ego uos elegi de mundo iniquitatis, propterea odio uos habet mundus, uti eos qui operibus suis non communicant.

Memorote sermonis mei quæ ego dixi uobis, Non est seruus maior domino suo, si me persecuti fuerint, & uos persequentur. Si sermonem meum seruauerint, & uestrum seruabunt. Sed hæc omnia faciet uobis propter nomen meum, quia non nouerunt quod misit me. Hoc quod superius dixit, id nunc dilatans, maiorem illis consolationem affert. Dicit enim, Memores sitis sermonis mei, quod non sit seruus maior domino suo: igitur neque uos me maiores. Videte igitur quo pacto me uisunt. Si persecuti fuerunt Dominum, & uos seruos multo magis, si me non persecuti fuissent, sed meum sermonem seruassent, & uestrum seruaturi essent: id quod non fiet. Neque enim meum neque uestrum seruabunt, sed omnia hæc faciet uobis

Obiectio.

Quomodo filius audiat a patre. & prior uos dilexi.

Christus agricola.

Ariani.

Dextera Dei Christi.

Iacobi 4.

* yiworke re, id est, scitis uel scitote.

Supra 17. Matth. 10.

vobis propter me: atque ita si diligetis me, sustineretis utique propter me quem diligitis ut dicitis. Sed & aliter consolatur, quia iniuria afficiunt & eum qui me misit. Itaque si nihil aliud, certe hoc sit vobis in consolatione, quod ipsi & vestri, & mei & patris mei sint inimici.

Si non uenisset, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem non habent quod prætendant peccato suo. Qui me odit, is & patrem meum odit. Si opera non fecisset inter eos quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & uiderunt, & oderunt non solum me, uerum etiam & patrem meum: sed ut compleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, Odio habuerunt me gratis. Num autem iuste, inquit, haec faciunt, & odio habent & me & patrem meum, & uos: num propterea quae dixi uel feci, hanc mentem insumpserunt? Non, inquit: Peccatum enim hoc incondonabile est. Nunquid enim non ueni & docui? Si non uenisset, si non fuisset locutus, potuissent dicere, non audiuius, nunc autem prætectu caret eorum malitia. Deum quia nihil aliud prætendebant in omnibus, quam quod propter patrem ulciscantur: (sic enim dicunt, Homo hic non est à Deo, & similia) idcirco subdit, Qui me odit, & patrem meum odio habet: atque ita nihil tale relictum est eis in excusatione. Non solum autem doctrinam exhibui, sed & opera adieci, qualia nullus alius, ut est miraculum de caeco, miraculum de Lazaro, & alia similiter. Quam igitur habebunt excusationem? Doctrinam sermonum praebui, adieci & opera, sicut & Moses praecipit illi obediendum mandans, qui & signa faceret, & pietatem doceret, nunc autem uiderunt talia opera, & nihilominus me atque patrem odio habuerunt. Deinde subdit & prophetam testem, Oderunt me gratis. Nam propter solam malitiam & nullam aliam causam natus est hoc odium. Legem autem non solos libros Moysi, sed & prophetarum (ut supra dixi) nominauit. Igitur Dauid spiritu praedicit qualis futura esset illorum malitia, & ipsi, ut mali, dictum à propheta impleuerunt, & prophetiam ueram esse comprobauerunt.

Cum autem uenerit paracletus (quem ego mittam uobis à patre) spiritus ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et uos testes estis, quia ab initio mecum estis. Dixerat discipulis, Persequuntur uos, sermonem uestrum non seruabunt. Ut igitur dicere non possint, Et nunc o Domine quomodo mittis nos? quomodo digni fide erimus? quis ad nos attendet? quis persuadebit? Ideo subdit, Cum autem uenerit paracletus, ille testabitur de me. Fidelis, inquit, testis ille est, & ita redarguti à spiritu quod absque excusatione peccauerint, praedicationem suscipient. Et uos quoque testabimini, qui ab initio mecum estis, quia & operibus & sermonibus feci deesse ipsis excusationem. Bono igitur animo sitis, praedicatione non caritura est testibus, sed & spiritus cum signis & prodigijs meis testabitur, fidelis quoque testis erit. Est enim spiritus ueritatis. Igitur spiritus ueritatis uera testificabitur, nam à patre procedit, & omnia clare nouit. Est enim

ex eo à quo omnium scientia. Iam quod dicit, Quem ego mittam, aequalitatem erga patrem significat. Nam alio loco de patre dixit quod mittat spiritum: hoc autem loco quod ipse mittat, utique sanè aequalitatem significans. Ut autem ne uideatur oblectari patri, quasi ab alia substantia mittat spiritum, addidit, à patre. Nam & ipse quidem mittam, sed à patre, hoc est approbante patre, & simul mittente. Non enim ex proprio sinu ipse prius mitto, sed à patre per me suppeditatur. Cum autem audieris quod procedit: ne intelligas per processione[m] missionem quali[m] emittitur ministratorij spiritus, sed naturalis substantia[m] spiritus est processio. Nam nisi processione[m] sic intellexerimus, sed externam quandam missionem, incertum erit de quo spiritu dicat, innumerum enim sunt qui in ministerium mittuntur propter eos qui hereditabunt salutem. Caeterum hoc loco singularis quaedam & separata proprietas est procedere, uni proprio spiritui attributa. Non igitur intelligemus per processione[m] simplicem emissionem, sed naturalem ex patre substantiam. Hic igitur spiritus testis erit praedicationis, & uos quoque testabimini, quod non ex alijs audieritis, sed ipsi ab initio mecum estis. Non paruum autem est hoc testimonium ab initio simul esse: quod & ipsi Apostoli postea concionati sunt dicentes, Qui simul comeditimus, simulque bibimus cum eo. Duplex igitur testimonium, à uobis & à spiritu. Nam licet uos ad gratiam testari uideamini: at non item ad gratiam testificabitur & spiritus.

CAPITULUM XVI.

Haec locutus sum uobis, ut ne quid offendamini. Alienos à synagogis faciet uos: sed ueniet tempus, ut quisquis interficiat uos, uideat cultum praestare Deo. Et haec facient

A facient uobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Sed haec locutus sum uobis, ut cum uenerit tempus illud, reminiscamini eorum, quod ego dixerim uobis. Dixi, inquit, uobis haec priusquam fierent, ut ne postea offendamini cum uideritis multos non credere, & uos multa aspera pati, sed cogitate quod etiam antequam factum sit, dixerim uobis. Suscipite posthac à me consolationem, quod neque in hoc decipiam uos, sicut neque in praedictione passionum. Nam & absque synagogis facient uos, & excludent à concilijs haereticorum conditionibus, & in summa à sua comunione separabunt. Etenim iam conspirauerat quod si quis confiteretur Christum, eijceretur à synagoga. Non solum autem à synagoga uos alienos facient, sed & morte puniet, mortemque ignominiosissimam, utpote ceu perniciosos, & ut inimicos Dei occidet uos. Et omnis qui occiderit uos, tanto studio occidet, ut uideatur Deo cultum praestare, hoc est, putabit se rem piam Deo gratam facturum. Subdit autem consolationem, quae sufficere queat. Haec enim, inquit, facient quia non nouerunt patrem, neque me. Propter me enim, inquit, & patrem haec patiemini, igitur sustinete. Beati enim estis cum exprobrauerint, & percuti uos fuerint, & dixerint omne malum uerbum contra uos mentientes propter me. Haec beatitudo, uestra consolatio, cum eius fueritis recordati. Haec autem locutus sum uobis, ut quando uideritis molesta illa euenisse, credatis & dereliquis. Non enim poteritis dicere quod iucunda praedixerim uobis, decipere uos cupiens. Verum sicut annuncians tristitia non decepi, ita neque laeta dicens, indignus fide fuerim. Insuper ut ne sitis minus praeparati, sed instructi, recordemini quod ego uobis ea dixerim, & idcirco stetis fortiter contra aduersa.

Haec autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram. Nunc autem uado ad eum qui misit me. Et nemo ex uobis interrogat me quod uadam: sed quia haec locutus sum uobis, molestatio impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis. Ex pedit uobis ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Valde grauati sunt tristitia discipuli cum audirent talia sibi aduentura. Idcirco & Dominus, haec, inquit, tam dura principio non dixi uobis, non ut ignorans, sed quia uobiscum eram, & sufficiens confugium ad me habebatis, & omne certamen in me reiciebatur, ipsi uero in omni securitate eratis. Igitur non opus erat talibus tunc sermonibus uos praeparari & praemuniri: sed nunc uadens ad patrem meum, & uos relicturus, praedico ea, ut uos muniat. Et nullus ex uobis rogat me, quod uadis: sed praetristitia confusi estis, & excessum mentis patimini: propter expectationem grauium concussa sunt corda uestra. At ego ueritatem dico uobis. Vide quomodo solatur eos. etiam innu meris modis, inquit, magis tristitia afficiamini, ego quod uobis utile est, dico. Nam uos quidem uelletis semper esse mecum, atqui hoc non est expediens. Nam si ego quidem non abiero, paracletus non ueniet ad uos: atque ita etiam si uos praesentiam meam uelletis, non obedire uobis, sed eligerem potius quod uobis utile, quam perniciosam uobis uestram uoluntatem. Ita & nos debemus facere, prospicientes semper quod & nobis & fratribus est utile, & non quod suaue. Nam si ego non morior pro mundo, & eo ad patrem, dato sacrificio & propitiatione pro peccatis mundi, paracletus non ueniet. Quomodo enim adueniet si inimicitiae non soluantur, & occisa morte pater humanae naturae non concilietur? Porro hoc loco Macedoniam quid poterunt dicere, qui gloriam spiritus extenuant, & seruum eum filij dicunt? quomodo conducet abire Dominum, & aduenire seruum? Atque ita etiam tristes sitis propter meam absentiam o discipuli, tamen propter aduentum spiritus gaudetis, qui pluribus & maioribus uos beneficijs proficiet. Quomodo autem Dominus dixit, Quonia[m] haec ab initio non dixi uobis: quando quidem scriptum est quod conuocatis illis duodecim, dixerit eis, Ad praesides & reges ducemini. Dixit quidem, Ad praesides ducemini, non autem, Occident uos ut impios & perniciosos, & inimicos Dei. Et aliter, Illuc quidem dicit quae à gentibus eis infligenda, nunc autem quae à Iudaeis. Absque synagogis uos facient, Iudei scilicet. Vide autem in hoc & spiritum liberum esse, & filium approbare. Etenim quod dicit, Paracletus ueniet, ad potestatem spiritus pertinet, quod autem addit, Ego mittam eum, ad probationem & uoluntatem filij spectat, cui placet ut ueniat paracletus, & annuit, si sic dicere licet.

Et cum uenerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non credidit in me, de iustitia uero, quia ad patrem uado, & posthac non uidebitis me, de iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Veniet

K paracl-

paracletus, & que inde utilitas? Arguet, inquit, mundum de peccato, & ostendet eos peccatores, quia non credunt. Quando enim uiderint per manus discipulorum in spiritu egregia signa & miracula fieri, & neque sic credent, quomodo non condemnatione digni, & peccato maximo obnoxii? Nam nunc quidem possunt dicere quod fabri filius sum, & humilis matris, quibus ego miracula faciam: tunc autem incredulitas omni carebit excusatione, spiritu in nomine meo talia perficiente. Itaque de peccato illos arguet, hoc est, ostendet eos absque uenia peccare. Et de iustitia quoque arguet, quia ego ad patrem meum uado, hoc est, ostendet eis quod ego cum iustus fuerim, & irreprehensibilis egerim uitam, iniuste ab ipsis occisus sum, & in eius iudicium ad patrem uadam, neque enim si iniustus fuisset, ad patrem ascendisset. Quia enim ut aduersarius Deo & iniquum occiderunt, ostendet eis, inquit, spiritus, quod non sum talis, neque enim si aduersarius Dei fuisset, apud Deum & legislatorem hunc honorem affectus essem, honoremque non temporarium, sed aeternum. Iam quod dicit, posthac non uidebitis me, aeternam eius apud patrem conuersationem manifestat. De iudicio autem arguet eos, quia princeps huius mundi iudicatus est, hoc est, etiam per hoc me iustum, & a peccato immunum iterum ostendet me spiritus, eo quod rector mundi a me iudicatus est & uictus. Quia enim dicebat, Daemonium habet, & in Beelzebub miracula facit, & impostor est: haec omnia, inquit, ostendent uana, cum apparuerit diabolus condemnatus, & ostensum fuerit omnibus quod a me sit uictus, id quod nequiuisset, si non illo fuisset fortior, & ab omni peccato alienus. Quomodo hoc demonstratum est per aduentum spiritus? Omnes enim qui credunt in Christum, contumeliantur & contemnunt rectorem mundi, unde satis monstratum est a Christo condemnatus sit multo antea. Arguit ergo spiritus eos qui non credunt, ut peccatores. Fides enim baptismi, peccata soluit per remissionem. Operationes autem spiritus quae apparent in his qui crediderunt, non uisae sunt in his qui non crediderunt. Unde redarguti sunt ut uasa mala & coinquinata, indigna spiritus susceptione. Et aliter, arguit mundum qui non credidit, spiritus de iustitia, hoc est quia priuatus est iustitia, qui non credidit in iustum Iesum, eum qui propter iustitiam assumptus est in caelos. Arguit autem & condemnat ut ignaui, quia uulnerato Satana neque illum uoluit uincere. Adhuc multa habeo quae uobis dicam, sed non potestis portare nunc: cum autem uenerit ille qui est spiritus ueritatis, ducet uos in omnem ueritatem. Non enim loquetur a semetipso: sed quaecumque audierit, loquetur: & quae futura sunt, annuntiabit uobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Omnia quaecumque habet pater, mea sunt: propterea dixi quod de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Cum dixisset supra, Expedi uobis ut abeam, nunc hoc latius profertur, & dicit quod nunc quidem non potestis portare: si autem uenerit ille, tunc fruente donis, in omnem ueritatem ducemini. Quam autem ueritatem inquit? num scientiam de omnibus? nam nihil de magnis ipse Dominus locutus est. Partim dans nobis figuram humilitatis, partim & propter infirmitatem audientium, & ingratitude ludaeorum. Et neque legalium observationum solutionem manifeste introduxerat, ut ne Deo contrarius uideretur omnibus. Vbi autem uenit paracletus, & manifestata fuit dignitas filii, & uera de omnibus scientia in lucem producta, abolitis & sublatis est medio figuris legalibus, in uerum & spirituale cultum inducimus, per signa quae in spiritu fiunt, confirmata fide. Deinde quia magna quaedam dixerat de spiritu: ut ne putent aliqui quod maior ipso sit spiritus, si quidem ipse in ueritatem sit introducitur, & facturus capaces maiorum & plurium quae Christo praesente portare non poterant: ne igitur hoc quis existimet, subdit, Non loquetur a semetipso, hoc est, nihil proprium loquetur praeter mea. Cum enim dicit, quaecumque audierit, hoc signat, quod nihil docturus sit extra ea quae Christus docuit. Sicut igitur & Dominus ipse dicens de se, Quaecumque audiui a patre meo, loquor: non ut discerem & puerum se introducit, sed quod nihil uel sciat uel doceat, quaeque pater: ita & de spiritu dicens. Quod autem non opus habeat doctore spiritus, audi Pauli dicentem. Quemadmodum nullus nouit quae hominis sunt, nisi spiritus qui est in eo: ita & quae Dei, nullus nouit, nisi spiritus Dei. Vides quod sanctus spiritus sui ipsius doctor sit, sicut & nos: & ex his quae sequuntur, discet cordatus deitate spiritus. Quae enim uentura sunt, inquit, annuntiabit uobis. Maxime enim propria est Dei futurorum cognitio. Nam quia nihil aliud desiderabile ita est humanae naturae ut futurorum cognitio, consolatur Apostolos

Matth. 9. 13.
Luc. 7. 11.
Ioan. 8. 10.

* Fides enim peccata soluit per remissionem baptismi. Operatio- nes spiritus in quibus ap- parent.

spiritus nihil aliud docet, quam quod Christus. Cap. 15. 1. Cor. 2. Futurorum cognitio maxime Dei propria.

A & ex hoc. In tantum enim, inquit, benefaciet uobis, ut & futurorum praesentiam uobis, quae maxima omnium uideretur, daturus sit. Praeterea quia ad tentationes erudiendi erant, ille uos praeparabit, inquit, ad futura quae uobis contingent, ne per ignorantiam absque custode incidatis in illa. Glorificabit autem & me. In nomine enim meo omnia & loquetur & faciet, & nihil diuersum dicet: atque ita & per miracula quae per illum fiunt, Deus credat, cum in uos discipulos meos opulenter effunderet gratia etiam post meam mortem, cum meum nomen magis fulgebit: quod citra controuersiam magna gloria est, si quis ignominiose occisus, magis clarere incipiat. Deinde quia audiuerant Dominum dicentem, Unus uester est magister Christus: ut ne existimet, quia unus magister tuus, quomodo dicis nobis & alium fore magistrum spiritum? subdit, Quia de meo accipiet, hoc est, ex his quae noui, & ex mea scientia. Vel & aliter, de meo, hoc est de meo thesauro, qui scilicet patris est, nam quaecumque habet pater, mea sunt, & mea diuinitas: paracletus autem ex patre loquetur: uerisimiliter dico quod de meo accepturus sit, hoc est thesauro & diuinitas scientiae. Quare autem spiritus tanta dedit nobis bona, & non filius? Igitur primum quidem dicimus quod uitam donis spiritus filius parauerit, & ipse sit talium bonorum autor. Nisi enim ipse peccatum soluisset, quomodo nos spiritum obtinuisset? Non enim habitabit spiritus in corpore subdito peccatis. Hinc est quod si magnus quid dedit spiritus, occasiones a Christo habuit. Deinde quia haeretici spiritui erant detracturi, quasi minor esset dignitate, eo quod posterius ueniret: propterea contulit ei maiora operari per Apostolos, ut per donorum magnitudinem compulsi, uel inuicti dignitatem spiritus agnoscant, & non quia posterior apparuit, propterea minor iudicaretur filio. Pusillum & non uidebitis me, & iterum pusillum & uidebitis me, quia uado ad patrem. Dixerunt ergo quidam ex discipulis eius inter se: Quid est hoc quod dicit nobis, Pusillum & non uidebitis me: & rursum pusillum & uidebitis me, & quia uado ad patrem? Dicebat ergo, quid est hoc quod dicit pusillum? nescimus quid loquatur. Quare Christus recessum & mortem suam in memoriam eis reducit, quauis magis occultanda uideantur? Mentem eorum exercebat, & probatorem efficiebat: propterea semper commemorans tristitia, affuefacit illos, & ad expectationem illorum prouehit, ne si repente eueniant, perterreantur. simul autem & adiungit tristibus laeta. Igitur sic hoc loco, Pusillum, & non uidebitis me, & ad Deum uado, qui uos iuuare potest: & non pereo, sed transeo: & ad paruum quidem tempus secessus erit, postea autem perpetuo conuersabor uobiscum. Illi quidem non intellexerunt: unde admiratur quispiam quomodo non agnouerint quae dicebat, Videtur ergo uel tristitia mentem eorum adeo inualuisse, ut abicerent dictorum memoriam, uel propter obscuritatem uerborum euenit ne intelligerent. Ideo Iesus uidetur eis contraria quaedam dicere. Nam si quidem uidebimus te, quomodo uadis? si autem uadis, quomodo uidebimus te? Videtur enim haec aenigmata esse. Cognouit autem Iesus quod uellent interrogare se, & dixit eis, De hoc quaeritis inter uos, quod dixi: Pusillum, & non uidebitis me: & iterum pusillum, & uidebitis me. Amen amen dico uobis, plorabitis & lamentabimini uos, mundus contra gaudebit: uos autem in mœrore afficiemini, sed mœror uester uertetur in gaudium. Mulier cum parit, dolorem habet, quia uenit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit anxietatis, propterea quod gaudeat hominem natum esse in mundo. Et uos igitur nunc quidem mœrorem habetis, sed iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Postquam uidit discipulos non intelligere dicta, eo quod graua tunc erant mœrore, inculcat eis manifestius de morte sua, ut assueti uerbis, etiam re ipsa eam fortiter ferrent. Etenim, inquit, plorabitis & lamentabimini uos, propter mortem ac crucem: mundus autem gaudebit, hoc est, Iudaei mundana sapientes gaudebunt, eo quod interemerint me inimicum ipsorum. Sed tristitia uestra in gaudium uertetur: quemadmodum Iudaeis quoque suum gaudium in mœrorem cedet, quando post meam resurrectionem nomen meum glorificabitur. Potes autem & mundi gaudium, non Iudaeorum gaudium intelligere, quo gauisi sunt mortuo Domino, sed salutem mundi: ut sit sensus dictorum: Vos quidem mœrore afficiemini, sed haec mea passio propter quam uos estis tristes, mundi totius gaudium & salus erit. Insuper & exemplum commune addit mulieris & partum. Hac autem parabola & prophetae uis fuerunt, dolore partus ingenti excellentiam mœroris.

Matth. 13.

Sapient. 1. Spiritus non est minor filio.

Hier. 31.

Partus doloris.

roris significantes. Tale autem quiddam dicit, Apprehendent quidem uos dolores
 mœstitudinis, sed dolor ille causa efficitur partus. Interea confirmat & sermonem de
 resurrectione, & ostendit mori simile esse ei qui à uulua in lucē prodit. Ne enim ad-
 miremini quòd per tantam tristitiā ingressuri sitis in gaudium, quia & mater per mo-
 rorem in partu ad hoc uenit, ut sit mater. Insinuatur autem hoc loco & mysticū quid-
 dam, quòd ipse soluerit dolores mortis, & nouum hominē nasci fecerit, posthac non
 corruptendum: neq; mortalem, qui est ipse Dominus. Vide enim quomodo nō di-
 xerit q; posthac nō recorderetur anxietatis quia natus est ei puellus: sed, quia natus est
 homo in mundum. Hoc enim non frustra ita dixit, sed uolens cum emphasi & tacite
 insinuare q; ipse sit ille natus homo, nō parturienti ipsum in inferno, sed in uero: nobis
 enim ex resurrectione natus est nouus homo, & in corruptibilis Iesus Dominus nos-
 ter. Igitur exemplum mulieris parientis non per omnia quæras adaptare his quæ cir-
 ca Iesum acciderint: sed tantū ut ostendatur q; temporalis sit dolor, & magnū lucrum
 doloris, & q; resurrectionis partus sit ad uitā & regenerationē, alia autē omnia ad ex-
 emplum non alludunt, & merito. Parabola enim si per omnia seruetur, non est para-
 bola, sed illud ipsum qd per parabolam signatur. Et hoc loco intelligimus per dolorē
 parientis, tristitiā apostolorū: & per gaudium, consolationē resurrectionis: & iterū
 per solutionem dolorum parientis, inferni destructionem: & per natiuitatem, resur-
 rectionem primogeniti ex mortuis. Porrò non ultrā signatur infernus per matrem,
 non enim gaudis est infernus, sed Apostoli gaudii sunt gaudis quod nullus abstulit
 ab eis, tunc enim gaudebant, quando pro nomine Domini aspergebantur cōuicij.
 Insuper dicendo, Gaudium uestrum nemo tollit à uobis, ostendit quòd ultrā nō mo-
 riarur, sed perpetuò uiuens, illis in corruptibilis gaudij sit autor futurus.

Parabola non per omnia seruetur

A. 7.

Et in illo die me nō rogabitis quicquid. Amen amen dico uobis, quæcumq; petieritis
 patrem sub nomine meo, dabit uobis. Hactenus non petistis quicquid sub nomine meo.
 Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit perfectum. Quando resurgam, tūc ueniet
 super uos paraclētus, & inducet uos in omnem ueritatem: meq; nō rogabitis quicquid
 tale, quale prius, Quò uadis: & Ostende nobis patrem. Omnia enim scietis in spiritu.
 Vel rogabitis, hoc est, obsecrabitis, orabitur. Cum igitur ex mortuis resurrexero, mit-
 tam uobis paraclētum, tunc nō me rogabitis, hoc est, petetis, ita ut sim uester media-
 tor, sed sufficiet uobis nomen meum ut à patre accipiatis petitiones. Ostendit igitur
 hoc loco nominis sui uirtutē, siquidem cum neq; uideatur, neq; obsecratur, sed cum
 nominatur solū, talia facit. Hucusq;, inquit, nō petistis quicquid sub nomine meo. Ex
 hoc autem tempore petite, & omnino recipietis: & ita expedit uobis ut ego moriar:
 siquidem apud patrem maiorem q; nunc fiduciam inuenturi estis. Non enim q; sepa-
 ror à uobis, existimate uos à me relictos, sed nomen meū maiore uobis fiduciam da-
 bit, & gaudium uestrum tunc erit plenissimū, cum accipietis omnes petitiones. Com-
 sidera autem q; ille sumit, qui sub nomine Christi petit. Nullus igitur ex his qui mun-
 dana petunt, ac animabus damnosa, in nomine Christi petit: ideo neq; accipit. No-
 men enim Christi diuinum est ac salutare, quando autem quis petit quæ ad perditio-
 nem animæ pertinent, quomodo dicemus illum in salutaris nomine petere?

In nomine Christi petendum.

in nomine

Hæc per parcemias locutus sum uobis, ueniet tempus cum iam nō per prouerbia
 loquar uobis, sed palam de patre meo annuntiabo uobis, in illo die in nomine meo
 petetis. Et non dico uobis q; ego rogaturus sim patrem pro uobis, ipse enim pater a-
 mat uos, quia uos me amastis, & credidistis q; à Deo exiuerim. Exiui à patre, & ueni
 in mundum, iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Parcemia est sermo obli-
 què & occultè ac per parabolas totum argumentū ostendens. Quia igitur Dominus
 multa eis occultè dixerat, & parabolam narrarat de muliere ac partu, dicit, Hæc per
 parcemias nunc locutus sum uobis, sed uenit hora quando non ultrā in parabolis lo-
 quar, sed liberè de patre annuntiabo uobis. Post resurrectionem enim, cum se exhi-
 buisset uiuū per quadraginta dies, loquebatur eis de patre magis mystica, & manife-
 stiora. Prius enim sic putabant eius esse patrem Deum, sicut & noster est, gratia. Iterū
 autem dat eis fiduciam, q; habituri sint in tentationibus supernū adiutoriū. Sub no-
 mine meo, inquit, petetis: & in tantū uobis conferuabo amicū patrem, ut posthac neq;
 me opus habeatis intercessore, nam ipsemet pater uos amat, Insuper ut non resiliant
 à Christo,

A à Christo, quasi ipso non habeant opus, sed à patre absq; mediatore diligantur, dicit:
 Propterea amat uos pater, eo q; me dilexistis. Quando igitur excideritis à mea amici-
 tia, tunc & à patris amicitia excidetis. Et quia multum eos consolatus fuit, quia audie-
 bant eum à patre exiuisse, & iterum ad patrem ire, propterea cōtinuò hoc uersat: un-
 de & illi audiendo hæc, utilitate percepta respirantes aliquantulum, quid aiunt?

Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc aperte loqueris, nec prouerbiū ullū dicis, nunc
 scimus q; scis omnia, nec opus est tibi ut quis te interroget. Per hoc credimus q; à Deo
 existi, Respondit eis Iesus, Nunc creditis, Ecce instat tempus, & iam uenit, ut disperga-
 mini unusquisq; in sua, meq; solū relinquatis: & tamen nō sum solus, quia pater me-
 cum est. Cum audissent discipuli amicū illis futurū Deum & patrem, neq; indigere se
 illius intercessionē, uti maxime familiares patri, exiisseq; illū à Deo, dicunt, Nunc sci-
 mus q; scis omnia, hoc est, cognoscis quæ uniuscuiusq; cor offendunt, & nō opus ha-
 bes ut aliquo discas ea. Et in hoc credimus q; à Deo exieris. Dei enim est scire oc-
 culta cordis. Vide autē quomodo imperfecti fuerint dicētes, Nūc scimus, qui em tan-
 tas audierāt doctrinas, dicūt, nūc scimus. Christus autē ostendēs eis q; imperfecti sint,
 & q; nondum quicquid magni de se intellexerint, sed deorsum & in terrenis uersent, in-
 quit, Nunc creditis. Quodāmodo impropert eis tarditatē fidei illorū. Ut autē ne ui-
 deantur gratificari & adulari talia de ipso sentientes, inquit, Venit hora ut disperga-
 mini unusquisq;. Vos enim, inquit, uidemini de me magnū quiddā sentire: ego autē
 dico uobis, q; uicquid ad eò imperfecti estis, ut me derelicturi sitis, & inuafura est uos for-
 mido, & ita neq; iunctim secedetis, sed separatim dispergemini, & unusquisq; sibi ipsi
 de salute & profugio prospiciet. Verū ego propterea nō habeo peius, nō enim so-
 lus sum, sed habeo & patrem mecum: atq; ita neq; per impotentia patior, sed uolunta-
 rium me permitto crucifixoribus. Cum igitur audieris clamantē, Vt quid me dereli-
 quisit? ne sic simpliciter intellige, q; derelictus sit saluator à patre: alioqui quomodo
 hoc loco testatur, Pater mecum est: sed intellige ut ab humana natura dictum, dere-
 licta propter peccatū & abiecta, in Christo autē * cōciliata, & assumpta per patrem.

1. Reg. 16. Psal. 43. Cor. 13. Cor. 13. Cor. 13. Cor. 13.

Matth. 27. Mar. 15.

* reconcilia ta patri & assumpta.

Arius.

1. Cor. 15.

Matth. 16.

B hoc loco testatur, Pater mecum est: sed intellige ut ab humana natura dictum, dere-
 licta propter peccatū & abiecta, in Christo autē * cōciliata, & assumpta per patrem.
 Hæc autē locutus sum uobis, ut in me pacē habeatis. In mundo afflictionē habebi-
 tis, sed confidite, Ego uici mundū. Hæc, inquit, locutus sum uobis, ut ne esicatis me
 ex mēte uestra, neq; cōmoueamini & turbemini à stabili erga me charitate, sed pacē
 habete in me, hoc est, manete indefracli, recipientes fideliter quæcūq; dixi uobis. Au-
 diat autē Arius, quia hæc omnia quæ humilia & indigna uident gloria filij, ppter
 auditores dicta sunt, nō ut nos utamur his pro dogmatibus. Dicta enim sunt Aposto-
 lis in consolationē, & demonstrāt amorē quē erga illos gerebat. In mundo afflictio-
 nem habebitis. Non in uerbis erunt tentationes, inquit, sed quandiu fueritis in mun-
 do, afflictionē habebitis: nō nunc tantū, quando trador, sed & postea: sed resistite tur-
 bationi, & confidite, quia ego uici mundum. Ego autem cum uicerim, nō oportebit
 uos discipulos animū despondere, sed cōtemnere eum ut uictum. Quomodo autem
 uicit mundum: quia deuicit principē affectionū mundi, sed hoc & ex posterioribus
 manifestum. Omnia enim ei subiecta sunt & cesserunt. Sicut igitur Adam uicto, om-
 nis natura condemnata est: ita ubi Christus uicit, in omnē naturā uictoria transijt, &
 uirtus nostra in Christo Iesu gratiā affecta est calcandi super serpentes & scorpios, et
 super omnē potestātē inimici. Per hominē enim intrauit mors, & per hominē uita,
 & imperiū contra diabolum. Nam si nudus homo uicisset, nihil spectasset ad nos.

CAPVT XVII.

Hæc locutus est Iesus: & sublati oculis in cœlum dixit, Pater, uenit hora, glori-
 fica filium tuum, ut & filius tuus glorificet te: sicut dedisti ei potestātē omnis car-
 nis, ut quotquot dedisti ei, det eis uitam æternā. Hæc est autē uita æterna, ut cogno-
 scant te solum Deū uerū, & quē misisti Iesum Christū. Cum dixisset discipulis, Affli-
 ctionem habebitis: & ad fiduciā exhortatus esset: iterū eos erigit per preces, erudiens
 nos, in tentationibus, relictis omnibus ad Deum confugere debere. Et aliter, Nō hic
 oratio est, sed colloquium cum patre. Quod autem alio loco orat, & genua flectit, ne
 mireris. Venit enim Christus nō solum seipsum manifestaturus, sed omnē uirtutem
 docturus. Docentē autem, nō tantū uerbis, sed & operibus docere oportet. Osten-
 dere autē uolens q; non inuitus, sed sua sponte ad passionem accedat, dicit, Pater, ue-
 nit

nithora. Ecce enim ut optabile hoc desiderat, & gloriam uocat, non suam tantum, sed & patris: quod & factum est. Non enim filius solus, sed & pater glorificatus est. Nam ante crucem quidem neque Iudaei ipsum scierunt. Israel enim me non cognouit, inquit, post crucem autem totus orbis ad eum confluxit. Ostendit autem quare sit gloria eius & patris, Credere, inquit, omnem carnem, & beneficia experiri, gloria Dei est. Non enim ad Iudaeos solos gratia contrahitur, sed in totum orbem extenditur. Dixit autem hoc, quoniam missurus erat illos in gentes. Ut igitur ne putent nouitatem esse, & praeter uoluntatem patris, indicat a patre sibi datam potestatem omnium carnis. Nam ante dicebat eis, In uiam gentium ne abieritis. Quid autem est, omnis carnis? Nam non omnes crediderunt. Et sane Christus, quantum ad se attinebat, omnes ad fidem adducere curabat, quod autem illi non attenderunt, non docentis, sed non suscipientium crimen est. Quando autem audiveris, dedisti, & acceperunt, & similia, intellige ea dicta esse ad auditorum captum, sicut saepe diximus. Semper enim cauet ne de seipso magna dicat, & se attemperat infirmitati auditorum. Et quia offendebant magna de eo audientes, loquitur de his quorum capaces sunt: sicut & nos saepe cum pueris loquimur, & panem ita nominamus ut illi, & aquam, & in summa omnia. Nam quando Euangelista de Domino dicit, audi quae dicat, Omnia per ipsum facta sunt: & Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, Qui alijs dat, quomodo ipse potestatem non habet, sed accipit a patre: Insuper & hic in his uerbis quae uidentur humilia, asserit sublimem quiddam. Nam ut dicit, Omne quod dedisti ei, hoc per condescensionem est dictum: det eis uitam aeternam, hoc potestatem indicat unigeniti & deitatis. Dei enim est dare uitam, eamque aeternam. Solum autem uerum Deum dixit patrem, opponendo eum mendacibus qui apud gentes erant dijs, Non enim seipsum a patre separat. Absit. Nam cum & uerus filius, non erit mendax Deus, sed uerus: sicut hic Euangelista de Domino in epistola sua catholica inquit, Iesus Christus, hic est uerus Deus, & uita aeterna. Si autem urgeant haeretici falsum esse Deum, ipsum filium, quia pater solus dictus sit uerus Deus, discant quod hic de filio Euangelista dicat, Erat lux uera. Igitur secundum eos pater est lux falsa: sed absit: & ita quando uerum Deum dicit patrem, falsis dijs gentilium opponitur: sicut & hoc, Gloriam a solo Deo non quaeritis, sic enim haeretici intelligunt. Verum quia solus Deus pater, filius non autem Deus: Verè stulta dicta sunt haec.

Ego te glorificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem: et nunc glorifica me pater apud te ipsum gloria quam habui priusquam hic mundus esset apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus. Discite hoc loco quomodo glorificet & pater filium: utique sicut & filius patrem. Ego te, inquit, glorificaui super terram. Merito addidit, super terram, in caelis enim glorificatus erat, & ab angelis adorabatur: terra autem ignorabat eum. Igitur quia filius annunciauit eum omnibus, ideo dicit, Glorificaui te super terram, omni notitia Dei disseminata, & perfecto opere quod dedisti mihi. Hoc enim opus est incarnationis unigeniti, sanctificare naturam nostram, & prosternere rectorem mundi, qui se prius Deum faciebat, & inserere creaturae notitiam Dei. Quomodo autem consummauit hoc, cum nondum inceperit: Quotquot dicere uult, qui uenerunt ad me, perfeci. Vel quia fecit quod maximum omnium, & radicem honorum omnium nobis substrauit, daemone uicto, & se obiecto uoracissimae bestiae mortis: radicem hanc necessario secuturi erant & fructus diuinae notitiae, propter hoc dixit, Perfeci opus. Seminaui, inquit, radicem plantaui, fructus autem sequentur. Glorifica igitur me pater & tu apud te ipsum gloria quam habebam apud te priusquam mundus subsisteret. Nondum autem glorificata erat carnis natura, neque incorruptibilitate fruebar, neque regium thronum acceperat, propterea dicit, Glorifica me: hoc est, humanam meam naturam, quae nunc in ignominia, quaeque crucifigenda: & subuehe eam in gloriam, quam habebam apud te ego uerbum & filius tuus priusquam mundus esset. Collocauit enim humanam naturam in throno regio, & adoratur nunc ab omni creatura. Manifestaui nomen tuum hominibus. Nunc interpreta quid sit, Ego glorificaui nomen tuum super terram, hoc est, manifestaui nomen tuum. Quomodo igitur manifestaui filius: Etenim Esaias quoque dicit iurandum per Deum uerum. Sed, quod saepe diximus, quis manifestum fuerit, tamen Iudaeis solis, & neque illis omnibus: nunc autem de omnibus gentibus inquit quod manifestum eis futurum sit nomen Dei, cum iam Christus dederit semina diuinae no-

† Quod ad me attinet, inquit, consummaui

Esai. 19

nae notitiae, ut destrueret idolorum cultus, quem suggessit diabolus. Et aliter, Quauis cognouerunt Deum, non tamen ut patrem cognouerunt, sed ut opificem solum. filius autem patrem manifestaui, & sermonibus & operibus notum illum faciens. Nam cum se filium Dei demonstraui, manifestum quod simul demonstrarit & illum fuisse patrem.

Quos dedisti mihi de mundo, tui erant: mihi dedisti eos, & sermonem tuum seruaerunt. Nunc cognouerunt quod omnia quaecumque dedisti mihi, a te sunt: quia uerba quae dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt uerè quod a te exiui, & crediderunt quod tu me misisti. Duo haec docere uoluit, & quod non sit aduersarius Deo patri, & quod uoluntas eius sit credere illos filio, propterea dicit, Quos dedisti mihi, tui erant. Vtraque enim ostendunt per hoc quod dicit, dedisti mihi. Non enim rapui eos, sed tu coprobasti ut illos mihi lucrarer: & ita non aduersarius es mihi, sed concordiam habes & charitatem erga me o pater. Sermonem autem tuum seruaerunt, per hoc quod credunt mihi, & non attendunt Iudaeis. Qui enim credunt Christo, sermonem Dei seruaerunt, hoc est, scripturam & legem. Nam Christus a scriptura annunciat. Et aliter, Omnia quaecumque dicebat discipulis Dominus, patris erant. Ego enim, inquit, a meipso non loquor. Dicit igitur cum alijs & hoc eis, Manete in me: & ecce seruaerunt & hoc mandatum. Manserunt enim, & ita sermonem patris seruaerunt. Nunc cognouerunt quod omnia quaecumque dedisti mihi, a te sunt. Quidam absque uerbo legunt, & inquit quod Dominus dicat, Nunc cognoui ego. Sed absurdum est, & legendum est, & inquit, Nunc cognouerunt discipuli mei, inquit, quod nihil habeo proprium, neque a te alienum sum: sed quaecumque dedisti mihi, non ut creaturae gratificans mihi dedisti. Non enim haec mihi acquisita sunt, sed a te sunt, hoc est, naturaliter ad me pertinent ut ad filium, qui in paternis rebus potens est. Unde autem cognouerunt haec discipuli mei: Quia uerba quae dedisti mihi, dedi eis, hoc est, a uerbis meis & doctrinis. Semper enim eos docebam quod omnia quaecumque habeo, patris sunt: & non hoc solum, sed & quod a te exierim, & quod tu me miseris. Nam per Euangelium totum hoc efficere uult, quod non sit aduersarius Dei, sed impleat patris uoluntatem.

Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt: & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & glorificatus sum in eis. Cum ostendisset quod propter nihil aliud quam propter ipsos haec ad patrem dixisset: ut discat quod diligat eos, & curam eorum gerat, inquit, Ego pro ipsis rogo & supplico, non pro mundo. Ostendo enim omnino ex hoc quod diligam eos. Non enim solum de qua mea sunt, sed & oro ut custodias eos. Non oro te pro promiscuo populo, qui mundana sapit, sed pro his quos dedisti mihi, tui enim sunt. Et audiens continuo eum dicentem, Dedisti mihi: ne existimes nuper datum principatum & potestatem talem, quod quando habuit eos pater, ipse non haberit: & iterum nunc cum eos habet, patri ablatam potestatem: propterea dicit, Omnia mea tua sunt, & tua mea. Non enim nunc accepi potestatem, sed quando tui fuerunt, & mei fuerunt. Tua enim omnia, mea: & quando ipse habeo eos, & tu habes, & non es priuatus, mea enim omnia tua, & glorificatus sum in eis: hoc est, potestatem illorum habeo ut Dominus, qui in eis glorificor, sicut & regis filius aequalis cum patre potestatem habens ac regnum, glorificat in eo quod tanta habet, quanta pater. Si ergo iterum filius minor esset patri, quomodo ausus fuisset dicere, omnia tua mea sunt: Nam dominus quidem omnia habet quae sunt serui, seruus autem non omnia quae sunt domini. Hoc autem loco conuersum loqui licet, ut quae sunt patris, ea sint & filij, & contra. Glorificatur igitur filius in his quae sunt patris. Tantam enim omnium potestatem habet, quantam & pater.

Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te uenio. Pater sancte serua eos per nomen tuum, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Cum essem cum eis in mundo, ego seruaebam eos in nomine tuo. Quare continuo dicit, iam non sum in mundo, & quando eram cum eis in mundo: Videntur enim esse absurda, si quis haec exponat non examinata. Alio item loco promisit eis, Ero uobiscum, & uidebitis me: nunc autem alia uidetur dicere. Potest igitur uerè dici quod ad ipsorum mentem ista loqueretur. Nam quia uerisimile erat tristari eos, utpote qui relinquebantur adiutore destituti, ostendit quod patri eos commendat, & illum custodem eis praeficiat. Quia a te uocor ego, serua ipse illos in nomine tuo, hoc est per tuum adiutorium, & uirtutem quam dedisti mihi. Quid est custodias: ut sint unum. Nam si charitatem

ritatem inter se habuerint, & non fuerint discordes, inuicem erunt, & nihil eis praualebit. Nō simpliciter autem ut sint unum, sed sicut ego & tu, unum sapientes, & unum uolentes, illa eos concordia custodiet. Itaque ut consoletur eos, patrem orat pro custodia eorum. Nam si dixisset, Ego custodiam uos, non sic credidissent: nunc autē dum patrem pro eis rogat, bona spe animantur. Ego seruabam eos in nomine tuo, dicit: non quod ipse nō ualeat aliter nisi per nomen patris, sed, ut saepe dixi, infirmitati cōsulit auditorum, & nō dum magnum quiddam de se sentientium. propter hoc dicit, In tuo adiutorio seruabam eos. Insperare & bene sperare facit. Quemadmodum cum essem uobiscum praesens, seruabamini in nomine & adiutorio patris, ita nunc quoque credite uos ab eo seruandos. Solet enim uestri curam habere.

Psal. 108

Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius ille perditus, ut scriptura cōpleretur. Nunc autē ad te uenio, & haec loquor in mundo, ut habeat gaudium meū impletū in semetipsis. Multa uerborū humilitas, nisi quis ea dignē exceperit. Vides enim hoc loco quid apparet. Quos dedisti mihi, custodiui. Vides enim annunciare patri ut custodiat & pater eos. Nam sicut si quis cuiuspiam tradidisset pecunias custodiendas, dicat: uide, ego nihil perdidit, neque tu perdas. At haec omnia dicit propter discipulorū quietē & consolationē, ac gaudium, ut respirent, curas deponant tanquam recipiēte te illos saluos, & custodituro eos, sicut ego custodiui eos, & nullū amisi. Quomodo o Dñe, nullū perdidisti, cū & Iudas perierit, multiq; alij retrocesserint? Quantū ad me attinet, inquit, nullum perdidit: quantū in me fuit, nullū amisi: sed seruauit eos, hoc est, omnibus modis eos custodiui. Quod autē a seipsis resilierint, nihil hoc ad me. Quod autē dicit, Ut scriptura impleat, hoc est, omnis quae de filio perditionis praedicat. Etenim & in psalmis uarijs de illo dictū est, & in alijs prophetarū libris. De uerbulo autē, ut saepe diximus quod eo utat scriptura tanquam euetus nō causae significatiuo.

Ego tradidi eis sermonē tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego nō sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed serues eos a malo. De mundo nō sunt, sicut & ego non sum de mundo. Orans patrem ut iuuaret Apostolos, dicit & causam propter quā digni sint ut multam a patre consequantur curam. Nam propter sermonem tuum, inquit, quem dedi eis, odio fuerunt, & ita digni erunt ut tuum sentiant auxiliū, propter te exosi his qui mundana sapiunt. Vulgo enim promiscuo exosi sunt, inquit, nō autem sunt ex mundo, hoc est, non habent mentē mundo adglutinatam, & omne studium in illum instrumentē. Quomodo igitur dicit alio loco, Quos dedisti mihi ex hoc mundo, tui fuerunt: Illic quidem de natura dicens, quod ex hominibus sint, & pars mundi: hoc autē loco mentē & uoluntatē significat, dicens quod de mundo nō sint. Neque turbet te quod dicit, Sicut ego ex mūdo non sum. Non enim sic fuerunt sancti Apostoli, & non participes affectionum mundi, sicut Dominus. Ipse enim peccatum non fecit, neque inuentus est in ore eius dolus: illi autem humanae naturae infirmitatē non fuerunt transgressi. Ne igitur cum dicitur, Sicut ego nō sum ex mundo, intelligas quod in nullo minores fuerint Apostoli Domino: sed quando de patre & filio dicitur Sicut, tunc solum aequalitatem intellige. Quod autē dicit, Non rogo ut tollas eos ex mundo, dicit uolens declarare suam erga eos charitatē, & quod magni illorū curam faciat, intercedens tanto studio pro eis. Non enim patrem docet pro quibus oret, nam hoc absurdum, sed (ut dixi) ostendit quod ualde diligit discipulos, & illorum agat curam. Dicit ergo patri, Non rogo ut tollas eos de mūdo, sed ut eos in mundo serues a malo. Repetit igitur, Ex mundo nō sunt, multo subsidio habent opus. Nihil enim cōmune habent cum terra, caelorum facti ciues: & ita quia mundus omnis ut alienis usus est eis, tu caelestis posthac ut caeli ciues serues. Dicit autē talia audientibus discipulis, ut magis odiāt mundū, & nō erubescant de tantis suis laudibus. Illud autē, Serua eos a malo, non tantū de liberatione a periculis, uerumetiam de permanentia & firmitate in fide, dicit. Vnde & subdit,

Sanctifica eos in ueritate tua. Sermo tuus ueritas est. Sicut me misisti in mundū, ita & ego misi eos in mundū, & pro eis ego sanctifico meipsum, ut & ipsi sint sanctificati in ueritate. Sanctos fac, inquit, per dationē spiritus, & custodi eos in rectitudine sermonis & dogmatū, & erudi eos, & doce ueritatē. Sanctificatio enim est rectorū dogmatū seruatio. Quod autem de dogmatis dicat, manifestum interpretatur enim,

Sermo

Sermo tuus ueritas est, nullū in eo mendacium: atque ita si & illos feceris seruire sermonem tuum, & custodiri a malo, in ueritate sanctificabuntur. Significat autē & aliud quiddam, Sanctifica eos in ueritate tua, hoc est, separa eos in uerbum & praedicationem, & fac eos sacrificium, quod ueritati tuae ministret, huic suam uitam cōsecrent. Subdit enim, Sicut me misisti in mundum, & pro eis ego sanctifico meipsum, hoc est, offero sacrificiū: ita & illos sanctifica, hoc est, separa in sacrificium, in praedicationē, & constitue eos ueritatis testes, sicut & me misisti ueritatis testem, & hostiam. Sancta enim dicunt omnia quae Deo reposita. Ita & ipsi sicut & ego, sint sanctificati & oblati tibi Deo, nō sicut quae secundum legem sacrificantur in figura, sed in ueritate. Sacrificia enim uetera figuralia erant, & omnia sancta in figura fuerunt sacra Deo, a

Sacrificia uetera, si figuralia.

liud spirituale quiddam adumbrantia, ut agnus, columbae, turtures, &c. Anime autem quae Deo offerunt, in ueritate sunt sanctificatae & consecratae Deo: sicut & Paulus dicit, Exhibete membra uestra sacrificiū uiuū sanctū. Sanctifica igitur & cōsecra discipulorū animos, & fac eos ueras oblationes, & corrobora ut pro ueritate se sacrificent. Non pro eis rogo tantū, sed pro ijs qui credituri sunt per sermonem eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quod tu me miseris: & ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum, & ut cognoscat mundus quod tu me misisti. Dixerat, Pro ipsis ego sanctifico meipsum, ut igitur ne putet quis quod pro solis Apostolis mortuus sit, subdit, Non pro his rogo solum, sed & pro omnibus qui credent per sermonē illorū. Hoc autem loco iterum erigit Apostolorū animos quod habituri sint multos discipulos. Quia enim dixit, Non pro his solis rogo, ut ne ostendantur Apostoli quasi nihil singulare praeter alios habeant, consolatur eos, significando fore illos plurimorū fidei & salutis autores. Et quia satis cōmendarat eos patri, quasi fide sanctificans eos, & sacrificiū eos ueritati sacrum consummans, dicit postea iterum de concordia, & a quo coepit principio (charitatis dico) in

eo nunc sermō concludit, ac inquit, Ut omnes unum sint, hoc est, ut pacē & concordiam habeat & in nobis; hoc est, ut indiuisiuam erga nos seruent fidem. Nihil enim ita offendit discipulos, ut diuelli & nō idem sentire doctores. Quomodo enim persuasdebunt, qui nō idem sapiunt: Propterea dicit, Ut & ipsi unum sint in fide erga nos, sicut tu pater in me, & ego in te, rursum sicut, nō exactae est aequalitatis. Nō enim possibile ut ita uniamur inter nos, sicut pater filio: atque ita cum dicit, ut debeamus fieri misericordes, sicut pater, intellige. Ut mundus credat quod tu me miseris. Etenim a concordia discipulorū ego doctor cōprobor quod a Deo exiuerim. Si autē pugnauerint inter se, nō dicentur pacifici esse discipuli: neque me, si pacificus nō fuero, fatebuntur a te missum. Vides quomodo usque ad finem cōcordiam erga patrem instruit? Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, Qualem gloriam datam esse dicit: Eam quae per signa et per dogmata & doctrinas, & aliam quoque gloriam, concordiae scilicet, ut sint unum. Ista enim gloria maior est, quam ea quae signorū. Nam sicut & Deū admiramur, quia nō est seditio, neque pugna in natura eius, & maxima ista gloria est: ita & illi, inquit, hoc loco a concordia dico, fiant clari. Ego in eis, & tu in me. Hoc loco ostendit quod Apostoli & patrem in se receperunt, Ego enim, inquit, in ipsis sum, & te quoque habeo in me, & ita etiā tu in eis es. Alio autē loco & patre etiā ipsum aduenturū dicit, & mansionē facturum: Sabellij os concludens, & duas substantias manifestans. Hoc autē loco & Arius insaniam reprimes, patre enim inquit per ipsum fieri in discipulis. Ut sciat mundus quod tu me miseris, continuo autem hoc dicit, ostendens pacem, quae ualeat etiā conciliare omnia. Nam ut lites omnia dissoluunt, ita concordia omnia copulat.

Discordia doctorū offendit discipulos.

Sabellius. Arius.

† magis quam quoduis signum.

Et dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut uideant gloriam meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante cōditum mundum. Iterum hoc loco per Sicut, intellige significari quantū homo diligere potest. Itaque cum dixisset futuros tuos, sanctos, multos per eos credituros, multam habituros gloriam: dicit nunc & de praemijs & coronis quae post hanc uitā reposita sunt. Volo enim, inquit, ut ubi sum ego, & illi sint. Et ne cū hoc audieris, existimes quod eandē dignitatē assecuturi sint, subdit: Ut uideant gloriam meam. Nō enim dixit, ut fruantur gloria mea, sed ut uideant, Homini enim requies maxima, uidere filium

Dei.

a. Cor. 1. Dei. Hæc enim est omnis gloria dignorū: quod & Paulus dicit, Nos autē reuelata facie gloriā Dei cōtemplabimur. *10. an. 17.* Ostendit igitur hoc loco q̄ nō sit, quemadmodū nūc uidetur eis, in uili habitu conspiciendus tunc, sed in gloria quam habuit ante conditum mundū. Habebam autē hanc gloriā, inquit, eo q̄ dilexeris me. Insetum enim est, Quia dilexisti me. Igitur sicut superius dixit, Glorifica me gloria quam habui ante q̄ mundus esset: ita & nunc ante conditū mundum sibi datam gloriā inquit, deitatem. Dedit enim ei reuera pater deitatē, ut pater filio naturaliter. Nam quia genuit eum, necessariō etiā gloriæ autor fuit & suppeditator, qui substantiæ autor dicitur.

Pater iuste, & mundus te non cognouit, ego autem te cognoui: & ij cognouerunt quod tu me miseris. Et notum feci eis nomen tuum, & notū faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Postq̄ credentibus hæc precatus est, & tanta eis bona pollicitus, dicit quiddam multæ misericordiæ & benignitatis plenum. Pater enim, inquit, iuste, ego quidē & omnes homines hæc bona assequi uellem, qualia precatus sum fidelibus: sed nō cognouerunt te, ideo priuabuntur præmijs & gloria. Ego autē te cognoui. Carpunt autem hoc loco & Iudæi, qui se dicebant cognoscere Deū, & ostendit eos nō cognoscere patrem. Mundum enim Iudæos dicit sapius. Et Iudæi quidem dicunt, quod tu nō me miseris, ego autē his discipulis & nomen tuum cognitum feci, & notum faciam. Quomodo autē notum faciam? Misso eis spiritu sancto, qui inducet eos in omnem ueritatem: & si didicerint quis tu sis, tunc dilectio qua dilexisti me, in ipsis erit, & ego in eis. Scient enim q̄ non separatus ego, sed ualde dilectus & germanus filius, ac coadunatus. Cum agnouerint autē hoc, & fidem erga me & dilectionē seruabunt. Insuper in illis manebo ego qui tales fuerint, quiq̄ te agnouerint, & me ut Deum coluerint, immobilem q̄ erga me fidem custodierint.

CAPVT XVIIII.

Matth. 26. *Mar. 14.* *Luc. 22.* **H**æc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentē Cedron: ubi erat hortus, in quem intrauit ipse, & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locū, quod sæpe conuenisset Iesus illuc cum discipulis suis. Non, inquit, cum precatus esset Iesus: sed, hæc cum dixisset, non enim oratio erat, sed colloquium ad solatium discipulorum factum. Medita autem nocte iter facit, & flumen transit, festinatq̄ ut ueniat in locum proditori notum, seipsum permittēs homicidis: ut ostendat quod spontē ad passionē ueniat, & laborem minueret Iudæis se quærentibus. Nam ne fatigarentur huc & illuc obambulantes, & quærentes eum: abiit ipse ad eos, et se manibus inimicorū infert. Inuenitur enim in horto, quasi in carcere quodam. Et ne existimes quod delitescendi gratia illuc se contulerit, subdit Euangelista quod & Iudas nouerit locum, atq̄ ita magis manifestari quā occultari uoluit in locum illum ueniens. Sciebat autem & Iudas locum, quia sæpe illuc conuenerat Iesus cum discipulis suis. Solitaria em̄ loca, & silentij officinas quærere solebat Dominus, & maxime si quādo mysticum aliquid tradebat. Vnde autē Iudas cognoscebat q̄ in horto hac hora esset Iesus, & nō in domo dormiens: Sciebat Dominū frequenter extra ciuitatem pernoctare, & eapropter etiā tunc exisse foras. Et aliter, Ipso festo maxime hunc morem seruasse creditus est, docens discipulos suos sublimius quiddam. Docebat autem (ut diximus) in talibus locis mystica. Igitur quia tunc dies festuuserat, coniectabat illic eum esse, differentem discipulis iuxta morem suum in festo.

Iudas ergo cum accepisset cohortē, & a pontificibus & pharisæis ministros, uenit illuc cum laternis ac facibus & armis. Iesus itaq̄ sciens omnia quæ uentura erant super se, processit, ac dixit eis, Quæ quæritis? Responderūt ei, Iesum Nazarenū. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autē & Iudas, qui prodebat eum, cū ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Pecunijs impetrarunt ut cohors se iuuaret. Militaris enim ordo, auri mancipium est. Multi autem ueniūt, timentes eos qui Iesum sequebant, & ab eo pendebant propter doctrinam & miracula. Laternas & faces gestant, ut ne occurrās se in tenebris aufugeret. At ille in tantū fugam nō quærebat, ut obuiam exiret seipsum tradens. Et rogat quidem, non q̄ ignoret, & discere opus habeat. Sciebat enim omnia, inquit, quæ uentura super eum erāt. Et ita quia sciebat q̄ ad se uenirēt, rogat nō indigēs ut doceatur, sed ostendere uolens q̄ & præsens nō uisus uel cognitus esset. Sed & rogat ut alienus, & neq̄ a uoce agnoscut eum

A eum Iudas uel alij. Quod autē nō propter tenebras ignorauerint eum, prædixit euangelista eos cum facibus aduenisse. Pone autē q̄ propter tenebras nō agnouerint eū, oportebat certē a uoce ipsum agnouisse. Interrogat igitur, ut ostēdat (ut diximus) se neq̄ a specie, neq̄ a uoce cognitū fuisse. Ita ineffabilis erat eius uirtus. Et ita neq̄ crucifigere potuissent, nisi uoluntarius se obtulisset. Quod autē nō solū ex cæcarit oculis eorū, sed & supini ceciderint una interrogatiōis uoce prostrati, signū fuit cauros eos qui cōtra Iesum uenerāt, uniuersali gentis istius ruina, quæ post Christi mortē super eos uenit, sicut & Hieremias prædixit, Domus Israel cecidit: nō est qui resuscitet. Cadunt igit omnes qui sermoni diuino sunt aduersarij. Hortus autē a quo salus nostra sumpsit originē, paradysum referebat. Nam qui cecidimus in horto paradysi, uidimus in horto salutarē passionē sumpsisse initū, & omnia quæ prius corrupta, reparata esse.

Iterū ergo eos interrogauit, Quæ quæritis? At illi dixerūt, Iesum Nazarenū. Respondit Iesus & dixit, Dixi uobis q̄ ego sim. Si igitur me quæritis, sinite hos abire. ut impleatur sermo quē dixit, Quos dedisti mihi, nō perdidisti ex eis quenq̄. Prostrauit quidē eos ut retrorsum caderēt, declarans potentiā suam, & q̄ ad passionē spontē ueniret. Ad hæc etiā hoc prouidens, ut ne quis dicat Iudæos nō peccasse, eo q̄ illis se crediderat & manifestarat, propter hoc ostendit eis hoc miraculū, quod sufficiebat ad repellendos eos. Vbi autē in malitia sua permanserūt etiā post miraculū istud, tunc se manibus eorū permisit. Et uide quomodo usq̄ ad ultimā horam dilectionē erga discipulos nō reliquit. Nam si me quæritis, inquit, sinite illos abire, ut impleatur sermo quē dixerat, Quos dedisti mihi, ex eis nō perdidisti quenq̄. Perditiōnem autem Dominus ante hæc dicebat, quia nullus perijt qui ab eo doctus fuit. Euangelista autē & ad corporalem trahit. Miraculum autē quomodo nō comprehenderint illi Apostolos, & disseuerint eos: & maxime cum Petrus incitasset eos. Vnde manifestū q̄ comprehensi uirtus hoc fecerit, & sententia quā prædixerat, nullū esse ex illis perdendū: id quod & Euangelista docēs nos quod hoc fuerit propter sententiā Domini, ne interficerent discipuli, inquit, ut impleatur sermo quem dixit, ne ullum ex his quos dedit ei pater, amitteret, nā propter ipsorū infirmitatē securos eos fecit a tentationib. Ita & nos nunc regit, etiā si ignoremus. Vnde quando incidis in tentationes, crede qd nisi cognouisset te posse illas euadere, non permisisset te in eas incidere, sicut neq̄ tunc discipulos.

Simon ergo Petrus cum haberet gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. erat autē nomen serui Malchus. Dicit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuum in uaginam. An nō bibam poculum quod dedit mihi pater? Cum Petrus uidisset Dominum prostrauisse illos, & impletus esset fiducia propter uocē Domini dicentis, Sinite illos abire: existimauit quod tunc esset tempus uindictæ, extractoq̄ gladio percussit seruum. Quod si quæras, quomodo is qui iussus est nō portare peram, neq̄ duas tunicas, gladiū haberet? Discere quod portauerit illum in usum agni paschalis etiā post cœnam: uel quod timēs insidias, olim in hoc præparauerit. Quod si dubitas, quomodo, cū prohibitus fuerit uel alapis percutere, ad eadem se parauerit? Audi quomodo non semetipsum, sed magistrū maxime ultus fuerit. Deinde q̄ nōdum perfecti tunc erāt. Nam uide quomodo postea extrema ferre gaudet, nūc autē pro magistro indignatur, & caput illud inuadit, & cum aberraret, auriculam solam abscidit. Iesus uerō restituit, & per hoc miraculū iterum insipientes Iudæos refrenat ab impetu ad homicidium. Nam quia magnum erat miraculum in auricula, propterea & nomen serui apponit Euangelista, ut si legentes discredant, ab illo quærant num ita factum sit. Porro Dominus Petri quidem reprimat, & interminatur dicens, Mitte gladium tuum in uaginam. Consolatur autē dicendo, Poculum quod dedit mihi pater, an non bibam illud? Ostendit enim quod patiat non propter illorum uirtutē, sed suam permissionē, & quod nō sit aduersarius Deo, sed usq̄ ad mortem faciat uoluntatem patris. Dicendo autē, poculū, insinuat mortē dulcem, & desiderabilem in salutem hominū. Cæterum tu hic attendas defecari auriculam dextram serui pontificis, signū fuisse inobedientiæ illorum. Cæcitas enim in Israel facta est, ut audientes nō audiant, propter impietatem erga saluatore, quæ maxime fuit pontificum. ideo & auriculæ abscisio in seruo pontificis facta est. Quod autem restituta est auricula, significat Israelitis olim restituendam auriculā, quæ nunc est abla-

Supra 17

Prostratio-
nis Iudeo-
rum causa.Petrus qua
re percusse
rit gladio.Poculum
mors.Auricula
obediētiā
signat.
† prudentiam

Luc. 1. est ablata. Etenim Helias cum uenerit, reuocabit eos ad Christum, & coniunget patres
Malach. 4. nobis filijs, sicut & Malachias dixit.

Cohors igitur & tribunus, & ministri Iudaeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim focer Caiaphae, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiaphas is qui consilium dederat Iudaeis, quod expediret unum hominem mori pro populo. Postquam omnia fecit quae ad reprimendum illorum furorrem pertinere uidebantur, illi autem non intellexerunt, tunc tandem permittit se abduci. Porro illi alligant & abducunt ad Annam, gloriantes facto, & quasi celebrari cupientes perinde ac magnam trophaeum excitassent. Caterum prophetiae Caiaphae meminit, ostendere uolens quod pro salute mundi haec facta sint, & quod tam excellens sit ueritas, ut & inimici eam praedixerint. Ut enim non turbemur audientes uincula, meminit prophetiae, quod salutaria fuerint & mors & uincula, qua de causa & haec pertulerit.

Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis, & quasi celebrari cupientes perinde ac magnam trophaeum excitassent. Caterum prophetiae Caiaphae meminit, ostendere uolens quod pro salute mundi haec facta sint, & quod tam excellens sit ueritas, ut & inimici eam praedixerint. Ut enim non turbemur audientes uincula, meminit prophetiae, quod salutaria fuerint & mors & uincula, qua de causa & haec pertulerit. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis, & quasi celebrari cupientes perinde ac magnam trophaeum excitassent. Caterum prophetiae Caiaphae meminit, ostendere uolens quod pro salute mundi haec facta sint, & quod tam excellens sit ueritas, ut & inimici eam praedixerint. Ut enim non turbemur audientes uincula, meminit prophetiae, quod salutaria fuerint & mors & uincula, qua de causa & haec pertulerit.

Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Num & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum. Stabant autem serui & ministri, qui prunas congesserant, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se. Interrogat ancilla Petrum, non contumeliose, non praefraete, sed ualde mansuete. Non enim dixit, Num & tu ex discipulis es impostoris? sed, hominis istius: id quod magis est miserantis. Dixit autem, nunquid & tu? quia Ioannes intus erat. Et mulier quidem ita mansuete alloquebatur. Ille autem nihil horum sentiebat, neque in animum recipiebat Christi praedictionem. Ita infirma res humana natura est quando a Deo derelinquitur. Quidam autem stulte Petro gratificari uolentes, dicunt quod non ob timorem negauerit Petrus, sed uoluerit quidem semper cum Christo esse, & eum sequi: cognouit autem quod si confessus fuisset se discipulum Iesu, separandus fuisset ab eo, & non ultra habiturus erat locum quo sequeretur, & uideret desiderabilem, & propterea negauit, dicens, Non sum. Nam & ex eadem sententia fuit, quod se calefaceret. Simulauit enim se facere ea quae ministri, & ut unus illorum, ut ne ex tristitia faciei deprehensus excludatur a uidendo Christo, reiectus est medio ut discipulus eius.

Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina ipsius. Respondit ei Iesus, Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo quo omnes Iudaei conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quod locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quae dixerim ego. Haec autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, Siccine respondes pontifici? Respondit ei Iesus, Si male locutus sum, testare de malo. Sin bene, cur me caedis? Interrogat pontifex Iesum de discipulis, fortasse in hunc modum, Vbi sunt, aut qui sunt, aut qua mente eos collegerit, & quid uolens? Quasi enim nouatorem & seditiosum uoluit eum arguere. Et de doctrina quoque interrogat qualis sit, num a lege recedens, & pugnas cum Mose: ut inde inuenta occasione tanquam aduersarij Dei occidat. Quid igitur Dominus? Respondit illi iuxta suspicionem eius, Ego quidem, inquit, in occulto nihil locutus sum, Nam tu quidem suspicaris me seditiosum quendam, & in occulto

A occulto consilio struentem. Ego autem tibi, inquit, dico, quod nihil in occulto loquutus sum, hoc est nihil seditiosum. Et sicut tu opinaris, nihil innouo, neque dolosa & occulta mente proprium quiddam loquutus sum. Quia nisi sic intellexerimus quod ad suspicionem pontificis haec dixerit, uidebitur mentiri. Nam multa dixit in occulto ea quae supra captum multitudinis erant. Quod autem dicit, Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt: non pertinacis est, sed fidentis in doctorum ueritate. Interroga enim, inquit, inimicos insidiatores ministros illos qui ligauerunt me. Ista enim est ueritatis indubitata demonstratio, quando quis habet inimicos testes eorum quae dicit. Nam ministri ipsi, inquit, sunt, qui antea dixerunt, Nunquam locutus est homo sicut hic homo. Et cum ita respondisset, non est eis admirationi, sed alapa caditur: quo quid fieret impudentius? Et cum posset omnia concutere & abolere, nihil quidem horum facit, sed uerba loquitur quae omnium bestiarum saeuitiam demulcere possent, dicit enim, Si quidem habes ut reprehendas ea quae nunc a me dicta sunt, ostende quod male dixerim: si autem non habes, quid ferocis? Vel & sic, Si male locutus sum, hoc est, si male docui quando docui in synagogis, ecce nunc testimonium perhibe de mala doctrina, & plene instrue pontificem, qui nunc interrogat de doctrina mea. Si autem bene docui, & me admirati estis etiam uos ministri, quid me nunc caedis, quem prius admirabaris? Percussit igitur minister Dominum, magno crimine se liberans. Nam ubi Iesus in testes uocaret assistentes, dicens, Ecce hi sciunt quae dixerim ego: uolens minister se liberare a suspicionem quod non esset ex admiratoribus Iesu, percussit eum. Iesus autem dicendo, Ego in occulto locutus sum nihil, reducit in memoriam prophetiam dicentem, Non in occulto locutus sum, neque in loco terrae tenebroso.

Et misit eum Annas uinctum ad Caiapham pontificem. Stabat autem Simon Petrus, & calefaciebat se. Dixerunt ergo ei, Num & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius absciderat Petrus auriculam: Nonne ego te uidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cecinit. Abducunt eum ad Caiapham, eo quod ipsi nullum crimen inueniebant in eo, fortassis suspicati illum sapienterem inuenturum aliquid dignum morte contra Iesum, supplantantem uel in responso, uel deprehensurum in aliquo facinore. At Petrus feruidus amator tanta grauitate detinebatur, ut etiam cum magister abduceretur non commotus sit, sed adhuc calefaciebat se ita ut iterum interrogatus neget, & non solum secundo, sed tertio. Quare autem Euangelista omnes simul de Petro scripsit? Non accusantes discipulum, sed nos erudientes quantum malum sit non totum tribuere Deo, sed in seipso confidere. Admirari autem decet Domini misericordiam, qui cum ligatus esset, & abduceretur, non neglexit discipulum, sed conuersus uidit Petrum, sicut alius Euangelista dicit, & aspectu opprobrat ei infirmitatem, & ad poenitentiam ac lacrymas excitat. Quod autem tunc accidit Petro, etiam nunc uidere licet euenire multis. Nam ligatur quidem sermo Dei qui in nobis est, et quasi captiuus ducitur, siue a uoluptate siue a tristitia in seruitutem reductus. Utroque enim modo uincimur & abducimur, uel praeprospere, uel praeaduersis mundi Deum obliuiscimus. Et condemnatur quidem sermo, uincit autem absurditas. Et seruus alapa caedit Dominum. Ita enim habet affectionum tumultus, quando mens nostra quasi Petrus aliquis saepe pertinax sit, quasi non negatura uerbum, & ideo & stat & calefacit. Stat quidem, eo quod non inclinatur, neque humilietur, sed in sua pertinacia constanter maneat. Calefacere autem se dicitur, eo quod praefeuore & fastu pertinacia laboret. Arguit autem eum ancilla, parua quaedam uoluptas, & effoeminans: statimque negat sermonem. Sed & quadam aduersa tentatione arguitur, sicut tunc Petrus a seruo, & ita infirmitas eius deprehenditur. Sed precemur ut aspiciat nos Iesus uerbum Dei, & ad poenitentiam & lacrymas prouocet: quod fiet, quando exiuerimus extra atrium pontificis qui Dominum crucifigit, & rector est mundi. Quando enim extra mundum, qui est atrium rectoris mundi, egressi fuerimus, tunc sanè ad poenitentiam sinceram exurgemus: sicut & Paulus dicit, Egrediamur ad eum extra portam, hoc est mundum, opprobrium eius ferentes.

Ducunt ergo Iesum a Caiapha in praetorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in praetorium, ne contaminarentur, sed ut ederent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, &

Natura humana infirma.

+ tanto stupore Petri negatio cur scribitur, Deo totum tribuendum.

Matt. 27. Marc. 15.

ras, & dixit, Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Respondit ei & A
dixerunt ei, Si non esset hic nocens, haudquaquam tibi tradidissimus eum. Dicit ergo
eis Pilatus, Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt
ergo ei Iudaei, Nobis non licet interficere quenquam, ut sermo Iesu implectur quem
dixit significans qua morte esset moriturus. Ad multos iudices ducunt Dominum,
opinantes se illum contumelia affecturos. Sed reuera per multa tribunalia clarum red
dunt. Dominus enim per omnia illa exiuit non conuictus de crimine, robur habens cui con
tradici non potuit. Ducunt ergo eum ad praetorium. Non enim habebant ipsi pote
statem occidendi, utpote rerum potentibus Romanis. Vel quia timebant ne postea
poenas luerent, accusati quod indemnatum interfecissent. Erat autem mane, inquit,
ut discas quod per dimidium noctis a Caipha interrogatus sit. Prius enim quam gallus can
taret, abductus est ad Caipham. Quid autem ab eo interrogarit, silentio praeteriit iste
Euangelista. Alij autem dixerunt: Cum noctem in illis perfecissent, mane ad Pilatum
duxerunt. Ipsi autem non sunt ingressi in praetorium, ut ne polluerentur. O dementia.
Iniuste quidem occidebant, & non putabant se pollui: & pollui se credebant, si ingre
derentur in praetorium. Quid autem est, Ut comederent pascha? Sane Dominus illud
fecit prima azymorum. Vel igitur intelligamus per pascha, festum septem dierum, uel
quod ipsi quidem manducaturi erant in parascuæ uespere. Ipse autem Dominus uno
die praueuit, referuans sui occisionem parascuæ, quando & olim fuit pascha. Porro
Pilatus aliquanto humanior, ipse egreditur: & quia Dominum uidit uinctum, non ex
stimauit inde iam se causam habere contra Christum, sed interrogat de causa uinctorum.
At hi cum nihil possent dicere, Nisi hic esset malefactor (aiunt) non tradidissimus eum.
Vides eos omni loco declinare accusationes. Annas interrogauit, & nihil inuenit.
Ad Caipham misit, qui iterum cum examinasset eum, ad Pilatum misit. Deinde Pila
tus interrogat, Quam accusationem habetis contra hunc? Et neque hoc loco dicere ali
quid possunt. Vnde quia nihil dicunt, Accipite, inquit, uos illum, quia enim uobis
ipsis iudicium uindicatis, & arroganter loquimini, quasi nihil unquam mali feceritis, B
Nisi enim (dicentes) fuisset malefactor, non tibi tradidissimus eum: ipsi accipite, et iu
dicite. Si autem ad me delulissetis causam, & formam iuris seruassetis, necessarium fuisset
proferre causas hominis. Iudicate igitur eum uos. Ego enim nequaquam talis iudex
fuerim. Igitur si lex uestra abscque causa saeuit, iudicate ipsi. At illi dixerunt, Nobis non
licet occidere quenquam. Hoc autem dixerunt scientes quod Romani ad crucem con
demnarent rebelles. Ut igitur crucifigeretur Dominus, & mors eius inuulgaretur,
eius gratia praetextunt quod non liceat sibi occidere: alioqui quomodo Stephanum
lapidarunt: sed, ut dixi, crucifigi Dominum uolentes hoc dicunt, quasi sic dixissent,
Nobis non licet occidere in cruce quenquam, desideratissimum autem esset nobis quod
crucifigeretur. Ut sermo Iesu impleatur quem dixerat de morte sua, nempe quod cruci
figendus esset, uel quod non a Iudaeis, sed a Gentibus occidendus. Cum ergo dixis
sent Iudaei, Nobis non licet occidere: tunc accipiunt eum Gentiles, & pro sua consuetu
dine crucifigunt. Et ita impletur sermo Iesu, & quod traditus gentilibus, & quod crucifixus.
Introiuit ergo iterum in praetorium Pilatus, & uocauit Iesum, & dixit ei, Tu es ille
rex Iudaeorum? Respondit Iesus, A temetipso tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?
Respondit Pilatus, Num ego Iudaeus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mi
hi: quid fecisti? Respondit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mun
do esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ne traderer Iudaeis. Nunc au
tem regnum meum non est hinc. Vocauit Iesum Pilatus seorsim. Et quia magna quae
dam de eo erat opinio, uolebat omnia euidenter cognoscere, liberaturus eum a tumultu
Iudaeorum. Interrogat igitur num rex sit, quod apud omnes de eo ferebatur, in me
dium afferens. Christus autem quaerit num a semetipso hoc dicat, uel ab alijs: non igno
rans, sed detegere malam Iudaeorum mentem uolens, ut ita a Pilato condemnentur
ipsi. Ideo & Pilatus mox a Iudaeis, sibi traditum dicit, sese a crimine liberans. Et aliter,
Interrogat Pilatum Dominus num a seipso dicat, uel ab alijs persuasus. Arguit autem
per hoc eum insipientem esse, & absque iudicio condemnantem, & quasi in hunc modum
dicit Pilato, Si quidem a teipso hoc dicis, monstra signa meae rebellionis. Si autem ab
alijs edoctus es, igitur diligentem inquisitionem facito. At ille quid audierit ab alijs,
non

A non dicit: simpliciter autem sequitur sententiam populi, & tradiderunt te, inquit, mi
hi. Cum autem dicit, Quid fecisti: uerbum quasi ad amaritudinem adducti & exasper
rati uidetur. Dicit enim, Quid fecisti? At Dominus respondendo, Regnum meum non
est de hoc mundo, duo haec corrigit. Primum enim docet Pilatum ut sciat se non esse
purum hominem, neque ex his terrenis, sed Deum, & Dei filium. Deinde soluit suspicio
nem tyrannidis. Non est enim regnum meum de hoc mundo, & ita ne timeas me ut ty
rannum & seditiosum. Nam si esset ex hoc mundo regnum meum, ministri mei cer
tassent utique, ut non traderer Iudaeis. Hoc autem loco praesentis regni firmitatem si
gnificat, eo quod a ministris habeat robur. Supernum autem per se sufficiens est, nullo in
digens. Manichei hinc sumpta ansa dicunt, Mundus hic non est a bono Deo, nam fir
lius Dei (aiunt) dicit, Non est regnum meum hinc. Caterum o stulti, discite quidem pri
mum ab ipsa dictione. Dixit enim, regnum meum non est ex hoc mundo, & rursum non est hinc.
Non enim dixit quod non sit in mundo, neque quod non sit hic. Nam regnum quidem in hoc mundo
& ab eo regitur, & sicut ipse uult, transit. Non est autem de mundo regnum eius, sed su
pernum & ante saecula, & non hinc, hoc est, ex terrenis constitutum, sed hic quidem
imperat & regit, non autem est hinc, neque constitutum ex illis inferioribus: alioqui quo
modo intelligeretur hoc, In propria uenit, si mundus hic non esset eius proprius? Ioan. 1.
Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis, quod rex sum ego. Ego
in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium feram ueritati. Omnis qui est
ex ueritate, audit uocem meam. Dicit ei Pilatus, Quid est ueritas? Et cum hoc dixis
set, iterum prodijt ad Iudaeos, & dicit eis, Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem con
suetudo uobis, ut unum dimittam uobis in pascha. Vultis ne ergo dimittam uobis illum
regem Iudaeorum? Cum Pilatus interrogasset Dominum num rex esset, Ego (inquit)
in hoc natus sum, hoc est, ut rex sim. Natura enim hoc habeo, et ex eo quod natus sum de
patre, nam istucipsum de rege natum esse, regem me esse testatur. Et ita cum audis quod uita
dederit filio, et iudicium: & alia omnia, ita intellige illud dederit, pro genuerit ipsum, ita
ut habeat uitam & iudicium: & naturaliter haec omnia filius a patre habeat. Et pro
pterea ueni in mundum, ut istucipsum dicam & doceam, persuadeamque hominibus
omnibus quod rex sum ac Dominus. Conciliare autem per hoc uolens Pilatum, & per
suadere ut dicta suscipiat, inquit, Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam. Et ita
& tu o Pilate, si quidem ueritatis es filius, eamque desideras, audies uocem meam, cre
desque me regem esse, non tale quales sunt mundani, nec acquisitum habentem regnum, sed
naturale, & a natiuitate ipsa a Deo & rege illud suscipientem. Perstringuntur autem
hoc loco etiam Iudaei, quod non sint ex ueritate, quia uocem eius audire nolunt. Et cum non sint
ex ueritate, mendacia utique contra ipsum finxerunt, & non uere mortis reus est. Sic
igitur paucis illis uerbis Pilatum rapuit, atque ita, ut de ueritate interrogarit quid sit. Fer
me enim inter homines abolita erat, & ignorabatur ab omnibus in infidelitate adhuc
permanentibus. Quia autem tempore quidem indigebat proprio questio haec, & ur
gebat ut eriperet Iesum a Iudaeorum furore, idcirco egreditur ad eos, & dicit, Ego nullam
causam inuenio in eo. Et id quoque sapienter. Non enim dixit, Quauis peccauerit, & di
gnus sit morte, attamen festi priuilegio eum donate: sed primum eum liberauit ab omni
crimine, & tunc orat eos ut absoluat, ut si quidem absolutus fuerit Iesus, nulla eis gratia
debeatur. dimississent enim innoxium. si autem condemnarint, ostendatur eorum ma
litia, quod innoxium condemnarint. Vide autem quem sensum habeat quod dicit, illum regem Iu
daeorum. Manifeste enim per hoc excusat Pilatus Iesum a peccato alienum: sed frustra
arguitur ab eis ut regnum desiderans. Non enim si regem se faceret, & contra Romano
rum potentiam extolleret, dimitteret eum Romanorum praeses: & ita dicendo, Num
regem illum Iudaeorum dimittam: per omnia Iesum innoxium declarat, & deridet Iudaeos, quasi
talia dicens. Quae uos accusatis falso ut regnum inuadentem, & rebellantem ac seditiosum
dicitis, illum oro ut absoluatis. & manifestum quod non ita sit. Quidam autem, in hoc natum
esse non intellexerunt de aeterna illa a patre natiuitate, sed posteriore e uirgine. Propte
rea enim factus sum homo, & natus ex Maria, ut mendacium & diabolum expellam: diui
nam naturam ostendens regnare super omnia. Veritas igitur hoc est, nempe mea scientia,
& salus quae per hanc contingit, propter hoc scilicet ueni, ut ueritatem, scientiam Dei, & salutem
largiar. Dignum autem est ut quaeratur, unde moti Iudaei consuetudinem habeant dimittendi
L 2 unum

unum uincitū. Primò em̄ dicere possumus q̄ docentes doctrinas, mandata hominū, A plurima iuxta sua capita protulerūt, nec diuinis uli fuerūt legib. unde & hoc ita se habet, in q̄ cōsuetudinē abijt etiā absq̄ ratione, qualia multa absq̄ legis præcepto. Deinde talis inuēta est lex in scriptura, a qua uerisimile est profectas esse absolutiones illas cōdēnatorū. Scriptū est enim de eo qui præter uolūtate suā occiderit, si nō propter ināmicitiās, uel dedita opera affligere uoluit uicinū, iaciens uas uel lapidē, & casu perculiens prætereūtem, moriaturq̄ homo, in uoluntarius sit homicida talis: iudicabit aut̄ omnis synagoga, & absoluent quidē illū à morte: nō enim maligna mēte occidit. Cōstituent aut̄ eum in ciuitate refugij, hoc est fuga multabūt. Ex hoc fortē erāt impulsū, ut coniectare possumus. ita enim morē firmarunt, ut absoluant qui de homicidio fuerint cōdemnatī. Nam lex quidē iubebat hoc esse officīū synagogæ Iudæorū. Et quia Romanis cesserat regnū, Romanos fecerūt dominos absoluendi, sicut & nūc Pilatū.

CAPVT XIX.

CLamauerunt rursus omnes, dicentes, Non hunc, sed Barabbā. Erat aut̄ Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectētes coronā de spinis, imposuerunt capiti eius, & ueste purpurea circumdederunt eum, ac dicebant, Aue rex Iudæorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus forās, & dicit eis, Ecce adduco uobis eum forās, ut cognoscatis q̄ nullam in eo causam inuenio. Exiuit ergo Iesus forās gestans spineam coronā, & purpureū pallium, & dicit eis, Ecce homo. Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri, clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum uos, & crucifigite. ego enim nō inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quia filium Dei se fecit. Vide per quam multa monstratur Iudæorum malitia. Barabbam enim manifestariū latronem petunt, Dominum uerò tradunt. Flagellat igitur eum Pilatus, ut confoletur & mitiget eorum furorē. Nam quia uerbis non potuit eum eripere, flagellat, studens & ipse uel per hoc insaniam eorum placare. Et permittit ut chlamys & corona ei circumponantur, quò eorum ira exhauriantur. Milites uerò omnia ad gratiam Iudæorum faciunt. Nam quia audierunt Pilatum dicentem, Regem illum Iudæorum dimittam: irrident nunc eum ut regem. Neq̄ enim à Pilato instigati hoc faciebant, qui etiā & nocte inuaserant Iesum præter sententiam prælidis, pecuniarum gratia Iudæis gratificantes. Placidus enim erat Pilatus, & nō efferis moribus, sicut Iudæi. Porro educit Iesum, iram illorū extinguere uolens: sed illi neq̄ sic mansuefacti sunt. Clamant aut̄, Crucifige crucifige eum. Cum uideret aut̄ Pilatus omnia hæc frustra fieri, dicit, Accipite eū uos, & crucifigite. ego em̄ non inuenio in eo causam. Facit aut̄ hoc, impellens eos in rem eis nō concessam, si forte sic absoluat Iesus. Nā ego quidē, inquit, habeo potestatem crucifigēdi, nullamq̄ inuenio causam: uos aut̄ non habentes potestatem crucifigendi dicitis eum reū: accipite igitur eum, & crucifigite, sed nō habetis potestatem. dimittat ergo homo ille. Itaq̄ talis quidē erat mens Pilati, mitior uidelicet, neq̄ tamē seueriter pro ueritate instans. At illi etiā in hoc cōfusi, dicunt q̄ secundū nostrā legem debeat mori, quia filium Dei se fecit. Vide quomodo malitia sibi nō cōstet. Suprà dicebat eis Pilatus, Accipite eum, & secundū uestrā legem iudicate, & illud nō approbarūt. nunc iterū dicunt, Secundū legē debet mori. Suprà accusabant q̄ fecisset se regem, nunc de mendacio redarguti, accusant q̄ filium Dei se fecerit. Tamen si quid hoc criminis fuerit: si opera Dei facit, filium Dei esse quid prohibet? Vide autem diuinā dispensationem, quomodo illi quidem ad multos iudices duxerint Dominū, ut infamarēt & cōtaminarent eius gloriā, sed contumelia in caput ipsorū reciderit. Hinc enim magis infons demonstratur, rem tam diligenter disquirētib. Quoties uel Pilatus confessus est se nihil inuenire morte dignum?

Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonē, magis timuit. Et ingressus est pretorium iterū, & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris: Nescis q̄ potestatem habeā crucifigendi te? & habeā potestatem absoluendi te? Respondit Iesus, Non haberes potestatem aduersum me ullā, nisi tibi datum esset ē supernis. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatū habet. Pilatus quidem audito breui sermone q̄ sit filius Dei, pauescit. Illi etiā operibus diuinis uilis eum occidunt, propter quæ adorare oportebat. Interrogat autem eum nō ut prius,

Aprius, Quid fecisti? sed, Quis es tu? Nam quia tunc quidē ut regni inuasorem arguebant, meritò rogabat, Quid fecisti? Nunc autem quia accusant q̄ filium Dei se fecerit, rogat. Vnde es tu? Iesus autē tacet. Didicerat enim ab eo Pilatus q̄ in hoc natus sim, & Regnum meum non est hinc: at tamen nihil ex his percepit utilitatis, neq̄ restitit alijs pro ueritate, sed celsit turbæ tumultuati. Idcirco Dominus interrogationes eius, uipote factas temerē, respuens, nihil respondet. Omnino autem uidetur Pilatus non esse feruidus & constans, sed is quem uel pauca quædam terriculamenta concutiunt. Nam & Iudæos timebat, & Iesum ut filium Dei horrebat. Videamus autem quomodo seipsum cōdēnet per ea quæ dicit. Potestatem habeo crucifigendi te, & potestatem habeo dimittendi te. Si enim hoc totum habes, & in te situm erat, quare non dimisisti quem innoxium inuenisti? At Dominus fastū eius deprimens inquit, Non haberes potestatem ullam, nisi esset tibi supernè datū. Non enim ita simpliciter morior, sed mysticū aliquid perficio, & prædefinitum est hoc supernè in salutem hominum. Ne autem cum audieris quod supernè sit datum, existimes Pilatum apud Deum à culpa liberatum, statim subinfert, Qui tradidit me tibi, maius peccatū habet. Ostendit enim hinc & Pilatum peccato, quantum minori, obnoxium. Non enim quia supernè datum est, hoc est, cōcessum est ut moriat̄ Christus, statim extra noxam sunt Pilatus & Iudæi: sed uestra quidem uoluntas malum uoluit, Deus autem permisit & cōcessit ut in opus hoc progrediat̄. Igitur mali non sunt citra culpam, quia Deus permittit ipsorum malitiam prodire in opus: sed eo q̄ & uolunt & faciunt, omni condemnatione sunt digni.

Et ex eo quæbat Pilatus absoluere eum. Iudæi autem clamabant dicentes, Si hūc absolueris, non es amicus Cæsaris. Quisquis se regem facit, contradicit Cæsari, Pilatus autem cum audisset hūc sermonem, produxit forās Iesum, seditq̄ pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotus, hebraicè autem Gabbata. Erat autē parascaue paschæ, hora ferme sexta. Postquam Dominus perstrinxit Pilatum per uerba, & accusacionem manifestē adhibuit, quòd nisi uoluntarius ego me ipsum darem, & pater concederet, nō haberes potestatem contra me, & q̄ peccatum habeas & tu, & Iudas tamen maius, qui me tradidit: uel etiam populus, eo quòd super dolorem uulnerum meorū addidit, & non est recordatus ut faciat misericordiam, sed cum inuenisset me patrocínio & adiutorio destitutū, cruci tradidit, & neq̄ talia iudicia in quibus innoxius declaratus sum, eum placarunt, sed clamabat, crucifige crucifige: cum hīs inquam dicitis Dominus perstrinxisset Pilatum, quærebat ex hoc ille magis dimittere eum: Iudæi autem cum ipsum accusassent, q̄ Deum se faceret: ac legem obiecissent, uidentes illum se magis resellit: Pilatus em̄ ex hoc magis timuit, & uoluit dimittere eum, ne forte Deū offenderet, iterum confugiunt ad externas leges, & ut meticulosum terrent Pilatum. Nam quia uiderāt eum pietate moueri, ne filium Dei occidendo Iesum peccet, metum Cæsaris incutunt, & accusantes Dominum de tyrannide, Pilatum magis terrēt quasi offensurum Cæsarem si rebellē illum dimittat. Et ubi ille in tyrannide deprehensus: Vnde autem hoc ostenditis? num à purpura? num à diademate? num à militariibus signis: nōne omnia quæ habebat, uilisa? & stola, & cibus, & domus? Immo ei nec domus erat. Sed o Pilatū parum uirilē. Periclitari sibi uisus est, si quidē hanc causam indiscussam negligeret. Nam uadit quidē quasi examinaturus negotiū, hoc em̄ sessio significat. Nulla aut̄ examinatione facta tradit illū, existimans se sic illos placaturum. Quomodo aut̄ Marco dicente tertiā horā quādo Christus crucifigebatur, Ioānes sextā dicit: Igitur hoc soluit quidā, q̄ scripturæ error sit. Nam litera quidē gamma tertiam horam significat, & est character eius talis, r. litera autem quæ sextā signat, habet characterem talem, s. Verisimile igitur literam gamma à scriptoribus non attentis transisse quibusdā mutilatis in characterē episcopi quo sextus numerus signatur, & sic errorem hunc ortum. Quod autem hoc uerisimile sit factū esse, & tertiā horam scriptā esse etiam apud Ioānem, & nō sextā, sicut nunc, manifestū hinc est. Nam cum tres Euangelistæ, Matthæus, Marcus & Lucas consonāter dicant q̄ à sexta hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usq̄ ad horā nonam, manifestū q̄ Dñs noster ante sextā horam, priusq̄ fierēt tenebræ, crucifixus sit, scilicet circiter horā tertiam scit Marcus prodit, & Ioannes similiter, quibus scribentiū error mutauerit gamma in episcopi characterē. Et nōnulli quidem sic dicūt, Alij aut̄ aiunt q̄ Marcus quidē horā quæ

†excusario
nē siue de-
fensionem.

† ea parte
quæ in lon-
gitudine
rotam pro-
ducebat,
incuruata

lata est sententia de crucifigendo Domino, manifeste & absque dubitatione ponat utique quia crucifigere & punire ab eo tempore iudices dicuntur, quo sententiam proferunt, eo quod uis pœnæ & mortis in linguis quoque sit. Eius gratia Marcus tertia hora crucifigere eum dicit, à qua Pilatus sententiam exposuit. Ioannes autem, cum Marcus dixisset tempus sententiæ, horam in qua Dominum crucifixerunt, dicit. Ceterum considera quantam acta sint inter sententiam à Pilato de cruce, & horam ipsam in qua in crucem Dominus ascendit. Cum dimisisset Barabbam, flagellauit Iesum, & tradidit eis ut crucifigeretur. Nam Barabbæ dimissio, condemnatio erat Domini. Illudunt milites, & uide quantum temporis infumum potuerit ad maiorem illusionem. Eduxit eum Pilatus, & loquutus est cum Iudæis. Iterum ingressus iudicauit Iesum, iterum egressus loquitur cum Iudæis. Hæc omnia sufficiebant ad infumendum tempus ab hora tertia usque ad sextam: quæ Ioannes exponens diligenter, Turpote is qui alios fuit sequutus, horæ sextæ meminuit, quando & tradidit eum perfecte ut crucifigatur, non ultra loquens cum Iudæis, uel iudicans Iesum, sed extremam proferens sententiam. Si autem quis dicat, Quare circiter horam tertiam cum dicitur crucifigi, uult iterum absolui illum: Discat primum quidem, quod à multitudine coactus dedit sententiam; deinde à somnio mulieris impulsus fuerit. Nunciabat autem illa ei, Nihil tibi & iusto huic. Insuper considera & Ioannem dixisse quod fuerit hora ferme sexta, quasi non definiens, & in ambiguo relinquens dixit, ferme sexta. Et ita nihil intererit, quod de hora non uidentur prorsus conuenire Euangelistæ, si quidem concederemus esse differentiam. Vide enim hoc, num omnes dixerint quod crucifixus sit. At hoc quidem ab omnibus est confessum: de hora autem alius dicit esse tertiam, alius quasi sextam, & quid hoc obest ueritati? Veruntamen hæc demonstrata sint ex abundantia, quod nulla sit diuersitas.

Et dicit Iudæis, Ecce rex uester. Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem uestrum crucifigam? Responderunt pontifices, Non habemus regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eum illis, ut crucifigeretur. Acceperunt autem Iesum, & abduxerunt eum ut crucifigerent: atque is baiulans crucem suam, exiuit in eum qui dicitur Caluaria, locum, hebraicè autem Golgotha: ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, mediū autem Iesum. Sape diximus quod Pilatus magis fuerit mollis & ambitiosus, quam asperis moribus. Vide enim & nunc quod forma quidem examinatis & iudicij utitur, sed omnino molliter rem agit. Ecce enim, inquit, rex uester. Neque enim Iesum condemnat, neque Iudæos manifeste confutat, sed quasi occultè exprobrat eis ut scycophantis: quasi dicat, ecce qualem hominem dicitis attentasse inuadere regnum, uilem scilicet, & nihil tale attentare audentem: & ita accusatio uestra falsa est. Quid enim habet ille quod tyranni: num milites, diuitias, nobilitatem? Ecce rex uester: quæ utilitas si hunc occideritis, qui hominem ne in minimo quidem nocere poterit? Et hæc quidem Pilatus non instat & firmè & pro ueritate certans. At illi, Tolle, tolle, crucifige, inquit. Virgent & querunt crucem, ut malam opinionem & famam assuant Christo. Ignominiosissima enim erat mors crucis, & maledicta: sicut dicitur est, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Nesciuerunt autem quod sicut per lignum ruina, ita per lignum correctio. Insuper uide quomodo alium regem præter Cæsarem non agnoscunt, uoluntarie se Romanorum imperio subijcientes, & Dei regnum repellentes. Ideo & Deus eos Romanis tradidit, quos sibi reges salutarant, destitutos diuino præsidio & cura. Tunc igitur tradidit illum eis, insipiens. Oportebat autem inquirere num uerè habuisset potentiam ad inuadendam tyrannidem. At ille cedit improvidus, effeminatèque sententiam dat. Portans autem crucem suam egreditur. A hominabile enim putabant omnino uellignum attingere, & propterea condemnato & maledicto maledictum lignum imponunt. Vide autem & in ueteri typo quodam hoc factum. Isaac enim & illic ligna portans, uadit ut immoletur. Ita & hoc loco Dominus crucem habens uadit, quasi miles arma gerit, quibus aduersarium prosternat. Quod autem Isaac figura sit Domini, manifestum. Isaac enim interpretatur risus uel gaudium. Quis autem alius gaudium nostrum factus est, quam is qui in conceptione humana natura per angelum conceptus, hoc est gaudere, communicauit? Quæ enim uirgo audiuit euangelia, omnis nature suscepit. Huius Isaac pater est Abraham, pater multarum gentium, qui est Deus super omnia, & qui Iudæorum est pater & Gentium, cuius uoluntate & consilio crucem filius eius portat. Veruntamen

Iudæis
Turpote
qui omnibus
indiuiduis
comes ad-
fuerit,

† meticulo
sus

Deut. 21.

Iudæi quos
Romanis
tradidi.

Gen. 22.

Isaac typus
Christi.
Risus, id
est aue uel
gaude.
Euangelia
id est bona
& laeta nun-
cia.

tamen in ueteri, in sola uoluntate patris res stabat, figura enim erat: hoc autem loco opere completur. ueritas enim erat. Fortassis sicut illic Isaac dimissus est, & agnus immolatus est: ita & hoc loco diuina natura impassibilis mansit: humana autem natura, quæ & agnus dicitur, quia Adæ erraticæ ouis filius, immolatur. Quomodo autem alius Euangelista dicit quod Simonem compulerint ut ferret crucem? Vtraque contigerunt, & in principio quidem Dominus ipse crucem gerens exiuit, quia lignum maxime abominabile erat: & nemo alius attingere uolebat. Postquam autem exiuerunt, obuiam uenerunt Simoni, uenienti ex agro, & ita imposuerunt ei lignum. Porro Caluaria locum dicebant, sicut narratio prodit, quod illic sepultus sit Adam: ut ubi principium mortis, illic & casus eius fieret. Traditio enim ecclesiastica est, quia prior Iudæa, postquam eiectus fuit homo ex paradiso, domicilium ibi habuit in solatium bonorum quæ in paradiso, data ei terra illa quæ omnium aliarum optima esset & pinguisima: propterea & prima mortuum suscepit hominem. Homines igitur qui tunc erant habuerunt pro miraculo mortui caluariam depilatam, in loco illo habitantes; inde eum nominauerunt, & post diluuii fama hæc à Noe in omnes diuulgata est. Unde & Dominus ubi fons mortis, illic moritur, ut illum siccer. Crucifigunt & duos alios cum eo. Ipsi quidem per hoc infamare magis eum uolentes, quasi & ipse latro esset. Veruntamen & ipsi prophetiam in hoc inuoluntarij replerunt: nempe quod cum impijs reputatus est. Vide autem & Domini sapientiam, quomodo & hoc quod faciebant in iniuriam ipsius Domini, in gloriam eius euenit. Nam & in ipsa cruce latronem saluauit, quod nullo miraculo minus est, & ex hoc magis apparet Deus, quod ipse solus glorificatur, quamuis & alij simul crucifixi sint, id quod non fuisset factum, nisi innoxius fuisset, & non (ut sic dicam) legis præuicator, sed & supra omnem legem, & præuicatorum iudex.

Scriptum autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus, rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, & Græcè, & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum, Noli scribere rex Iudæorum, sed quod ille dixerit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Scribit & titulum Pilatus super crucem, hoc est, causam & manifestationem & inscriptionem. Ita enim interpretatur titulum. Significabatur autem per titulum, cuius esset crux. Ceterum scribit titulum, partim ulciscens se de Iudæis ut sibi inobedientibus, & ostendens malitiam eorum, quod infurrexerint contra proprium regem: partim & gloriam Christi defendens, quia enim illum cum latronibus crucifixerunt coinquinare nomen uolentes, Pilatus ostendit quod non fuerit latro, sed rex eorum: & hoc non una, sed tribus linguis manifestat. Verisimile enim erat multos gentiles proter festum commiscuisse se Iudæis, sicut & euangelista superius docuit de quibusdam gentilibus qui uidere uolebant Iesum. Ut igitur omnes agnoscerent, omnium uocibus Iudæorum infamiam infamauit. At illi etiam crucifixo inuidebant. Et quid dicunt? Scribe quod ille dixerit. Nam nunc quidem communis sententia Iudæorum apparet. Si autem appositum fuisset quod ipse dixerit se regem, uisum fuisset crimen temeritatis & arrogantiae illius. Sed Pilatus non obtemperauit, & in priori stetit sententia. ideo dicit, Quod scripsi, scripsi. Ceterum & aliud magni quiddam dispensatur: quia defossis tribus crucibus, in ista mansit, ut ne ignoraretur quæ esset crux Domini. propter hoc dispensatum est, ut sola titulum haberet & inscriptionem, ut per signum tale cognosceretur. Latronum enim cruce titulum non habebant. Insinuat autem & sublimius quiddam in scriptio triplicibus literis inscripta. Manifestat enim Dominum regem esse philosophiæ practicæ, & naturalis, & theologicæ. Practica enim per Romanas scripturas figurat. Nam Romanorum principatus maxime uiriliter erit, & strenuus in rebus bellicis, per Græcas uero, naturalis, cui tracabant Græci: per Hebraicas denique theologia. Nam Hebræis diuinorum cognitio credita fuit. Gloria igitur ei qui per crucem apparuit tale habere regnum, & qui mundum uicit, practicam nostram uirtutem roborauit, scientiamque nature largitus est, & ab illa nos duxit in interiora uelamentum, in suam dico scientiam & contemplationem, theologia uidelicet.

Milites ergo cum crucifixerent Iesum, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica incōfutilis, à summo contexta per totum. Dixerunt ergo inter se, Ne scindamus eam, sed fortiamur de illa

Ad in mon
te Caluaria
sepultus.

Esa. 53.

Titulus qua
re scriptus.

Psal. 21. cuius sit, ut scriptura impleteretur dicens, Partiti sunt uestimenta sibi, & in uestem meam miserunt fortem. Per illa potissimum implentur prophetiae, per quae diabolus insidiatur. Et uide ueritatem. Tres fuerunt crucifixi, attamen in hoc solo implentur prophetica dicta. Et considera prophetiae diligentiam. Non enim solum quod partiti fuerint, sed etiam quod non partiti fuerint, dixit propheta. Igitur alia quidem distribuerunt, tunicam autem non, sed fortiti sunt. Quod autem a summo fuerit contexta, non frustra fuit appositum. Et alij quidem dicunt allegoriam per hoc signari, quod non simpliciter homo fuerit crucifixus, sed & deitatem supernam habuerit. Quidam uero genus dicunt tuniculae Euangelistam narrare. Quia enim Palaestini duos pannos committendo contextunt uestes, pro futura utentes contextu: manifestans Ioannes quod talis fuerit tunicula, dixit quod a summo per totum fuerit contexta, hoc est, ab initio & supernam usque ad infima. Manifestat autem hinc uilitatem uestimentorum Christi. Alij autem dicunt quod in Palaestina contextantur licia non sicut apud nos. Nam supra quidem est filum, infra autem contextitur panno, & ita regressio fit, sed contrario modo. infra enim sunt fila, in summo autem contextitur contextus. & talis quoque fuit tunica Domini. Sacramentum quoque & per hoc nobis insinuatur. Nam corpus Domini supernam quidem contextum est. Spiritus enim sanctus uenit super uirginem, & uirtus altissimi obumbravit eam. licet enim hominis naturam susceperit, quae infra est, & ceciderit: tamen supernam spiritus sancti gratia constitit & compacta est diuina caro. Igitur sanctum corpus Christi indiuisibile est, & diuisum & communicatur in quatuor partes orbis. distributus enim singulis, & uniuersuiusque animam sanctificans, cum corpore per suam carnem unigenitus & integer & indiuisus in omnibus est, existens ubique. Nunquam enim diuisus est, sicut & Paulus clamat. Quia autem ex quatuor elementis uniuersum constitutum est, intelligere licet per uestimenta Iesu, uisibilem & propositam hanc creaturam, quam daemones partuntur quando in nobis sermonem Dei occidunt. Dant enim operam ut nos suam faciant partem per affectiones ad mundana: sed tunicam non possunt diuidere in his quae sunt sermonis per quem omnia constituta sunt. Nam licet infinites decipiar a fluxibus & transitorijs, iterum tamen agnosco ea esse transitoria, & rationem ac substantiam praetereuntium & fallacium non ignoro.

Et milites quidem haec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria uxor Cleopae, & Maria Magdalene. Cum uidisset ergo Iesus matrem, ac discipulum adstantem quem diligebat, dicit matri suae, Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Milites quidem faciebant pro sua insipientia. Ipse autem matris curam habet: docens nos usque ad extremum spiritum omnem habere debere curam eorum qui nos genuerunt. Et uide quomodo cum essent & aliae mulieres, solius matris curam agat. Nam oportet quidem parentibus ad pietatem obliuiscuntibus non parere, non obliuiscuntibus autem omni cura seruire: sicut & ipse cum migraret e uita, quod uerisimile erat matrem dolere, & praesidium requirere, concedidit discipulo praefecturam eius. Occultat autem proprium nomen Euangelista, modestiae gratia. Nam si uoluisset arrogans esse, causam etiam apposuisset propter quam fuisset dilectus. Etenim uerisimile erat magnam quandam istam esse & mirabilem. Iam papae quomodo honorat discipulum, matrem suam illum faciens? Vtique adeo bonum est manere apud patientem Christum. nam in fraternitatem illius ducit. Admirare autem quomodo in cruce omnia absque turbatione facit, matris curam agens, prophetias implens, latroni paradisum aperiens, ante crucem autem laborans, sudans, anxius: atque haec quidem humanae naturae, illa autem diuinae uirtutis. Confundatur Marcion, & omnes alij qui Christum nugantur in mundo apparuisse iuxta apparentiam tantum. Nam natus non fuisset, neque matrem habuisset. Quomodo autem soror matris eius diceret Maria Cleopae, cum Ioachim non habuerit aliam prolem? Cleopas frater fuit Ioseph, & cum absque liberis esset mortuus Cleopas (ut quidam dicunt) Ioseph eius uxorem duxit, & proles fratri peperit, quarum una & nunc commemoratur Maria, quae soror dicitur Deiparae, hoc est cognata. Solet enim scriptura cognatos dicere fratres, sicut & Isaac de Rebecca dicebat. Soror mea est, quibus uxor esset. Ita & hoc loco soror Deiparae dicitur, quae Cleopae filia habita est, propter cognationem. Itaque quatuor Mariae celebrantur in Euangelijs, Prima deipara, quam & iacob

Tunica in-
consultis.

Luc. 1.

Corpus
Christi indi-
uisibile.

1. Cor. 1.

Parentibus
obediendi
modo non ob-
sistant pie-
tati.

Marcion.

Scriptura
cognatos di-
ci fratres.

A & iacob & ioseph matrem nominat. Illi enim pueri fuerunt Ioseph, ex prioris uxore ei nati, fortasse uxore Cleopae. Dicitur autem deipara mater eorum, quia nouerca, uxor enim habebatur Ioseph. Secunda Maria Magdalene, e qua eiecit septem demonia Iesus. Tertia Cleopae, & quarta Lazari soror. Assumpsit igitur discipulus Mariam in sua: nam puro pura est commissa. Vide autem quomodo muliebris sexus permanet in aduersitatibus, & uiri omnes dereliquerunt Dominum. Ita ergo uenit corroborans quod infirmum erat, & assumens quod nihili habitum.

Postea sciens Iesus quod omnia consummata iam essent, ut consummaret scriptura, dicit, Sitio. Vas igitur erat positum aceto plenum. Illi uero impleuerunt spongia aceto, & hysopo imposita, admouerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dicit, Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Cum uideret, inquit, Iesus quod omnia consummata essent, hoc est nihil intermisisset quod suae dispensationis erat, ita enim mors eius libera erat. Non enim prius mors corpus eius inuasit, quam ipse uoluit. Voluit autem, cum compleisset omnia, propterea & dicebat, Potestatem habeo ponendi animam meam. Dicit itaque, sitio: prophetiam hoc loco implens. At illi impietate ac malitia suorum morum declarantes, aceto eum potant, id quod condonatis faciebant: quia hysopum propter hoc aderat, ut lethale. Quidam autem hysopum dicunt calamum, talis est enim summitas calami. Circumponunt igitur calamo spongia, eo quod in sublimi erat os Iesu, et ita prophetia impleta est: Et in siti mea potauerunt me aceto, dicens, Potatus itaque dixit, Consummatum est. Haec scilicet prophetia cum alijs impleta est, nihil superest, omnia consummata sunt. Absque turbatione autem operatur, & cum potestate omnia, quod declarat sequentia. Postquam enim consummata fuissent omnia, inclinato capite (neque enim ipsum affixum erat) emisit spiritum, hoc est, expirauit, quamuis in nobis contrarium fiat. Primum enim expiramus, & deinde inclinamus caput. Ille autem prius inclinauit, deinde expirauit. Ex quibus omnibus manifestatur quod ipse fuerit Dominus mortis, & omnia secundum potestatem fecerit.

B Iudaei ergo, quoniam paraescue erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, ac tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum uenissent, ut uiderent eum iam mortuum, non frangerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius fudit, & continuo exiit sanguis & aqua. Tradidit quidem spiritum Dominus Deo & patri, ostendens quod post hac animae iustorum in monumentis non uersant, currunt autem in manus patris omnium: sed peccatorum animae in locum supplicij detractae, hoc est, in infernum depelluntur. At illi camelum deglutientes, & culicem excolantes, tali patrato facinore de die obseruando diligenter cogitant. Dicit enim, Vt ne maneant in cruce corpora, rogauerunt Pilatum, hoc est, obsecrauerunt, ut tollantur. Quare autem infringi crura eorum petunt? ut si etiam superuiverent, inutiles essent. Latrones enim fuerant. Nolebant igitur in die festo uideri puniores & homicidae. Et aliter, Etiam lex ita praecipiebat, ne sol occumbere in supplicio hominis. Vide autem quomodo per ea quae struunt Iudaei, prophetiae impleantur. Sic ergo & in hoc loco duae prophetiae implentur, ut postea Euangelista dicit. Etenim ossa Iesu non confringunt quidem, pungunt tamen eum, gratificantes Iudaeis, & sanguis & aqua egreditur. Et hoc quidem admirandum. Nam illi quidem etiam mortuum corpus contumelia afficere conantur: at contumelia illis in miraculum uertitur. Et sanguinem quidem ex mortuo corpore prodisse admirabile est, uerum tamen posset quis fycophantari dicere quod uerisimile sit uitalē quandam uirtutē adhuc fuisse in corpore. Aqua autem egressa, omnem controuersiam miraculo tollit. Non simpliciter autem haec fiunt, sed quia ecclesia, per duo ista & sit & consistit. Nam per aquam quidem generamur, per sanguinem autem & corpus pascimur. Cum igitur accedis ad calicem communionis sanguinis Christi, ita affertus sis quasi ex ipso latere bibas. Considera autem, quomodo per sanguinem latus, uetus lateris, hoc est Hebrae sanatur: & sicut in paradiso ubi Adam obdormiuit, ablata est ab eo costula, ita hoc loco cum Dominus obdormiuisset costam militis dedit. Rhomphaea autem militis, figura est rhomphaeae ueritatis quae prohibet nos a paradiso. & quia omne quod uersatur, nisi quid obstat non absistit a suo cursu, Dominus ostendens quod rhomphaeam illam listat, supponit in figura latus

Quatuor
Mariae.
Luc. 8.
Ioan. 11.
Mulieris
constantia,
ac fides.

Ioan. 10.

Psalm. 68.

Appariti-
o animarum
falsa.

** ecclesia*
uita.

Aqua ex
sanguine de
latere Chri-
sti manan-
tia quid si-
gnent.

Gen. 3.

** latus*
ra latus

Armenij ne gātes aquā ē latere Crisiti fluxisse cōsūtatur.

Exod. 20. Num. 9. Zacha. 22.

Ioan. 20.

Ioan. 3.

Monumentum in propinquo, et nouum.

ra latus frameae militis, ostendens nobis quod sicut framea militis appulsa lateri stetit, ita & flammea stabit, & non ultra interminetur, & uersione sua exterreat, prohibēdo ingressum in paradysum. Cōfundantur Armenij, qui nō admiscunt in mysterijs aquā uino. Non enim credunt (ut uidetur) quod aqua ex latere egressa sit, quod admirabilius, sed sanguis tantum. Et hoc loco destruunt magis miraculum. Itaq; sanguis solum hominis crucifixi: aqua uero, quod is sit super hominem, hoc est Deus.

Et qui uidit, testimonium perhibuit, & uerum est testimonium eius, & ille scit q; uera dicit, ut et uos credatis. Facta sunt enim haec ut scriptura impleretur, Os nō comminuetis ex eo. Et rursus alia scriptura dicit, Videbunt in quem pupugerunt. Non ab alijs (inquit) audiui, sed ipse praesens uidi, & uerum est testimonium. Merito. Iniuriā enim enarrat factam, & non magnum uel honorificū aliquid, ut suspectus sit sermo. sed propter hoc (inquit) haec diligenter enarro, & ea quae ignominiosa uidentur, in medium afferō, ut & uos credatis, tanquam omnino ueris, & non ad gratiā fictis. Nam qui ad gratiā loquitur, gloriosa magis ponit. Quia autem & Moses dignior fide se uidebat, adducit & hunc testē. Quod em̄ ille dixit de agno qui immolabat in pascha, q; os nō confringeret, hoc inquit euangelista in Christo impletū esse: agnus em̄ ille huīus erat figura. Et multa est cognatio figurae ad ueritatē. Implet autē & alia propheta quae dicit, Videbunt in quem pupugerunt. Quādo em̄ uenturus est iudicare, tunc uidebunt eum in corpore meliore & diuiniore, & cognoscēt hī qui pupugerunt, ac lugent. Insuper & his qui nō credituri erāt, fidei sanua & indicium fuit id qd ab inimicis est attentatū, ut Thomae. Nam per latus fidem resurrectionis accepit, Os quidē Iesu non conterit, latus autē eius scaturit nobis fontes, essentiam & uitā nobis dantes. Aqua quidē essentia dedit, quia per eam peruenimus ad hoc ut Christiani simus: sanguis autē uitam: per ipsum enim pascimur. Nam agnus quidē uerbu est Dei, qui a capite usq; ad pedes comedendus est. Caput quidē symbolū est deitatis (ipsa em̄ est caput) pedes autē carnis. ipsa enim extrema est. Insuper & intestina eius mysteria & occulta reuerenter in cibum habentes, ossa non cōfringimus, hoc est, difficiliōres & grauiōres sensus. Quae enim non possumus intelligere, ea non conteremus: hoc est, non dabimus operā ut malē & periculose intelligamus. Etenim quando sanē sentimus, tunc non conterimus. sana enim seruamus diuina. Quando autem torserimus, & haereticum sensum acceperimus, cōterimus & confringimus solidum & difficilem sensum. Igitur haec difficilia intellectu, igni tradenda sunt, hoc est, spiritui sancto, per quē efficiuntur & terminantur, eo quod omnia scrutatur etiam profunda Dei.

Posthaec autē rogauit Pilatum Ioseph Arimathiensis, qui erat discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudaeorum, ut tolleret corpus Iesu: idq; permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. Venit autē & Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primū ferens mixturā myrrhae & aloes ad libras ferme centū. Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudaeis sepelire. Erat autē in loco ubi crucifixus est, hortus, & in orto monumentū nouū, in quo nōdum quisquā positus erat. Ibi ergo propter parasceue Iudaeorū, q; in propinquo esset monumentū, posuerunt Iesum. Quare nō unus ex duodecim accessit ad Pilatum, sed Ioseph, qui forte ex septuaginta erat, audet hoc. Nam si propter metū Iudaeorū dixerit quis delituisse discipulos, & hic eodē correptus fuerat timore. Dicendū igit q; hic ualde nobilis fuerit, & Pilato notus, quia nobilis erat. Vnde cum existimasset extinctam esse Iudeorū iram eo q; aduersarius illis crucifixus nunc esset, absq; pauore accedit, & sumptuosam facit sepulturā cū Nicodemo. Nihil diuinū de illo uterq; sentiebāt, sed affecti erant ut erga purū hominē: quia talia afferebant aromata, quae potissimū possent corpora diuturna cōseruare, & cohibere ne statim corrūperent: quod ostēdit eos adhuc nihil magnū de eo cogitasse, uerūtamen amorē suum declarant. Nō enim sepeliunt ut condemnatū, sed sumptuose, ut mos est Iudaeis. Quoniam autē tempore impediēbantur, siquidem hora nona facta erat mors: deinde cum in medio tempore accessissent ad Pilatū, uerisimile erat uesperam ingruisse, cum non licebat extruere monumentū, ponunt eū in uicinū monumentū. Erat em̄ in loco ubi crucifixus est, hortus, & in orto monumentū nouū. Singulari autē dispensatione factū est ut in propinquo esset monumentum, ut discipuli possent adesse, & spectatores ac testes factorum fieri,

A si eri, & milites mitti possent ad custodiam, & ut cessaret etiam propter locum, furti suspicio: quae omnia non contigissent, si procul fuisset sepultus. Nouum autem erat sepulcrum, in quo nullus adhuc erat positus: ut nō calumniatur quis resurrectionem, q; alius resurrexerit, & nō Iesus. Et aliter quoq; nouum monumentū symbolo quodam manifestat futurā nouitatem per sepulturam Domini contra mortem & corruptionē, & q; innouandi simus omnes in illo. Vide autem & diuitias paupertatis Domini propter nos. Qui enim non habuit domum in uita, neq; post mortem sepulchrum habet, sed in alieno deponitur: & cum nudus esset, a Ioseph uestitur. Est & nunc Iesus mortuus, cum occiditur ab auaris & uiolētis, uel a fame hoc patitur, sed & nudus est. quocumq; enim pauper patitur, Christus patitur. Imitare & tu Ioseph, adde aliquid bono. Ioseph enim interpretatur additio. & nuditatem tege Christi, hoc est pauperis. Hoc autem fac non semel, & in monumento pone animae, & semper memor esto talium operum, cogitaq; & cura. Admiscere autem & myrrham & aloen. Amara & mordacia seculi illius iudicia animo reponere oportet, & uocem illam quae maledictos auocat, & in ignem mittit immisericores, quo nihil amarius puto.


CAPVT XX.

VNa uero sabbatorū Magdalene uenit mane cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum, uidetq; lapidem sublatum a monumento. Currit ergo & uenit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis: Sustulerunt Dominum a monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & uenerunt ad monumentū, Currebāt autē duo simul, & ille alius discipulus praecurrit citius Petro, uenitq; prior ad monumentū. Vnā sabbatorum nomiat quam nos Dominicā uocamus. Nam sabbata, dies hebdomadae nominant: unam autem dierum sabbati, primam. Etenim reuera dies omnes una sunt: saepe autem cum accipitur una, & componitur, multas facit. Vna itaq; est prima: bis autē si accipiatur, fit secunda: & si tertio, tertia: & deinceps. Futuri autem seculi typus est dies iste, q; seculum unus dies est, nunquam nocte dissectus & dimidiatus. Deus enim sol est eius, qui nunquam occidit. Igitur quemadmodum in hoc resurrexit Dominus, corruptibile suum corpus incorruptibile recipiens: ita & nos in futuro seculo incorruptionem recipiemus. Venit igitur in hac una hoc est prima sabbatorū, hoc est dierum sabbati & hebdomadae, Maria Magdalene. nam sabbatum quidem praeterierat, & non ultra a lege prohibebatur: & abijt a loco, uolens consolationem quandam inuenire: & cum uidisset lapidem sublatum, magna festinatione uenit ad Petrum & Ioannem. Nam Dominus quidē resurrexerat lapide supraposito, & obliuato sepulcro. Quia autē & testes quosdā resurrectionis esse oportebat, & in sepulchrū ingredi, tollit lapis ab angelo. Maria autem nihil abhuc de resurrectione sciēs, furtum & translationem uocat quod contigerat de eo. Et discipuli absistunt monumento, & uident lintea sola posita, id quod uera signū erat resurrectionis. Neq; enim si transfuissent quidā corpus, nudassent illud: neq; si furati essent, curam habuissent deponēdi sudarij, inuoluenti, & ponendi seorsim in unum locum, sed simpliciter sicut potuissent accepissent corpus. Propter hoc etiam Euangelista prius dixit q; cum multa myrrha sepultū fuerit, quae non minus bitumine lintea corpori adherere facit: ut cum audierimus q; sudaria seorsim illic fuerint posita, ne credamus dicentibus q; furtum sit ablatum, neq; enim ita insipiens fuisset fur, quod in rem superuacua tantam insumpisset curam et tempus, & non fuisset suspicatus, q; dum in his esset occupatus, fortasse in furto deprehenderetur. Igitur qua hora quidem fuerit resurrectio, nullus scit, sicut & tempus secundi aduentus incertū. Quāuis autem Matthaeus dicat profundo uespere factum esse terrae motū, Ioannes autem mane cum essent adhuc tenebrae, Mariam uenisse, & uidisse remotum lapidem: non est diuersitas. Nam primū quidē hoc dicimus, quod apud Matthaeum quidem mulieres uenerunt uespere sabbatorum: apud Ioannem autem non mulieres nunc memorantur. Superflutū enim fuisset, cum Matthaeus hoc prius dixisset, ut Ioannes eadē diceret. Sed Maria Magdalene uenit mane. Multi em̄ fuerunt aduentus ad sepulchrū. Venit em̄ interdū cum alijs mulierib; interdū autē sola. Vnde Euangelista uarias uisitationes posuerunt, alijsq; aliam dicentes uident distinare. Nam primū quidē dicimus quod aliam uisitationē dicat Matthaeus mulierū, & aliam

Christus mortuus est nudus in pauperib;

Matt. 28. Marc. 16. Luc. 24.

Sabbata uero die dies hebdomadae appelliant;



Hora resurrectionis incerta.

& aliam Iohannes Mariæ Magdalenes. Deinde, profundo uespere, & manē cum ad huc essent tenebræ, id quod alius dicit, profundo diluculo, in idem tendunt: quia omnia illa tempora fuerunt medium noctis. Si autem rogas quomodo assidentibus custodibus Iohannes & Petrus accesserint ad sepulchrum, & mulieres? Ut simpliciter dicam, mox ut surrexisset Dominus, & adstitisset angelus sepulchro cum terramoto, custodes iuerunt ut nunciarent Phariseis, & ita sepulchro à custodum præsidio relicto, libertatem accedendi habuerunt discipuli.

Et cum se inclinasset, uidit posita linteamina, non tamen intrauit. Venit ergo Simō Petrus sequens eum, & introiuit in monumentū. Et uidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, nō cum linteaminibus positum, sed separatim in uoluntum in unum locum. Tūc ergo introiuit & ille alius discipulus qui uenerat prior ad monumentum: uiditq; & credidit. Nondum enim nouerant scripturam, q; oportuisset eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo rursus discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo flet, inclinauit se in monumentum, & uidet duos angelos amictos albis, sedentes unum ad caput, & alterum ad pedes illic ubi posuerant corpus Iesu. Dicunt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis, Sustulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Vide hic quā alienus à fastu sit Euangelista, quomodo testetur diligentiam Petri in scrutando. Nam cum ipse præuenisset, & uidisset iacentia linteamina, non ultrā curiosè quærir, sed expectat illū: Petrus autem feruentissimus, introgressus omnia diligenter explorauit, tunc hic post illum ingressus uidit sepulchralia separatim posita, ac credidit: non quod surrexisset Dominus, sed quod furto ablatus esset. Credidit enim Mariæ dicenti, Sustulerunt Dominum. Quare autem credidit Mariæ, & nō cogitauit q; surrexisset? Nōdum enim sciuerunt scripturam, q; oportebat eum à mortuis resurgere, & propterea crediderunt Mariæ, suspicanturq; furtum & ablationem. Igitur hi quidem abierunt ad seipos, hoc est, per se ipsos, & nihil ultrā curiosus inquirentes. At Maria (muliebre enim genus affectionibus magis obnoxium, & ad lachrymas propensum) ante sepulchrum stat, et B plorat. Quia enim non habebat Iesum uel locum uidens in quo fuerat positum desiderabile corpus, ex hoc solo consolationem inuenit: unde & maiorem meretur uisio nem q; discipuli. Quæ enim illi non uiderunt, ea hæc conspiciata est, duos angelos inquam. Maxime consolationi ei erant angelorum conspectus, & fulgidus illorum habitus. Sedere autem unum ad caput, & alterum ad pedes: manifestant q; sciant quid amplius, & si rogentur, posse docere. Porro dicendo, Cur ploras? magna compassio ne plenum est. Nam ut ne turbetur mulier interrogatione hac, perturbationē mulieris reprimunt, mansuetè ac placidè dicendo, Mulier quid ploras? Illa autem magna affectione & amore dicit, Sustulerunt Dominum, propterea q; ploro: nescio enim quod transstulerint eum, ut eò uadens in unquam corpus, & uel mediocrem ex eo consolationem inueniam. Tu uerò discere hic Petrum practicum & seruidum, Iohannem autē contemplatiuum, & ad diuinorum cognitionem idoneum. Sæpius igitur contemplatiuus cognitione & ingenio præuenit, practicus autem posterior est, attamen feruore ac studio illius uincit alacritatem. Et uidet prior diuinum quoddam mysterium practicus. An nō tale quiddā cōtingit in disciplinis? Etenim cū duo pueri sunt, unus ingenio acutior, alter tardior, præoccupat hic suo studio uelocitatem naturæ alterius. Etenim in spiritalibus sæpe practicus, & sermone idiota, sensu quiddam sublimius percipit contemplatiuo. Sed & omnis anima quæ dominatur affectionibus, Maria dicitur. Purgata igitur per affectionum depositionem, uidet Iesum simul Deum & hominem. Nam angelorum unus qui ad caput sedet, dicitur symbolum est, alter autem ad pedes, incarnationis uerbi, quæ est extrema.

Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & uidet Iesum stantem, & nesciebat q; Iesus esset. Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras? Quem quæriris? Illa existimans q; hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu asportasti eū, dicito mihi ubi posueris eum, & ego tollam eū. Dicit ei Iesus, Maria. Cōuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus, Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Sed uade ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: & Deum meum, & Deum uestrū. Venit Maria Magdalene, annuncians discipulis q; uidisset Dominum,

minum, & ea dixisset sibi. Quare conuersa est retrorsum Maria, quum loqueretur cum angelis: quid accidit ei quod conuersa est retrorsum? uidetur igitur, dum illa col- loqueretur cum angelis, Iesus stetit post eam, & illos territos quia spectauerant Dominum, & habitu, & forma, & aspectu, statim declarasse quod uiderint Dominum: quumque hoc uidisset, mulierem conuersam esse retrorsum. Nam angelis quidem in habitu quo terrebat, apparuit: Mariæ autem non item, sed in simplici & cōmuni. Ideo & illum putauit esse hortulanum, horti uidelicet illius in quo sepulchrum erat: unde & dicit, Domine, si asportasti eum: hoc est, si tu furatus es: & non dicit Iesum, sed eum quasi ad eum qui sciret, faciens sermonem. Si igitur tu portasti & abstulisti ac furatus es eum ex hoc loco, dic mihi quod posuisti eum: & ego illum tollam, & transferam in locum alium, ubi magnificè sepelietur. Fortassis enim metuebat ne forte Iudæi & in mortuum corpus descerent: et propterea uolebat in alium incognitum locum eum transferre. Plena enim affectionum erat mens mulieris, non ualens sublime quiddam cogitare, ideo & Dominus, quia à seipsa sublime quiddam intelligere nequibat, sua uoce se illi notum reddit. Quum enim solo nomine uocasset eam, dicens, Maria: sui notitiam illi concessit. Nam sicut Iudæis aliquando innotescerebat, aliquando etiam præsens incognitus erat: ita etiam loquens quando uoluit seipsum illis notum faciebat, sicut & nunc quando uoluit, cognoscibilem se fecit. Mariæ per uocem: qui etiam si loquutus dixisset, Mulier cur ploras? non agnouisset eum mulier, non enim uolebat Iesus. At quādo uoluit, tunc per uocem agnitus fuit. Cōuersa mulier, dicit ei. Quid hoc? cum ipso colloca est & dicebat, Dic mihi quod posuisti eum: & nūc Euāgelista dicit quod conuersa. Videtur itaq; quod postquā ipsa dixit, quod posuisti eum: conuersam esse ad angelos, interrogaturā forsitan quare expauesciti fuissent, deinde uocātam à Christo, percussam per uocem, & conuersam ad illum ab istis, & ita agnouisse, ac dixisse, Rabboni: & uoluisse quidem accedere ad eum, & esse cum eo sicut prius, & fortassis ut desiderabilem † unguento perfundere. At ille euexit eius mentem, ut melius quiddam de se sentiret, maiorique reuerentia se obseruaret, dicens, Ne tetigeris me: hoc est, non ultrā res se habent ut olim, neq; similiter uobiscum conuersari uolo. Nam quanuis nec uerbis hoc dixerit, sic tamen intelligitur. Ascendo enim ad patrem meum, & illuc festino. Illuc enim festinanti, & non iam tale habenti corpus, quale dum conuersaretur cum hominibus, maiori iam reuerentia operæ precium fuerit attendere, & ut præstantiori quā communis tactus & colloquium & conuersatio ferat. Vide autem quantam sententiam breuiter loquutus fuerit Euāgelista. Dixit enim, ne me tangas. Deinde quasi interrogasset quispiam, Quare? inquit, eo quod non iam tale mihi corpus est, quale quum in terra uersarer, sed quale in celo & sursum. Et deinde quasi iterum subinferret: Quare igitur nunc in terra ambulas, si tale habes corpus? Nondum eum, inquit, ascendi ad patrem meum, ascensurus autem sum. Hoc enim per sequentiā manifestat, dicens: Vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: quanuis non statim ascenderit, sed post quadraginta dies. Quomodo igitur hoc dicit? Mentem eius erigere uolebat, & persuadere quod in celos iret, & per hoc solatium caperet. Quia autem dixerat, fratres: subdit, Et patrem uestrum. Pater enim & noster Deus, sed gratia, Domini autem pater natura. Sic Deus quoque modo diuerso, noster enim natura, Christi autem iuxta humanitatem. Deus enim eius fuit secundum quod humanam assumpsit naturam. Abit igitur Maria, quum ei Dominus ita loqui dignatus esset, & annunciat ea discipulis. Tantum bonum est perseverantia & asiduitas. Asiduus igitur & tu sis, & discas forsitan quiddam, & discipulorum uerbi futurus es doctor.

Quum ergo esset uespera die illo, qui erat unus sabbatorum, & fores essent clausæ ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, uenit Iesus, stetitque in medio, & dicit eis, Pax uobis. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus ac latus suum. Gauisi sunt ergo discipuli uiso Domino. Dixit ergo eis iterum, Pax uobis. Sicut misit me pater, ita & ego mitto uos. Hæc cum dixisset, flauit in eos, & dicit, Accipite spiritum sanctum: quorumcunq; remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcunq; retinueritis

neritis, retenta sunt.] Postquam Maria annunciauit hæc discipulis, uerisimile erat uel illos non credidisse ei: uel si crediderunt, doluisse quod ipsi non fuerint habiti digni ut eum uiderent: idcirco illo die ei assisit sitientibus, propterea quod à muliere audiuerant eum resurrexisse. Quia autem timebant Iudæos, ideo magis uidere desiderabant, ut inde esset eis aliquanta consolatio. Assisit igitur uesperis. Expectauit enim donec omnes congregarentur. Clausæ autem erant fores, ut ostendat quod ita surrexit supraposito lapide super sepulchrum. Quomodo autem non putauerint illum phantasma, admirabitur quispiã. Mulier prius magna eos fide firmarat, & aliter, mansuetam eis faciem exhibuit, et uoce fluctuabundas eorum mentes placauit. Cum autem dixisset, Pax uobis, hoc est, ne turbemini: memores eos fecit uerbi quod ante crucem dixerat eis, Pacem meam do uobis. Gausi autem sunt uiso Domino. Et hoc quoque prædixerat eis ante crucem, dicens, Videbo uos, & gaudebit cor uestrum. Quia autem cum Iudæis absque inducijs gerebant bellum, iterum dicit, Pax. Sicut enim mulieribus dixit, Gaudete, eo quod in luctu erant: ita illis pacem dat propter bellum quod cum Iudæis habebant, & habituri erant. Congruè igitur illis gaudium, ut moerentibus, & maledictis olim ut in tristitia pariant: uiris autem pacem dicit propter pericula prædicationis. Interim & crucis bona declarat, quæ pacis sunt. Ideo quia per crucem pax facta, mitto uos ad prædicationem. Consolans autem eos & animans inquit, Sicut misit me pater, ita & ego mitto uos. Meum opus, inquit, suscipite, & confidite quod uobiscum sim futurus. Vide autem & auctoritatem. non dixit obsecrabo patrem meum, & mittet uos: sed, mitto uos. Insufflat autem, & dat eis spiritum sanctum, non perfectum donum + patris nunc eis tribuens (hoc enim in Pentecoste daturus erat) sed ad susceptionem spiritus idoneos eos reddens. Accipite, inquit, spiritum sanctum: hoc est, estote idonei ad suscipiendum spiritum. Dicendum autem quod & potestatem quandam & donum spirituale dedit eis, non ut mortuos suscitant, & uirtutes faciant, sed ut remittant peccata. ideo & subdit, Quorum remisistis peccata: ostendens quod genus spirituum donorum eis dederit, remissionem uel delicti peccatorum. Post assumptionem autem misso spiritu, & signorum & aliorum charismatum uirtutem eis largitus est. Digna autem quæstio, Quare non in Galilæa discipulis apparet, sed in Hierusalem, quum Marcus & Matheus dicant promississe eum illis se uidentem in Galilæa? Quomodo ergo in Hierusalem apparet? Dicunt igitur quidam, Quid hoc? Non enim dixit, in Galilæa dumtaxat uidebo uos, in Hierusalem autem non uidebo: & ita amplius apparet, & non mendacium. Deinde enim uidentem se in Galilæa ab omnibus discipulis, & non à duodecim tantum, sed & à septuaginta promittit. In Hierusalem autem solis duodecim uisus fuit. Neque est ulla hic diuersitas. Uisus enim est ab omnibus in Galilæa, à duodecim autem in Hierusalem. nam plures uisiones fuerunt: unde alij has, alij illas scripserunt. Fortassis autem de eadem materia tradentibus duobus Euangelistis, implet quæ à priore dicta sunt, posterior. Vide insuper sacerdotum dignitatem, quod diuina sit. Dei enim est remittere peccata. Sic igitur illi honorandi sunt ut Deus. nam quauis indigni sint, quid hoc? Diuinorum donorum ministri sunt, & gratia operatur per eos, sicut & per asinam Balaam loquutus est. non enim indignitas nostra gratiam prohibet: atque ita quia per sacerdotes gratia suppeditatur, honorandi sunt.

Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Nisi uidero in manibus eius uestigium clauorum, & misero digitum meum in uestigium clauorum, & misero manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. uenit ergo Iesus ianuis clausis, & stetit in medio illorum, & dixit, Pax uobis. Deinde dicit Thomæ, Insuper digitum tuum huc, & uide manus meas, & admoue manum tuam, & immitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed credens. Respondit Thomas, & dixit, Dominus meus, & Deus meus. Dixit ei Iesus, Quia uidisti me Thoma, credidisti: beati qui non uident, & crediderunt.] Non erat Thomas cum discipulis. uerisimile enim illum ex dispersione nondum fuisse congregatum. Quid autem est quod dicitur Didymus? Inter

pretatio est nominis Thomas. Quemadmodum enim Cephas interpretatur Petrus, sic & Thomas dicitur. hoc est, si interpreteris, sonat Didymus. Merito autem meminit interpretationis eius nominis, ut ostendat nobis quod dubitator quidam sit, & id uisum à principio habuerit, ut & nomen indicat. Dicentibus autem alijs discipulis de Domino, non credit: non illos mendaces existimans, sed resurrectionem impossibilem putans. ideo & arguitur, ut supra modum curiosus. Nam quemadmodum facile credere, leuitatis est: ita ualde oblectari, rusticitatis est crassitudo. Vide enim quomodo neque oculis dicebat se credere, sed & nisi misero manum meam, addidit. Unde autem sciebat latus habuisse? Audierat à discipulis. Quare non statim apparet ei, sed post dies octo? ut quum edoceret à condiscipulis, & his qui ea audierant in maius desiderium accenderetur, & fidelior in futurum fieret. Ostendere autem uolens Dominus quod & tunc aderat quando incredulitatis uerba cum discipulis tractavit Thomas, non expectauit ut ab eo tale quiddam audiret, sed ipse prior, quæ desiderabat, implet. Etenim uerbis istidem usus est. Et uide quomodo loquatur primum increpans, Asser manum tuam: & dein admonens, Ne sis, inquit, incredulus, sed credulus. Vides manifestam ex infidelitate fuisse dubitationem, & frustra quosdam gratificari Thomæ, dicentes quod data opera & prudenter non facile crediderit? Nam Dominus incredulum uocat. Vide autem quomodo is qui prius incredulus, tactu lateris uerbum optimum indicauit. Duas enim naturas & unam hypostasin unius Christi docuit. Dicendo enim Dominum, humanam indicat naturam: nam de hominibus dicitur Dominus, sicut, Domine, si tu sustulisti eum. Dicendo autem, Deus meus, diuinam substantiam ostendit: & ita unum & eundem esse Dominum & Deum. At Dominus ostendens nobis quod fidei sit recipere ea quæ non uidentur, dicit, Beati qui non uiderunt, & crediderunt. Hoc loco discipulos intelligens, qui neque fixuram clauorum, neque latus tetigerant, & crediderunt. Non illos autem solum, sed & eos qui postea crediderunt. Non prius autem Thomam beatitudine, hoc dixit, sed consolans eos qui non uiderant. Quia enim multi dicunt, Beati oculi qui uiderunt Dominum, solatur eos quod multo beatius sit cum non uideris, credidisse. Quomodo autem corpus incorruptibile monstratum est habere & clauorum typos, & humana manu tangibile factum est? Per attemperacionem ad illorum infirmitatem facta sunt hæc omnia, quod ingressum clausis ianuis, & ita tenuerit acleue, omnique liberum fuit crassitudine. Et ut credatur firmius resurrectio, hæc monstrantur. Et propterea surgit habens signa crucis & uulnera: quia & quod comedit, non necessitatis erat, sed ad confirmationem resurrectionis comedit: et sicut ante crucem in fluctibus ambulans, non alterius naturæ corpus habuit, ita & nunc palpabile ipsum, & typos habens ostendit. Et quantum palpabile & uisibile, simul tamen & incorruptibile ipsum circumfert, ut fides confirmetur: & non necessitate & lege corporis. Omne enim quod comeditur, in secessum uadit, & alteratur: id quod de Christo post resurrectionem non erat dicendum, sed ut quadam inuisibili & diuina consuebantur edulia, ad confirmationem resurrectionis tantum assumpta. Vide autem quomodo propter unum hominem Thomam non dedignatus est ita condescendere Dominus, & latus ostendere, ut saluet animam unam incredulam, ita & nos neque minimum contemnere debemus.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in hoc libro. Hæc autem scripta sunt, ut credatis quod Iesus est Christus filius Dei, & ut credentes uitam habeatis per nomen eius.] De quibus signis hic dicit Euangelista: num de his quæ ante crucem? Non, sed de his quæ post resurrectionem fecit, subdit enim, in conspectu discipulorum. Quæ autem ante crucem, non coram discipulis, sed omnibus faciebat. Atque ita hæc de quibus nunc dicit Euangelista, post resurrectionem sunt facta. Cum solis enim discipulis uersabat quadragesima diebus, signa ostendens resurrectionis. Sicut enim ante crucem faciebat signa, ostendens se esse filium Dei: ita post resurrectionem perficiebat signa coram discipulis ostendens se filium hominis, & habere corpus, idque incorruptibile & diuinum, & non iam carnalibus legibus subditum. Cum igitur multa facta sint signa resurrectionis, hæc solum scripta

Ioh. 14. 16

* spiritus
sancti

Matt. 26.

Marc. 14.

Sacerdotum
dignitas.
Num. 22Didymus id
est geminus
uel dubius.Ut credere
facile, leui-
tatis: ita ue-
hemētius re-
luctari, ru-
sticitatis.
† uestigiaThomas ue-
re incredu-
lus.
Ioh. 20.Fidei est re-
cipere inui-
sibile.Quare
Christus
post resur-
rectionem ta-
m se permi-
sit.Matt. 14.
Marc. 6.

Matt. 19

sunt, & neque hæc ostentationis gratia, uel ut ostendatur gloria unigeniti, sed ut uos, inquit, credatis. Et quod lucrum, & cui cedens: non Christo, quæ enim eius utilitas dum nos credimus: sed in nos ipsos redundans. Dicit enim, ut credentes uitam habeatis in nomine eius. Credentes enim quod resurrexit & uiuit, nobis ipsi uitam paramus. Propter nos enim surrexit & uiuit. Qui autem mortuum ipsum esse putat & neque resurrexisset, neque uiuere, ille sibi mortem & corruptionem adiudicat & affirmat.

CAPVT XXI.

Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis. manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, alijque ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus, Vado piscatum. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exiuerunt & ascenderunt in nauim statim, & illa nocte nihil ceperunt. Mane autem iam factio stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quod Iesus esset. Dicit eis Iesus, Pueri num quid obsonij habetis: Responderunt ei, Nō. At ille dicit eis, Mittite in dextram nauigij partem rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non ualebant illud trahere præ multitudinem piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simō ergo Petrus cum audisset quod Dominus esset, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigiolo uenerunt: non enim longè aberant à terra, sed circiter cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Cum dicit, manifestauit semetipsum Dominus, significat Euangelista quod nisi uoluisset ipse per se ipsum illis descendens manifestare, non fuisset uisus in corpore incorruptibili. Quare & loci memoriam maris Tyberiadis: Ostendit quod non iam ultra timebant Iudæos ut antea, sed magnam partem timoris abiiecissent. Ideo & non inclusi erant, sed & prospectabant e domo, quod prius non audebant, & ubique ambulabant, ibantque usque ad Tyberiadem, quæ distat à Hierosolymis, & est mare Galilææ. Piscabantur autem discipuli, quia nihil aliud habebant quod facerent, neque enim ipse semper cum eis conuersabatur, neque spiritus datus erat, neque doctrina perfecte concessa, ideo suam artem sectabantur. Petrus enim cum actuosissimus esset, non ferebat otium, sed in opere seruebat, & sequebantur ceteri, eo quod coniuncti erant. Et cum adesset eis laborantibus & miseris, non statim se ostendit, uult enim prius loqui cum eis: unde & dicit, Pueri num quid obsonij habetis: quasi empturus ab eis quiddam. Ut autem negarunt, & cum iussisset eos mittere in dextram, consequuti sunt: dicit discipulus quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Iterum hoc loco inueniuntur discipulorum proprietates ostendi. Nam perspicacissimus quidem Ioannes, Petrus autem seruentior. eapropter Ioannes quidem agnoscit Dominum. Petrus uero prior uenit ad eum. Succingendo enim se, reuerentiam ostendit. Mittendo autem se in mare, declarauit desiderij magnitudinem. non enim expectat ut alij, sed natans aduenit, quamuis circiter ducentis cubitis abessent à terra. Est igitur *in v. d. v. r. s.* linteum quoddam quo Phœnices & Syri piscatores se amiciebant, siue nudi essent siue uestiti, hoc superimponentes, simpliciter autem dicendum, quod sicut pictores pingunt Apostolos super uestibus tectos, igitur quia nudus erat Petrus, & piscando laborabat, in reuerentiam se induit ependytem (hoc est enim succingi) & prior uadit ad Dominum. Non enim parua quedam erant quæ fiebant, sed magna. Nam primum quod multi pisces capti sunt, deinde quod rete non est scissum.

Ut ergo descenderunt in terram, uiderunt prunas positas, & piscem suprapositum & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simō Petrus, & traxit rete in terra, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tot essent, non est scissum rete. Dicit ei Iesus, Venite, prandete. Et nemo discipulorum audebat interrogare eum, dicēs, Tu quis es: cum sciret quod Dominus esset. Venit itaque Iesus, & accepit panem, & dat eis, & piscem similiter. Hac iam tertia uice manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis. Et hoc est miraculum quod nunc uident, prunam dico & piscem atque panem. Nō enim iam faciebat ex materia pposita, sicut prius cum satiaret de duobus piscibus ac panibus quinquē, tot millia, sed simpliciter ex nihilo. Cum dixisset autem Dominus, Venite prandete, nullus exquirat, neque audeat interrogare. Non enim ultra tantam habebant fiduciam, sed cum silentio ac

ratio ac timore admirabantur, sciebant enim quod Dominus esset. Ideo neque interrogabant. Quum autem formam mutatam & horroris plenam uiderent, ualde stupecebant. At uoluissent quidem de eo interrogare aliquid, sed metus & manifesta aspectio, quod non esset alius, sed ille ipse, non permittebant interrogare, sed solum comedebant ea quæ eis creauerat. Quomodo autem creauit? sua potestate. Non enim iam in cœlum suspicit, & patrem inuocat, illa enim fiebant ut se nobis attemperaret. Iubet autem de piscibus afferre, ut ostenderet non esse phantasma quod uidebatur. Sed hoc loco quidem nō dicit quod comederit cum eis. Lucas autem dicit quod comederit. Quomodo autem comederit, non est nostrum dicere. More enim admirabili facta sunt hæc, non quod natura eius cibo habeat opus, sed nostri causa ad confirmationem resurrectionis fiebant. Ostendens quoque non illum alsidue apud eos fuisse, neque similiter ut prius, dicit: Hoc iam tertio manifestatus est. Intellige in super hæc & per allegoriam. Nox enim erat quando tenebra idololatriæ inualuerunt, ante solis Christi aduentum, quando propheta laborauerunt, & nihil ceperunt. Nam quantum unam gentem Israeliticam conclusisse in sagena uidebantur, tamen quia & hæc subinde ad idololatriam redibat, nihil forte apprehenderunt. Vbi autem diluculum solis iustitiæ infulsit, & apostolicum rete eiecitum est, dextra certe doctrina, ad quam lex & propheta comparati sinistra intelliguntur. Tunc igitur trahitur rete & ad Christum adducuntur non ethnici tantum, quos & centum dixeris: uerum etiam Israelitæ, qui per quinquaginta intelligi possunt. Quando enim plenitudo gentium intrauerit, tunc etiam Israel seruabitur. Tres uero, fidem in sanctam trinitatem significant. Nam qui in reti continentur centum & quinquaginta, Ethnicos dico & Iudæos, sine trium adiectione non sunt. Absque enim fide in trinitatem nullus in reti contineri dicitur. Illud autem, uenite, prandete, istiusmodi aliquid significat, quod post labores, requies, deliciae, fruitio, sanctos excipiet. Quæcumque enim tunc aut dicta aut gesta sunt, mysterijs plena sunt. Quemadmodum igitur & illud quod Christum Maria hortulanum esse existimauerit, simpliciter quidem dictum uidetur, habet tamen occultum quiddam. Siquidem ipse reuera uerus erat paradisi cultor, in ipso monumento horto, tanquam in paradiso, genus muliebre corrigens. atque eam quæ Adam primum hortulanum deceperat, ab errore & ignorantia conuertens. Nam quod Maria conuersa sit, & quod de resurrectione docuerit: hoc declarat quod muliebris sexus conuersus esset, & ad sublimiorem statum reductus.

Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis me plus quam hi? Dicit ei, Etiam Domine, tu scis quod amem te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei rursus iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait ille, Etiam Domine, tu scis quod amem te. Dicit ei, Pasce oues meas. Dicit ei tertio, Simon Ioannis, amas me? Indoluit Petrus, quod dixisset sibi tertio, Amas me, dixitque ei, Domine tu omnia nosti, tu scis quod amem te. Dicit ei Iesus: Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, quum esse iunior. cingebas te, & ambulabas quod uolebas: cum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod non uis. Hoc autem dixit, significans qua morte glorificaturus esset Deum. Quum prandendi sine ipse fecisset, totius orbis ouium prefecturam Petro committit: nō autem alij, sed huic tradit. Primum quidem quia omnes præcellerat, & totius cœtus os erat. Deinde ostendens ipsi, fiduciam esse sumendam negatione uelut delata, & obliuioni tradita. & negationem quidem nō profert, neque exprobrat: sed dicit, Si diligis me, fratrum curam suscipito. & seruentem illam charitatem quam erga me dicebas habere te, ita ut pro me mori paratus esses, nunc ostende. Ter autem eum interrogat: simul quidem declarans quantam credentium curam habeat, & quod usque adeo oues diligat, ut dilectionis erga se hoc ponat indicium, si ouium curam suscipiat: simul etiam per trinam interrogationem & confessionem, trinitate negationi medetur. & uerbis corrigit quæ per uerba commissa fuerant peccata. Hinc mos inualuit, ut tres confessiones à baptizandis exigant. Interrogatus igitur semel atque iterum, ipsum qui corda nouit testem aduocat, non amplius confidenter neque temere loquitur: sed illud, Tu scis, ubique adiungens. Quum etiam tertio interrogatus esset Petrus, turbatus est, metuens ne forte ipse quidem existimaret se diligere, nō diligeret tamen. Nam & prius cum multa se posse arbitraretur atque asseueraret, postea

Discipuli
post Christi
resurrectionem
ante spiritum
missum suam
artem secta-
bantur.

Ependytes.

Ioan. 6.

conuictus est. Illud itaq; etiam nunc metuebat, & propterea uerecundè responder di- A
cens: Domine tu omnia nosti, tum presentia tum futura: tu scis q; nunc te amem, ut mi
hi quidè uidetur. Cæterum an etiam in posterum permansura sit amicitia, & hoc quo-
que tu nosti: ego de me non affirmo. Postquam uerò ipsi fecisset Dominus de sui di-
lectione, martyrium etiam quod futurum erat ut sustineret, ipsi prædicat. Dicit autem
hoc, ostendere uolens q; etiam istud quod de dilectione interrogabat, non dissidens i-
pli interrogaret eum, sed planè sciens q; diligeret: quomodo enim non diligeret qui p
ipso martyrium esset subiturus: sed ut magis ostenderet ipsius Petri dilectionē, ac nos
omnes doceat, q; si uelimus ipsum diligere, sic studeamus ipsum diligere, nimirum in
fratrum cura suscipienda. Audi autem quomodo ei martyrium prædicat: Quando es
fes iunior, cingebas te, &c. Quandoquidem enim, inquit, me diligas, & te animā tuā
in periculis pro me positurum frequenter sis pollicitus: bono, inquit, esto animo. Tu uē
ita explebo desiderium, ut quæ iuuenis non es passus, ea senex patiaris commonefa-
cit autem ipsum prioris uitæ: ostendens q; uice uersa spiritalia carnalibus respondeat.
In corporalibus enim iuuenis est utilis: senex uerò inutilis. In spiritalibus autem ubi se-
nectus accesserit, tunc splendidior est uirtus. Ipsi itaq; desiderium excitans & inflā-
mans ad martyrium, ista dicit. Innuat autem ei, q; etiam ipse cruci sit affigendus. Illud
enim, extendes manus tuas, & alius te cinget, nihil aliud significat quàm extensionē
in cruce & uinula. Dicendo autem, quando eras iunior, & rursum, quando uerò se-
nueris, ostendit Petrum tunc neq; iuuenem, neq; senem fuisse, sed uirum perfectum.
Quomodo autem dixit illi Dominus, alius te cinget & ducet quò non uis? Atqui Pe-
trus martyrium uolebat: uolebat quidem & desiderabat, sed quod dicit Dominus, na-
turæ affectum & condolentiam significat, quodq; anima inuita à corpore auellitur.
Deo hoc utiliter dispensante, ne uiolentam mortem nobis ipsis conciscamus. Nullus
itaq; absque dolore aliquo corpus exiit, etiam si sanctus fuerit. Euangelista autem pro
suo more nobis interpretans quidnam his uerbis sibi uelit Dominus, hoc autem dixit,
inquit, significans qua morte glorificaturus esset Deum. Dixit enim Iesus hæc, inquit, B
Petro, extendes manus tuas, &c, significans quòd martyrium pro ipso subiturus esset,
Petri autem mortem gloriam Dei nominat. Nam reuera gloria Dei est, constans pro
eo ad mortem usq; asseueratio. Nisi enim plenè persuasum haberet anima Deum esse
ueracem, nequaquam pro ipso moreretur. Mors itaq; sanctorum confirmatio est glo-
riæ Dei. Discrimen autem quis inueniat, inter agnos & oues; & inter *βοσκῶν* & *ποιμῶν*
ὄντων, quali dicas inter pascua præbere & gregem gubernare. Siquidè agni fortasse di-
cuntur simplices qui facile introducuntur. Oues uerò perfectiores. Qui igitur Chri-
stum diligit, & agnorum & ouium curam habebit: agnos pascens, hoc est mitiorem
præfecturam illis accommodans, & oues gubernās, quòd perfectius quiddam, & ma-
gis absolutum demonstrat. Quandoquidem autem perfectiores etiam sæpenumero
simpliciori & mitiori præfectura opus habent, oues etiā pascere iubentur qui his præ-
ficiuntur. Gubernare enim iam duriores præfecturā demonstrat, pascere uerò mitio-
rem. Quid igitur retribuemus Domino, qui usque ad eò nos dilexit, ut sui dilectionem
in hoc notaret, si diligens ouium cura habeatur.

Et cum hoc dixisset, dicit ei sequere me. conuersus Petrus, uidet illum discipulum
quem diligebat Iesus, sequentem: qui & recubuit in coena super pectus eius. & dixit,
Domine quis est ille qui tradit te? hunc ergo cum uidisset Petrus, dicit Iesu, Domine,
hic autem quid? Dicit ei Iesus, Si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te? tu me
sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, q; discipulus ille non moreretur. Et non dis-
xerat ei Iesus, nō moritur, sed, si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te? Com-
misit quidem Petro fidelium omnium præfecturam. Quamuis enim Iacobus sedem
Hierosolymis acceperit, sed Petrus totius terrarum orbis. Dixit autem ipsi post hæc,
sequere me, salutarem ostendens & familiarem quo erga ipsum afficeretur, affectum.
Christum autem sequi hic intellige, operum in omnibus & uerborum impletionem.
Qui enim per uestigia uitæ ipsius incedunt, imitanturq; eius in omnibus diligentiam,
isti sequuntur ipsum. Interim autem Petrum adhortatur ut se palam sequatur, suam de-
clarans, ut dixi, quam erga ipsum habebat familiaritatem. Qui enim nobis ualde sunt
familiā-

A familiares, ut hi nos sequantur agimus. Posteaquam autem Petrus ista audisset, & ta-
lious dignus esset habitus, ut ipsi terrarum orbis committeretur, martyrioq; dignus
haberetur, Ioannem uehementer diligens, de ipso etiam interrogat, dicens, hic au-
tem quid? num eadem qua nos incedet uia? num particeps erit iste ouium præfectura-
re, atq; ad illa delegabitur? Illud enim, sequere me, propemodum hoc significat, Veni
assume oues, egredere in mundum. Igitur quia uidit Dominus Petrum curam agen-
tem Ioannis, & ab eo auelli nolentem, dirimit eos propter intempestiuam affectio-
nem & consuetudinem. Opus, inquit, quod tibi concreditum est, perface, & sequere
me, qui educo te ad prædicationem, & totum orbem in manus tuas trado. Illum au-
tem si uelim manere in hoc loco, Galilææ scilicet, & non mittere tecum, quid ad te?
Donec ueniam, quidam sic exponunt: Donec, inquit, contra Iudæos, qui me crucifi-
xerunt, ueniam, percussurus eos in uirga Romanorum, & subuersurus eorum ciuita-
tem. Dicunt enim Apostolum illum ferme usq; ad Vespasiani imperium, locaq; supe-
riora peragrassè, prædicantem, & manentem illic: quando autem capiendæ erant
Hierosolymæ, transiisse. Igitur quia magnum prædicationis opus ipsis erat concredi-
tum, non erant coniungendi, sed separandi, ut unus ad hos, alius ad alios iret. Quare
autem meminit Euangelista recubitus supra pectus, & quòd interrogauerit, Quis
est qui te tradet? Non hoc simpliciter, neq; fortuito euenit, sed ut ostendat libertatem
Petri post negationem. Nam qui antea non audebat interrogare de traditore, sed al-
teri committebat interrogationem, illi omnium præfectura concreditur, & non so-
lum sua alteri non cōmittit, sed & pro illo ipso qui maxime diligebat interrogat, & sit
mediator apud Dominū. Admirare autem quàm sit alienus à fastu Euangelista, quo-
modo quorundam suspicionem corrigat, quòd nō rectè cognouerint quid de eo Do-
minus dixerit, sed putauerint quòd non moriatur, id quòd non erat, sed manere iu-
bet eum Dominus, non quòd non moriatur, sed quòd non sit iungendus comes Pe-
tro prædicationis tempore, manere autem debeat suo loco. Iam manere donec ue-
niam, hoc est, donec mihi placuerit, ut & illum educam ad prædicationem. Te enim
nunc educo, ut præsis orbis, & sequaris me: ipse autem maneat hoc loco, donec re-
deam, & educam etiam ipsum sicut te. Quidam autem sic intelligunt, Quum audis-
set (inquit) Petrus, quòd moriatur pro Christo, dixit: & Ioannes quid? Num morietur
et ipse? Christus autem hoc nō reiecit: Omnis enim qui natus est, etiam morietur.
Dixit autem: Si uolueris manere, hoc est, uiuere eum usq; ad consummationem secu-
li, ut & tunc de me testetur. Vnde & dicunt uiuere eum, & ab Antichristo occiden-
dum cum Helia prædicantem Christum. Quamuis autem & monumentum eius o-
stendatur, quid hoc? Nam uiuens quidem ingressus est in illud, & deinde translatus,
sicut & Enoch & Helias. Igitur Euangelista euerit falsam opinionem existimantiū
quòd non moriatur discipulus hic, sed immortalis sit. Verè enim mendacium est, im-
mortalem esse hominem. Quamuis enim Enoch & Helias non sint mortui, attamen
mortales sunt. Ita & hic quocq; quamuis non fuerit mortuus, tamen morietur. Igitur,
quòd non moritur, hoc est immortalis sit, falsum est. Alij autem affirmant quòd mor-
tuis fuerit: & quòd dicit, Si eum uolueris manere, intelligit sicut interpretati sumus.
Omnes opiniones diximus: ne quam ignorent studiosi. Nobis autem placet, ut, do-
nec ueniam, intelligatur sicut Chrysofomo diuino & aureo illi ori uidetur, non de
uita, sed quòd non sit iungendus Petro.

Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus q;
uerum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scriban-
tur per singula, nec ipse opinor mundus caperet eos qui scriberentur libros. Quare
quum nullus Euangelistarum alius de seipso perhiberet testimonium, hic de seipso
testatur: Dicitur postremus ad scribendū accessisse, cum motus & excitatus e-
ret ad id per Christum. Eapropter sæpe dilectionis meminit, ostendens causam propter
quam ad scribendum accesserit, quòd Christus commiserit hoc opus ei qui præ alijs
magis diligebatur. Et scio, inquit, quòd uera dicit, hoc est, certis indicijs compertum
habens, scripsi quæ scripsi, utpote qui interfui omnibus sermonibus, & operibus, &
palsionibus, & his quæ post resurrectionem acciderunt. Dilectus enim eram, & nō
M 4 exclude-

Donec ueni-
am, quomo-
do exponi-
tur.

Ioan. 13

Præfectura
omnium Pe-
tro tributa.

Præst. Pe-
trus orbis.

Homo, immo-
talis.

Chrysofosto-
mus os au-
reum.

Christo ad
scribendū
motus

exclūdebar, atq; ita fidenter & de me ipſo dico quōd uera dico, prouocatus ut exquirerē quæ facta ſunt, & ſingula examinarē, ut ſolemus homines omnes quando bene fidimus ueritati, ne forte teſtimonia noſtra negētur, id q̄d & Apoſtoli dicebant, Nos ſumus teſtes eorum quæ dicimus. † Et ſpīritum dedit obedientibus ſibi. Vnde autem manifestum, inquit, quōd uera dicam, & non aduler præceptorī: Ex eo quōd multa præmitto, unde perſpicuum quōd non aduler. Qui enim ignominioſa omnia in mediū protuli, & non abſcondi quōd eum & præuaricatorem legis, & ſeducatorem nominauerunt, & dēmoniacum, ne utiquam adulatus ſuerim. Qui enim adulatur, & ad gratiam loquitur, cōtrarium facit: poſitiſq; contemptibilibus, glorioſa in mediū adducit. Ne admireris autem quōd libros, ſi qui de operibus Ieſu ſcribantur, mūdum dixit non capere, ſed intellecta ineffabili ui Dei uerbi, dictum fideliter accipe. Nam ſicut nobis loqui, ita illi multo facilius eſt facere ea quæ uoluit. Quidam autem per hyperbolen more ſcripturæ putant dictum. Mos enim ſcripturæ eſt hyperbole uti: ſicut, Vidimus ciuitates pertingentes in cœlum, & uidimus uiros, & eramus ſicut locuſtæ coram eis. & quæcumq; ſunt ſimilia. Ita igitur quōd non poſſit mundus capere libros qui ſcribantur, intelligere licet. Quidam autem per mūdum intelligunt eos qui mundana ſapiunt; opera autem quæ facta ſunt à Ieſu, diuina, & myſterijs plena, tam in uiſibili quàm in inuiſibili creatura: & quæ futura ſunt, & myſterijs ſunt referta, mundanum hominem non poſſe intelligere: ſicut & quum dicitur, Multa habeo que nō poteſtis portare modō. Cæterū precemur ne quando dictorum factorumq; Chriſti obliuiſcamur, ſed reuoluamus librum hunc dilecti, & ſcrutemur in eo poſitū theſaurum in miraculis ac uerbis Ieſu, ut ſic ualeamus purificari & uita & ſermone, conſequamurq; in die reuelationis ineffabilia opera & myſteria, quæ nunc quandiu in mundo ſumus, capere non poſſumus: & perficiamur in Chriſto, qui dilexit nos, & per dilectum ſuum diſcipulum illuſtrauit nos in Theologia & agnitione ſui, & patris, & ſpīritus ſancti: cui ſit gloria in ſeculorum ſecula, Amen.

ENARRATIONVM THEOPHYLACTI IN EVANGELIA FINIS.

AD LECTOREM.

Loca aliquot inuenies, pie Lector, in Theophylacto cauenda, hæc ſcilicet tria quæ ſequuntur, citra tamen catholici ipſius authoris notam.

Charta enim 295. A. Spiritum ſanctum à filio procedere negat.

Charta 70. A. dicit, Dei eſt uocare, electos autem fieri uel nō, noſtrū eſt. Inq; eam ſententiam frequens loquitur.

Charta 38. B. de diua uirgine, Humanum quid uolebat oſtendere mater, quōd ut in filium poteſtatem habeat. Nihil enim magnum adhuc de eo intelligebat, &c.

Attende itaq; lector, primam illam enunciationem non eſſe catholicam, cum ſpiritum ſanctum ab utroq; procedere nulli ſit dubium. Loquitur enim Theophylactus noſter Græcorum more, illis temporib. ita ſentientium: & propterea minime reprehendendus, quia minime tunc ab eccleſia uniuerſali ſic deſinitum: quemadmodum nec ſanctiſſimum martyrem Cyprianum hæreticum fuiſſe dicemus, quanquam non agnoſcentem baptiſma ab hæreticis aut ſchiſmaticis adminiſtratam: quōd tum Eccleſiæ ſanctio de ſacramentorum per miniſtros etiam extra Eccleſiam errantes exhibitorum non minore efficacia, nondum euulgata fuerit.

Deinde quoniā electum fieri, intelligi poteſt pro ipſa diuina electionis prædeſtinationis ue impletione, que nequaquam ſit citra hominis cooperationem, iuxta illud diui Petri, Satagite ut per bona opera certam ueſtram uocationem & electionem faciatis: eapropter illud ab auctore adſertum, electos fieri uel non, noſtrum eſt, eum poteſt ſubire ſenſum, ut noſtrum etiam requiratur ſtudium ad quem modum ſepe etiam loquitur Chryſoſtomus. ut Homilia 37 in Mattheum. Nam quōd uocati ſumus Dei eſt, quōd autem dignè poſt uocationē uiuimus noſtrum pariter eſt & Dei. De hoc tamen loco certius ipſe idem auctor apud Ioannem cap. 6. folio 321. diſſerit, & ſuſius.

At relictis de diua uirgine uerbis, haud ſecus atq; de altero quopiam Græci doctoris dicto ſentiendum, quōd in eis exceſſerit uerbis. eadem ſerè Chryſoſtomus ait in eum locum notans importunitatem matris & fratrum, quos eam ambitione & oſtentatione commotos dicit. Hieronymus uerò nunciantem & interpellantem potius notat ceu inſidias tendentem utrum ſpirituale operi carnem & ſanguinem præferat. De filijs Ioseph ex alia uxore opinionem etiam ut apocrypham reiicit idem Hieronymus.

Pauca hæc curſim nobis pro pietate adnotare uisum eſt. Vale amice lector, & hæc omnia boni conſule, ac noſtram in cunctis diligentiam non ingratus amplexare. Vix enim quempiam inuenies qui hoc auctore in ſanctis Dei euangelijs uel exactius uel etiam locupletius ſcripſerit. Iterum uale.

